

MATTHIAE DE L'OBEL

Medici Insulanj,

RENISS. & INVICTISS. IACOBI. I. MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE, & HYBERNIAE REGIS

Botanographi,

siue Plantarum Historiæ Physicæ, tam indigenarum & *Britannlæ* inquilinarum, quam exoticarum scriptoris,

In G. RONDELLETII *inclytæ Monspeliensis Scholæ Medicæ Professoris quondam Regij & Cancellarij celeberrimi methodicam Pharmaceuticam* OFFICINAM ANIMADVERSIONES,

quibus deprauata & mutilata ex authoris mente corriguntur & resta[...]

TVEATVR VNITA DEVS.



I. *[...]nauissima [...]oncordia* — R. *d sociationem coniunxit.*

Accesserunt Auctaria,

In Antidotaria vulgata CENSVRAE beneuolæ, & dilucidæ Simplicium Medicamentorum Explications,

ADVERSARIORVMQVE Volumen, eorumq; pars altera & Illustramenta, quibus ambigua enodantur.

Cum LVDOVICI MYREI Pharmacopolæ Reginej Paragraphis vtiliss.

Contenta reliqua suis locis designantur.

LONDINI. 1605.

¶ *Excudebat prælum Thomæ Purfootij.*

Priuilegium Regium.



ACOBI I. DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ & HYBERNIÆ REGIS au-thoritate & Priuilegio sancitũ est, (perpensis assiduis laboribus & tanti expensis Matthiæ L'Obelij *Botanographi nostri, tàm Operum iudus in lucem editorum, quàm nouissimè in Respublicæ vtilitatem excudendorum) ne quis Plantarum Historiæ eius Illustrationes, Rariorum stirpium Appendices, & cùm Simplicium Medicamentorum, Materiam Medicæ Balsami, Opo-Balsami, Xylo-Balsami, Cinnamomi, Cassiæ, Xylo-Cassiæ & cæterorum explicationes; tum compositorum Medicamentorum enodationes, Animaduersionesq́; in Pharmaceuticam Rondelletianam Officinam & Censuras beneuolas in Antidotaria vulgaria, nec non Collectanea sua, intr viginti annos, ipso inscio, inuitoq́;, aut hæredibus suis, imprimat, aut Plantarum Icones suas, siue integrâ, siue aliquâ ex parte, imitetur; aut alibi impressa, in ditionis nostræ Regiones deferat, distrahatq́;: vernaculoue idiomate, (vt sordidâ Typographorum authoritate, plerunque fieri solet) peruertat, vertat, deperdatq́;, præter præfati* L'Obelij *aut suorum hæredum voluntatem. Qui secus fecerit, confiscatione Librorum & summâ pecuniariâ ex arbitrio nostro mulctabitur. Datum in Aula Regia nostra* Grynwich *secunda Iunij*, 1605.

Signatum

Iacobus Rex.



NOBILISSIMO, PRVDENTISSIMO & HONORIFICENTISSIMO Domino D. *Eduardo* Baroni *Zouche*, S. Maure & Cantelupe, Magnæ Britanniæ Regiæ Maiestati IACOBO I. *a Sanctioribus Consilijs, & summo Præsidi Administratoriq; totius Principatus Cambriæ siue Walliæ.*



VM nihil a summo bono, supremi placidiq; Numinis verâ cognitione & cultu, Mecœnas Illustrissime & consultissime in vniuersa rerum Natura nobilius sit mente sana, in corpore sano: corporum autem cùm sanorum, tum ægrorum aut neutrorum fomes, alumnus & instaurator est Medicinæ rectior synceriorq; vsus, ab insulsis credulis hominibus hodie iniquè spretus. Altissimus siquidè ille rerum omniũ Parens & genitor, vitã, sanitatem & medelã aduersus sæuissimos morbos nobis largiri dignatur, & medicamenta ex terra creauit; vt Stirpes herbasque vegetatiuas & Metallica fossilia, materiæ medicæ rudimenta, quæ Vir prudens, vt habet sacra pagina, non spernit. Voluit enim nos sanari herbis, non verbis, ne eius Diuina Opera irrita forent. Ex his Compositiones concinnat Pharmacarius; per hæc Pharmaca medetur, doloresque finit probus, fidelis & fidus expertusque Medicus, & vitam cum morte penè commutatam, iterum dat, largiturque; & datam, Diuinâ prouidentiâ tuetur. His itaque exactissimè perpensis, labentes longâ inscitiæ rubigine Medicamentorum Compositiones, Reipublicæ vtilitati & ciuium saluti, admodum necessarias, instaurate, scriptisque prosequi operæprecium duximus; qui iamdiu arti medendi, Plantarum insignium, Simpliciumue aut Compositorum Medicamentorum arduæ cognitioni, aliudue quidpiam hominibus vtili in peregrinationibus peruestigando non pœnitendam collocauerimus operam; valere iussis neglectisquè inutilibus & superfluis Officinarum innumeris onerosis Compositionibus; politioribus & paucis ijsque selectioribus tuti, *Rondelletij* præceptoris suauissimi & doctissimi exemplo; qui merito in prologo Pharmaceutices Officinæ suæ has superfluitates reijcit, & a communi via siue opinione facile recessit, addita semper ratione validiore: cuius & Actuarij Græci recentioris, de Compositione Medicamentorum doctrinâ & rationibus oblectati & vnicè freti sumus. Has nostras Lucubrationes honorificentissime D. qui nobilissimæ faues arti Medicæ, amplissimo nomini tuo dicare & nuncupare æquum fuit; qui humanitate natiua non modo indigenas, pios & eruditos peregrinos, vt pius parens seruas & gremio foues; sed ipse solertior virtutis indagator peregrè Constantinopolim per Germaniam & Italiam profectus es, rariores munificentissimæ Naturæ opulentias perscrutaturus: Nec satis hoc; Opo-Balsamum legitimum, Sigillum Lemnium ex magni Sultani ærario, selectissimorum quamplurimorum Simplicium Medicamentorum copias & specimina pulcherrima in Anglo-Britanniâ detulisti & insuper Medicum hortum omni genere Plantarum exoticarum & indigenarum ad vltimas vsque species refertissimum instrui procurasti, cui me præfecisti, omnique amore, benignitate & munificentiâ fouisti & erexisti: Mirum nanque quanta Plantarum feracitate Deus Opt. Max. humanæ salutis conseruandæ & reparandæ gratiâ hanc amœnissimam Insulam ditauit, quæ prisco-

rum ævo MAGNAE BRITANNIAE nomine terrarum orbi inclaruit, & quam cœli & soli temperie peregrinis & inquilinis factis Plantis faueat, earum seminijs à me iamdiu collectis perlustratâ Italiâ, Germaniâ, Galliâ Cisalpinâ, Gallo-Prouinciâ, Narbonensi Galliâ, cæterisque Franciæ tractibus, locupletata.

Si enim nostri hi labores Magnorũ Regum & Principum munificentiâ ac liberalitate, Typographorumque honorâ beneuolentiâ (quæ alijs nonnullis in eadem palestra se exercentibus non defuit) adiuti fuissent, longè locupletiora in lucem prodirent opera nostra: ætate item nostrâ Imperatoris *Caroli Quinti*, Principumque Germaniæ liberalitate, Commentaria *Matthioli* in *Dioscoridem* prodierunt, & illa immensi studij Biblia variarum linguarum *Benedicti Ariæ Montani* ex ærario Regis *Philippi* Hispaniarum, Typographiam Plantinianam nacta, non sine ingenti fœnore passim distracta, in eius ærarium rediere.

Plantarum equidem nouas Illustrationes nostras, exactissimis emodulatâ proportione deliniendas iconibus ære proprio, tanquã optimus Mecœnas Reipublicæ & Posteritatis vtilitati, liberaliter promoturus & collocupletaturus, nisi chalcographi pusilanimitas, æris auiditas & laboris tædium hoc pium & heroicum institutum tuum remorata fuisset. Hanc tuam heroicam propensionem, veræ Nobilitatis decus, admirari & pro dignitate æstimare non satis possum, quæ sanè velim nolim tuæ me perpetuo obligauit voluntati. Diuina autem Potestas te tuosque conatus & pia consilia augeat honoribus, vitamque ad beatissimam producat senectam.

Tuæ clientelæ obsequentissimus
Matth: de L'Obel.



Ad eximium vsu & arte Medicum D. *Matthiam L'Obelium.*

PErge bonis auibus sacrare perennia sæclo
Pignora, flos Medici deliciumq; chori.
Si gens hæc hominum sua commoda nosse recusat,
Gratia nec meritis redditur æqua tuis:
At pia posteritas iustos seruabit honores,
Quodque maligna negant tempora, grata dabit.
Nimirum seros operâ iuvisse nepotes
Hic virtutis apex, hoc pietatis opus.

Amoris & obseruantiæ ergo
scripsi *Dominicus Baudius.*

D. Matthiæ

D. Matthiæ L'Obelio Medico celeberrimo

φίλῳ.

Post obitos olim meliori ætate labores,
Fessa quibus virtus cederet Herculea;
Post studia, & prono vigilatas pectore noctes,
Sudatum solitas continuare diem;
Post peragrata soli spatio loca dissita vasto,
Siue forent æstu torrida, siue gelu;
Tempus erat placidæ componere membra quieti,
Et dare callosis mollia strata toris.
Viuida sed virtus nullo superabilis æuo,
Et nondum genitum nata iuuare genus
Otia detrectat, turpemq; exosa veternum
Egregio vitam claudere fine parat.
Deserat officium capulo damnata senectus,
Quam calor ingenij deserit atq; vigor,
Ne sibi ludibrium sua per deliria quæras,
Intempestiua sedulitate grauis.
At tu, firme senex, ætas cui grandis & vsus
Auxit multiplici fœnore mentis opes,
Perge alacris tua pensa manu limare sagaci,
Pensa, quibus probitas stet, pereatq; dolus.
Ille tuus quondam Pelio de Monte Magister,
Immodicus lucri quem lacerauit amor,
Integer arte tua, sparsosq; vnitus in artus
(Compositos manes si pia facta mouent)
Destinat amplexus tibi pandis obuius vlnis,
Discipuli lætus de pietate sui.
At vafer ardelio, Medicum & mentitus agyrta
Luce tui palam proditus indicij,
Colla retorquebit, pressus ceu calcibus anguis,
Inq; tuum tergum tota venena spuet.
Sed bene, quod nulli bona mens obnoxia damno
Impauidum telis præbet aperta latus.
Et benè quod nihilo tua coepta remissius vrges,
(Quicquid mangonum sordida turba fremat)
Vt dubia in certam deducas Pharmaca normam,
In dubium posthac ne cadat vlla salus.
Non alibi grauius peccatur, nec tamen vsquam
Liberius propria de cute ludit homo.
Absit enim ratio, pro cara sæpe salute
Ancipiti auxilio mors properata venit.
Cautior at monitis fugiet discrimen vterq;,
Qui medicata dabit pocula, quiq; bibet.
Quippe doces, generat quicquid Natura salubre,
Naturam & quicquid Ars imitata parit.
Tantùm canities annis inuicta bonorum
Congerit in nostram & Posteritatis opem!
Fortunate Senex! in commoda nostra vacantem
Vltima te rapiet de statione dies.

Rhaph. Thorius Med. Doct.

IN

Correctioris & auctioris Pharmaceutices Officinæ Rondelletianæ Animaduersiones, & *L'Obelij* alteram partem Aduersariorum,

INDEX.

PRIOR NVMERVS PAGINAM COMPOSITORVM AVT SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM DENOTAT: SECVNDVS CRASSIORVM sphalmatum typographicorum obiter animaduersorum restitutiones, quæ partim oculi nostri senescentis aciem effugerunt; *partim operarum duræ ceruicis oscitatione & fatali supinaq; inertiâ, deprauata sunt. Litera A.a. Aduersariorum alteram partem; & l. lege & lineam significant.*

Empl.

TABVLA.

Philoso-

In Stirpium aduersaria Mathiæ de Lobel & Petri Penæ
INDEX.

NE FRVSTRA VOLVMINIS MOLEM AVGERENT ELENICHI IDEM HVC INCVLCATI & ACERVATI, QVI REPERTV FACILLImi, & multò locupletisſimi cuilibet inter euoluendum patebunt, hic duntaxat Indice summa genera Stirpium complecti, visum fuit.

B.

2

*.i.

M.

N.

O.

P.

*.iij.

Q.

R

*.v.

T.

Finis.



CLARISS. ET HONORABILIBVS INCLYTI COLLEGII MEDICI LONDINENSIS D.D. PRÆSIDI, PROFESSORIBVS ET PRÆFECTIS BENEMERITIS,

Proœmium & operis vtilitas.

Aliquot MEDICAMENTA COMPOSITA *habere in promptu operæpretium.*



DOLVM esse si quis Compositis vtatur, Villanouanus dixit, vbi in promptu habentur Simplicia: Varijs tamen de causis nonnulla Composita pharmaca non minus vtilia quàm necessaria sunt. Prima & potissima, quotiescunque præcipites implicati morbi, eorundemque sæuissima symptomata adeo vrgent, vt noua Medicamenta, Magistralia vocata, repentè per otium concinnare non liceat. Secunda & aliæ; quia multæ comprobatæ & vsu & ratione receptæ Compositiones maximæ efficaciæ, vt Theriaces Andromachi Antidotus, Mithridatica Damocratis (qui primi Medicamentorum Compositiones methodicè instituerunt) Philonis item Antidotus & consimilia Opiata pharmaca, quæ fermentatione egent, vt cuiusque Medicamenti simplicis qualitatis persusio, refractioque accedat, vnde noua & optata exoritur facultas; quorum alioqui nonnulla periculosissima & læthifera sunt. Quamobrem multis optimè constitutis aut moratis ciuitatibus, vt Patauij, Venetijs, Veronæ & alibi á primatibus & archipharmacopœis ciuem seruantibus, occlusis vasis hæc nobilissima & antiquissima pharmaca sigillantur, ne quis ante fermentationem sex mentium abutatur, indeque nex repente subsequatur; vt elapsis paucis annis malè cessit cuidam mercatori extraneo robustæ naturæ, assumpto Philonio non fermentato, recentioreque, non sine tædio Medici doctiss. qui præscripserat, quem iniquus, & ignarus aromatopola illusit. Huiusmodi funestissima exempla meminimus quamplura, supinâ agyrtarum audaciâ, de quibus alibi.

Quandoquidem Simplicia quouis loco, solo, tempore & cæli cardine ad manum esse nequeunt; ideo quo tempore maximè vigent, in annuum vsum, ex his nonnulla Medicamenta Composita præparari, permisceri & asseruari operæprecium est. Adde quod vix reperies Simplex immixtum Medicamentum, simplicem posse profligare morbum, nisi fortis opiferæ Naturæ beneficio morbus expellatur: Hac tamen procaciore temerariâ & imperiosâ ætate rarò in hisce aquilonicis plagis, multisque alijs regionibus Medici peritiores in morborum * *principijs* accersuntur; quia amarâ & læthali lue a fatuo & insulso sagarum cœtu, sagacium inquam marronarum concilio credito, excluduntur & in illorum locum mulierculæ clinicæ, obstetrices, meretrices, lenæ, profugi sacrificuli vafri, leues pagani popularesque concionatores famelici, templorum custodes, grammaticastri, Medicastri, Medicamentastri, Pharmacopœastri Medicorum simiæ, aromatopolæ, seplasiarijsque indocti aut sordidi salgamarij potius quam nitidiores Pharmacopœi, Tonsores, Lippi, Hippochirurgi infaustè chirurgiam factitantes; lithotomi, periclitatores, circumforanei rapaces lucro inhiantes; Pseudochymistæ (quos nobiles agyrtas scitè Angliæ protomedici dixere) hariolli, mimi, præstigiatores, caupones, coqui, materni idiomatis nugiuenduli radicisecæ, herbarumque collectores aut euulsores, congerrones & sordidi vulgi sedentarij opifices, irrepsetunt; ad ægros tanquam vultur ad cadauer accurrentes, prædas & prandia

* Principijs obstа.

captantes,

captantes, per hominum strages experimenta factitantes, nullâ Medicinæ parte illis probè peruestigatâ (inquit Syluius) hos curandos suscipiunt, sæpe pro salute, necem; post bellum aut funera auxilium pollicentes; & afflictionem pro auxilio inspirantes; deleteria Medicamenta, Scammoniam purum, Colocynthidem, Stybium & huiusmodi nullius delectus, pro antidotis porrigentes & propinantes; vnde mutatis leuioribus & simplicibus quotidianis morbis (grauissimos enim, & luem Veneream iniquè, emungendis auro & argento crumenis esse asserunt) in sæuissimos & implicatos immedicabiles affectus; quos alioqui natura initio facilè curasset, creberrima mors plerunque; humido radicali, natiuo calore, animæ, animalibusque facultatibus iniquâ & audaci ignorantiâ expurgatis, propulsis & extinctis. Sed demirari desine, cum Diuinus ipse queribundus Hippocrates scriptorum suorum exordio, *Medicinam omnium artium præclarissimam esse dixerit* (à supremo enim oriundam, vt habet sacra pagina, qui Medicamenta, viro prudenti minimè despicabilia, ex terra creauit, quique homines hac scientia donauit, vt suis miraculis gloriam consequeretur.) *Verum propter ignorantiam eorum qui eam exercent, & vulgi ruditatem, quod tales pro medicis indicat & habet, iam eo res deuenisse, vt omnium artium vilissima censeatur. At verò hoc peccatum ob hanc potissimam causam committi videtur; soli namque Medicinæ nulla pœna in rebus publicis statuta est, præterquam ignominia; Verum hac ipsa non afficit, neq; contingit eos qui ex composito personam ipsius induerunt: similimi enim huiusmodi Medici sunt personis quæ in tragædijs introducuntur: quemadmodum enim illi figuram quidem & habitum ac personam eorum quos referunt habent, illi ipsi autem verè non sunt: Sic & Medici famâ quidem & nomine multi, * re autem & opere valde pauci.*

* *Multi malunt videri quam esse.*

In huiusmodi Medicorum abusus, celebre illud & protritum non illepidum carmen quadrans, iure subnectere æquum est.

Fingit se Medicum quisquis Idiota, Prophanus,
Iudeus, Monachus, Histrio, Rasor, Anus.

Quamobrem his deploratissimis æruscatorum temporibus consultò datâque operâ eatenus & parcius attingere visum fuit, imò prætermittere (tanquam nefas plagiumque profanare & perdere nobilissimam artem, iam penè, proh dolor, toto orbe deformitatis exemplis extinctam) istos *Medicatos Succos*, siue nobilissima *Chylismata Cathartica*, veterum Græcorum imitatione absolutissima, cuiuscunque simplicis Medicamenti energiâ asseruatâ, idoneoque menstruo extracta aut eliquata; quæ cum delectu longè minori noxâ & mole; maiori cum efficaciâ in corporibus nostris mirè & egregiè operantur; tamdiu vsque dum leges cessabunt (vt Syluij dictum vsurpem) in hos indoctos, noxios & inexpertos carnifices, qui sese medicos profitentur, animaduertere; quos tamen plerunque plerique, violatis artis legibus, nostræ ætatis ignobiles sordidéque auari Medici sectantur; quia illis supradictis ærus catoribus & periclitatoribus quandoque æquè bene cedunt omnia illusionibus suis, superficiarijsque parietum dealbationibus stupefacientium Medicamentorum recidiuis & itritis curationibus palliatiuis à medicis vocatis, ac nouissimis his inexercitatis histrionibus Hippocratis famelicis, lenipedibus alipedibusue ad ægros non accersitis spontaneis cursoribus, futilitatis plenis, scientissimis ardelionibus, obsequiosissimis sophistis λογιατροῖς siue verbis tenus Physicis & Medicis, verborum non rerum callentissimis (non est enim linguæ lenocinijs hæc peculiaris medendi ars acquirenda; sed assiduo, rationi & longæ experientiæ & vsu coniuncto labori nititur) quorum pars Hippocratis, Galeni & antiquorum Græcorum doctrinâ & præceptis magni tœdiosi & assidui laboris valere iussis, contenta ex Arabum monumentis, methodo & rei dubiæ demonstratione orbatis * aut Neotericorum leuidensibus Formularum Remedijs, cornucopijsue pollicitationum quorundam Antidotariorum, ** pseudochymicis, cachochymicis ciniflonum verbosis histricis illusionibus; è quorum turbidis riuulis haurire malunt, quam ex limpidissimis Græcorum Hippocraticis, Galenicis & Priscis fontium scaturiginibus, singularibusque experimentis, nec non Dioscorideis euporistis facilène parabilibus ipsis ignotis; illotis cuestiglò, vt aiunt, pedibus & manibus, ad praxim properat & illicò ab initio (vt lepidè Gueuarus in Epistolis aureis) morborum implicationibus & signis, differentijsque adhuc latentibus; & per vniuersam curationem ægros cornucopiâ Medicamentorum molestissimâ, Officinis autem gratissimâ, ingurgitat, & necat eodem modo quo mulierculæ sæpe capones suffocare solent; & hoc quidem faciunt vt multa præstitisse remedia videatur; Crisium interea interruptarum aut neglectarum, contra artis leges, nescia. Huiusmodi præstigiatores non solùm fouet & tutatur plebis fex, magno rusticæ turbæ & ignaræ rudis gentis applausu, sed & quod maximè dolendum, Magnatum nonnulli fatui & insulsi, quibus sordet sordidis (similis enim similem, vt fertur, sibi quæritat, simili que gaudet, aut similes habent

* *I. à Spina aduersus curiositates. lib 6. pag. 554.*

** *Clariss. V. D. Baro VVilloughby pseudochymistarum & mediastrorum turba, quæ vnice delectabatur, periit: caueant alii.*

labra

labra lactucas) laceratur & malè audit ars Medica Diuina, nobilissima & antiquissima, summo ægrotantium dispendio, non sine proborum Medicorum, Pharmaceutices, Chirurgicesque peritissimorum tædio, cum vniuersarum Medicatricis artis partium, nec non Academiarum, studiosorum & piorum virorum laborum, ærisque parentum euersione peruersione & deperditione maximoque cum Reipublicæ naufragio: qui quidem eruditissimi Medici morborum & symptomatum differentijs, ex experientissimi Hippocratis, Galeni & antiquorum decretis cognitis, nobilissima pharmaca corporibus praue affectis & conformatis, * *implicatisque morbis*, etiamq; ex diametro inter se pugnantibus, de quibus pauca prodita, vnicuique morbificæ causæ, vrgentique necessitati, concinnant & aptant ex selectissimis conuenientibus simplicibus medicamentis, per boni & industrij sartoris exemplo, qui gibbosis, luxatis, mancis mutilatisque vestes sarcit, & quasi nouam formam resarciendo, Naturæque vitia tegendo, instaurandoque inducit.

** De morbis implicitis aut compositis & hereditarijs pauca antiquitas.*

Quandoquidem Medicum peritum solertisque ingenij, priscorum exemplo, consultò oporteat proprijs suis Medicamentis Compositis, temperaturæ, morborum causis alijsque accidentibus, vsui ipsius conuenientissimis vti, cùm Pharmacopolarum communes compositiones, ad subito & bene curandos archanos abditissimè latentes & implicatos morbos, magna ex parte tales non sint, ipso etiam docente Rondelletio, de Compositionibus quibus munitus esse debet Pharmacopola agens, dicat practicantium Medicorum vulgus, popularesque Medici, quales sæpe Pharmacopocastri esse solent, sericata vndulataque fastu turgida, auræ & famæ popularis Medicastrorum fallax auidissima, siticulosior histrica torquata cohors, audacter incutiri & necare solita, quæ mutata veste, decore & optimi Medici splendidiore amictu quotidie ornata, huius Medicatricis artis, Materiæque medicæ ignara, ipsisque tamen Officinarum caculis notissima; quid his triuialibus priuata medicamentis, cum eadem ignauiâ assequi nequeat, quamque laboris tædet pudetque doceri, in curationum suarum irritis pollicitationibus agat? quibus quidem orbata, manca & mutila illorum ars scientiaque desijt, deperditaque est, armis leuidensibus ad profligandos morbos omnino destituta.

Rationi itaque consentaneum est probum peritumque medicum, sæuientibus morborum symptomatibus occursandi gratiâ, priscorum heroum, Mithridatis Ponti Regis, Hippocratis, Lysimachi, Galeni, Nuperorumque Syluij, Fernelij, Rondelletij & aliorum exemplò, cum Simplicium, tum Compositorum medicamentorum notitiam habere, & neutiquam manus proprias inquinare, in selectioribus quibusdam parandis remedijs dedignari, cum sæpe videmus, vbi Pharmacopœi fides & industria suspecta est, artis suæ & linguæ latinæ ignoratione, medicamenta alias optima futura, delecteria fieri, vt in Opiatis Antidotis & alibi diximus: Tum etiam experimur Pharmacopœos plerosque lucro inhiantes medicorum simias esse, artemque cum ægris inscitiâ perdere; eoque Rondeletium medicis consulere solertiora eximiæ dotis lectiora quædam propria medicamenta parare, exhibere, sibique piè ob abusum, artis profanationem & calumniam, seruare. Medici igitur dignitati, authoritati & diligentiæ, benè agendo, nesciosque docendo, Reipublicæ vtilitati quidnam derogari poterit? Sed postquam elato supercilio & desidiâ medicus medicamentorum vsui ipsius parandorum officio deesse cepit; eaque paranda secordi famulo commisit; tanta rerum paulatim barbaries & inscitia irrepsit, vt medicamentorum, medicorum medicamentariorumque sui oblitorum rectior vsus, valetudinis corporeæ obsoleuerit.

Afficit Medicum suis præmijs conuenientibus vsui ipsius. Ecclesiast. 38.

Nobiles prisci medici suorum medicamentorum præparationes non dedignati sunt, neque eorum puduit, neque seruos suis medicaminibus præficere, qui hodie vicem medici supplere, & pro medicis a rustica populari turba haberi solent; sæpissime pro antidoto & salute crassâ ignorantiâ, necem porrigentes, artis & virtutis contemptione, euersioneque: Proinde meritò quidam docti virtutis amantissimi lamentantes & eius contemptum deplorantes, loco huius celebris elogij,

Excitat ipse fauor studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet;

Virtus laudatur & alget, dixere: Virtutem laudari quidem, sed algere.

¶ Veterum medicamentorum parandorum rationem Remediorumque Formulas & Regulas, quibus quotidie medici & medicamentarij vbique locorum passim in summa opinionum peruersitate vtuntur, quamplures præclari doctissimique nostri seculi viri, certatim summo studio suo nitori restituere contenderunt, & magnam non contemnendæ vtilitatis operam in simplicibus & compositis medicamentis illustrandis explanandisque, quibus & quomodo illa concinnantur, maxima cum laude dederunt, indeque apud posteros nomina sua nobilitarunt & ab obliuione vindicarunt. Inter illos claruit Valerius Cordis, quem Germani omnes, Belgæ,

 Gallorum

Gallorum & Anglorum maxima pars ſequuntur, à noſtro Coudenbergio doctiſſimis Scholijs illuſtratus & plus quadringentis erroribus liberatus. Iacobus Syluius in hac paleſtra præ cæteris maximam laudem meritus, qui de pharmacorum compoſitione, præparatione diſertè doctèque cenſuit, atque multa barbarie vocum vindicauit, præparationiſque modum accuratius explicuit. Andernaco item gloria immortalis debetur; quemadmodum Anutio, Fœſio Syluij diſcipulo; Cronenbergio, Placotomo, Adolpho Occoni Auguſtano, medicamentorum formulis Florentinis Italicè ſcriptis, vernaculè *Ricettario di Firenze*, & alijs, Fernelio de Compoſitis medicamentis, Guilhelmo Plancio a doctioribus, quia tanti Fernelij eruditionem vix ſapiunt, aſcriptis: Laurentio Iouberto, Bricio Bauderio, Melichio & Weckeri laborioſæ Remediorum ſyluæ, cornucopiæue alienæ: Ioachimi item Camerarij doctiſſimo Norico Diſpenſatorio; ſummoque philoſopho & medico Victori Trincauello, qui omnium doctiſſimè Compoſitiones, quibus paſſim vbique terrarum Medici & Officinæ vtuntur, enodauit: Necnon Guilhelmo RONDELLETIO a teneris inter optimos Medicos & Pharmaceutices callentiſſimos Monſpelienſes educato; quique inter opera ſua Pharmaceuticam artem quam hic correctiorem damus, in ſuccinctam, compendioſam contraxit OFFICINAM; ſpretis meritò ſuperfluis, inutilibus, inuſitatis, quibus commodiſſimè carere fas eſt, vndique magni precij, cariſue, carioſiſque diutius aſſeruatis putrilaginoſis, ſæpe adulteratis Compoſitis medicamentis, Pharmacopœis damnoſis, oneroſiſque; melioribus, paucioribus & rationi cõſentaneis, Villanouani ſtatim initio procemij memorati exemplo; artis legibus inuiolatis, innixus, & plus quam reliqui omnes, qui ſeſe ſequuntur, nec a communi via deflectere auſi ſunt; vt qui in Galeni & doctiſſimorum priſcorum verba non iurarit, docet: fuerunt enim illi ſummi viri & mortales; nos verò tanquam pygmæi ſupra gigantum humeros (qui nobis glaciem ſecuerunt) ſumus; inuentis autem addere facillimum. Sed dicat aliquis cur Rondelletiana Pharmaceutices Officina tamdiu latebroſè delituit? liquido conſtat Rondelletij Methodum curandorum morborum mancam eſſe & mendoſiſſimè editam, ac proinde ſuſpectam, iunioribuſque practicantium periculoſam; veterioribus ſenioribuſue tamen doctioribus pleriſque practicis & eius diſciplinæ aſſuetus, vtiliſſimam; non recedit namque a communi opinione, niſi optima ratione addita. Quidquid dicat Maceus quoue effugio vtatur,
156 ſuo primæ editionis Lutetianæ prologo anno ſuppreſſo excuſæ, & deinde Wecheli heredes, qui omnia nunc, id eſt in ſecunda editione Francoſurtiua aiunt, caſtigatius in lucem edita, hoc eſt, infælicius & mendoſius anno 1592. vt ſtatim ab initio Pharmaceutices Officinæ liquidò conſtabit. Longè aliter Rondelletium cenſuiſſe certò ſcio; nam ex Italia tunc nuperrimè in Belgium reuerſus, per Lutetiam Monſpelium ſecundò, iter properando rediens; à Maceo opera Rondelletij emi, & quamprimum appuli D. Rondelletio preſente D. Iouberto, dedi; quæ quidem quia nondum viderat gratiſſimè accepit (audierat enim opera ſua mutila & mendoſa ſe inſcio, furtim in lucem edita, ſuorum quorundam egenorum diſcipulorum operâ & ſtudio, eoque Regias literas impetrarat, vt edicto Regio reuocarentur interdicerenturque) ſed poſtquam animaduertit opera ſua adeo inculta, & ſtudioſorum inſcitiâ mutilata, typographiciſque mendis refertiſſima; eadem cum vellet erratis liberare, in Hiſpaniam ad praxim, in qua fæliciſſimus & incomparabilis fuit, a nobiliſſimis viris vocatus, & in reditu à Tholoſanis tumultuoſis ob religionem perturbationibus timore percuſſus, Caſtris Albigentium, vulgo *Albigeois* lienteriâ correptus, morte omnibus medicinæ ſtudioſis funeſtiſſima 30 Iulij 1566. vitam mutauit. Conſtituerat enim, vt inceperat praxim ſuam emendare, in priſtinumque nitorem & optimum ordinem redigere, multaque præclara in lucem edere. Hoc negotium ſuſceperat D. Ioubertus & Librum de componendis medicamentis ſeu Formulis Remediorum, tam Internorum, quam Externorum, iam Rondelletij tempore inchoarat, cum Libello ſuo de Concubitus impedimentis & morbis hereditarijs: quid interim actum ſit inter heredes D. Rondelletij Ioubertum & typographum prorſus ignoro: ſi hæc periere, dolendum.

Sed cum hactenus nihil elaborati aut emendati in lucem prodierit; quidquid D. Rondelletio docente Officinam ſuam Pharmaceuticam obiter annotare potui, vbiquè appoſito, quo ſcriptis noſtris plus accedat authoritatis eius orationis inſtaurato texto ſiue ſimilimo ſtylo, candidè Reipublicæ commodo ſtudioſis & poſteritati impertire non minus verebor, quam ille ſtudioſos ſyncerè Medendi artem, nihil penitus celando aut occultando, docere dignatus eſt: Hæc ab obliuione & iniuriâ tanti perpiæ memoriæ præceptoris, amoris ergo, vindicare libuit, quia ſphalmatum typographicorum, ſtudioſorumque incuriæ & ignorantiæ neſcij, in hunc vſque diem, authoris dignitati derogant. Vtinam heredes hæc opera non neglexiſſent, aut ſaltem tandem quendam exercitatiſſimum doctiſſimumque virum conſtituiſſent, qui tanti candoris noſtri

ſeculi

seculi practici euigillatos diuulgaret labores; ne quis alienis pennis ornatus, vt plerunque fieri solet, suppresso authoris nomine, Rondelletij labores sibi vendicet.

Cum itaque multi in componendorum Medicamentorum ratione multùm diuque desudarint, & ex laboribus suis magnam consequuti sint gloriam: tamen cum in re tam ardua, multa posterorum diligentiæ inquirenda reliquissent, cum huic studio à iuuentute non pænitendam operam impendissem, dedi operam vt rem succinctè pertractem, additis aliquot selectioribus & vsitatissimis Catharticis alijsque Medicamentis, eorumque emendatioribus descriptionibus, alioqui vbique passim Officinarum peruersis. Ex duabus aut tribus compositionibus, imitatione Rondelletij, sæpe vnam fecimus, Pharmacopœorum commodo, ne mole & copiâ Medicamentorum obruantur, quę diutius in Officinis seruata, putrent, aut deprauantur: examinatis Simplicibus Medicamentis, quia sæpe videmus celeberrimos Medicos & Pharmacopœos senio confectos nescire quid in parandis triuialibus vsitatissimis compositionibus, barbarie vocum implicatis sint accepturi, eoque sine notitia, contra mentem authorum pro arbitrio medicamenta parare, vt scitè Rondelletius in prologo huius libri sui inscriptionis Pharmacopolarum Officinæ, monet.

Interea itaque præstantissimi viri, has nostras lucubrationes suscipite, expendite, emendate, concinnate, fouete & augete, donec amplissimi Collegij Doctorum expectatissimum perfectum Antidotarium omnibus Medicis & Medicamentarijs proponatur, cuius normam in parandis medicamentis sequatur omnis Britannia.

Sed ne mihi placere videar, aliosque carpere, ipse maximè carpendus, veritati tamen & rebus non verbis nixus præstantiora quæuis & maximè necessaria quæ Syluius, Cordus, Rondelletius & alij in hoc studio præcellentes censuerunt, indicare non verebor: quia verò nemo melius aut elegantius possit, eorum verbis, authoritatis ergo, pro prologomeno vtens.

Syluius.

VT rectè est veterum sermone celebrata sententia, Quam quisque nouit artem, hanc exerceat vnam atq; excolat, & totus in ea versetur: sic rectè nunc pronunciari posse mihi persuadeo, quã quisque exercere artem constituit: hanc accuratè prius pernoscat. Id quod si hodie diligentius obseruarent homines, non tam multi repente fierent medici, nulla dum medicinæ parte illis probè peruestigata, nullius adhuc morbi curatione apud præceptores obseruata. Cum tamen esset è re ipsorum, sed magis etiam ægrorum: si nullum omnino affectum susciperent curandum, quem non antè obseruassent à præceptoribus curatum. Quàm rectè cum ægris ageretur, si hac ætate qui medicinam factitant, sic essent antè sub præceptoribus instituti affectus cognoscere, illis occurrere, futura pronunciare. Non medius fidius per hominum mortes, experimenta sic agerent imperiti adhuc, & rerum omnium suarum rudes medici: tam quæstus auidi, vt quid eos deceat ignorent, quid famam perstringat nesciant, vt interim animæ detrimentum taceam. Vbi enim medicas nescio quas præceptiunculas memoriæ didicerint, ac medicamentorum certas quasdam scripturas, se medicos profitentur. Illis est satis scire antidotum, catholicum verbi gratia, humorum omnium redundantiam vacuare, cum ignorent, quibus, & quanta singulorum mensura constet, quæ singulorum sit facultas, quæ horum cum illis sic mistorum: eademq; in cæteris medicamentis compositis vtuntur, ignorantia impostura. Quid per Deum immortalem hoc hominis portento, se medicum mentiente, est reipublicæ pestilentius? quod notæ censoria dignum magis est facinus? Cur leges cessatis in hos carnifices, vt meriti sunt, animaduertere? An nondum extant quæ hanc capitalem inscitiam puniant, & nouo vindictæ exemplo coërceant? aut si hæc peccandi licentia impunè permittitur, cur non modo ex typographorum præ'is, sed omni omnium hominum ordine in medicinam non conuolatur? Sed Deus optimè maximè nobis largire meliora, & indoctis his carnificibus ignorantiæ suæ conscientiam oppone, vt facinorum tam indignorum pœnitentia confusi, in ordinem suum redigantur. Iam ab hac arena explosis circulatoribus istis, rem medicam sincerè tractaturo non soli pharmacopœo necessariam esse hanc medicinæ partem quæ simplicia deligit, ad compositionem præparat, & denique fœliciter commiscet; docere aggredior. si enim pharmacopœi fides tibi suspecta est, velisque ob id ipsi simplicia deligenti, præparanti, miscenti, adesse, quid ex hoc studio emolumenti consequere, nisi hæc tu vt ille pernoscas? imò quam tibi infamiæ notam imprudens inuris, dum ignarus horum simplicium medicamentorum, tanquam asinus quidam ad omnia eius rogata auribus motis velut annuis. Quid quod tibi sæpe etiam volens pharmacopœus illudit, & mea sententia iustissimè, dum coryli nucamentum pro pipere longo ostentat, dum centaurij magni radicem pro Rha Pontico, dum acorum palustrem nostrum pro Indico & vero porrigit; sed vitia hæc tolerabilia sunt. Pro elleboro autem nigro, Arabum napellum, aconiti genus quibusdam, hodie propè ab omnibus pharmacopœis substitui

 quis

quis ferat? an non communis est vtrique medicorum & aromaticorum ordini ignorantia & culpa? Venia dignior est impostura, cum aristolochiam clematitim nobis frequentem pro duabus alijs rarioribus supponunt: indignior cùm scammonium crudum pro cocto miscent, aut largius quàm scriptura medicamenti postulet, medicamentis immiscent, aut etiam cùm alicuius ex tithymalis lac miscent pro scammonio. Quæ errata cateráque omnia in medicamentorum mistione committi solita si vellem persequi, longior Iliade nostra procederet oratio. At vt donemus medico ad componendum nihil opus esse diligenti ista in simplicibus medicamentis deligendis, parandis, & miscendis exercitatione, iam pharmacopœo commissa: ad pernoscendum autem compositi vires, omnia, hæc illi ad vnguem sunt pernoscenda. si enim vnius simplicis improbitas totam sæpe compositionem vitiat, vt abunde in methodo medicamenta componendi docuimus, an parui esse tibi debet singulorum simplicium delectus: si item præparationis ratio simplicium vires auget, minuit, abolet, nouas acquirit, vt libro secundo explicauimus, quam tu horum ignarus facultatem toti medicamento tribues? Si denique mistionis modus ex eadem materia vnguentum, ceratum emplastrum efficiat, an tibi est negligendus? Crede mihi absurdissimus est, ac sæpe ridiculus, qui medicinam facit, harum rerum ignarus: non dico quoties medici imperiti enumerata simplicium turba subscribant, fiat emplastrum, vel aliud, cum tamen ad hanc medicamenti formam scripta illa simplicia nunquam veniant. Quæ res medicum pharmacopœo ignorantia suspectum meritò reddit. Præterea multos me vidisse tam harum rerum imperitos, vt cum in officinas diuertissent pharmacopœorum, non modo simplicia vsu ipsis quotidiano celebrata non agnouisse, sed neque composita medicamenta illis propè continenter in ore & calamo versata nouisse mollia ne essent, an solida: an non id est ignorantia rerum maximè necessarium crassissima? Quam ne exuant plarique à medici dignitate alienum putant in medicamentarias officinas diuertere, ibi aliquandiu sedere, quæ componuntur obseruare, quæ consuetudo, vt in Gallia Narbonensi est antiquissima, vtinam hîc saltem nunc inciperet ac procederet: spectarent medici quàm fœdè frequenter labuntur ob compositorum iniquitatem, & fortasse sua dignitate, si scientia id minimè possent sua, indoctos, aut improbos pharmacopœos à praua compositione deterrerent. Hæc prolixius à me scripta quàm rei natura postulet, fortasse ineptus aliquis calumniabitur: cùm tamen res ipsa longissimam efflagitet orationem, quæ profligata multorum ignorantia, omnes medici nomine dignandos in id studium impellere posset, ne posthac esset accusationi locus. Faxit Deus, vt quisque quam exercet artem, pernoscat, & medicus nihil eorum ignoret, quæ ad morbos citò & tutò curandos vtilia, vel necessaria esse consueuerunt. Porrò medicum omnia hæc intelligere oportet, non vt in opus pharmacopœorum euadat (nisi si quando horum desyderio cogatur aliquid huius artis moliri) sed vt componenti pharmacopœo possit non modo adesse, sed etiam præesse: nec huius disciplinæ ignarus quotidie describat simplicia quæ in emplastrum cogi iubeat, cum ex his quiduis potius quàm emplastrum perfici queat, quomodo cùm amphora cœpit formari, currente rota cur vrceus exit?

Viue, vale lector, si quid scis rectius istis,
Candidus imperti: si non, his vtere gratus.

SYLVIVS

DE PHARMACOPOEI OFFICIO.

Idem ferè Cordus. QVANQVAM plurima cum medico habet communia pharmacopœus, prudentiam natura insitam, medicamentorum absolutam cognitionem, diligentiam in his omnibus quæ suarum sunt partium maximam, probitatem: tamen non pauca ipsi propemodum propria videntur, quæ tamen aliquando & medicorum fuerunt cum ipsi medicamenta parabant, id quod Galenum fecisse passim scripta ipsius loquuntur. Eius generis sunt medicamentorum delectus, ratione & experientia summa quæsitus: deinde seruandi hæc modus, & tempus quo vigent, aut iam viribus effœta sunt ac exanimata. Item qua ratione vnumquodque sit vtendum, siue illud ipsum per se, siue cum alijs coquendo & terendo, vel alia ratione præpa-
Eadem Cordus rando. Sit præterea doctus grammaticam, vt compositiones veterum, & scripturas medicorum quotidianas intelligat, in quibus si quid interdum hi scripserint largius, aut parcius, aut ingratius quàm ægro huic competere coniectet pharmacopœus, medicum amicè admoneat. Volumus præterea pharmacopœum artem omnem medicamenta deligendi, præparandi, & componendi callere, cultu medioeri contentum, hilarem, facetum, diligentem in rem ægrorum: non auarum, non libidinosum, non ebriosum, non contentiosum. Quæ iterum illi cum medico sunt communia, vt Hippocrates docuit libro de medici officio. Quibus animi & corporis, & fortunæ dotibus

si

si prȩditus erit pharmacopœus, nihil inconsulto medico perito, cuiquam propinabit, præsertim magnarum virium, sed neque quantumuis paruarum, cum horum vires nesciat: & plerunque auxilia hæc quamuis, vt videtur, imbecilla, tamen quantitate, qualitate, tempore insalubria, magnorum sæpe morborum sunt occasio, & legitimam curandi rationem peruertunt, dum sub his curatum corpus remedia iam maiora, sed idonea non feret. Nihil etiam vel amore, vel odio, vel metu, vel pretio, vel ignorantia peccabit: neque venena, abortum facientia, exoleta, adulterina, aut supposititia vnquam exhibebit: sed medicum doctum consulet quodnam simplex, aut compositum illius penuria volet substitui. Non augebit medicamenti alicuius valentis quantitatem, vt vacuatione hinc largiore sequuta dicatur medicamenta habere præstantiora. Quàm vellem huius ætatis pharmacopœos ad hunc se velut canonem conformare, & medicos ad suum: non esset cur hodie tam neglecta iaceret medicina, etiam multorum probris lacerata. Deum optimum maximum supplex oro, & obtestor, vt aliquando id studium in mentes medicorum & pharmacopœorum immittat, vt esse quisque quàm videri aut dici malit optimus, vel medicus, vel pharmacopœus. Quod si diuinam illam gratiam neglexerint, faxit Deus, vt regia censura in eos aliquando animaduertatur, qui artem prius exercent quam pernouerint, hominum corpori tam salubrem, cum rectè obitur: tam insalubrem & perniciosam, cum inscienter tractatur. *Eadem Cordus.*

Subdit Valerius Cordus, de Pharmacopæi condecentia.

HABEAT etiam ædes salubri loco sitas, ac varijs reponendis conseruandisque accommodas. nonnulla enim humido, pleraque calido, quædam sicco, quædam etiam frigido loco rectiùs conseruantur: quam varietatem non quælibet domus præstare potest.

Diuitiæ quoque saltem mediocres adsint oportet, in primis autem animus liberalis, ab auaritia sordibusque alienus. Diuitiæ enim hoc præstare poterunt, vt commodè habitet, & medicinas quæ emendæ sunt, suo tempore quam optimas coëmat. Animus autem liberalis, minimeque auarus; cauebit, ne compendij, aut lucri sui causa, deteriores vili pretio libentius, quàm præstantissimas, paulo largiore comparet.

Iam simplicibus medicinis omnibus diligenter collectis, coëmptis & repositis, succedit industria compositarum ritè dispensandarum, vbi eum in primis vigilantem & circumspectum esse oportet. Hoc obseruare conuenit, ne sit aleæ aut similibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui vinosus vel ebriosus, neque fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit: ebrietas, errores, obliuionem & stuporem inducit: turpis verò amor, etiam veneficia illi extorquere posset.

Quòd si accesserit vera pietas, hoc est, timor Dei, & fides in Christum, charitas erga proximum, & spes futuræ vitæ, omnia erunt tutiora, illustriora & feliciora. Tum enim cogitabit: Si quid per negligentiam in vitam aut valetudinem proximi peccauero, iudicium Dei non effugiam: quanto minus effugiam, si sciens ac prudens venenum dedero, aborsum procurauero, aut aliquod aliud ingens atque insigne flagitium designauero? Et si humanitas eorum qui infirmos & ægrotos tantùm visitare solent, Christo adeò grata est, vt illud beneficium in seipsum collatum esse affirmet; quantò gratior erit illi mea cura & solicitudo, dum studeo illis Medicinas rectè componere tempestiuè exhibere, & non prôpter lucrum tantum, verùm etiam humanitatis respectu operam dare, vt melius habeant & conualescant.

L'Obelij explanatio.

DOCTVS sit Grammaticum.) *Hoc optatissimum V. Cordi. I. Syluij & aliorum præceptum, quamuis animaduersione dignissimum; hodie tamen negligitur, quia lucri auiditate & cæcitate valdè peccant fœdi illiberalesque Pharmacopœi nonnulli decoris artis suæ obliti, nullius delectus ineptos famulos caculasue Officinarum artem quam ipsi sæpè non callent instruendos, latina lingua omnino rudes & ignaros, suscipientes; quos hodie docti Medici plerunque cum tonsoribus instruere vernaculo idiomate coguntur, quò impunè, sine noxa inscitiæ supina negligentiâ tutè & iucundè ægris prosint medeanturque.*

GVILI-

GVILIELMI RONDELLETII
in ſchola MONSPELLENSI profeſſoris
Regij & Cancellarij celeberrimi PHARMACEVTICES OFFICINA longè correctior Remediorumq; quorundam ſymbolè auctior, operâ L'obelij,

Procemium.

CVM ægrotantium cauſa, Lutetiæ, Antuerpiæ, Lugduni, Romæ, Monſpeſſuli, Tholoſæ, alijſque multis locis verſarer: multa ſuperflua & inutilia, multa autem neceſſaria & vtilia, ad bene ægros curandos deſiderari cognoui, & vnumquemque Pharmacopolam pro arbitrio medicamenta parare, nullámque certam medicamentorum componendorum, medicorum ſequi regulam: quoſdam imperitos rei medicæ, aut barbaros Arabes imitantes. Has ob cauſas toti Reip. vtile fore putaui, ſi Officinam methodicam parare breuiſſimè indicarem: in qua neque vaſcula aurea, neque pyxides pictæ viderentur; ſed ex qua, remedia, ex non adulteratis, ſed optimis quibuſdam rebus, compoſita, paruo ære comparare quiſque poſſet, plus in receſſu habitura, quàm in fronte promittat; quod longè aliter hoc tempore in Officinis ſolet fieri: Nam qui Officinam Pharmacopolæ parant, in hoc tantùm incumbunt, vt vaſcula aurea, & picta ſibi habeant, quæ plus ad oſtentationem faciunt, quàm ad neceſſitatem, vt vulgus illas Officinas admiretur. Quòd ſi illam ſuperfluam, & inutilem impenſam in componendis optimis medicamentis inſumerent; & ſibi, & ægrotis longè melius conſultum eſſet. Sed ea eſt ferè omnium communis inſania, vt malint videri, quàm eſſe. *Huius* inſaniæ fautores ſunt magiſtratus, qui in hos impoſtores deberent animaduertere. *Item artium Profeſſores, quibus à Principibus demandata eſt prouincia, vt eorum officinas inuiſent, & inſpiciant, ſi bene inſtructa ſint rebus omnibus; & ſi, quæ parantur auxilia ad morbos propulſandos, talia ſint, qualia eſſe debent. Qui autem hanc commiſſam Prouinciam, vel ob quæſtum, vel ob amorem contemnunt, grauiter peccant in Remp. digni ſanè, qui ſumma cum ignominia à bonorum conſuetudine expellantur, qui, vt ſuo officio fungantur, tantùm abeſt, vt Pharmacopolæ refragentur, vt ſæpe ad id ſollicitent ac inuitent. Nam, vt qui malè agunt, lucem fugitant; ſic, qui bene hanc lucem amplectuntur, ſibi & ornamento, & vtilitati futuram intelligunt. Confidentius enim illis ægroti ſeſe committent, & liberalius medicamenta perſoluent, cùm nos diligentiæ eorum & fidelitatis teſtes habebunt. Hoc potiſſimum Pharmacopolæ curandum, diligentérque obſeruandum eſt.*

Inſtructurus officinam, ante omnia curet, vt ſimplicia optima, & ſelectiſſima ſibi vndiquaque comparet; comparata ſingula diligenter à putredine conſeruet: Ita ordine diſponat, vt omnia ad manum ſint, & ex his compoſita medicamenta certis temporibus paret; & parata ſeruet. Sed quæ illa ſint, & quomodo conſeruanda, aut in ordinem digerenda, paucis docebimus.

¶ *A quibus petantur Medicamenta.*

MEDICAMENTA petuntur ab Aëre, Igne, Aqua, Terra; Lapidibus, Plantis, Animalibus. Quæ ab Aëre, vt Manna quod Mel aëreum dicitur à Galeno, quòd in aëre & arboribus colligatur.

Ab igne Cauteria, Igniti ferri, auri, chalybis, ſilicis & aliorum.

Ab Aqua petuntur medicamenta; dulci medicamentoſa, vt Pluuiali, fontana, fluuiali, ex qua herbæ naſcuntur, vt Lentigo aquatica, Acorus vulgaris, Nymphea, Stratiores aquatica, Hippurys fœmina, Lauer, Syſimbrium.

Ab animalibus aquatilibus, vt Crocodylus, Piſcis, Teſtudo palluſtris, Ranæ, Cancri fluuiatiles, Oſtachi fluuiatiles, Anguillæ, & multi alij piſces. Ex aqua ſalſa, vt Alcyonium, Sal, Flos ſalis, Spongiæ, Corallus vterque.

Silurus.

Ab aqua mixta ex dulci & ſalſa, vt Adarce: reperitúrque in illis locis, vbi dulcis aqua miſcetur cum mari, vt in oſtijs Nili, Anguillæ; Aſphaltum & in mari mortuo etiam reperitur, & in quàmplurimis alijs locis, vt in eo fonte, qui vulgò fons (*de la Pege*) dicitur & non procul à *Beauregard* in Auernia. A terra, Herbæ, Arbores, Animalia, Metallica, Lapides, Terræ variæ ſpecies.

Ex herbis, vt Radices, Caules, Folia, Flores, fructus, ſemina.

Ex animalibus integris parantur medicamenta, vt Cicadis, Vermibus, Aſellis, Cantharidibus, Cancris, Scillis, Locuſtis, Vulpecula, Galerita, Troglotidibus, Hirundinibus, Cuculis, Pipionibus, Ranis, Rubetis, Torpedine, Lupo, Cane, Talpis, Lepore marino, & terreſtri, & alijs multis ſimilibus. Ex partibus animalium & primùm à capite toto, vt Smardis, Lacertæ, Leporis, Muris.

A partibus capitis, vt ex cerebro Leporum, Passeris, Cranio hominis, & Dentibus Apri, Equi, Asini, Lamiæ, Elephantis, Lupi, Vnicornu.

A partibus animalium, vt corde Porci, pulmone Vulpis, hepate Lupi, Vulpis, Capræ, Hirci, Canis rabidi, Anseris, Echini terrestris, Erhinacei, Ranæ, Hyenę, Equi syluestris, pulli Onagri, Asini, Rubetæ: ventriculo toto vel interna pellicula ventriculi Anseris, & Gallinæ: Intestinis Lupi, Gallinæ, Anseris, Leporis: Renibus Vulpis; Scincorum, Testiculis Gallorum, Castoris, Luthræ, Vulpis: vesica Castoris, Apri, exiccata cum vrina in furno: Cornibus & ossibus Cerui, Tauri, Vituli, Hominis, Leporis, Elephantis, Hirci: cute Serpentis, Viperæ, Vrsi, Vituli marini, Erhinacei terrestris, & marini, Ouis, Leonis, Ichthyocollæ. Ab humoribus, sanguine Hominis, Porci, Columbarum, Leporum, Anatum, Anserum, Hirci, Vespertilionum, Tunnorum, Testudinum terrestrium, marinarum, & pallustrium.

A Bilė, vt Piscium, Vranoscopi, Pastinacæ: Auium, vt Aquilæ, Milui, perdicis, Gallinę: Quadrupedum, vt Tauri, Vaccæ, Vulpis, Hirci, Lupi: Insectorum, vt Serpentis, Lacerti.

A lacte animalium, vt Mulieris, Chameli, Caniculæ, Vaccæ, Capræ, Asinæ, Ouis.

A coagulo, Hedi, Leporis, Vituli marini.

Ab ouis, Gallinarum, Phasianorum, Formicarum.

Ab excrementia particularium animalium, Vnionea. quæ sunt in Ostreis, Moschus, Ciueta, Oesipus, pili Equorum, Vrsæ, Hominis, Talpæ, Leporis, Canis: Vngula Asini syluestris, Equi, Lychenæ equorum: Cutis Viperarum, Serpentis, Vrsi, Vituli marini, Erinacei terrestris, & marini, Leonis.

Ex * Balneis, & Athletis. vrina pueri, Apri, Multæ: Stercore, Gallinarum, Hirundinum, Columbarum, Lupi, Cania ossa rodentis, Hominum, Capræ, Vaccæ, Muris, Lacerti, Porci, Asini. ** An excrementis legendum.*

Ab adnatis, Adipe hominis, Porci, Gallinæ, Anseris, Ouis, Anatis, Vrsæ, Taxi, Leonis, Asini, Equi, Tauri, Capræ, Hirci, Serpentis, Viperarum, Vmbræ piscis, Vituli marini, Anguillæ: Cornibus, Cerui, Vnicornu, Asini Indici, Capræ.

Ab arboribus, vt Radicibus, folijs, Caulibus, Corticibus, Lignis, Floribus, Fructibus, Seminibus, Succis, Lachrymis, Nucamentis.

Radicum alię sunt apetientes, calfacientes, mollientes, extenuantes, digerentes, relaxantea, purgantes, astringentes, temperatæ.

Rad. Aperientes, vt Graminis, Asparagi, Rusci, Fœniculi, Apij, Olusarri, Smyrnij, Petroselini, Spicæ nardi, Asari, Rubiæ maioris, Quinque folij, Cyperi, Capparis, Phu, Filicis.

Rad. Extenuantes digerentes, vt Ari, Serpentariæ, Zinziberis, Costi, Enulæ campanæ, Galangæ crassæ & tenuia, Calami aromatici; Gentianæ, & Cucumeria agrestis, Sambuci, Cæparum, Scillæ, Peoniæ, Tapsiæ, Mei, Pancratij, Xiphij; Iridia. Pyrerri, Ebuli, Allij, Porri, Raphani.

Purgantes radices, Centaurij maioris, Rhabarbari, Brioniæ, Lapathi acuti, Hipolapathi, vtriusque Veratri, omnium Titymalorum, Alypi, Polypodij, Turbith, Rhapontici.

Temperatæ & cordiales, vt Satyrionis, Chinos-Orchia, Boraginis, Doronici romani, Eryngij, Pastinacæ domesticæ, Ben albi, & rubri, quorum loco suponuntur radices Boraginis, & Buglossi.

Radices malacticæ, vt Liliorum omnium, omnium Maluæ specierum, Acanthi, Geranij maioris.

Radices constringentes, Tapsi barbati, Tormentilæ, Bistortæ.

Follia & caules, calfacientia cum astrinctione, vt Absynthij omnes species, Mentæ, Balsamitæ, Saluiæ.

Calfacientia sinè magna astrictione, vt Chamedryoa. Chamepithyos, Scordij, Marrubij, Hyssopi, Betonicæ, Melissæ, Anthos, Scabiosæ, Pulegij Regalis & Ceruini, Calaminthæ omnea speciea, Thlaspi, Iberis, Rutæ, Stecados, Lauandulæ, Nasturtij, Erucæ, Erysimi, Bechij, Anagallidis, Anethi, Porri capitati, Lauri, Maioranæ, Parthenij, Artemisiæ, Abrotoni, Sabinæ, Ormini, Fœniculi.

Media & minua calfacientia, vt Buglossi, Borag. Agrimoniæ, Capillorum Ven. Adianti vulgaris, Gallitrici, omnium Maluarum.

Refrigerantia, Lactucæ domesticæ & agrestis, Portulacæ, Cucubitæ, Solani, Plantaginis, Sempertiui, Vmbilici Veneris, Hepaticæ, Lenticulæ aquæ, Polemoniæ, Telephij, Polygonati.

Minus refrigerantia, Cnicorij, Intybi, Sonchi leuis, Rostri porcini aspeti, Endiuiæ agrestis.

Laxantia, Titymalorum, Thymeleæ, Brassicæ, si leuiter coquantur, Chameleæ, Mercurialis vtriusque, Brassice marinæ, Scammonij, Lapathi acuti, Betæ, Spinacij, lubricando.

Qua

Qua methodo debeat sibi simplicium promptuaria parare Pharmacopola.

HERBAS *in officinis habere debet, quæ vel calfaciunt, vel exiccant, & seruari possunt integris viribus: Quæ autem humida sunt, in hortis sunt conseruandæ: aut obseruandum, quibus in locis inueniri possint, cùm earum vsus erit necessarius. Quare diligenter montes, prata, littora, aliaq́ loca considerare debet, & quæ herbæ in sua regione fœliciter proueniant, & quibus careat, vt aliunde aduehi curet, vel si aliquas non habeat, quæ in locum substitui possint quærant à medico, nam qui vnam ex tribus speciebus Calamenti habet, vel montanum vel Pulegium regale, vel Nepetam (vulgò herba cati) potest aliqua istarum carere: Quare quæ similes vires habent, noscat oportet, de quibus suo loco.*

Herbæ in hortis conseruari possunt, Betonica, Calamentum, Pulegium vtrumque Origanum, Sampsucus. Parthenium, Stœchas, Menta, Satureia, Hyssopus, Saluia, Thymus, Chamæpitbys, Chamedrys, Polium, Centaurium minus, Absynthium, Eupatorium Mesue. Herbæ in hortis conseruari debent, vt Apium, Olusatrum, Smyrnium, & similia, Violaria, Lactuca, Intybus domesticus. Nymphæa: Semper viuum vtrumq́, Telephium, Portulaca,* Capillares omnes, Chicorium, Fumaria, Buglossa agrestis, Plantago, Malua, Solanum. Semina & fructus repònuntur in vsus multos: ob id illa habere oportet, quæ sunt in frequenti vsu. Hæc in vase fictili conseruari debent, ne propter caliditatem rancescant.*

* E montib.

* Oleracea.

* Ex flum. nib. ex aspergini-bus cautium.

Enumeratis his, quæ Pharmacopolæ sunt necessaria, sequitur, vt quando eorum sese offert vsus, vt promptè habeantur, & quomodo id fieri possit, dicamus. Cùm herbarum omnium natura similis nusquam sit, aliaq́ sint substantiarum & qualitatum magis constantium, ita vt extra natale solum viribus integris ad vnum annum vel plures seruari possint, modò rectè præparentur & recondantur, vt hæ, quæ calfaciunt refrigerant & exiccant: Alia autem, vt humidæ, vix octo dierum spatio sine putrefactione, & vix, nisi deperdita sua humectandi vi, seruari possint: opus est, vt his optimè consideratis omnem operam diligens Pharmacopola conferat, vt ea in officinis suo tempore collecta, & conseruationi sæpe præparata, in totum annum asseruet, quæ domi annuam custodiam ferre poterunt. Si quæ è sua regione, vel qualia opus est, non possit colligere; ea aliunde sibi aduehi curet potissimumq́ ex his regionibus, in quibus natiuitas à doctis celebrata est scriptoribus. Quòd si non possit, vel sibi imponi timeat, alias noscat ac perquirat, quæ aptè in locum poterunt substitui: idque non suo arbitrio faciendum, sed vt præcipienti medico indicare quod penes se habeat, & de substituendo eum religiosè interrogare possit. Quæ autem illa sint, vt scias, ne idem mihi bis veniat repetendum, in sequens caput reijcio: in quo de horum, quæ in officinis seruanda sunt, loco commodo, & ordine disposito, ex ordine dicere est animus, succedaneorum tractatum particularem aliàs daturus. Quæ autem partitionis secundum locum obtinent, vel in hortis seruabuntur, vel quibus in locis ruri nascantur, accuratè notabit, vel si nusquam ob cœli inclementiam, vel corruptionis facilitatem seruari possint post dicemus.

Rurì, Vmbilicus Veneris, Nymphea vtraque, vtrunque Semperuiuum, Telephium, Capillares omnes, Chicorium, Fumaria, Buglossum vulgare: eáque præcipuè, quæ in vsum frequentius veniunt, vt Plantago, Solanum, Malua.

Reliquorum omnium simplicium, quæ ab arboribus vel animalibus eruuntur, quanquam exsiccari poterunt, & sine putredine conseruari, primorum conditionem subibunt, vt etiam terræ, & mineralium tum marinorum qualibet genera, hec est, in officinis commodè seruari poterunt. Reliquorum autem, quæ talem moram ferre non poterunt, perquisitio diligens fiat, quando eorum necessarius sese offeret vsus.

*Fructus in loco minus sicco reponi debent, & in vasis fictilibus, potius quam ligneis, vt eorum humiditas, nimia siccitate, non resoluatur. Simul reponi debent Pruna, Tamaryndi, Sebesten, Iniubæ: Ficus autem in alia arca, cum passulis, quibus adiungi possunt Dactili (Amygdalæ, nuclei Pinearum) Auellanæ, Pistacia in suis putaminibus seruari debent: non enim tam facilè rancescunt, & Nuces, & Balanus Myrepsica: ob id in sacculis reponi possunt. Quòd si hi fructus à putaminibus excoriati sint, locis frigidioribus & minus siccis diutius conseruantur. Fructus Iuniperi, & Oxycedri, Iuniperi maioris, quam Cedrum existimo, Baccæ Lauri, Hederæ, Thymelea, Chamelea: Baccæ Myrthi cum fructu Sumach & Berberis, Mespila & Faba, Pyra syluestria, Mala cetonea per medium dissecta, file traiecta, superiore parte Officinæ * suspendenda. Corna siccari possunt, & cum Myrtillis conseruari: Piper album, longum, nigrum, Cubeba, grana Paradisi, Cardamomum maius & minus. Alio loco reponi debent Hordeum mundatum, & integrum; Oriza & farina illorum fere. Lini, Fœnugreci, & Sezamini. Radices odoratæ seruandæ sunt in loco minus calido, superiori tamen, vt*

* In regioni-bus humidis clibano sic-cando.

Enulæ

Enulæ campan. Ireos Venetæ, & Florentinæ, Bechij, siue Vngulæ Caballinæ, Calanga maioris & minoris, Cyperi, Calami aromatici. Radicem Behen albi & rubri si quis velit habere, colloces cum radicibus Buglossa, borag. Glychirrhiza radix, Consolida, Narcissi, Squillæ, Pancratij, Zinziberis, Melchin, quem puto Setacul verum. Item Cyperus Babylonens, quam Terram Meritam putabant, Gentiana, Azarum, Valeriana, Caryophyllata, Cucumer agrestis, Bryonia, Iarrus, Serpentaria, Arum, Asphodelus.

Radices Apij, Petroselini, Graminis, Rusci, non Fœnigreci, Asparagi, in regionibus frigidis colligi debent. Pro hyeme autem seruantur in subterraneo loco, vel in arena, quemadmodum in quibusdam locis parare solent, & in caueis sepelire, ne frigore gelentur. In alijs regionibus sufficit colligere pro hebdomada, quo tempore syrup. parant, vel apozemate vtuntur Medici, ne quotidie cogatur extra vrbem quærere. Quòd si quis habeat in horto, vel in vinea, vel in loco vicino vrbi, optimum erit.

Radices Lapathi acuti recentes, meliores sunt & possunt semper inueniri, maximè apud nos etiam media hyeme, & eo tempore frequenter vtimur. Asarum seruetur cum alijs odoratis, & Spica Celtica, Spica Nardi, Schenantho; (flores violarum, Nenupharis:) In eodem ordine Buglossi, Borag:) Chamomilæ, Meliloti:) flores Anthos, Stechadis:) Saluia, Lauandulæ: (Centaurij minoris, Hiperici, Androsemi:) flores Balaustiorum, Citinorum cum rosis. Ligna, Cinamomum tenue & acre, cum Cinamomo crasso & astringente, quod est Cassia: (Sandalus albus) citrinus (& ruber.



DIARIVM PHARMACEVTICVM,

siuè Pharmacorum Parandorum, & simplicium legendorum ex Rondelletij fragmentis & documentis, *Dioscoride, Galeno, Aegineta, Syluio alijsque classicis & perbonis* authoribus ferè decerpta, operâ & studio Matthiæ de L'Obel.

IN vniuersum annum optimè instructurus officinarum Myropolæ per dies & menses operarijs, famulis & officina caculis iniungit quæ facienda sunt; quia nonnulla medicamenta omni tempore parari nequeunt: quorum quidem aliqua si continuari possent; tamen non debent, quia omnia simplicia suo tempore & in summo virium vigore (vt scitè Diosc. & Galen. docuere) colligenda, recondenda, præparanda, & alijs miscenda. Nonnulla verò quouis anni cardine, solo & cælo, vel minori sumptu præparantur, & miscentur. Exemplo igitur sumpto ab ijs qui opera locarunt, exordium sumemus.

IANVARIO.

MENSE primo & anni primis diebus perlustranda quæ supersunt valida & integra in officina; vt vitiata, cariosa, antiquata, depravata & putrefacta abijciantur; vt & quæ desiderantur inueniantur, & absumpta restituantur.

FEBRVARIO.

QVAECVMQVE imperata sunt mense Ianuario, fieri possunt hoc & sequenti mense. Et circa finem in regionibus calidis, in quibus omnia præcocia sunt, collige Violas ad syrupi præparationem, Conseruationem siue Conditum, ad Oleum, & ad pulueres cordiales siccatas seruandas; quas & tardius colligere potes vt ficciores sint, & calor maior adsit ad siccandas eas.

Collige item Keyri.

RADICES COLLIGENDI TEMPVS.

Circa finem Februarij, initio Martij, & primo Vere collige radices in varios vsus, priusquam vis in folia erumpat.

Censuit tamen Dioscorides omnes incipiente foliorum de fluuio esse legendas, & cælo serenô, cui in quibusdam Galen. Auicenna & Mesues consentiunt, in alijs diuersa sentiunt.

MARTIO.

MARTIO.

RADICES quouis anni tempore colligi possunt quæ hominum cultu & satione crebra in omnem anni partem vegetæ incidunt: quales ferè sunt hortenses alimentosæ. vt,

Apij vulgaris.
Buglossi vtriusque.
Betæ.
Lactucæ.
Intubi.
Oxalidis.
Raphani.
Napi.
Pastinacæ.
Sisari.
Cepæ.
Porri.
Allij.

Dauci.
Gingidij.
Caucalidis.

Et præter has erraticæ,

Ari.
Dracunculi.
Cyclaminis.
Periclymeni.
Cotyledonis.

Nam hæ quinque vt bulbosæ quædam, aliæ etiam æstate siccatis folijs plenæ sunt, & frequenter. Autumno regerminant, alimenti pinguis & crassi copia. hyeme. Quin & hæ quas multis anni partibus communes diximus, sunt præstantiores, cùm tempestiuè satæ adoleuerunt & vigent: alijs verò temporibus ignauiores; quando vi quadam & holitoris opera & irrigatione coguntur adolescere sub cælo sibi parum propitio; quale æstiuum est ac autumnale & hyemale.

Syluius. Quæ verò folius naturæ sponte crescunt, aut semel à nobis tempestiuè seruntur aut plantantur; ferè sunt optimæ, solo aut vere, aut (vt dixi) autumno, paucissimæ æstate aut Sic vere ipso quando primùm germinare incipiunt, nobis leguntur in annum:

Enula.
Althæa.
Iris.
Acorus.
Symphytum.
Ruscus.
Asparagus.
Petroselinum.
Apium palustre.
Fœniculum.
Bryonia.
Agrimonia.
Meum.
Phu.
Cyperus.
Rubia quæ potius autumno.
Saxifraga.
Eryngium.
Tormentilla.
Pentaphyllon.
Pæona vtraque.
Polypodium.
Gramen.
Lilium.
Alni nigræ radicis cortex.
Hyoscyamus.
Angelica vtraq;.

Anonis.
Asarum.
Asclepias.
Bistorta.
Betonica.
Buglossum.
Carlina.
Garyophillata.
Centaurium maius.
Chelidonium vtrumque.
Cotyledon.
Cynoglossum.
Dictamnus albus.
Elleborus niger.
Esula maior.
Farfara.
Filipendula.
Filix.
Filix florida.
Gentiana.
Iarus.
Aron.
Imperatoria.
Lepidium
Mandragoras.

Narcissus.
Nymphæa.
Radix cana.
Capnos Plin.
Rubus.
Scrophularia.
Petasites.
Petrosel. Macedoh.
Peucedanum.
Pimpinella.
Pistolochia.
Pityusa.
Cortex rad. Populi.
Sigillum Mariæ.
Orchides.
Raphanus syl. & Rusticanus.
Muscus arborum.
Cort. rad. sambuci.
Rad. Ebuli.
Cortex rad. Fraxini.
Cortex rad. Lauri.
Cortices arborũ.

HERBAE ET FLORES.

Viola Martia ad Syrupum. Conseruam. Oleum. in regione temperata.
& cordiales confectiones.
Keyri.
Aquæ destillantur ex violis & herbis hyeme vegetis, vt
Aqua Vmbilici Veneris,
Mandragoræ,
Semperuiui,
Capill. Veneris.
Adiantum omne,
Asplenium, Phillitis.
In regionibus calidis Syr. ex herbis recentibus parari possunt, vt:
Capillorum Veneris simplex & compositus,
Grana hederæ arboreæ.
Oculi Populi.

APRILI.

APRILI.

Quæcunque omissa Martio mense, initio Aprilis parari & colligi possunt.

Keyri. Primula Veris.
Narcissi flores ad oleum.
Cochlearia. Orchides. Saluia vita.

MAIO.

Quæ prætermissa sunt mense Aprili, fiant initio Maij.

Distillentur herbæ quæ ad statum peruenerunt.

Herbæ quæ iam caulem producunt, & semen edunt illo mense, conseruantur ad Theriacam vel aliam compositionem. Reponantur in altiori parte domus.

Vnguenta ex succis fiunt.

Emplastra ex succis herbarum parantur.

Conseruationes ex plantis.

Colliguntur

Absinthij coma ad conser.
Eupatorium ad succum.

Paludapium,
Daphnoides,
Cichorium,
Fumaria,
Genistæ flores,
Lactuca syl.
Serides,
Lens palustris,
Leucoia,
Lichen,
Mizereon,
Napi semen,
Plantago,
Lupulus,
Tamariscus,
Thlaspi semen,
Vinca peruinca,
Bugula,
Asplenium,
Phyllitis,
Borago,
Buglossum,
Bursæ pastoris succus,
Limoniū Germanicū, siue Pyrola,
Ophioglossum,
Pulmonaria vtraque,
Rosæ,
Rosmarini flores,
Flor. Sambuci.

IVNIO, & initio IVLII.

Abrotonum,
Agrimonia,
Alchymilla,
Altercum, siue Hyoscyamus,
Althææ flores & folia,
Anethum,
Anthemis vtraque,
Artemisia,
Asari folia,
Ballotæ,
Calamintha montana,
Calendulæ stillatitia,
Carduus benedictus,
Cassytha,
Centaurium minus,
Chamædrys,
Chamæpitys,
Rosæ in regionibus temperatis,
Syr. Ros. conser. oleum, vnguētum, succus,
Betonica,
Brassica marina,
Botrys,
Branca vrsina,
Cari semen,
Coriandrum,
Epithymum & Epithymbra,
Equisetum,
Euphrasia,
Galega,
Genistæ semen,
Gratiola,
Hypericum,
Hyssopum,
Iacobæa,
Labrum Veneris,
Laurus,
Lysimachia lutea,
Maiorana,
Marrubium,
Marum,
Matricaria,
Melissophyllum,
Mentha,
Mentastrum,
Mercurialis suc.
Millegrana,
Nepita,
Nummularia,
Origanum.
Papauer Rheas,
Opium,
Parietaria,
Parthenij siue Cotulæ flores,
Periclymini flores, & fructus, & folia,
Petroselini Macedonici semen,
Phlomos,
Pilosella,
Polium,
Polygoni aqua & succus,

Portulacæ succus & stillaticia,	Sabina,	Serpyllum,
Ros solis,	Saluiā,	Scordium,
Ruta vtraque,	Sanicula,	Verbena,
	Satureia,	Veronica.

IVLIO.

In regionibus temperatis quę prætermissa sunt Iunio, facienda.

Quæcumque Solis feruorem requirunt, paranda, vt Theriaca, quę in calidoribus regionibus parari solet Iunio mense, vbi omnia sunt præcocia.

Parantur Trochisci Aliptæ moschatæ, quia mollescūt Ladanū & Styrax, si Soli exponātur.

Quòd si quis eo tempore hæc neglexerit aut prętermiserit, licebit aquam rosaceam addere calidè; & vi caloris liquescant; (sicuti Balneo) quod melius est, quia illa longa insolatio exsoluit vires odoratorum.

Apud nos quia semina seriùs maturescunt, insolatio & fermentatio Theriaces potest iuuari & accelerari in balneo vel hypocausto.

Colligenda in regionibus calidis.

Absinthium,	Ligustici semen.	Morus,
Abrotonum,	Sem. Seseli Massiliensis,	Orobus,
Ageraton,	Sem. Lithospermatis,	Capita & Sem. Papaueris vtriusque,
Coriandrum,	Lupinus,	Psyllium,
Dauci Cretici semen,	Sem. Maluę,	Ribes,
Sem. Petroselini,	Flores Meliloti,	Sophiæ semen,
Hydropiper,	Sem: Anethi,	Tanacetum,
Pulegium vtrumque,		
Lauendulę flores,		

AVGVSTO.

Quæcumque neglecta aut omissa sunt præcedente mense, fiant Augusto.

Collig.

Althææ semen,	Fraxini semen,
Sem. Cataputiæ,	Milium,
Cnici semen,	Flos Nymphææ,
Cornus,	Petum. Mel peti,
Cynosbatos fructus,	Omphacium,
Dauci vulgaris semen,	Prunus syl.
Cucumis Elaterij,	Sem. Sambuci & Ebuli,
Rhamni Cathartici sem.	Momordica,
Polium,	Scordium,
Ricinus,	Seseli Æthiopici semen,
Spica Lauendulæ,	Sem. Hyoscyami,
Tribulus aquaticus,	

SEPTEMBRI ET OCTOBRI.

Antispodium è Myrto & Cydonio.
Cortices Castanearum.
Cotonea mala Halicacabum Mespilus
Rhamni cathartici semen.
Radices nonnullæ omissæ Vere nouo. vt, Iridum, Pœoniæ Acori,

NOVEMBRI ET DECEMBRI.

His duobus mensibus, Nouēbri videlicet ac Decembri, eadē erit ratio, si modò in eis contigerit eiusmodi cæli tēperies, vt radices adhuc validæ nulla vel frigoris vel niuis tempestate concutiantur. nam sæpe iisdem mēsibus contingit, vt sine vlla cæli iniuria Pharmacopœis quod reliquum est radicū in hortis remanentiū, æquè ac in præcedentibus, colligere liceat.

De

De collocatione Medicamentorum in Officinis; & in quibus vasis seruandum sit vnumquodque.

NON sufficit suo tempore optima simplicia collegisse, & ad conseruationem præparasse; sed sic conseruanda sunt, ne putrescant loci humiditate, néue resiccata nimiùm, resolutione suam virtutem deperdant. Verùm inter medicamenta sunt quæ negligentiam Pharmacopolæ ferre possunt: quæ dura & densa sunt, quæ à causis procatarcticis non multùm læduntur: At quæ tenui sunt substantia, non sustinent iniuriam externi aëris; omnium minimè odorata & flores: ob id vnumquodque in loco magis apto oportet disponere.

De Medicamentorum collocatione, & ordine, & ratione.

VT omnia in officinis ad compositiones faciendas magis sint in promptu, &, vt ita dicam, ad manum, ordo in collocatione sollicitè est obseruandus. Quod vt fiat, quantum per præcedentis capitis canones licebit, locus in classes diuidetur, ita vt vnam humida, aliam sicca, tum etiam aliam frigida, aliam etiam & calida, tam simplicia, quam composita obtineant. Rursum classium alia nobis propinquiora sunt, quæ vsus sunt frequentioris: alia secundo, tertio, & sic deinceps ordine, pro ratione vsus illorum: ita vltimum, ea, quæ fortiora sunt & minus consueta, occupent, non omisso præterea titulo, imò singulis imposito, qui nobis quid in ea theca repositum sit, significet; nec diu nos anxios per officinam errare sinat. Hac eo modo parabuntur, vt in plures diuisa arculas, omnia eiusdem ferè facultatis contineant. Liquida omnia vasis argenteis, vitreis, corneis, fictilibus, vitreatis, conseruanda sunt, vt Olea, Resina, liquida Vnguenta: quæ autem vnguenta ad refrigerationem parantur, in plumbeis. Resinæ, Syrupi, & alia, quæ intus sumuntur, neque in vasis æneis, neque plumbeis conseruanda sunt; Nam si Gal. aquam cisternæ reijcit, propterea quòd per tubos plumbeos, & canales in cisternam defluat; quantò magis reijciendæ medicamenta conseruata in talibus vasis, à quibus abraditur vel ærugo, vel cerussa? Ob id sunt conseruanda in vasis vitreis, vel fictilibus vitreatis, maximè si diu quiescere debent, & in his conseruari, vt solet Pharmacopola. Adipes & vnguenta ex adipibus parata, in vasis plumbeis, vel argenteis conseruanda sunt, vt a rancedine conseruentur. Semina & fructus in vasis ligneis, vt Tiliaceis, Buxeis, alijsque ligneis, quæ nullo odore sint prædita, & medicamentorum substantiam tenuem conseruare possint. In eisdem folia & flores recondi possunt, aut etiam in sacculis carthaceis. Quæ difflationem desiderant & exsiccationem, in sacculis lineis conseruantur, vt radices aliquæ, quæ aërem ferre possunt ob densitatem, vt Aristolochia rotunda, longa, Asphodelus, Hermodactyli, Bistorta, & similes radices. Arculæ sint hoc modo paratæ, vt tres, aut quatuor, vel quinque arculas contineant, vt earum quælibet, medicamenta, quæ similem naturam & facultatem habent, reposita habeat, imposito cuilibet suo titulo ea parte, quæ à nobis detecta est. In prima & secunda reponantur ea, quibus frequentius vtimur: in vltima verò, quæ fortiora sunt, & minus consueta, vt videre est in tabula sequenti.

L'Obel. Succedaneorum tabulas deleuī quia deprauatæ admodum & mutilæ, quas dedimus inter succedanea.

Quas compositiones paratas habere debeat Pharmacopola.

SImplicia medicamenta, quò plura & meliora habebit Pharmacopola, eò melior & ditior, munitiórque erit Officina ad morborū expugnandorū remedia præparanda. Compositiones neq; tot, neque tantas habere oportet; nam corrumpuntur, & multum mellis, vel sacchari, vel aliorum simplicium absumitur, nulla necessitate postulante. Illas igitur tantùm habebit, quibus nouit medicos illius regionis frequentius vti, quas fidelissimè paret: deinde vasis conuenientibus & aptissimis conseruet, vt dictum fuit & dicetur. Permulta compositiones sunt, quæ omni tempore parari possunt, ob id non sunt paranda, aut in parua quantitate propter subites morbos. Item aliqua sunt compositiones, quæ frequentius sunt parandæ, vt habeamus & recentes & antiquas, qualia sunt omnia, quæ ex Opio parantur, vt Theriaca, Aurea Alexandrina, Asyncritum, Philonium, Triphera magna, & cætera huiusmodi medicamenta. Illa tamen commemorabo ex syrup. confectionibus, alijsque formis medicamentorum quibus instructus esse debet, & quibus contentus esse potest medicus in morbis curandis. Nam oportet medicum peritum vti proprijs medicamētis temperaturæ, morborum causis, alijsque accidentibus, & communes compositiones magna ex parte tales non sunt: ob id melius est nouas compositiones pro rei necessitate componere: sed propter hyemis tempus & morbos repentinos, cogimur aliquas paratas habere. Et quia aliquæ sunt compositiones, quibus statim non est vtendum, vt Theriaca, alijsque ex Opio, vt Pill. de Cynoglossa, ob id illas paratas habere debet. Præterea sunt aliquæ,

Notatu dignissimum.

Vtatur peritus Medicus proprijs medicamentis.

MEL VIOLATUM sic paratur.

Rec. Mel. optimi, non antiqui nec cocti, lib. iij.

Florum Violarum leuiter exsiccatarum, lib. j.

Ponantur in vase ad solem, vt supra de melle rosato ostensum est.

In affectibus thoracis, Peripneumonia, Pleuritide, & similibus conuenit.

Mel Anthosatum.

Rec. Mellis optimi tirannis, quadriannis aut antiquissimi, lb. iij.

Florum Anthos semiexsiccatorum, lb. j.

Misceantur, &, vt prius dictum est, in sole paretur.

Ex floribus autem parari debet, aut si quis velit eos prætermittere, saltem conseruam Anthos paratam habeat. * Habet enim mel, cum conserua, easdem facultates: quare alterutro carere possumus.

Mel Scilliticum ex Gal.

Ex Melle antiquo, aut prius decocto fit, cui misce Scillæ siccatæ in vmbra, manibus contritæ, quantùm volueris. Immitatur in vas ex quo fuerit extractum mel: Deinde angusto cooperculo operiens, & extrinsecus chorium vniuerso corpori vasis circundans, & diligenter ligans, in locum omnino ad meridiem expositū repone, Aquilonijs flatibus nulla tenus obuium, vt ab ipsis perflari possit, & frequenter moueatur, vt vndiquaque incalescat.

Hoc idem fieri potest in alijs medicamentis, quę ad solem parantur, debétque Mel Scilliticum ex Melle antiquo, aut prius decocto fieri. Vbi summè detergendum est, vt ex pectore, pulmonibus, alijsque partibus, ad attenuandum, expectorandum & detergendum hoc vtuntur.

Mel Passulatum, quere capite de sapa.

De Oxymellis differentijs.

Ex Melle simplici & Aceto Oxymel simpl. & multa alia medicamenta parantur, vt Oxymel ex duabus radicibus, Oxymel ex quinque rad. Oximel diureticum, Oximel ex Ligustro, ex Calamyntha, Iulianum, Scilliticum: Sed medicus tantùm parabit Oxymel simplex & Diureticum: nam hæc sufficient: qui enim diureticum habet, poteſt carere Oxymellite ex quinque aut duabus rad. Oxymel ex Ligustro & Calamintha ex tempore parari possunt; neque frequenter illis medici vtuntur. Sed quia Dioscor. & alij antiqui herbas decoquebant in Hydromellite, vel Oxymellite, hinc natæ sunt tot Oxymellitis differentiæ. Oxymel Iuliani parari nòn debet, quia laxantia medicamenta recipit, multáque alia venenosa: Præterea Acetum potius astringit, quàm laxat: Adde quòd Oxymel Iuliani, & simile, tentat neruos, & alias partes, quæ Acetum pertimescūt. Acetum Scilliticum parari debet ad conficiendum Oxymel Scilliticum, & ad aliquos vsus, vt ad dealbandos dentes: est autem acerrimum medicamentum. Oxymel autem scilliticum mitius est, & minus lædit partes neruosas, vt ait Gal. in consilio pro Epileptico.

Oxymel simplex D. Mesuæ.

Rec. Mellis optimi despumati, lib. iiij.
Aceti vini optimi acerrimi, } ana
Aquæ clarissimæ, } lib. ij.

Mel cum aqua despumetur iterum diligenter, & cum aqua fuerit consumpta, tunc affunde paulatim Acetum, & coque secundum artem in vase lapideo vel terreo plumbato ne Acetum ex ære æruginem eliciat.

Humores crassos, lentos pituitososque incidit, extenuat & abstergit, eoque obstructiones reserat, phlegma crassum eliciendo, anhelandi siue spirandi facilitatem promouet.

Parabitur hoc modo Acetum Scilliticum.

Rec. Laminas scillæ inter externam corticem & medias cortices lino consutas, tanto intervallo, vt non se contangant, siccabis in vmbra per dies quadringenta (non enim facilè siccantur ob viscidum succum, quē habent, & situm facilè contrahunt, si se contangant) lb. j. sed ligneo cultello conscindes: alios quadragenta dies in aceti boni lb. viij. in vase vitreato oris angusti bene obturato insolabis. Mouere oportet, vt in Melle scillitico dictum est. Acetum postea colabis, & vsui seruabis. Initio æstatis præparabis, antequam scilla floreat. Scilla, quæ diu seruata est, melior est ea, quæ recenter extrahitur, quia siccior reddita est. Oxymel scilliticum parandum non est nisi quis multum vtatur. Qui enim Mel, & Acetum scilliticum habet, Oxymel scilliticum in promptu parare potest, si partes Mellis tres, Aceti duas capiat.

Quòd si pertimescas, ne acrius fit ob scillam, temperato oxymellite simplici, vel minorem quantitatem vsurpa.

Oxymel Scilliticum vel Scillites.

Eius compositio est ex lib. duabus aceti scillitici,& mell. despumati lib. iij. simul decoctis; quod nihil aliud est, quàm commixtio saporum,& ne tot vasa habere oporteat,hoc carere possumus.

Oxymel Diureticum, quod communiter paratur & pro syrupo è quinque Radicibus vsui esse potest.

Nicolai vetus exemplar habet fœnigræci apii ana vnc. ij. alii omnes habêt apii, fæniculi ana vnc. j. Sylvius addit vnci j. Anisi ex descriptione syr. acetosi compositi.

Rec. Radicum sequentium viridium mundatarum & incisarum, scilicet
Radicum Apij, } ana lib. j.
Fœniculi,
Rad. Petroselini, }
Rusci, } ana vnci. ij.
Asparagi, }
Seminis Apij, } ana vnci. j.
Fœniculi,

Radices infundantur in Aquæ fontanæ lib. v. & in Aceti albi, lib. j. per diem naturalem, & in eadem aqua decoquantur radices primùm; postea adde semina apij & fœnic. quibus adde Mell. lib. ij. Decoquantur omnia lento igne ad consumptionem tertiæ partis, fiat vt syrupus. Vide infra Chylarium Gramineam è Radicib.

Aliàs legitur, in aquæ fontis & aceti albi ana lib. s.

De Oxysacchara.

Arabes ex Aceto, saccharo, & Aqua composuerunt syrupum Acetosum simplicem,quem Oxysaccharam vocauerunt. Mesue etiam vocat & syrupum acetosum,de quo suo loco dicemus inter syrupos: Sed Nicolaus Oxysaccharum composuit, quo vti debet medicus in morbis biliosis: magis enim conuenit, quàm Oxymel, propter succum Granatorum. Hæc medicamenta in frequenti vsu habenda sunt, quia efficacia sunt & facilè parantur. Oxymel pro pituita & obstructionibus; Oxysacchara pro biliosis morbis,qui sunt cum obstructione. Syrupus Acetosus simplex inter alios medius erit, conuenietque vtrique descriptioni, sed minus, quam Oxymel,in pituita: minus quàm Oxysaccharum, in morbis biliosis. Cuius descriptio talis erit.

Oxy-Saccharum.

Syr. acetosus.

Oxymel pituitosis conuenit, Oxysacchar biliosis.

Est multum in vsu.

Rec. succi Granatorum acidorum vnci viij. (quidam addit aceti vnci iiij.) sacchar. lib. j. Coquantur,donec ad formam syrupi veniant, mollissimo igne.

Hanc malim cum succo Granatorum,vt aliquantulum differat à syrupo Acetoso simplici r nam quod ex Aqua Aceto & sacch. paratur, non differt ab Oxymellite. Arabes ex Aceto & saccharo fecerunt simpliciter Syrupum acetosum simplicem, & magis compositum: sed differunt, quia magis conueniunt morbis biliosis, quàm Oxymel,& minus pituitosis.

Oxysacchara composita D. Nicol. Præpositi sic paratur.

Rec. Rad. Fœniculi,
Rusci,
Asparagi,
Graminis,
Capill. Veneris,
Asplenij siue Ceterach,
Phyllitidis,id est, Lingue Ceruinæ,
Trichomanes, siue Polytrichi,
Hepaticæ,
Violarum, ———ana lib. s.
Succi malorũ Granatorum acetosorum, q. s.

Infundantur loco calido radices mundatæ & incisæ in succo, addendo parum aquæ: sequenti die coquantur secundum artis leges in vase terreo vitrato operto, addendo sub finem herbas. Sequenti die colentur & exprimantur, Syrupizentur addita. s.q. Zacchari albi.

Hic Syrupus est multum in vsu in febribus ex sanguinis & bilis feruore cum obstructionibus, in Belgio & Gallia: miror oxysacchar negligi ab Anglo-Britannis.



DE SYRVPIS,

Syruporum alij sunt simplices, alij compositi. Simplices possunt fieri ex omnibus herbis cum saccharo: sed sufficit paratos habere ex communioribus, & ex his, quæ omni tempore parari non possunt.

Paratur Syrupus Violarum, Nymphæus, Adianthinus, Endiuiæ simplicis, è Papauere, &c.

L'Obel.

L'Obel. SYRVPI aut SERAPIA.

SRB: شرب Arabibus potum potionémque & Srab شراب vinum vel Syrupum, id est potionem medicatam, latinè vertit Clarifs. vir & philosophus Lancelotus Brunius, medicus Regineus Angliæ, Arabicæ linguæ peritissimus. Hallucinantur igitur qui Syrupon, quasi Syriæ Opon, id est, liquorem dictum esse interprætantur. Actuarius & Simeon Setus scriptores Græci Serapion & Serapia dixere, Arabumq; inuenta creduntur; quemadmodum priscorum Græcorum Theophrasti de causis Plantarum, & Dioscoridis de Simplicibus siue materia Medica CHYLISMATA, à Ruellio LIQVAMENTA, & à Gaza, Theophrasti interprete, SVCCATIONES, transuersa; vt vis Simplicium Medicamentorum Plantarúmue citò euanescens, diu in virium vigore & efficacia conseruaretur; dum succus vel Infusum, vel Decoctum earum ex Sacharo aut Melle, aut vtroq; simul condiuntur & asseruantur: Si enim rectè ritèq; parantur, vltra annum durant. APOSEMA autem, id est, DECOCTVM Herbarum & radicum, Seminúm & Florum à Syrupo differt duratione, suauitate & consistentia: Vix enim quatuor, quinq; aut sex dies durant, aut seruatur viribus herbarum virentium Decoctum integris, æstate potissimum ob Sacchari aut Mellis minorem quãtitatem, leuioremq; ebullitionem.

SYRVPIS longis aquosisuè decoctis præcessioribus nostris vocatis & descriptis, minusque durabilibus & Zulapijs, CHYLARIA ab Actuario dicta, id est SVCCATIVNCVLAE diminutiuè vt vt conuenire videntur. Chylarium enim a Chylos vocatum Actuario & Nicolao Alexãdrino, Herbarum est leuis Succatio aut Decoctum, adiecto Melle mediocri, aut Saccharo. χυλὸς enim Succum significat, & χύλισμα Succum expressum, eliquatum, aut Liquamentum. χυλωσις, Succi confectio aut Succatio. Succi enim Medicati, Sapæ, Syrupi & Chylismata assimilitudinem & inter se affinitatem habent.

Chylismata autem, seu Succationes Medicatæ, cùm purgatrices, tum Concoctrices, siue humores præparantes; (quas concoctiones cinifliones ipsumq; Hippocratem rident; qui iussit Concocta medicari,) siue vllo Sacchato aut Melle, modo artificiosè cuiuscunque simplicis medicamenti energia asseruetur, vitreisque commodioribus vasis occludantur, per multos annos durant, vt Theriaces, Methridatica & alia antidota. Maiori enim hodie cùm delectu & industria concinnari possunt, quam priscis proditæ fuere Succationes medicatæ, quorum inuentis facillimè longè plura meditata & assequuta posteritatis, indefessi laboris quorundam diligentiâ.

IVLEP, dictio Arabica videtur, à posterioribus Græcis & multis alijs vsitata. Actuarius & Simeon Setus ζουλάπιον vel Zoulapon dixere. Alij Iulapium vel Zulebon vocauere.

Mesues Syrupos diuidit in simplices & compositos; & simplices appellat Iulepos, qui ex florum infusionibus & aquis stillatitijs & Saccharo constant. Hodie etiam Iulepos vocare consueuere quosuis Syrupos aqua tripla vel dupla dilutos. Veteribus Græcis Iulapia incognita fuere, cum stillatitios liquores & Sacchari vsum nesciuerint. Primus inter Græcos Actuarius stillatitiam Rosaceam nouisse videtur. Ex Arabibus Mesues sublimationis aquæ Absynthij meminit; quem sequuti Rhases, Serapio, & Auicennas, qui mysticæ & Chymicæ artis callentissimi varios in medicos vsus introduxere Stillatitios liquores: Ipsumque Alchymiæ vocabulum re verâ Arabicum videtur, vt testatur ipsa præpositio vocabuli al; quam vocem ipsi Arabes varijs præponunt nominibus, vt Alhasce, Alkermes, Alkali, Alhandal, &c.

Syrupus Violatus communis sic fit.

Rec. Aquæ infusionis viol. lib. v. sacch. albiss. lib. iiij. misce, decoquantur cum facilitate, & seruetur vsui. Item potest parari ex multis infusionibus, quæ leniendo aluum laxabunt, qui distinguendus erit ab alio.

Serapium Violaceum, odore, sapore & purpuro-violaceo cæruleo colore commendatissimum. L'Obel.

SErapium Violaceum siue Succatiuncula præstantissima eximij cum coloris, tum suauissimi saporis fit ex infusionibus selectissimorum florum Violarum purpuro-Violacearum, abiectis viridibus eius partibus cum pediculis, in Balnei calore maceratarum, affusa aquæ fontanæ limpidissimæ parua sufficienti quantitate. Colamen addito Sacchato candidissimo in puluerem siccіorem redacto quantum sufficit, insolatur, aut balneo digeritur & sæpe leniter agitatur, ne vehementi motione coloris violacei gratiæ derogetur.

Viola

Violæ Martiæ delectus ex Sylaio & Mesueo.

Laudatur quæ prima floruit, neq; vim suam calore solis resolutam perdidit, nec pluuia obtudit, vel diluit, & dissipauit. Quæ iam diu aperta est, aut pluuiam sensit, aut in syluestribus nascitur, odoris gratia caret & viribus.

Syrupus Violatus communis contemptus & neglectus est hodie.

LVDOVICI MYREI *apud Londonenses Pharmacopœi Reginei Paragrape.*

Cauendum à Sacchato Barbarico, siue è Barbaria aduecto: tale solet esse pingue, & graue olens; quod coloris gratiam spoliat.

Syrupus Nenupharinus sic fit.

Rec. Florum Nympheæ lib. ij. decoque, & expressioni adde Sacchari lib. ij. clarificentur, & decoquantur ad Syrupi consistentiam.

Syrupus è Nymphea francisci Pedemont: non est in vsu, ideo superfluus.

Syr. e Capillis Veneris simplicissimus, sic fit.

Rec. Aquæ decoctionis Capillorum Veneris lib. iij. Sacchari clarificati lib. iij. fiat Syrupus vt artis est.

L'Obel. Serapium Adiantinum, siue è Capillis Venereis Monspeliensium.

Medicorum monitis, seduli politioresque Monspelienses pharmacopœi Adianton verum recens & viride, sine Glycyrthiza macerabant, mollissimoque igne, meo tempore decoquebant in vase angusti oris & exprimebant; deinde cum Saccharo clarificabant & in Syrupum percoquebant, à Lutetianis ob efficaciam ad pulmonis, hepatis & viscerum affectus maximè cōmendatum, expetitumq;: viribus comprobatisque dotibus cum odore, tum sapore, recens virideq; Adianton pollet; contra improbatur siccum; quemadmodum omnes congeneres Capillares herbæ, Polytrichon, Rutula muralis, Matthiolo Paronychia credita, Adianton vtrunque Plinianum; quibus vulgus Pharmacopœorum virentibus, Adianti veri penuriâ, Syrupos suos Adiantinos parât cum viridibus, tum siccis, tum etiam Narbonensi vero sicco Adianto; Italis, Pedemontanis, transalpinis Celticisque Gallis minus frequens obuio: quale siccatum ab aromatopolis botanologisue Lugdunensibus, Venetis, Antuerpianis & Londinensibus Materialistis (vulgo *Droguistis*) vocatis, distrahitur per vniuersam Germaniam, Belicam, Galliam & Angliam.

Communis Serapij Adiantini parandi ratio.

Rec. Glycyrrhizæ rasæ vnci. ij. Adianti albi vnci. v.

Temperantur cum aquæ fontis lib. iiij. 24. horis; coquuntur ad dimidias: & exprimuntur & addita Sacchari sesquilibra aut q. s. percoquuntur in Syrupum.

Capillares herbæ parcam sustinent decoctionem.

Sylius.

Alii ex lib. j. Adianti sicci, penuria viridis & vaciis duabus Glycyrrhizæ purgatæ & tritæ decoctu in Aqua lib. sex ad consumptionem tertiæ partis cum saccharo lib. tribus percoquunt.

L'Obel.

Alius modus præstantior Adiantini Serapij frigidatum regionum.

In Germania, Belgia, Gallo-Belgia, Anglo-Britannia, Francia, & omnibus Galliæ præfecturis quæ Adianto vero viridique carent; suaderem, & comprobarem Serapium, Adiantinum ex multiplici (vti Rosarum) forti præcisoque calore Balnei Mariæ infuso Polytrichi siue Trichomanis viridis eliquato, regionibus illis satis familiari; eiusdemque, Dioscoride teste, cum Narbonensi & Gallo-Prouinciali Adianto legitimo efficaciæ, paratum; addita Sacchari quantitate sufficiente instar Penediarum penè excocti.

Hoc frequentissimi & quotidiani vsus Serapium à Corde omissum miror.

Adiantum siccum quia magis astringit & siccat, defluxionibus quidem vtile, sed obstructionibus viscerum reserandis, farctis pulmonibus expurgandis pleuriticisque affectibus inutile.

Chylarium aut Serapium e Scolopendrio siue Asplenio, Ceterachné Arabum, & Officinarum simplex.

L'Obelij.

Eadem artis lege, modo & ratione, qua Adianthinum aut Violaceum multiplicis iteratæ Infusionis Serapium, ex Asplenij repetitis infusis macerationibúsue sufferuefactis leuissimisque ebullitionibus à Balnei calore concinnari potest Chylarium aut Serapium

pium ad affectus Splenis efficacissimum. Asplenium autem apud Græcos nomen inuenit, quod splenem mirum in modum iuuet, imminuatque. Scolopendrium ijsdem, Arabibus & Officinis Ceterach vocatum, à similitudine Scolopendri animalis siue insecti pilosi multis donati pedibus, centipedis & millepedis, nomine insignitum; quibus, non aliter ac actuaria nauis biremis aut triremis, remigijs subigitur, progreditur. Scolopendrium maiores nostri & pharmacopœorum vulgus cum Lingua Ceruina confunderunt, quia ijs antiquiores Phyllitim S. olopendriam appellarunt; eandem rem esse Scolopendriam & Linguã Ceruinam opinantes, quæ vera est Dioscoridis & priscorum Phyllitis, folijs Rumicis, senis aut septenis, anteriore parte læuibus, auersa autem pensiles quasi vermiculos ostendentibus, gustu acerbis, in vino potis serpentium ictibus aduersantibus: quadrupedibus per os infusis auxiliantibus, nec non resolutis aluis & dysentericis potui datis, Diosc. & Galleno authoribus; qui adstrictoriam Phylliti vim tribuere ad diarrhæas siue profluuia & dysenterias, acerbæ qualitatis cum sit: Hemionitis verò Dioscoridi austero sapore est, hoc est minus conste ingenti quam acerbo: quamobrem ea ex aceto pota lienem absumit. Galenus simul & adstrictionem & amaritudinem possidere ait; eoque ex aceto potam lienosis auxilio esse. vnde conijcere licebit Phyllitim & Hemionitim (quæ minus adstringit quam Phyllitis) secundum plus & minus inter se tantum differre: sed. quia Hemionitis minus adstringit, ex aceto pota lienem absumit Dioscoridi, & lienosis auxilio est Galeno non secus ac Asplenion quod in aceto feruefactum, & quadraginta diebus epotum lienem absumit Dioscoridi & calculos in vesica comminuit. Galleno quidem tenuium est partium; non tantum calida est herba, qua vtique ratione & lapides frangit & lienem liquat. Scolopendrium igitur siue Asplenium & Hemionitis æquè splenem minuunt, aut lieni auxilio sunt ex Dioscoridis & Galeni sententia; Phyllitis autem Linguaué Ceruina perperã Scolopendrium auis, atauis & vulgi insulsis pharmacopœis credita, tanto minus Asplenio & Hemioniti splenetica; quanto tenuiratæ partium vincitur. & adstrictoriã vi vtrumque superat: Cum ijs tamen & Capillaribus herbis conuenit, quod neque semen, neque florem; neq; caulem edat: eoq; præferrem visum Asplenij Phyllitidi. Procurabũt sibi Pharmacopplæ Asplenium recens ex occiduæ Anglo-Britanniæ Bristolio, *Bridgewater*, alijq; vicinis saxosis muris, saxisque; etiamque ex Narbonensi Gallia, Hispania, Italia, & cautibus Leodiensibus.

Cum itaq; à Scolopendrio siue Asplenio sibi nomẽ adciuit *Chylarium Asplenites* ad Splenis affectus efficacissimum; proculdubio nobilis erit hæc Serapij è viridi recentique copioso, aceto albo prius asperso, deinde mulsa infuso Scolopendrio præparatio; abrecto, profuso contemptoq; sordido, vieto, mucido & ignobili Asplenio, cuiusmodi sæpe memini in Veteratorum aromatopolijs botanopolijsué, in quo sorices, mures, vermes & insecta nidulantur. Huius laudatissimi Serapij vncia, pluris fit quam vnciæ tres, quatuorué vulgati.

Serapium è Scolopendrio compositum, incerti authoris, descriptum apud Adolphum Occonem Augustanum.

REcipit pauxillum Scolopendrij, à quo tamen nomen haber, &

Phyllitidis, id est	Cassithæ p. s.
Linguæ Ceruinæ,	Seminum comminium
Endiuiæ,	maiorum frigido, ana
Hepaticæ,	drach. ij.
Absinthij,	Florũ Buglossi vtriusq;.
Cichorij ana M. s.	Capill. veneris, ana M. s.


Radicũ fœniculi, Petroselini, Rusci, ana M. j.
Cum s. q. aquæ & sacchari fiat syr. ex arte, aromarizatus Spicæ Indicæ, Laccæ, Cassiæ ligneæ, Macis pro folio ana drach. ij. nodulo exceptis. Debilis admodum est hic Syrupus, vixque viribus Apozema æquat ob paruas ingredientium & Scolopendrij, à quo nomen sumpsit, copiolas siue tenuissimam parsimoniam, Videtur respondere quodammodo Syrupo è Cichorio & Oxysaccharo composito. Præstabit simplicem parare & commiscere Chylaria è radicibus cum vsus postulabit.

Syrupus è Scolopendrio compositus apud Plantium.

ALium è Scolopendrio Syrupum compositum exhibet Plantius Fernelio asscriptum, quem apprimè vtilem quartanarijs diuturnaque febre laborantibus ait. constat,

Radicum Filiculæ,
Vtriusque Buglossi,
Corticis rad. Cappatis
Cort. Thamarisci ana vncijs. ij.
Scolopendrij M. iij.
Lupi salictarij,
Cassithæ,
Capillorum Veneris,

Melysso-



tur seruato ordine. Pœoniæ radix lima derasa, cum filipendulæ & Angelicæ radicibus in liquoribus præscriptis primo loco artificiosè infunduntur ternefactis moderato Balnei Mariæ calore: Deinde Cortices Citri, Euphrasia, Verbena, Melyssophyllum, Maiorana; Mox illico flores & Agaricus; denique aromata adijciantur. Infusis omnibus, legitimo ordine effeructactis mollissimo igne, nitidè argutiore manu, ex artis præceptis, & circulatis (vt artis vocabulum vsurpem) 24. horis in eodem Balneo. Deinde omnibus expressis & per albumina clarificatis, adde Sacchari. vnci. xxiiij.

Moderato Balnei calore, alembico vitreo, capitello suo optimè occluso, syrupizentur, superflui humidi exillando facta exhalatione, ne vis odoratorum expiret.

Nitidioribus medicamentarijs hæc cecini; Sordidis, nescijs, nec scire auentibus dormiturio.

Liberum cuique erit addere Rhabarbarum & alia Cathartica validiora pro ratione implicatorum morborum & optimi Medici præscripto.

Non est spernendæ vtilitatis Syderea fausta frugum, Plantarũ, Radicum, florum aut fructuum collectio, modo cælum & complutum solum non dissuadeant. Pseudochymistarum illusionibus multi falluntur, dum plantas Constellatione aut Sydetatione, vt ipsi loquuntur, colligunt in communis Horti foro aut vico Londinensi à botanologis siue herbarum collectoribus, sæpissimè euanidas, aut frequentl irrigatione putrescentes. Syderationis sanè nomen conuenit, quia morbos Plantarum, humore æstu nimiò sub ortu canis absumpto, pestiferouè sidere percusso, marcessentium significat: Nimio item humido, frequentissimisque imbribus plantæ & eius partes frugem non perficiunt, in Septentrionalibus regionibus, sed putrescunt.

Serapium Rosatum solutiuum compositum Montani apud Occonem Augustanum.

Hoc Serapium subiunxi, quia in frequenti vsu est Londini, no nenclaturâ Augustana.

Rec. Omnium Myrobulanorum ana. vnci. ij. frixatũ & præparatarũ, vt dicetur.
Radicum Polypodij, vnci. ij. ß.
Epithymi, }
Seminis Citri, }
Foliorum & } ana. vnci. i. ß.
Folliculorum Sennæ. }

Corticis Citri, vnci. j.
S. Anisi, Fœniculi, ana. drach. vj.
Caryophyllorum, vnci. ß.
Nucis Moschalæ, drach. iij.

Efferueant mellissimo igne, & infundenda ex arte infunduntur & syrupizentur, addendo sacchari æquali Infuso expresso pondere.

Syrupus alius compositus Montani efficacior apud eundem D. Occonem, vsu commendatissimus in affectibus melancholicis, lue Venerea, psora, lepra, impetigine, lichenibus, cancro & elephantia.

Rec. corticum omnium Myrobalanarum, ana, vnci. iiij. contundantur, fricentur manibus oleo Amygdalino dulci; deinde infundantur in lib. 12. Infusionis multiplicis Rosarum pallidarum, horis 24. Addendo
Foliorum Sennæ, }
Epithymi, } ana vnci. vj.
Polypodij, }
Seminis Citri, }
Glycirrhyzæ, } ana. vnci. iiij.
Caryophillorum, vnci. j.
Corticum radicum Hellebori nigri, drach. vj.
Decoquãtur omnia lento igne ad quartæ partis consumptionem. Adde postea
Sacchari clarificati, lb. v.
Rhabarbari electi in nodulo ligati. drach. xvj.
Fiat syrupus secundum artem.

Serapium è Pomis compositum Mesuei Capite de soda à Melancholia descriptum: quia eo Rondelletius *& plerique doctiss. alij in morborum progressu, non initio vtuntur, his subdere visum fuit.*

Rec. Adianti,
a Asplenij,
Radicis vtriusque Buglossi,
Filiculæ,
Epithymi, ana. vnci. i.
Senæ, }
b Fumariæ, }
Horũ Chamæmeli, } ana. drach. vij.
Stæchadis, }
Chamædryos, }
Schœnanthi, }
Ellebori nigri, } ana. drach. iij.
c Florũ Amaranthi, }

a Rondelletius Asplenium addidit, quod minimè improbandum.

b Rondel. habet Succi fumariæ & Agrimoniæ, ana. vnci. ij. qui scopo satis conueniunt.

c Vel

b *Vel Nymphea, ut Rondeletio placet Sesamoidis ad Ellebori nigri astigationem.*

Succi pomorum dilicium, vnci. viij.

Rondel. lb. j. habet quod si lib. vna additur, augeturq; Filiculæ quãtitas efficacius erit; succis fumariæ & Agrimoniæ ad vnci. ij. singulorum affusis, auctaque duplo Senæ dosi.

Coquantur omnia secundum artis leges, in Stillatitiæ secundæ notæ Anisi libris duabus & semisse, aquæ Cinnamomi mediæ, vnci. vj.

Epithymum, Adianthum, Schœnanthum, Stæchas, Sena, Elleborus, Amaranthus, aut Nympheæ flos, cum succis, sub finem vt vnica tantum ebullitione efferueant occluso vase. Horum sanè, vti aliorum plerunq; omnium, vtilissima fiet coctura in duplici vase, ad nitorem. & simplicium vires melius conseruandas.

Rondelletius aromatizat hoc Serapium, drach. j. Croci; & Helleborum album pro nigro præscripsit; quia solebant pharmacopeorum vulgus simplicium ignorantione, Elleborastrum aut Aconiti radices substituere: Sed hodiè, vt alibi diximus legitimus Helleborus niger satis innotuit & reperitur: *Rondelletius* tamen monuit capite de Melancholia, Helleborum nigrum non adeo esse formidandum, vt abeo omnino abstineamus: nam cum *Hippocrates* (inquit) veratrum excitare conuulsionẽ dixerit, & lethale esse; intelligendum id est, si exhibeatur in substantia, (non castigatum.) cuius frequens exhibetur succatio siue Extractum, fœlici successu; modo bene præparatum sit, & bene quis vtatur ex Hippocratis placitis.

Stillatitiæ Anisi, Cinnamomio aromatizata, aquæ communis loco, decoctum parandum iussi, tanquam vero Ellebori nigri alexipharmaco: eius quoque pondus ratione aliorum augeri potest: aut cum vsus requirit addenda aliquot Extracti grana. Asplenium addidit *Rondel.* quod scopo apprimè conuenit, vti Splenetica omnia, & Amarathus aut Nympheæ flores, loco Sesamoidis, antiquorum exemplo.

Syrupus Myrtinus.

Rec. *Succi Mirtillorum lb. xij. Decoque in vase vitreato lento igne, ad consumptionem tertiæ partis: deinde colentur & accipe de colatura lb. vij. & affunde*
Sacchari clarificati lib, v.
Fiat Syrupus.

L'Ob.

Serapium Myrtinum vtrumque.

Eadem præstat Serapiũ è copia soli Myrtillorum succi excocti, quæ Myrtinum compositum: quare non erit necesse onerare pharmacopolam duplici Serapio, vno sufficiente. Compositum Myrtites Serapium, aptius Rhœtes vocari posset; quia dosis succi Granatorum lib. duarum cum pari mensura,

Succi Pomorum agrestium longè alia omnia superat. Myrtillorum autem drachmarum xx. tantum.

Rosarum verò,
Santali albi,
Rhois,
Balaustiorum,
Berberis,
} ana. drach. xv.
Mespilorum, drach. l.
& Sacchari librarum trium.

Procurandus Myrtillorum succus ex Italia & Norbonensi Gallia (inquit *Cordus*) aut Gallo-Prouincia & Hispania ad Serapij Myrtitis siue è Myrtillorum succo præparationem; quo quidem succo carent Germania, Belgium, algidioresque Galliæ regiones, Francia, Nortmania, Britannia vtraque, Anglo-Brittannia & Scotia. Quibus in regionibus sumi potest lb. vna Myrtillorum recens siccorũ contusorum & coqui in lb. quatuor, aut q. s. Succi Cydoniorum: Quem succum limpidum nonnulli Germani, Galli, & Belgæ in aulis Principum, nullo addito Saccharo aut Melle, cum ad cordialia antidota, vsusq; multifarios internos tũ externos oculorũ affectus, penis aliarũq; partiũ, coquere solent, vti Sapa, aut Defrutum Columellæ, donec Chylarij, Succatiunculæuè aut Serapij crassitudo fiat.

Hoc modo densatus Balnei aut ignis lentore succus scrupulorũ duorum pondere aut drach. vnius, quã vnciæ integræ alterius, modò dextrè nitidèque ex arte paretur, præstantior est. Si medicamento magis composito opus fuerit; licebit simplici Syrupo addere succum aut Serapium Rhœtes siue è Granatis, è Rosis siccis, è succo Berberis & huiusmodi quamplura, pro ratione implicatorum morborum & docti Medici scopo.

L'Ob.

Serapia { è Limonum succo, è succo Citri, } Acetosũ simp. Omphacites, & Oxalites, } candida.

Serapia { Rhœtes / Berberis & / Ribes, } limpida, rubicunda.

Serapia è Limonum & Citrei mali succis; Acetosum item simplex, Omphacites, Oxalytes hodie purissima, candidissima; rubicunda tridem aut rubentia & gratissima Rhœtes fiunt è succo Punici mali, Berberis & Ribes, parantur ex Saccharo albissimo, pauxilla aqua, ne largiore coctura flauescat, in Electarium solidum, aut ad Penidiarum consistentiam percocta, affusis deinde succis phyltratis limpidissimis, optimeque permixtis & tribulatis, nulla aut leuissima coctura, vt fieri solet in suprascripto Syrupo Violaceo eximij cærulei coloris gratia commendatissimo, suauissimo, sapidissimo, efficacissimoq; tenuitate partium attenuata. Rhœtes autem, Berberis & Ribes, cum debeant rubri esse, minus debent tribulari, ne coloris sui gratiam amittant. *Syluius* hæc etiam notauit.

Hæc paradorum Serapiorum ratio accuratissima è Succis odoratis, aromaticis, aut acidis, tenuiumque partium præferenda longiori ad tertias decoctioni, quia illorum vis integrior suauiorque remanet: Longiore contra coctura, acriora euadunt, vti Acetum Stillatitium, quod plus intro penetrando, ventriculum aliasque neruosas partes (quibus Acetum est inimicissimum) maximè lædit, dum in earum substantiam altè subit; vnde sæpe conuulsio fit.

Succi acetositatis Citri aut Limonum minimè vi eliciendi, alioqui viscidi euadunt, & Serapium corrumpunt.

Syrupus è Buglosso latifolio, siue Borragine duplex.

Rec. Succi Buglossi depurati lb. iiij. Sacchari lb. iij. ſ. fiat Syrupus. Buglossum vtrumq; intertundendum adeo viscidum certis temporibus fit vt eorum succus sæpe prælo elici nequeat, nisi igni admoueatur, aut sequenti die exprimantur. Suauissimum è Buglosso siue Borragine suaderem parandum Serapium ad cordis melancholicos affectus in Succis Borraginis & Pomorum, q. s. ex multiplici florum Borraginis recentium infusione.

Syrupus Acetosus simplex.

ACetosus simplex parandus in parua quantitate, quia semper omni hora nulloque negotio parari potest, & qui Oximel habet carere potest Acetoso simplici, quia ad pituitæ attenuationem præscribi solet: quare carere possumus. Sed quia nobiles Mellis saporem vel odorem ferre non possunt, ob id parantur pro ipsis hoc modo. Cuius multæ sunt descriptiones apud Serap. Auic. & alios. Nos verò Mesuæ descriptionem apposuimus, quæ talis est.

Rec. *Aquæ fontis lib. v. Sacchari, lib. iiij. coquantur in vase fictili vitreato, igne sine fumo ad consumptionem dimidiæ partis, semper despumando: quibus adde Aceti lib. 2. Si autem imbecillum parare velis, vel si Acetum sit acerrimum lib. j. ſ. Si verò debile sit Acetum lib. iij. Et quando fortissimum parare voles, lib. iiij. Aceti fortissimi, coquito ad Syrupi consistentiam. Si hoc Syrupo statim vti volueris, minus inspissabis decoquendo: si verò diutius seruare, decoquendus erit magis. Hic Syrupus Oximelli simplici respondet; medius inter Oximel & Oxisaccharum. Quòd si aqua fontis non suppetit, aqua fluuij, aut pluuiæ vsurpanda est, & cum diutius seruandus est, consulerem ex aqua pluuiæ parare, vt Loram rustici parant, quia melius & diutius conseruatur, nec timenda est astrictio, quam Acetum habet.*

Syrupus acetosus simp. { *debilis* / *medius* / *fortis* } *ex lib.* { *duabus* / *trib. ſ.* / *quatuor* } *Aceti fit.*

Q*Vod si Acetum acerrimum sit, ij. lib. pro iij. & iij. pro iiij. poni debent, aut plus aut minus aquæ, quod gustu iudicari debet, vt de Posca dicitur, quæ tunc bene temperata est, cum sine molestia bibi potest. Sed quia coctura & saccharo Aceti aciditas temperatur, fortius esse debet, quã in Posca.* Syr. Ros. sol. Sine Helleboro.

Pagina, 23. linea 7) *Properatione nimia sequentia omissa sunt in Syr. Ros. sol. Montani apud Augustanum.*

Infundantur in lib. 15. infusi Rosarum.

Author habet lib. 1. Sacchari pro lib. duabus infusi expressi fortissimi è. Magis probarem singulorũ æquale pondus; etiamq; magis præcisum, aucta & repetita simplicium medicamentorum dosi, ne longiore coctura, contra artis leges, vis aromatum & laxantium languescat, & contra astringentium vigescat plus satis.

De Melle Rosato sol. Augustani, idem iudicium esto.

DE SYRVPIS Compositis, & quibus

contentus esse debet Pharmacopola.

S*Yrupi compositi debent etiam parari aliqui, quia in declinationibus morborum pro Apozemate vtuntur Medici rarò in principijs morborum: maxime si laxantes sint uti debent, qualis est de Fumo terræ, de Epithimo, de Cichoreo cum Rhab. Alijs non laxantibus vtendum est in principio, in magnis causis, vt in febribus ardentibus & spurijs, vt Syrupo de rad. de Bizantiis,*

Postea Syrup. de Endiuia composito ad bilis præparationem, Syrup. de Stæchade ad pituitæ præparationem post Oxymel & Syrupum Acetosum Compositum, Syrup. de Iniubis, de Papauere ad incrassandum, de Liquiritia, de Marrubio ad expectorandum & dilatandum. Sunt autem hoc ordine collocandi in officinis.

- *Syrup. e duabus rad.*
- *Syrup. Endiuiæ compositus.*
- *Syrup. e Chicorio.*
- *Syrup. e Fumaria compositus.*
- *Syrup. de Eupatorio.*
- *Syrup. de Absynthio.*
- *Syrup. e Mentha.*
- *Syrup. e Citro.*
- *Syrup. e Glycirrhyzi.*
- *Syrup. Hyssopitis.*
- *Syrup. Stæchaditis.*
- *Syrup. de Artemisia.*
- *Syrup. e Prassio.*
- *Syrup. e Iuiubis.*
- *Syrup. e Papauere.*

Istis contentus esse debes: Syrup. e quinque Rad. non differt ab Oxymelite composito: quare cùm est attenuanda & aperienda obstructio, Oxymel magis conuenit, vel si cum aquis aperientibus miscueris. Syrupo de Hyssopo carere possumus, quia medius est inter eos, qui extenuant & incrassant: Quod si Syrupi de Iuiubis parti vni addantur duæ partes Serapij Glycirrhyzitis, erit idem Syrupus, cum Syrup. de Hyssopo. Syrupo item de Epithymo carere potest, quicunque Syrupum de Fumaria compositum habebit. Hoc tantùm differunt quòd de Epithymo calidior sit, & magis idoneus ad ichores salsos & pituitosos euacuandos: sed facile talis reddetur, infundendo Agarici vnci. i. pro lib. i. syrupi: quare sufficit vnum habere paratum. Quibus autem differant facile cognosces, qui voles vtriusque conferre descriptiones, Syrup. e Chicorio simplex, & e Scolopendrio non multùm differunt, si Rhab. excipias: Qui enim de Chicorio est, sine Rhab. potest parari, & quando vtendum erit, addetur ea portio Rhab. quæ videbitur: quia etiam minor quantitas est, vel etiam cum Rhabarbaro euanescit eius vis & facultas soluens: constringens verò, nimiùm vires suas imprimit. Cum rusticis dare erit necesse, Syrupum ex infusione Rosarum recentem vel succum Ros. addere poterit. Parandus est rectè & in parua quantitate, quia pauci vti solent Syrupo e Chicorio composito. Syr. viol. & Capilli Ven. non sunt dispensandi compositi, sed potius simplices: nam Capill. Ven: compositus cum Iuiubis paratus, fit determinatus pectori: sed minus aperit, vel discutit, vel attenuat. Hoc igitur est faciendum, cùm vsus postulat. Syr. Viol: compositus non multum differt á Syrupo de Iuiubis. Relinquendi verò sunt hi, & simplices parandi, quia ex simplicibus compositos, non contra facere possumus. De Eupatorio addimus, quia ad hepatis imbecillitatem & refrigerationem, obstructionemque facere cognouimus, nec vllum inueni huic respondentem. Syrupum etiam de duabus Rad. & Syrup. de Byzantijs cum Aceto paratum, alio nomine á præsto dictum Dinarij á Barbaris. Hunc parari volumus sine Aceto: multo magis viris, mulieribus, & morbis, qui vsum Aceti respuunt, conuenit: tum etiam, quia liberum est vnam partem Acetosi simpl. vel parum Aceti, cum vsus postulat, addere. Est vtilis ad obstructiones hepatis & lienis aperiendas, & bilis crassæ extenuationem citra magnam calfactionem. Sequi solet Acetosum simplicem, & potest accommodari omnibus partibus obstructis á bile crassa.

Serapiorum Succedanea Rondel,

Syrupus Byzantius simplex Mes.

Rec. Succi Intybi siue Endiuiæ domesticæ, & succi * Apij ana. lib. ij.

* *Apij nomine Officinæ Paludapium intelligunt.*

Succi Lupuli, Suc. Buglossi latifolij, siue Borrag. } ana. lib. j.

Succi purgentur & despumentur lento igne, additisque

Sacchari. lib. ij. ß. igni lento percoquantur in Syrupum.

Syrup

Syrup. Byzantinus compositus.

IN pari prædicta succorum defæcatorum mensura infunduntur Rosarum vnci. ij. cum
Spicæ Nardi contusæ drachmis duabus,incoctis prius
Glycyrrhizæ rasæ. drach. iiij.
Seminis Anisi, Fæniculi, Apij, } ana. drach. tribus;

Serapium e duabus Radicibus.

Rec. radicum Petroselini hortensis Fæniculi, } ana. vnci. iiij.
Aquæ q. s. fiat decoctio. Colaturæ adde Sacchari clarificati. lib. ij. percoquantur in Syrupum.

Sunt, qui addunt radices Intybi, vel semen. Sed cum nomen acceperit à radicum numero, visum fuit illa prætermittere, cùm dicere possimus nomen accipere, non ab aperientibus, quæ sunt duæ tantùm: sed vt detur cum decoctione aliarum rad. & fiat syr. è v. radic. si quis nolit vti Oxymelite diuretico.

Serapium e quinque Radicibus, incerti authoris, Sylvio.

Rec. { Radicū Apij, Fæniculi, Petroselini, } { Asparagi, Rusci, } ana. vnci. iiij.
Aquæ q. s. coquantur secundum artem. In colatura adde Sacchari. lib. iiij. *V. Cordus*, & *P. Condenbergius* sumendas ritè singulorum radicum vnci. iiij, censent.

Serapium Acetosum compositum Mesuæ:

Rec. { Radicum Apij, Fæniculi, & Endiuiæ, } ana. vnci. iiij.
{ Seminis Anisi, Fæniculi, Apij, } ana. vnci. ʒ.
Sem: Intybi sine Scariotæ, vnci. ß.

Facta per sex horas maceratione, Radices coquantur prius; deinde adde semina; in s. q. aquæ fontanæ, ad consumptionem dimidiæ partis. Colaturæ adde
Sacchari. lib. iij.
Aceti optimi lib. j. ß. vel lib. ij. pro ratione bonitatis.
Reducantur ad Syrupi consistentiam.

.L'Ob.

Chylarium e Radicibus Gramineum aut Selinites diureticum.

Rec. * Rad. Graminis viridium, vnci. xij.
Rad. Selini hortensis, Paludapij, } ana. vnci. viij.
Radicum Chicorij, Dentis Leonis, } ana. vnci. vj.
Rad. Rusci, Asparagi, Selini Macedonici, Fæniculi, } ana. vnci. iiij.
Glycyrrhizæ rasę, vnci. iij.
Endiuiæ hortensis cum radicibus M. iiij.
s. Anisi, vnci. j.
s. Paludapij, & Fæniculi, } ana. vnci. ß.

* *Testantium exemplar inscitia Typographi drach. xij. habet prouinc. x. j. & sic alibi non sine dolo & malo.*

Incisis minutim & contusis omnibus, affunde aquæ fontanæ vel pluuialis, lib. iij.
Vini albi tenuis oligophori; vnci. xviij.
Efferueant in Balneo, vase optimè occluso ex arte.
Deinde fiat fortis expressio.
Vni parti per albumina defæcatæ adde Sacchari albi vnci, xvj. aut q. s. Altera pars condiri poterit
Aceti mulsi siue Oxymellis. s. q. sufficiente;
Tertia pars Syrupo Acetoso simplici, eritque vsui magno pro Syrupo é quinque Radicibus diureticis in morbis biliosis.
Et addendo mediam partem Syrupi é Granatis; pro Oxysaccharo composito. Cum Oxymelle simplici; pro Oxymelle composito in morbis pituitosis.
Debet parari ex viridibus radicibus, quæ minus calefaciunt, quam siccæ. Ruscus in Anglia magna glisscit copia; In regionibus vbi recens non reperitur, eius pôdus minuendum. Parua dosi hoc medicamentum efficax est.

Syrupus Endiuiæ compositus descriptione *Gentilis.*

Syrupus Endiuiæ patur ex herbis aperientibus & refrigerantibus modicè, quia vbi aperiendum & magis refrigerandum, vtilis est, vt in tertiana exquisita, ordine tantùm mutato.

Rec. Hordei integri,
Quatuor seminum frigidorum maiorum.
Capillorum Veneris ana. vnci. j.
Polytrici,
Lenticulæ aquaticæ,
Violarum,
Rosarum rubearum recentium, } ana. vnci. ß.

** Dispensarium Florentinum addit tantundem florum Nymphææ, quifcopo non aduersantur.*

Seminis Berberis siue Oxyacanthæ Arabum, drach. ij.
Decoquatur hordeum per se in ß. q. aquæ ad mollitiem & aquæ ferè consumptionem, cui affunde succorum defæcatorum
Endiuiæ,
& Hepaticæ, } ana. lb. iii.
In quibus decoque ex arte suo ordine herbas capillares, Lenticulam aquaticam,
Semina frigida & flores cum semine Oxyacanthæ Arabum,
In colatura adde Sacchari albi, lb. iii.
Fiat Syrupus aromatizatus,
Santalorum { Rubrorum,
Alborum,
Xyloaloes.
Cinnamomi.
Corticis Citri, ana. drach. j.

*Hic Syr. sine methodo compositus esse videtur, nulloque ordine, in quo hordeum non mundatum, sed integrum esse legendum duximus, quia deterget, & aperit; quod magis facit hordeum sua externa cute, quàm interna parte, qua obstruit. Primo loco illud posuimus, vt interea dum semina quaruntur, decoquatur; & suam flatulentiam perdat, longiore coctura: deinde herbas, post flores ne in diuturniore coctitione eorum vis in fumum euanescat. Illud forsan nouum videbitur, quòd succos non decoquimus cum hordeo, sed in fine tantum apponimus. Hoc autem fit, quia succi coctura vim suam amittunt. Ob id in fine ponuntur vnà cum herbis, floribus & seminibus Semen Cytoniorum, quòd ** nullum *odorem inspirat, & muccagine sua inspissat, cum extenuare potius sit opus, rejicimus, semenq; Berberis posuimus in decoctione, quia in clarificatiõe nihil præstat, vt decoctio refrigerãdi & attenuandi vim habeat. Cinnamomũ omnium humorũ vitia castigat & emendat. Sandali non nocent. Oxysaccharum compositum huic respondet Serapio.*

** Multum odorem inspirat) Hic legendum videtur, nullum odorẽ: quamuis multũ legat Andernacus qui huius descriptionis obseruationem, verbum pro verbo reddens depranate ex Rondelletio transcripsit. Miror tantum virum hoc non animaduertisse.*

Syrupus e Chichorio sine Rhabarbaro.

Dva sunt descriptiones, quarum altera est Placentini, qua est facilior: altera Nicolas Florentini, qua magis est efficax ad obstructiones hepatis & refrigerationem; sed difficilè paratur ob vocum ambiguitatem. Nec mirum, si Pharmacopolæ non conueniant in huiusmodi Syrupi præparatione, cum nec ipse Nicolaus sibi cõsentiat in interpretatione Taraxaconis, Cicerbitæ, Endiuiæ, Scariola. Ipse enim dicit, Endiuiæ vtriusque, per Endi. Scariolam seu Intybum domesticum intelligens. Quòd si id est verum; cur addidit Scariolam? Quare neglectis interpretationibus Barbarorum, nos sumus intentionem sequuti. Hoc autem modo parabimus, & in hunc ordinem reducemus: est enim sine methodo descriptus. Nouerat enim tantùm herbarum nomen facultatemque & figuram ex commentarijs, eratque magis ad congregandum, quàm ad digerendum natus.

Rec. *Hordei integri vnci. iiij. Rad. Asparagi, Fœnic. Apij, ana. vnci. ij. Glycyrrhizæ vnci. ß. Intybi domestici & syluestris, & * Dentis leonis (quem Taraxaconem vocant, nos Condryllam Disc.) an. M. ij. Cicerbita siue Rostri porcini, siue Sonchi lenis, Hepatica siue Lichenis, Lactuca satiua & syluestris, Fumaria, Lupulorum ana. M. i. Halycacabi vnci. iiij. Capill. Ven. Scolop. Polytrici, Cuscuta ana. drach. vi. fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ, & coquatur ad Syrupi consistentiam, & clarificetur, addita Sacchari. q. s.* *Cum Syrupus è Chicoreo cum Rhab. præscribitur, tunc in singulis libris syrupi adduntur Rhab. drach. iiij. spica Nardi scrup iiij. puluerizentur in panno raro ligata, & decoquantur leuiter, & exprimantur: vel si infundantur in calido Syrupo, exprimanturq́; leuiter, melior erit. In hoc syr. posteriora, priora fecimus, vt diutius coquantur. Pro End. domestica scariolam, & syluestri, Chicorium satiuum, quod Picris ob amarorem Dioscoridi dicitur, posuimus. Nihil refert, si accipias illam speciem, quæ est folio latiore, vel illam, quæ est angustioris folij. Nam eandem habent facultatem. Taraxaconem interpretati*

interpretati sumus Dentem Leonis ex Nicolao Florentino. Putarem Chrondrylæ speciem. Cicerbitam legimus, non Cucurbitam, quia Cicerbita est, quam Græci Sonchum lenem apellant; nostri Rostrum porcinum. Sonchi duo sunt genera: alterum asperum vocatum, quod nostri Lactucam agrestem falsò putant: alterum, quod nostri Cicerbitam asperam vocant. Dicitur tamen Sonchus lænis ad differentiam prioris: cùm erumpit, tenuitate quadam molescit, ob id dicitur lenis: cum senescit, durior redditur. Quòd autem rostrum Porcinum sit, species Sonchi, est manifestum ex Diosc. descriptione. Alter tenuitate quadam molescit, in cibis appetitur, angulosо caule ac tenui, interdum rubescente, folijs in ambitu per internalla dissectis. In Rostro Porcino omnia ista reperiuntur. Est caule vacuo, rubente & tenerescit: Demum cùm inueterascit, asperum fit: ob id Cicerbitam asperam vocant, vt Hermolaus monstrat. Lichenē dicimus Hepaticam; Diosc. videat interpretationem, qui volet. Hic Syrupus Lactucam satiuam & syluestrem desiderat. Quòd si Endiuia vulgaris sit Lactuca syluestris, quid accipient pro Lactuca agresti? Iam monstratum est Endiuiam vulgarem dictam Sonchum asperum esse, quia similis syluestri est, & magis spinis horret, quod neque Lactucæ neque alteri potest conuenire. Lactuca agrestis, herba est latiore folio, quàm Endiuia, & molliore. Ad Lactucam in hortis neglectam accedit; nisi quòd crispior est. Hanc vulgus aromatariorum non nouit: ob id permitto, vt pro ea Lactucas amaras accipiant, quæ proximè ad earum naturam accedunt. Summitates Lupulorum diximus, ne postea legatur Lupinorum. Summitates Lupulorum sunt accipiendæ, quia folia sicca sunt, & caules lignosi & parum succi continent. Hordeum integrum, quia magis deterget. Sine rhabarb. parari iussimus vt Syrupus de Chicoreo simplex, cum syrup. de Chicoreo cum Rhabarb. differret. Erit autem liberum dosim Rhabarb. augere, vel pro pauperibus cum succo ros. vel cum Syrup. infusionis ros. parare. Valet hic syrupus in æstuantibus stomacho & hepate, & in febribus aut inflammationibus hepatis, splenis, & aliorum viscerum; quia refrigerat & aperit sine calfactione: bilem purgat leniter: Quare in declinationibus febrium dari debet, cum emulsione quatuor seminū frigid. mai. vel cum decoctione Cicerum rub.

SYRVPI è CICHORIO NICOL. Florent. castigatio. L'Obel.

Etsi quorundam populariums medicantium, pharmacantium ac medicastrorum fatalis inscitia fallere solita, nulla monita in distinctè cognoscendis, non contemnendæ vtilitatis Sendis sine Intubacei generis cunctis familijs audierit, vt non tantum medicos doctissimos & pharmacopœos probos eluserit, sed etiam multis ansam dederit in hunc vsque diem magno ægrotantium dispendio, parandi Syrupum è Cichoreo D N. Florentini cum Rhabarbaro è solo succo Cichorei satiui, vel aliquot hortorum refrigerantibus temperatis herbis, quæ sanè instituto Nicolai Florentini minimè respondebût (præscribitur enim eius Syrupus non modo ad refrigerandum hepar & viscera; sed etiam cum ad hepatis, stomachi, splenis, aliorumque viscerum æstuationes ac inflammationes, tum ad reserandas obstructiones in febribus biliosis & ad somnum conciliandum) veruntamen amicis quorundam petitionibus, (quia multi & quotidiani vsus hic vtilissimus Syrupus) neglectis herbarum confusis, ambiguis, & barbaris nominibus, eius secundum intentionem Nicolai, descriptionem sic castigamus, secuti ordinis seriem Rondelletij:

Rec. Hordei integri vnci. iij.
Radicum Asparagi
Fœniculi
Paludapij [.i. apij Palustris] ana vnci. ij.
Glycyrrhizæ vnci. j.
Intybi domestici vel satiui [id est, Endiuiæ vulgat ssim?, latifoliæ, officinis vulgò Scariotæ vocatæ.]
Intybi syluestris [.i. Endiuiæ syluestris officinarum, perperam recentioribus Lactucæ syluest.
Cichorei
Taraxaci [.i. Dentis leonis.] ana M. ij.
Cicerbitæ siue Sonchi lenis.
Hepaticæ siue Lichenis, Lactucæ satiuæ
Lactucæ syluestris soporiferæ, Fumi terræ
Lupulorum ana m j.
Adianthi [siue Capillorum Veneris.]
Polytrichi,
Asplenis [siue Ceterach.
Cassytæ ana vnci. vi.
Seminis Halicacabi [siue Alkekengi] vnci. iiij. si recens fuerit; alioqui sufficit media quantitas.

Coquantur in aquæ & succi Cichorei æquis partibus in balneo aperto: deinde exprimantur, clarificentur, & syrupizentur in eodem balneo & vase lapideo aut vitreo, additis lib. iiij. paulo plus, minus, sacchari albi.

Sub finem ebullitionis adduntur Rhabarbari electi drach. iiij. & Spicæ nardi scrup. iiii. nodulo exceptorum & ligatorum in singulas libras.

Rondelletius cum Nicolao scrup.iiii. Spicæ addit: Coudenbergius scrup. ii. sufficere air: verùntamen cum delicatulis ingrata & tædiosa sit Spica, malim æquas Cinnamomi & Schænanti partes substituere.

Quidam hodierni Medici Belgæ, Rhabarbarum, Agaricum & Senam leuiter ebulliunt, sine infusione aut semihoręe tantum maceratione, non infælici successu; quemadmodum plerique Senam in Lugdunensi Gallia in clarificatione Aposematum efferuere, ne vis adstrictoria eliciatur. Sola infusio sine ebullitione tormina ventris prorìtat. Eadem ratione quibusdam placet, excocto iam Serapio è Cichorio Nicol, Rhabarbari nodulo excepti infusum ex pauco decocto prędicti syrupi, affundere cum ipso nodulo inter coquendum leniter, spatulâ lignea presso. * κυνόσβατον.

Præponuntur quæ diutius coquenda.

Vnci. iij.] *ex veteri exemplari cũ Rondel. legimus.*

Palud.] *magis aperit quàm Apium hortense.*

Intubi dom.] *omnia exemplaria inferunt Seariolam; quæ tamen eadem est cum Endiuia aut Intubo domestica.*

Lactuc. syl.] *Lactucam agrestem officinæ Belgicæ Antuerpiæ facilè sibi procurabunt; vbi semel sata maximo & importuno prouentu luxuriat; potissimum in hortis nostris & optimorum pharmacopœorum, Oliuerij Driesch, & piæ memoriæ P. Coudebergij;* * κυνόσβατι.

Officinis hodie solito notior. Galliæ & Angliæ multis locis agrorumq́; marginibus obuia, lacteo, Opij odoris, succo prægnans, vti Lactuca syluestris Officinarum.

Syrupus de Eupatorio Mes.

Rondel. Rec. Radicum Apij, Fœnic. Intybi ana vnc.ij. Glycirrhizæ rasæ, Schœnanth, Cuscutæ, Absynthij, Rosã ana dra. vi. Capillorum Veneris, Bedegar, id est, Spinæ albæ; Succhahæ, id est, Spinæ Arabicæ, florum Buglosl. aut radicum eius, Anisi, Fœniculi, Eupatorij Mesuæ ana dra. v. Rhabar. electi, Mastiches ana dra. iij. Spicæ Nardi, Asari, Folij ana dra. ii. coque in lib. viii. aquæ ad tertiæ partis consumptionem. Col. adde Sacch. lib. iiii. succorum Apii & Intybi ana lib. iii. coquãtur ad syrup. consistentiam. Coquantur autem primùm radices cum herbis, in fine odorata, & succi clarificati addantur, ne eorum vis exolnatur. Hic ponere debemus Eupatorium Mesuæ, non Dioscoridis aut Auicennæ. Formam refert Centaurii minoris, & exsiccatum flauescit, & valde amarum est, cum leui quadam astrictione: calida est herba in primo, & sicca in secundo, quę dicitur Herba Sanctæ Mariæ. Pharmacopolarum Eupatorium est Canabis agrestis, vel Eupatorium Auicennæ: eius penuria Absynthii & Asari ana pondus dimidium apposuimus. Spica Celtica, vel Schœnanthum substitui potest: quare non erit difficilè ratione Eupatorii parare hunc syrupum. Syrupus de Eupator. Mesue non multùm differt à Syr. è Chicorio, nisi quòd fortius aperit, & magis calefacit, & ad hepatis imbecillitatem aptior est. Et quanquam sit difficilis paratu ob Bedegar & Succhahæ, id est, *Spinæ Arabicæ* cognitionem: parari tamen volo ob cachexias & malas intemperaturas humidas hepatis & aliorum viscerum. Vexat Pharmacopolas Bedegar & Succhaha; quia hoc nomine bedegar, * κυνόσβατον significauerunt, vel malè interpretati sunt. Ex ea excrementum quoddam simile spongiæ, quod Spongiam Bedegaris vocant, vsurpant, fortè quòd astringit & siccat insigniter; vti vocauerunt Arab. vt patet ex Ser. & Dioscorides Spinã albam; nostri Chamæleontem appellant falsò. Multò magis conuenire videtur Succhaha, id est, Spina Arabica, quæ est similis superiori, nisi quòd valentius astringit & siccat. Pro Spina, alba substitui potest * κυνόσβατι, siue Bedegaris excrementum pharmacopolarum quia astringit insigniter citra calorem.

Nostri sedulitate p astari non potuit, vt operarum pertinax inhumanitas Rondelletiana litteris, characteribus Latinis, Italicis vocatis ederet, secerneretque à nostris.

Si quis Folio vulgari vtatur (quia verũ antiquorum Foliũ non habemus, sed arboris odoratæ folium) nihil erit incommodi: vti potest Spica Nardi pro Folio, vt quidam putant, augendo illius quãtitatem. Sed hoc Folium non est omnino reiiciendum; habet enim odorem & acrimoniam, ob id potest præstare, quod olim præstabat Folium Indicum, & palustre, quod aquis natabat, sine caule & rad. vt Diosc. scribit. Nos succi Apii & End. ana lib. iii. addidimus, quia erit certa iustáque quantitas. In cachexia & hydrope optimus est hic Syrupus, quia ex aperientibus & siccantibus, calfacientibus & roborantibus hepar paratur. Habet aliqua astringentia & laxantia, vt Rhab. quod dicitur anima hepatis, & astringit ac amarum est, vnde bilem trahit, quæ maximè in hepate redundat. Conuenit aucto rhab: in febribus compositis diuturnis, & in locum syr. è Chicoreo substitui potest, si detur cum decoctione Chicorei, vel End. vel cum aquis earundem.

L'Obel.

Bedeguar & Suchaha.] Multæ aculeatæ acanaceæue herbæ Arabum Bedeguar aut Bede-

Bedeguard, Græcorum λευκακανθα, & Arabibus Suchaham vocatam, id est, Dioscoridis Arabicam Spinam, facie adumbrare videntur, nullę tamen omninò facultatibus explere.

Bedeguar seu Leuchachantha, herba est ex Carduorum genere, non frutex, neque Oxyacantha, Gallis Alba Spina, Vernacule *Aubespine*, Arthesiis cæterisq; Gallo-Belgis *Noblespine* vocata, neque Chynostodi i. rosæ sylvestris Caninæ phragmitiis, non Chynosbati, vt quidã perperam volunt i. Canis Rubi Spongiosum illud excrementum, quod pharmacarij Spongiam Bedeguaris appellant, & pro Bedeguare vtũtur, quorum errorem Nicolaus Florentinus refutauit: erroris fortè occasio fuit cum Spinam albam seu Bedeguar Carduum esse ignorarent, eiusque tamen astringentis facultatem expeterent, spongiosum Chynosrodi excrementum astringens, eius loco substitui posse autumarunt, & pro legitima Leuchachantha tutati sunt. Nobis tamen hodie vera Achanthaleuchi ignota. Sunt qui putent esse Botanicorum Carlinam seu Chamæleontem album: Matthiolus Acanthii speciem proponit: Putauinus medicus hortus aliam Leuchachantham seu aculeatum album Carduum, nobis in Aduersariis icone & oratione exhibitum, alebat nostro tempore. Cum igitur vtroque Carduo Suchaha, & Bedeguare destituamur, antiballomeno opus est. Sunt qui excremento spongioso Rosæ Caninæ dictæ, quia astringit, potius pro Arabica Spina vtantur, quam pro Leuchachantha. Chamæleon albus (radix videlicet) proximè ad Leuchachanthæ vires & descriptionem accedere Cordo & aliis videtur, ac proinde non ineptè eius loco substitui posse, Cordus enim pro Bedeguare & Suchaha Carduum Benedictum & Carlinam accipit. Non inepte suaderem Agrimoniam siue Græcorum Eupatorium, cum Carlinæ radicibus & Trifagine addendum; hepar roborabunt, & obstructionibus vindicabunt, scopoque authoris conuenient.

Eupatorij Mesuæ] In pilulis Aggregatiuis Mesuæ a:unde diximus Gratiolam non esse Eupatorium, eoque Cordi de Eupatorio sententia vbique reiicienda.

Syrupus è Fumaria Compositus.
D. *Mes.* *Rondel.*

SYrupus è Fumaria cum Syrupo de Epithymo conuenit adeo, vt alterum eorum sufficiat habere in officina, vt iam dictum est. Qui ex Fumaria conficitur, frequentior est eius vsus, & visum est illum retinere: alterum verò prætermittere, quanquam dé Epithymo efficatior est ad omnes ichores vacuandos, iam serosos, quam melancholicos: Sed quę huic opporteat adiungere, quo similis prorsus reddatur, docebimus. Hic autem ex his componitur.

Rec. Polypodij Quercini drach. vii. Glycyrrhizæ drach iiii. Prunorum numero * centum Pass. mundatarum lib. semis. Ablynthii dra. vi. Cuscutæ, florum Boraginis, Viol. ana vnci. i. Ros. recentium vnci. i. semi. Epithymi dra. vi. Anis. vnci. semis. Omnium Myrobolanarum vnci. i. sem. fiat decoctio in lib. x. aquæ pluuialis, vel fontis, vel optimi fluuii ad consumptionem dimidii. In vna parte infunde Tamarindorum, Cassiæ extractæ ana vnci. ii. coquito igne mollissimo ad consistentiam Syr. Col. adde Sacch. dissoluti clarificati in vna parte decoctionis, & succi fumariæ ana lib. iii. coquantur ad Syr. consistentiam sensim. Anisi vnci. semis addidimus, quia Polypodium & alia medicamenta dulcia illud exposcunt ob flatus, quos gignũt, quod Mesues docet frequenter faciendum, in capite de Polypodio. Hic syrupus nullo ordine descriptus fuit. Ob id, quo ordine simplicia sint decoquenda, disposuimus. Omnes Myrabolanos esse iniiciendos colligimus, ex interpretatione Mesues, qui dicit summam eorum, quæ hunc componunt, ad decem & septem peruenire, quamuis in aliquibus Citrini & Chebuli tantum ponantur pondere drach. xx. aut, vt alii ponunt, ana vnci. ii. sem. Quod idem est pondus. Rosas noluimus expungere: nam si recentes potãtur, ichores bilis soluunt cum aliis, & etiam per se, quare tempore Rosarum est dispensandus. Quòd si non licebit eo tempore, Succum Rosarum addere ad vnci. iii. imperabimus. Dosim auximus, vt efficatior esset Syr. ad ichores euacuandos, quorũ caussa factus est, & in lb. x. aquæ pluuiæ decoquẽdus: quia hęc medicamẽta putrescere prohibet magis, quod in hoc Syrup. est maximè necessariũ; nam propter Pruna & Tamarindos facilę contrahit situm. Ad dimidium tantùm aquam consumere voluimus, aut minnenda est aquæ quantitas, si ad lib. iii. absumenda. Nam si lib. x. ad lib. iiii. reducere oportet, duo sequũtur mala. Primum, quod aliqua medicamenta diutius decoquendo, vires perdant: Alterum, quòd hic Syru. suapte natura spissus, spissior reddatur. Quòd si ad dimidium tantum; vires medicamentorum seruabuntur, & minus spissus erit; quãdoquidem spissitudo hunc ingratum facit. Tamarindos nec Cassiam, neque diu decoqui neque sine decoctione miscere voluimus.

Cordus l.b.s. tantum legit.

Dissoluuntur vires laxantium medicamentorum longiore decoctione.

Lentes leuiter decoctæ laxant.

voluimus. Quòd si hic Syrup. partim ex succo Fumariæ, partim ex succo Mercurialis paretur, efficatior erit, quòd hæc medicamenta mitiora sint, neque possint mediocri quantitate purgare: quod erit si (vt practici imperant) detur in minori quantitate cum aquis vel decoctis laxantibus: Quare dandus erit cum decoctione Mercurial. vel ex decoctione Agarici vel simul, vt efficatior reddatur, syrup. de Epithymo, si detur cum decoctione thymi, calamentæ, stechad. Agarici fœmic. & anisi. Sic paratus hic Syrupus non inferior erit Syrupo ex Epithymo.

* Licebit Succum Rof. addere ad drach. iij. vel iiij. quod si adduntur, vnci. iij. aut quatuor Syrup. efficatior erit: Rosæ siccæ roborant; recentes serosa euacuant roborando.

Serapium Absinthites.

Rec. *Absynthij Romani, drach. 100. idest, vnci. 12. s.*
Aquæ lib. 3. Coquantur ad tertias.

Fricentur manibus & colentur. Col. adde Vini albi antiqui & clari Mell. antiqui ana lib. i. coquantur in Syrup. Hanc descriptionem elegimus, quia quæ prescribitur apud eundem authorem Mesuem, recipit Rosas, Cytoniorum succum, quæ multum astringunt. Sed cum hic syrup. sit non solum ad ventriculum roborandum, sed etiam ad purgandum per ventrem biliosa recrementa, & per vrinas, non posset hoc modo paratus conuenire, neque in declinatione febrium tertianarum ad bilis euacuationem, vt Gal. iubet dari: Quare, vt communior esset ad omnia, hanc descriptionem retinebimus: illam reijcimus.

Coquantur ad tertias, [*L'Ob.*] *A*bsinthium recens intelligendum videtur, quia tanta quantitas *A*bsinthij sicci in lib. iij. aquæ decoqui non poterit ad tertias; aut vinum addendum sub finem & in Balneo leuiter decoquendum *A*bsynthium, vt vis illa quæ in externis partibus existit, colligatur: detergens namque est & aperiens, quæ in viridi præstantior, minusque calida: quantitas viridis *A*bsynthij augeri potest vt proportioni aquæ respondeat, omisso vino quia in declinatione febrium tertianarũ exhibetur à doctis medicis, Galeni authoritate, & magis commune erit medicamentum.

Quod si quis Spicam Nardi, aut Celticam adiungere velit, non repugno: quia per hæc eius actio corroboratur, & fortior fit. Hic non aliam speciem Absinthij iniici volumus, quam vulgare illud. Tale est verum Romanum, vt videre est in antiquis ruinis Romæ, in quibus tam frequens est, vt nulla frequentior videatur herba. Manifestum est ergo esse illud Absynthium Ponticum: non enim Seriphium, non Xantonicum. Quare primam speciem esse oportet.

*A*bsynthium Romanum] Ponticum alio loco demonstrauimus, cui similem esse scribit Dioscorides. Consule Stirpium Aduersaria pag 335.

Si quis velit magis astringere, addat coclear vnum succi Cydoniorum, cum vti voluerit.

*S*yrupus de Mentha, *M*esuæ minor.

Rec. *Succi Menthæ lib. 1.*
Succi Granatorum dulcium, & acidorum ad dimidium cocti ana. lib. 2.
Sacch. lib. 4. in Syrupum decoquantur.

Hic Syrup. semper parari potest, si seruetur succus Granatorũ. sed commodius vere ob Menthæ succum, vel Autumno, ob Granatorum succum. Quòd si non reperiatur Mentha bene humida, in eo succo Granatorum (non Menthæ) macera per 24. horas, Menthæ siccæ q. s. vt in Absynthite Serapio diximus augendo succorum quantitatem, vel minuendo dosim Menthæ ad lb. 1. fiat Syrupus cum Sacchari lib. 2. Utilis est ad vomitiones & ventris subuersiones, ad singultus, stomachique relaxationem, & apetentiæ magnam deiectionem. Malumus hanc descriptionem, quia simplicior & facilior, & cum erit opus astrictione licebit Syrupum è Cydoniis accipere, aut addere, & aromatisare cum Gallia moschata.

Frequentius hodiè paratur ex Mentha Romana odoratissima sicca, quia herbæ odoratæ calidæ odoratiores & suauiores siccæ & efficatiores quam virentes sunt ad corroborandum, non abstergendum.

Appendix *Rondelletij* ante obitum.

Syrupus e *M*entha maior *Mesuæ.*

SYrupus è Mentha duplex est alius minor modo descriptus, alius compositus maior eiusdem authoris.

Rec. *Succi Cydoniorum,*
Succi Granatorum acidorum,
Succi Granatorum vinosorum dulcium singulorum lib. 2.
In quibus macera 24. horas Menthæ Romanæ

manæ siccæ suauissimi odoris. lib. 1. ß.
Rosf. rubearum, vnci. 2.
Coquantur ad medietatis consumptionem lento igne in vase lapideo & colentur.
Colaturæ adde mellis suauissimi, optimi aut Sacchari lib. 2.
Iterum coquatur in Syrupum. Aromatizetur drach. 2.
Galliæ moschatæ.
Singultus & vomitus sistit cum succo Granatorum, vt Democritus demonstrat, Pl. 20. l. cap. 14.

Syrupus e Stæchade.

AD partes refrigeratas, humoresque crassos attenuandos vtilis est, & in affectibus cerebri, qui hic ordine describendus & parandus est.

Rec. *Vuarum passarum enucleatarum, vnci. 4.*
Rad. Pyretri, drach. 7.
(Pyretrum in nullo Syrup. ponitur præterquam in isto.)
Chalaminthæ, Origani, Thymi, ana. drach. 10.
Anisi, drach. 6.
Zingiberis, drach. 2.
Piperis long. darch. 3.
Florum Stœchad. drach. 30.
Fiat decoctio (facta maceratione per 12. horas) in lib. 10. Aquæ, & Mellis lib. 5. & reducantur ad 5. lib. fiat q; Syrup.
In hoc suspende Cinnamomi, Calami aromatici, Spicæ Nardi, Zingiberis, Piperis nigri, & Longi, ana. drach. 1. ß.
ligatorum in panno raro. Aquæ quantitas minor sufficere videtur.

Communis Syrupi e Stæchade descriptio.

Rec. *Florum stæchadis, drach. 30.*
Thymi, Calaminthæ montanæ. Origani, ana. drach. 10.
Pyrethri, Anisi, ana. drach. 7.
Piperis longi, drach. 3.
Zingiberis, drach. 2.
Passularum enucleatarum, vnci. 4.
Mellis, lib. 5.

Condias Cinnamomi, Calami aromatici, Spicæ Nardi, Croci, Zingiberis, Piperis nigri, Longi, ana. drach. 1. ß.
nodulo exceptorum: suspendantur in Syrupo.

Datur cum aqua decoctionis Spicæ vel Rorism. vel cum aquis Hiss. Beth. Saluiæ, & similium. Hic Syr. debet fieri cum Melle, quia Mel magis deterget lentos humores, ad quos coquendos fuit institutus. Et quo despumatur melius, à principio Mel ponendum diximus. Nam & quæ hunc syrupum complent, non ferunt magnam decoctionem, tum etiam quia macerata fuerunt. Sunt enim odorata & tenuium partium. Possumus prætermittere Piper & Zingiber in decoctione, quia in clarificatione ponentur: sed non multum coquuntur. Forsan aliquis mirabitur, quod Crocum omiserimus; quod non sine ratione factum intelligere oportet: nam hic syrup. in dolore capitis, scotomate, epilepsiaque præscribi debet, non potest Crocum sine noxa recipere. Crocus enim tentat caput & lædit cerebrum, dolorem inferendo, vt ait Gal. de compositione hyera agens, lib. κατὰ τόπους. Ob id igitur Crocum prætermisimus. Nos tamen non latet vim habere coctoriam, si capitis dolorem non adferret, multumque ad cerebrum effumaret. Sufficiunt odorata alia, quæ in clarificatione, & post suspensa feruntur, & in syrup. ligata reponuntur. In hunc syrup. Pyretrum iniicitur, quo raro vtebantur in internis affectibus antiqui sed in externis tantum, vel ad pituitæ per eos solutionem, vel ad dentium dolores: ob id visum fuit prætermittere, & pro Pyretro rad. Enula Campana, quæ ad pituitam detergendam & alterandam vtilis est, vel crassam Galangam, quæ ab omnibus in affectibus neruorum accommodata existimatur. Calaminthæ tres sunt species: sed parum refert, quam accipias. Secunda tamen

tamen, quæ pulegium Regale vulgo dicitur, extenuat & incidit potenter pituitam. Quare putarem præferendam & vsurpandam. Not[illegible] pulegium Ceruinum positum esse ab Auicenna pro Dictamno. Dioscorides, Dictamnum vocat Syluestre Pulegium. De Pulegio Ceruino Monspeliensium consulè Stirpium Aduersaria, pag. 214.

Fit cum aromatibus & completus dicitur: sine aromatibus, incompletus: sed completus fieri debet, quo frequentius vtimur.

Syrupus de Arthemisia.

Post Syrupum de Stæchade syr. de Arthemisia poni debet.

Rec. *Radic. Enulæ camp.*
Rubiæ maioris,
Fæniculi,
Petros.
Apii,
Pæoniæ,
Cyperi, } *ana. vnc. 1*

Mercurial.
Pulegii vtriusque, a
Calaminthæ,
Nepetæ,
Origani, (* Crateogonum.)
Melissæ,
Betonicæ,
Stæchad.
Chamædrios,
Camepith.
Sampsuci,
Sabinæ,
Marrubii,
Matricariæ,
Hyperici,
Centaurei minoris, } *ana. M. 1.*

Arthemisiæ,
Persiccariæ vtriusque, } *ana. M. 2.*

Seminis Iuniperi,
Nigellæ Romanæ,
Libistici,
Petroselini,
Anisi,
Costi,
Cubebarum,
Calami,
Pyrethri,
Asari,
Cardam.
Valerianæ,
Cimini,
Iridis florentinæ, } *ana. vnci. s.*

a Id est Regalis & Ceruini, pro quo potest poni Dictamum Creticum in regionibu. Pulegio Ceruino carentibus.

*Radices infundantur in aqua pluuiæ & pauco vino albo. Coquantur in eadem infusione radices primum & herbæ, postea semina; odorata sub finem, cum volueris auferre ab igne, & sint vltima: cum Melle fiat syr. Dari debet cum decoctione Glycirrhyzæ vel Passular. vt addatur aliqua vis detersiua. Quòd si in decoctione parum sem. fænug. vel rad. bismal. vel Consolidæ mai. addideris, vt viscositas horum minuat asperitatem aperientium, quæ exulcerare solent eos, qui frequenter ipsis vtuntur, tutior erit huius Syrupi vsus. Diuersæ apud diuersos reperiuntur discriptiones. Aliæ aliqua hæc admittunt, quæ cum syr. hoc pugnant, vt illa vulgaris, quæ Tamariscum recipit: & aliæ, alia, quæ parum faciunt. Nos verò ex omnibus collegimus hanc, in qua pro foliis Rubiæ maioris, rad. posuimus, quia sunt efficaciores. Persicariam vtramque addidimus, quæ & * Crateogonum dicta est, & multũ adiumentum facit. Deinde in ordinem reduximus, quo debet parari. Sequitur Syrupum de Stæchade, quia fortior est ad extenuandum & ad excalfaciendum pituitam, & ad partium neruosarum vterique exsiccationem, & in catharris antiquis. Si cum decoctione Glycirrhyzæ, & quatuor sem. frig. ma. & Pass. administretur, idem præstabit, quod Syr. de Prassio pollicetur.*

Serapium Glycirrhyzites Mesuæ.

Ad expectorationem & expurgationem pulmonum valet, & hoc modo paratur.

Rec. *Glycirrhyzæ rasæ contusæ, & parum resiccata, vnci. 2.*
Capill. Veneris, vnci. 1.
Hyssopi viridis vnci. 1. drach. 6. pro vnc. s. siccæ.
Macerentur in lib. 4. aquæ fontanæ per 24. horas, coque ad dimidias. Expressum percoque cum

Mellis,

Mellis, & } ana. vnci. 10.
Sacchari, }
quia Penidias expunximus.
Sapæ, vnci. 2.
Aqua viol. vnci. 6. fiat syrup.

Nota penidias non debere ingredi Syrupos pectorales, quia incrassant; nisi ex syrupo facere voluerimus Eclegma.

Hunc Syrup. docent præparandum multa, vt ea, ex quibus suam potissimum accipit facultatem, & effectus, quos præstare scribit Mesue. Valet enim ad tussim antiquam, ad expectorationem, non in principio pleuritidis (nam quæ constringunt & dilatationem thoracis impediunt, non conueniunt, sed quæ incrassando sistunt defluxionem, vt Syrup. Violaceus, Syrup. Iniubinus, de Papauere in tenuissima defluxione;) sed, vt Mesue docet, ad tussim antiquam; quæ attenuantia & detergentia desideras, & incidentia, qualia hic Syrup. habet. Dicitur de Glycirrhyza, & vires suas assumit ab Hyssopo & Adianto, Capillum Veneris vocato; quæ omnia attenuant. Recipit Mel & Saccharum; ob id Penidias expunximus, quia Syrupum incrassant. In Eclegmatis, ratione optima, ponuntur, quia medicamenta diu in gula adhærendo, aliquã partem in tracheam arteriam transsumunt. Sed in Syrupis, qui non solum transglutiendo sensim, sed bibendo assumuntur, vt ad pulmones veniant, & detergeant partes, oportet aliquam tenuitatem partium inesse, saltem non esse crassos, vt qui per angustissimas vias ad pulmonem peruenire debeant: ob id in nullo Syrup. addi debent, sed cùm modo Elegmatis vti volumus, oportet admiscere Tragacanthum, & alia viscida. Aquam Violarum ponimus, non autem Rosarum, quia hæc sputum retinet sua astrictione: illa refrigerat, citra astrictionem, & laxat pulmones; Item temperat siccitatem: Nam sicca non debent esse nimium, quæ ad expectorationem instituuntur, ne sputum & pituitam resiccent & retineant: quod Gal. docuit obseruandum, secundum locos, de remedijs pulmonis agens. Loco Pediniarum Sapam potius addimus, quæ deterget & leniter cõstringit, si detur ad defluxiones, compescit detergendo. Id Gal. secundum locos docent, iubet Dyacodium componere cum Melle, cùm detergere volueris: cum Sappa, ad sistendum fluxiones: nam quæ detergunt, vt Mel, fluxiones mouent. Hæc lenis astrictio sufficiet ad partium corroborationem, quia partes dilatari potius, quàm constringi volumus ob suam actionem. Cæterum aquæ stillatitiæ addentur decoctionibus, cum herbæ earum non habentur, & cum volumus, vt medicamentum penitius penetret.

Syrupi Glycirrhyzitis descriptio vulgaris.

Rec. Glycirrh. vnci. 2.
Capill. veneris, vnci. 1.
Hyssopi siccæ, vnci. 5.
Macerentur per 24. horas, in lib. 4. Aquæ.
Coquantur ad medias.
Colaturæ adde
Mellis despumati, } ana. vnci. 8.
Sacchari penidiarum, }
Aquæ Rosarum, vnci. 6.
Fiat Syrupus.

Syrupus e Prasio.

Syrupus è Marrubio paratur ad pituita attenuationem & expectorationem in hunc modum.

Rec. *Rad. Apij, } ana. drach. 5.*
Fœniculi, }
Glycirrhizæ, vnci. 1.
Ireos, drach. 3.
Prasij, }
Hyssopi recentis, } ana. drach. 6.
Capilli Veneris, }
Calaminthæ, drach. 5.
Passul. enucleatarum, vnci. 5.
Ficuum pinguium siccarum, nume. 15.
Decoque in lib. 8. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, Col. adde Mel. & Sapæ ana. lib. 2. fiat Syrup.

Hic Syrup. non est valde necessarius, & si velint medici. possunt carere; nam si Syrupus de Glycirrhyza detur cum decoctione Ireos, & Calaminthæ, vel Hyssopi, vel Prassij, vel si Syrupo è Glycirrhyza addatur Syrupi de Stæchade tertia pars, certè idem præstabit, quod Syrup. de Prassio: vel si Syrupus de Hyssopo cum prædictis detur. Præterea non est admodũ gratus ob semen lini & fœnugraci. Recipit etiam muscilaginem cydoniorum, quæ non multum iuuat. Hic oportet Marrhubium & Hyssopum recentem ponere, ne nimium exsiccando, sputum retineant. Adde quòd Marrhubium viride probatur in hac cõpositione. Penidias expunximus, & Sapam addidimus, quæ magis conuenit: sed etiam doloribus renum & coli potest conuenire. Detergit enim, & lenit partes exasperatas, & modicè calefacit. Ventrem leniendo & incidendo laxat, maximè si cum decoctione Prassij & herbarum emollientium detur, &

cum

cum decoctione Maluæ. Alio modo capite de Tussi describitur à Mesue, & amygdalarum & pinearum nucleos, masticbem, & cinnamomum recipit: sed hunc magis probamus; Magis probaretur ad expectorationem si semina illa incrassantia expuncta essent, nam illa transitum ad pulmones impediunt: quod si ad elegmatis modum terendum; Semina illa si aqua macerantur muccaginē faciunt, quæ omni tempore Syrupo addi possunt. Ego Radices Apij, fœniculi expungerem, quæ attenuant & incidunt fluxiones suscitant. Hic Syrupus similis est Syrupo Hyssopiti, & æque reijciendus vterque, vt qui ex incrassantibus & incidentibus componantur. Illæ contrariæ actiones simul eodem tempore fieri non possunt. Satius igitur erit seorsim habere Syrup. incidentes & incrassantes, qui ambo miscendo efficient tales Syrupos.

Communis Syrupi e Prasio descriptio, Mes. quam apposuit Rondel.

Rec. *Prassij, vnci. 2.*
Capill. Veneris.
Hyssopi, ana. vnc. 1. alij drach. 6. legunt.
Glycirrhyzæ, vnci. 1.
Calaminthæ, Anisi, Rad. Apij, Fœniculi, } *ana. drach. 5.*
Sem: Maluæ, Fœnigræci, Rad: Iridis, } *ana. drach. 3.*
Sem: Lini, Cydoniorum, } *ana. drach. 2.*
a *Passularum enucleatarum, vnci. 5.*
Ficuum siccarum pinguium, Num. 15.
Penidiarum,
Mellis despumati, ana. lib. 2.

a Cordus, vnci. 2. tantum: legendum 5.
Cordus habet lb. 1. Penidiarum tantum.

Coquantur primum radices in lib. 8. aquæ. Deinde herbæ, postremò Hyssopus, Capil. Veneris, Anisum contusum & semina muccaginosa, quæ semper nodulo excipi debent, in decoctis syruporum ob lentorem, alioqui potius fieret Gelatina quam Serapium.

Chylarium Erysimoides, Botryites, Bechicum efficax, Orthophnicis vtilissimum. L'Obel.

Rec. Erysimi, M. 10.
Succi eiusdem lib. 1.* Fiat Succatiuncula ex arte.

* *Tempore messis semen eius colligi poterit & drach. 2. vtiliter addenda erunt.*

Botryos, Bechij cum radicibus, } ana. M. 7.
Glycirrhyzæ rasæ,
Radicum Helenij recentium succo prægnantium, } ana. vnci. 1.
Radicis Iridis recentis floris candidi vel alterius odoratioris in tenues partes prærasæ, vnci. 3.
Polytrici recentis vel Adianti, Hyssopi viridis, } ana. M. 6.
vel Hyssopi sicci, sæuiente hyeme M. 2. P. 1.
Endiuiæ, Borraginis, Melissophylli, } ana. M. 4.
Marrubij viridis, Scabiosæ, Cardui S. } ana. M. 2.
Chamædryos, Betonicæ, Foliorum violarum, } ana. M. 1. ß.
Florum Cordialium, ana. P. 4.
Florum { Anthos, Stœchadis, Thymi, } ana. M. 1.
Florum Saluiæ, P. 2.
Passularum Corinthiarum contusarum, Ficuum, Cimini, Baccharum Lauri, Sem. Anisi, Sem: Fœniculi, Sem: Carui, } ana. vnci. ß.

Decoquantur in ſ. q. aquæ Hordei integri ex arte in duplici vase. Expressioni per albumina purgatæ dissolue,
Mellis despumati, lib. 3.
Sacchari, lib. 8. fiat Serapium, addendo sub finem Aceti albi optimi, lib. 1. Aromatizetur pulueris Santali rubri, vnci. ß. & drach. 3. Radicis incisæ Iridis Florentinæ.

Syrupus

Syrupus Iniubinus, siue Serapium Zizyphites Mes.

HIC Syrupus, quia mediocriter inspissat defluxiones tenues quæ fiunt: & iam factas inspissat, & deterget aliquantulum, asperitatésque asperæ arteriæ emendat, in frequẽti vsu est; Idcirco in officinis retinemus qui si rectè paretur, medius est inter violaceum & Syrup. ex capitibus papaueris.

Rec. *Iniub. numero sexaginta.*
Hordei mundati, }
Glycyrrhizæ, } *ana. vnci. 1.*
Capillo. Veneris, }
Florum Viol. } *ana. drac. 5.* alij vnc. 5. sed male.
Seminis maluæ, }
Seminis Cytoniorum, }
Seminis Papaueris albi, }
Seminis Melonum, } *ana. drac. 3.*
Lactucæ, }
Tragacanthi, }
Decoquantur in libris 4. aquæ pluuiæ, vel fontis ad consumptionem dimidiæ partis. In col. dissolue Sacch. clarificati lib. 2. fiat Syrupus.

In hoc Syrupo nihil immutauimus præter ordinem, vt illa simplicia ordine, & secundum artem collocarentur, atque fructus, radices, ac Hordeum decoquerentur diutius. Tragacanthum in fine ponitur, ne longa coctura totum in mucaginem vertatur. Aquæ lib. 4. ponimus, vt in simplici legimus; quæ quantitas sufficit: legendum iudicamus, Iniub. vrum num. 60. quidam inepti legunt lib. 1. non aduertentes, illud. l. 50. significare, non lib. Sufficerent aquæ lib. 4. sed hæc, quæ viscosa sunt, & syrup. inspissant, non debent multum decoqui, quòd vis illa in externa parte sita sit, neque Tragacanthũ sustinet longam cocturã: quare diutius decoquẽdum est Hordeum: deinde Iniubæ fracta. Capil. ven. & flores Viol. in fine inijci debent; & hoc fuit in causa, cur minor quantitas aquæ adita sit. Sed qui non norunt naturam rerum, non possunt benè parare, & conqueruntur de viscositate. Si capita Papaueris cum seminibus ponantur, efficatior redditur. Leuis enim inspissatio est in sole semine. Saccharum clarifficatum additur.

Syrupus e Papauere.

SYrupus e Papauere, quia vtilis est in inspissatione; Syrupum de Iniub. sequitur; cuius descriptionem post Syrup. de Iniub. collocauimus, vt etiam Pharmacopolæ eo ordine disponant in officinis. Ex Papauere parantur duo Syrupi, quorum alter simplex, quia minus compositus: alter verò compositus dicitur: sed horum duorum eadem est facultas. Compositum prætermittimus, sumúsque cõtenti simplici: nam si catharrus sit incrassandus, de Iniub. aptior erit. Quòd si non sufficiat, adde vnc. 8. Syrup: de Iniub. vnc. 1. Syrup. de Pappaue. multúmque incrassabit. Compositus tamen ad incrassandum catharrum, & sistendum valebit magis: sed ad stuporem inducendum minus. Ob id multa sunt addita, quæ nihil faciunt ad consiliandum somnum. His de causis minus compositum consulimus, qui parabitur cum sapa & Sacchato. Qui autem cum Sapa paratur, vocabitur Dyacodium: Cum sacchar. verè Syr. è Papauere.

Rec. *Capita Papaueris albi numero 80.*
Seminis Lactucæ drach. 10.
*Fiat decoctio in lib. 4. aquæ pluuiæ ad consumptionem dimidiæ partis. Col. adde Sacch. *vnc. 8. fiat Syrup.*

* Mediæ parti decocti. vnci. 8. Sacchari addendæ videntur, & alteræ parti, vnci. 8. Sapæ.

*Hunc Syrup. parant ex cap. Papaueris albi & nigri, æquali pondere & numero: sed cum ** Papauer nigrum sit periculosum, & stuporem inducat, vel somnum profundum, idcirco visum fuit albi quantitatem augere, & ad capita octaginta numerum reducere, & pro dra. 10. quæ restabant, seminis Lactucæ totidem addimus, vt sequamur Auicen. qui iubet non esse pertransenndum, quòd pro nigro Pap. seminis Lactucæ drach. 10. somnum concilient, ob cuius occasionem factus est.*

** Papauer nigrum à me satum in Angliæ Sommerseti præfectura, Naturæ lusu & metamorphosi, in album mutatum est. vtriusque albi aut nigri semen satini mitius est opio aut Meconio, quia vnguinosum aut oleaginosum: vsus igitur nigri seminis non adeo verendus.

L'Obel.) *Serapium Papauerinum simplex & Compositum D. Mesuæ communis descriptio.*

Serapium è Papauere compositum Mesuæ non est dispensandum ex Rondeletij consilio

filio quia, respondet Syrupo Iuiubino & Papauerino simplici. Simplex autem

Rec. Capitum Papaueris albi, & Papaueris nigri, } ana. 60.N.

Coquuntur in lib.4.aquæ pluuialis ad consumptionē librarum duarū & dimidiæ: colantur, in Serapium percoquantur, additis

* *ad lib. 6. Syl.* Sacchari albi, & Sa: Penid. } ana. vnci. 6.

Syl.] Capita cum seminibus magnorum & paruorum siccorum, & humidorum media macerantur 24. horis; & si sint sicciora, pluribus; deinde coquantur donec tabescant; exprimuntur; cum Saccharo aut Melle vt Diacodion, pro varijs Medici scopis percoquuntur in Serapium lento igne.

L'Obel. *Diacodium Rhomboides, aut orbiculatum.*

Imitatione Manus Christi in forma solida orbiculata aut tabellara, addita Glycyrrhizæ sufficienti quantitati decocti Papauerini præscripti & Saccharo cum margaritis, aut speciebus Diatragacanthj frig. & huiusmodi pro morborum varietate, paro Saccharatos orbiculos aut rhombos non insuaues neque ægris molestos vti Serapia ad Catarrhos sistendos, somnumque conciliandum.

Serapium Hyßopites.

Diu ego dubitaui, in qua serie hic Syrupus reponendus, vel in numerum eorum, qui incrassant, vel eorum, qui attenuant: Nam Rad. Apij, Fœnic. & Petrosel. recipit cum multis alijs detergentibus, etiamque Hordeum mundatum, Myxa, Zizipha, semen Cydoniorum, Tragac. & semen Maluarum; quæ omnia inspissant: Sed cum incidentia & detergentia incrassantibus repugnent: putaui satius esse, in detergentium & incrassantium reponi: eritque nobis vsui, cum nondum eramus certi, incrassarene, an attenuare oporteat, eaque de caussa dispensandum curaui: cuius exemplar erit tale.

Rec. *Hiß. mediocriter sicca,*
Rad. Apij, Fœniculi, Glycyrrhizæ } *ana. drach. 10.*
Hordei mundati, vnci. ß.
Dactylorum à filis mundatorum, & ficuum pinguium siccarum, ana. nume. 10.
Paß. mundatarum, drach. 12.
Zizipharum, Mixarum, } *ana. nume. 30.*
Capilli Veneris, drach. 6.
Seminis Mal. Tragacanth. Sem: Cydonio: } *ana. drach. 3.*
Coque in lib. 8. * *aquæ ad dimidium.*
Expreßioni adde Sapæ, & Sacchari, } a *ana. lib. 2.*
Et fiat syrup.

a Alij omnes habent Sacchari Penidiarum lib. 2. Siue Sapa. quæ tamen commodè lib. addi potest cum Penidijs, ad singulorum lib. 1. vel vnci 12 vel 15.

Apud Mes. duæ aliæ descriptiones reperiuntur cap. de tussi, quarum prior parum distat a Syrupo de Iniub: Altera huic tradita non valde dissimilis: differunt tamen, quia hæc recipit semen Apij & Fœnic. non rad. & Anisum: illa semina Cucum: Citrulli vltra habet, neque Dactylos neque Penidias recipit: ob id eam descriptionem voluimus relinquere, ac tantum indicare semina potius, quam rad. esse vsurpanda: nam rad. non sunt necessaria ad incisionem: at semina sufficienter id præstant, & flatus discutiunt, qui pituitam chymosam facientem tussim, & spirandi difficultatem inducunt, quia spatia pulmonum magis replent. Præterea hic Syrupus ex Hordeo & fructibus componitur flatus gignentibus, quia dulcia relaxando ventrem, multorum flatuum gignendorum sunt caussa: quare non radic. sed semina Fœniculi & Apij inijcimus. Quod si Anisum addere volueris, erit melior & efficatior: Nam Anisum præter quam quod flatus discutit, aliquid dulcedinis habet: quare poterit ad expectorationem nonnihil facere.

Hic Syrupus videtur paratus ad contrarios affectus; vt in excretione sanguinis à venis ruptis, vi tussis.

Coque in lib. 8. vel 6. ad dimidium.]

Hordeum diu decoquendum: cætera minus & pro eiusque naturæ. Tragacantha, Semina Cydoniorū & Maluæ leniter contusa & nodulo laxo excepta, valde parum coquenda, ne loco Syrupi Gelatina fiat: vt cuidam crassæ Mineruæ Pharmacario apud Lutetianos malè cessit.

DE DECOCTIONIBVS.

Decocta multa in Mesuei dispensario descripta sunt, quorum aliqua hic inseremus, &

& alia omnino prætermittemus, tanquam superflua: nam talia non parantur, vt seruentur, quia seruari non possunt, & à Syrup. non differunt. Quod si in vsum trahantur à medicis, immutata præscribuntur. Nos hic decoctionem communem Clysteris, & Medicinæ, & Pectoralem tantum describemus.

Decoctio communis Clysteris.

Rec. *Betæ,*
Maluæ,
Parietariæ
Branchæ,
Vrsinæ,
Mercurial. } *ana. M. 1.*
Furf. p. 1.

Fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ.

Quod si addantur drach. 2. Anisi & Fœniculi melior erit Decoctio. Omnia Cerealia in parte externa vim habent detergendi. Item quæ easdem vires habent medicamenta in æquali portione poni possunt, alioqui minimè.

Decoctio communis Medicinæ.

DEcoctum commune medicinæ, quod hodie ad dissoluenda solutiua vsurpatur, sine arte & inepte descriptum est. Fiat autem in hunc modum.

Rec. *Hord. integri, P. 1.*
Prunorum &
Pass. } *ana. P. :o.*
Glycirrhyzæ rasæ, drach. 2.
Viol. P. 1.
Anisi, drach. 1. fiat decoctio.

Dicitur autem communis, quod nulli parti aut humori sit destinata, vt est Pectoralis, qua vtimur in affectibus Pectoris, neque pituitam, bilem, vel melancholiam, sed tantùm leniens, ad omnia excrementa: Idcirco Tamarindos expunximus; quia lædunt ventriculum, & ad bilem præscribuntur: sed cùm Communis paretur, non est necesse addere Tamarindos. Anisum prætermissum addidimus, quia odorata semina cum medicamentis laxantibus sunt admiscenda, vt Hipp. lib. de victu acut. imperat. Adde quod Pruna & Hordeum flatus gignunt, quos discutere oportet.

Decoctio Pectoralis.

DEcoctum Pectorale dicitur, quod magis ad partes pectoris destinatum sit, quàm commune, nihilque habeat, quod parti non conueniat. Sed fuit hoc non minus ineptè descriptum, quam prius.

Rec. *Hordei integri P. 1.*
Glycirrhyzæ, vnci. ß
Capill. Veneris,
Hiss. } *ana. M. 1.*
Ficuum,
Dactylorum mundatorum,
Pass. enucleatarum, } *ana. P. ó.*
Florum viol.
Buglossi, } *ana. P. 1.*
Anisi, drach. 2.

fiat decoctio, quæ vsui erit ad medicamenta laxantia pituitosa dissoluenda, vtilis ad detersionem & expectorationem in pleuritide. Istud dici potest decoctum fructuum, quo vtendum est, vt vult Mesue, ante concoctionem. In ordinem reduximus hanc decoctionem, & addidimus Anisum ob rationem superius ab Hipp. adductam. Apposuimus ficus, quia parti magis conueniunt, & flores cordiales, vt Borrag. & Buglossi.

DE LAXANTIBVS MEDICAMENTIS.

LAxantia medicamenta vel sunt mollia, vel dura. Mollia sunt vt confectiones, Dicassia, Catholicon, Diaphenicum, Indum maius, Confectio Hamech, Hiera picra, vel Hiera Colocynthidos. Dura sunt, vt Electuvia, Electuarium Diacarth. e Succo Ros. e Citro solutiuum. Vel sunt pilulæ. Hæc sufficiunt ad morbos curandos: Plura ergo habere, superfluum est. Nos vero à communioribus incipiemus.

LENITIVA è CASSIA medicamenta.

E Cassiæ Ægyptiæ siliquis à diuersis auctoribus multa & varia medicamenta lenitiua descripta; minimè paranda aut dispensanda censentur, quia vel acescunt vel exiccantur, & eorum laxandi vis deperditur.

Diacassia.

EX Cassia multa componuntur remedia. Hoc autem à Cassia nomen accepit, tanquam a nobiliori

biliori & precipuo. Fiunt autem duobus modis, vel ex decocto herb. recentium, vel ex succis. Quare succorum tempore paranda erunt. Quod si ex decocto parare velis, id omni tempore poteris, si herbæ sint ad manum. Hæc decoctio pro clysteribus & pro pauperibus commune medicamentum fit ad leniendum ventrem, sic.

Rec. *Succorum Violariæ,*
Maluæ,
Betæ,
Mercurialis,
Parietariæ, ana. quar. 1.
Succi Absynthij communis, unci. 2.
Mellis, lib. ß.

fiat decoctio donec ad consistentiam aliquam, ut Mellis reducantur: cui adde Cassiæ recenter extractæ lib. 1. misce, & seruetur usui. Quod si ex decoctione parare volueris, fiat hoc modo.

Rec. *Violariæ,*
Maluæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ, ana. M. 1.
Absynthij communis, M. ß.

fiat decoctio in sufficienti quantitate aquæ, & facta forti expressione, adde Mellis lib. 1. ß. misce, fiat decoctio ad consumptionem dimidiæ partis. Cui adde Cassiæ lib. 1. commisceantur. Hæc compositio debet plus Mell. habere propter aquam decoctionis. Expunximus succum florum Viol. sufficit succum habere herbæ in priore: in ista etiam sufficit herba. Quod si quis velit in decoctione apponere, nolo pro Viol. à communi opinione dissentire.

FLOS CASSIÆ.

E Cassiæ recentibus & pregnantibus fistularibus siliquis pulpa elicitur, quam florem Cassiæ & Cassiam extractam vocant: Sed cùm Cassiæ siliquæ siue fistularis recens pulpa melius asseruetur in sua theca, quàm excreta: quid extractione ante usum opus est? Triplex Cassiæ extracta in officinis prostare solet. Cassia extracta sine Sena & cum Sena: Cassia cum Manna: Cassia cum saccharo & cum Melle pro clysteribus & pauperibus. Si præscribatur à medicis, paretur hoc sequenti modo.

CASSIA EXTRACTA COMmunis Nicholai.

Rec. Florum Violarum,
Violariæ siue foliorum violarum,
Maluæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ, ana. M. 1.
Absynthij pontici siue vulgaris, M. ß.

Herbæ istæ virides coquãtur artificiosè in s. q. aquæ: è cuius colato ablue siliquas Cassiæ, & dilue in eius portiuncula pulpæ Cassiæ lib. 1 Mellis ex reliqua colati parte despumati lib. ß. percoquantur lento admodum igne ad electarij formam.

DIACASSIA cum MANNA non multum differt a Diacatholico, nisi Sena, Rhabarbaro & Polypodio.

CASSIA Fistula, & CASSIA siliqua purgatrix.

Actuarius & Græci recentiores, Arabes imitati, Cassiæ fistulæ aut fistularis nomine fructus longos, atros, teretes sesquipedales, ubique notissimos, medulla nigrâ molliquè farctos, siliquas veriùs quam fistulas nobis designarunt: cuius lignosior cortex à vulgo Medicantiũ inueteterato rancido errore pro Cassia legitima Priscorum ad fœtus & secundinas acceleradas & excludẽdas, addita Myrrha & Croco in puluerem redactis, præscribitur.

Fistularis aut fistula dicta Cassia siue Cannella, quia eius flagella in frustra dissecta chorio bubulo recenti antiquitus inuoluebantur etiam Plinio & Theoph. testibus, vt vermiculis aut tineis inde natis, lignosa interior pars atroderetur, cortice illæso, integro, à vermiculis non degustato aut eroso præ acrimonia: eoque fistulæ figurâ remanente syringem dixere. Plures Xylo-Cinnamomi aut Pseudo Cassiæ produntur differentiæ, de quibus quia nullius aut exigui commodi, supersedendum duximus.

Casia Poetarum.


Casia per simplex s. Melissophyllum & Cneorum, herbæ sunt solitæ iuxta alvearia seri, etiam Maronis æuo, vt satis liquet hisce suis versibus.

Vix humiles apibus Casias, roremq; ministrat.] è alibi, cætera.

Tu

Tu iussos asperge liquores,
Trita Melissophylla & Cerinthes ignobile Gramen,
Plura in Stirpium Aduersarijs require Pagina, 184, & 185.

CASSIA siliqua Brasiliana purgatrix compressa.



MEsopoli Mattiacorum à nauclerís sedulis inuestigatoribus compressæ Cassiæ siliquæ verius quam fistularis Cassiæ aut fistulæ vocatæ genus nouũ ex Brasilia aduehi incœpit, cuius pulpæ nigræ vncia vna plus purgat quam vnciæ duæ alterius Cassiæ Egyptiæ Caytiuê, quarum vna Venetias deferri solita, foris subrufiẽ est, tenui cortice, farctior & potior: Altera nigra, cortice crasso, lignosiore duritioreque multò, & rugoso. Hispani similimam aut eandem ex Aphrica, Antuerpiam deuehere solebãt. Hæc autẽ Brasiliana noua siliqua pedes duos aut vncias 24. longa est, duas aut paulò plus lata, & sesqui vnciam crassa; cortice foris Castaneæ fusciore, rugis & venis crassioribus admodum transuersis exarata, vtrinque oris secundum longitudinem carinata vnâ parte concaua aut carinulâ conflatâ: alterâ verò carinatim prominula, medij nauis imi dorsi siue trabis instar: lignoso admodũ cortice, vulgatissimæ nigræ Cassiæ duriore. Hæc mihi missa duobus iam annis elapsis ab amicissimo & peritissimo viro Thoma de la Fosse apud Medioburgenses Mattiacorum Pharmacopoeo, munere docti & egregij viri Doct. Francisci Halei Medici & Chirurgi Classici belli Mattiacorum, qui huius Cassiæ periculum fecit. Semen non dissimile alterius, sed longè maius & longius. Pulpa admodum dulcis. Effigiem affabrè delineatam a filio meo Matthiâ L'Obelio damus.

De Catholico siue Electuario Catholico Nicolai.

CAtholicum medicis in omnibus compositionibus laxantibus in frequentissimo vsu est. Non multum à Diacassia differt, nisi quia recipit, quæ magis laxant, vt Polyp. Senam, & Rhab. Euacuat communia excrementa ventris, partim lubricando, partim attrahendo. Dicitur ob id Catholicum, quasi dicas vniuersale, quod non sit vni humori destinatum & determinatum medicamentum, sed quod in ventre, siue sit bilis, siue feces, expellit citra calfactionem. Componitur autem hoc modo; Fit decoctio ex Polyp. lib. 1. & postea addito Saccharo, coquatur in Syrupum, qui inspissetur sequenti puluere & Cassia, & Tamarindis. Puluis autem hæc recipit.

Rec. *Folliculorum Senæ, vnci. 8.*
Rhabarb. }
Violarum, }
Polyp. } *ans. vnci. 4.*
Anisi, }

 Glycyrrhizæ

Glycirrhyzæ,
Penid. } *ana. drach. 4. quat.*
Saccha. Candi,

quatuor Se: Frig. } *ana. vnci. 1.*
maiorum,

Cassia & Tamarindi in prædicto Syrupo dissoluantur; Postremò puluis. Hac compositio delicatior & efficatior, & minori sumptu fit, faciliusque hoc modo paratur. Decoquatur Polypod. lib. 1. & vnci. 4. quia Polyp. Crassamentum constringit plus, quam laxat, & multos flatus gignit, ventremque lædit: quare melius erit decoquere. Decoctioni addes quatuor sem: Frig. maiorum, ana. vnci. 1. Anisi Viol. recentium aut viridium, ana. drach. 4. fiat decoctio in lib. 12. aquæ ad consumptionem lib. 4. dissolue Sacch. lib. 8. Coquantur in Syrupum. In quo dissolue Cassia, Tamarind. succi Rosarum, ana. vnci. 6. Liquiritia rasa, vnci. ſ. foliò: sena puluerif. vnci. 8. Sacchari Candi, & Penidiar. ana vnci. ſ. fiat confectio. Alij habent, Violarum recentium, vnci. 4. Anisi, vnci. 1. In dissolutione verò Cassiæ, Tamarind. ana. vnci. 8. Anisi triti, vnci. 3. Hæc Confectio sine Rhab. imperatur, quia Pharmacopolæ non apponere solent, nisi vel antiquatum, vel corticem, vel frustula, qua asseruant cum infusiones ex Rhab. parant. Quare satius erit non inijcere, quàm tale: magis enim constringit, quàm laxat, maximè in substantia. Quare nos succum Rosarum substituimus, quia laxat ventrem trahitq; biliosa & aquosa, vt Rhab. Dosim auximus, vt efficatior redderetur, & in minori quantitate laxeret, ne hæc compositio molesta sit ob eius molem. Quod si succus ponatur, erit minoris sumptus, & pro pauperibus etiam sic parari poterit. Nisi vererer reprehensionem, pulpam Prunorum pro Tamarindis apponerem, tum quia si sint acida, maximè bilem extingunt & ventrem laxant, vt Tamarindi, tum quia paratu erit facilior.

Frustra enim quæruntur exotica, cùm ex nostris medicamenta parari possunt. Penidias & Saccharum candum addimus, ad vnci. ß.

L'Obel.

PRo pulpæ Cassiæ, Thamarindorum & Senæ mundatæ singulorum vnci. duabus; semina frigida maiora ad singulorum drach. duas immiscentur: & Rhabarbari, Violarum, Polypodij, Anisi, ad vnci. 1. singulorum inferuntur. Igitur vncijs octo singularum pulparum; quatuor seminum frigidorum maiorum singulorum drach. 8. immiscendæ erunt & Rhabarbari, Violarum, Polypodij, Anisi, ana. vnci. 4. inferendæ: non drachmæ duæ singulorum prioris classis; & singulorum vnci. vna secundæ, vt Andernacus sui oblitus fecit. Cordus & Rondelletius mentem Nicolai sequuti sunt.

Huius vniuersalis medicamenti varia & vitiata est descriptio. Exemplaria vulgata habent pro pulpæ Cassiæ, & Thamarindorum singulorum vncijs duabus, Sacchari, lib. 2. siue vnc. 24. Andernacus autem, pro lb. 2. Sacch. perperam addit Cassiæ, Thamarindorum & Senæ mundatæ singulorum vnci. 8. Miror tam doctum virum ita hallucinatum, cum in Sacchari quantitate, tum in his quæ præcesserunt. Rodelletius autem mediocritate fretus vncias 6. habet pro lib. 8. Sacchari, quamuis vnciæ octo pulparum, libris octo sacchari responde- aut descriptioni Nicolai.

Hoc Electarium Catholicum lene siue mite in suauissimam & lenissimam, cum Cassiæ operatione maximè conuenientem compositionem, redegimus, quam é Diacatholico Liquamentū siue Extractum diximus, neglecto Diacatholico maiore Fernelio à Plantio ascripto, quod recipit Turbith & Diagredium, ab his benignis medicamentis & intentione Nicolai multum aliena.

Paretur ergo in hunc modum.

Rec. Radicum Filiculæ siue Polypodij recentium, fol. Senæ mundatorum, ana. vnci. 16.
Glycirrhyzæ rasæ,
Anisi, ana. vnci. 2.
Seminis Fœniculi, vnci. 1.
Foliorum Violarum, M. 4.
Florum Violarum, M. 1. ſ.
Quatuor seminum frigidorum maiorum. ana. vnci. 1.

Contusa omnia dempta Sena & seminibus frigidis, floribusq; Violarum, 24. horas vel biduo aquæ pluuialis lib 5. vel q. ſ. malefacta, decoquuntur leniter ex arte balneo Mariæ: mox paulo antequam ab igne deponantur, Senam adijciunt cum seminibus frigidis & floribus Violarum, macerenturque calidè aliquot horas in balneo. Vbi tantisper refrixerint, linteo excolantur & leuiter exprimuntur, ne Polypodij & Senæ vis astrictoria eliciatur, Colatum iterum decoquitur, dum mellis crassitudo fiat, adiectis Sacchari boni subrubri, perdulcis vel albi pinguis, lib. 4. Postea ab igne remotis adde floris Cassiæ vapore decocti præscripti

extractæ

extractæ & Thamar Indorum, ana. vnci. 6. Sacchari, candi, & Penidiarum, ana. vnci. 1. ſ. ſucci vel infuſi Roſ. vnci. 4. æſtate addi poterit decocto libra vna, ſucci Mecurialis defæcati & purificati, & pro diuitibus in ſingulas vnci. ſcrupulus, vel drach. ſ. Rhabarbari ſelectiſsimi.

* Polypodij magma aut craſſamentum, quia copioſos flatus gignit, ventrem lædit, eumque magis obſtruit quàm reſerat, leuiter Polypodium decoquendũ iuſsimus, vt efficacitus ſuas vires, eaſque ſuauiores, exuat. Decoctionem enim mediocrem ſuſtinet, quemadmodum Sena & Turbith. vti monuimus in noſtris Stirpium Obſeruationibus Latinis: Pondus eius etiam adauxi, quia vili emitur pauperum commodo; longeque minori pondere in decoctis, vti Sena, & alia permulta, quàm in ſubſtantia, vt vulgus loquitur, aſſumitur.

Al. qui ommitunt Saccharum Penidiarum leui incommodo, quia Penidiæ parantur ex Saccharo pingui, leniente.

Electarium Lenitiuum.

ELectarium Lenitiuum conuenit cum Diacatholico & Diacaſsia, quare eo carere poſſumus. Hæc de Electariis lenioribus ſufficiant, pluribus humoribus, exuſtis potiſſimum expurgandis idoneis.

Dia-ſebeſten.

DIa-ſebeſten Montagnanæ bilem tenuem euacuat. In Italia & regionibus calidis magis vſitarum quam in frigidis tractibus, vbi rarò diſpenſatur, quemadmodum Elect. è Pſyllio Meſuæ, quo etiam carere poſſumus. Recipit copioſè Scamonium cum Trochiſ. è Spodio vel Antiſpodio, ex Oxyacantha, Troch. Diarhodon, quo Scamnonij vires remiſsiores ſint, & alui fluores diſpendioſæ vitentur. Pro hiſce inuſitatis electarijs medicus doctus facilè cholagogum Roſarum decocto conuenienti ſiue è myxarijs ſiue è Pſyllio, Fumaria, Epithymo, Eupatorio, Rhabarbaro, & huiuſmodi pro ratione & natura morborum, diluit.

De Diaphœnico, id eſt, Antidoto e Palmulis.

DIaphœnicum à Dactylis nomen accepit, vt Empl. Diapalma, Diaphœnicum, Dicalchiteos. Hæc autem compoſitio ad euacuandos craſſos humores facta eſt, quia in frequentiſſimo vſu eſt, erit hoc modo paranda.

Rec. *Dactylorum mundatorum à filis, & infuſorum cum vino albo per triduum* lib. 1. drach. 4. *Pineatum cum aqua Hordei decoctarum*, * drach. 40,
Turbith. drach. 35.
Amygd. dulcium mundatarum, drach. 30.
Scammonij, drach. 12.
Zinziberis,
Piperis longi,
Cinnamomi,
Macis,
Galanga.
Fol. Rutæ ſiccorum,
Aniſi,
Fœniculi,
Seminis Paſtinacæ agreſtis, vel domeſtica, ana. drac. 2. ſ. fiat Pul. qui excipiatur Syrupo ex Melle & infuſione Dactylorum parato ex arte. Cinnamomum omnium humorum vitia emendat.

*Mundatarum & infuſarum.

Rond.

Hæc Compoſitio paucis immutatis optima erit ad pituitam craſſam & lentam euacuandam. Diei poterat ex Turbith, vt melius intelligeretur. Dactyli ſunt eligendi recentiores, qui non ſunt immaturi: nam maturi habent etiam aſtrictionem ſufficientem ad Scammonij correctionem, & immaturi nimium conſtringunt pro compoſitione pituitoſa: Nam, vt docet Gal. 1. ad Glauc. Abſinth. quod calidum & ſiccum, non conuenit in pituitoſis affectibus ob aſtrictionem. Aliud enim eſt medicamentum ad craſſos crudoſque humores, aliud ad tenues parare. Scammonium, vt dictum eſt, caſtigari debet in bilioſis medicamentis. In pituitoſis verò ſatis eſt, ſi aliqua ſint lenta, vel craſſa, quæ eius tenuitatem caſtigent, & ob idmaturos Dactylos volumus, quanquam Meſua aliter videatur imperare ſecundum interpretationẽ aliquorum, (a) per flauos intelligentes, immaturos. Nam immaturi eholicum dolorem augerent, non curarent, neque etiam ob morbum eholicum, quem curare dixit, in Aceto macerare oportet: Acetum namque conſtringit, & morſu ſuo inteſtinâ lædit dolentia: Quare in Vino albo macerandos Dactylos iubemus triduo, & in vaſe vitreato, ne ex are, aut alia quapiam materia aliquid mali contrahant. Si autem molles ſint ſatis, non erit opus tanta maceratione. Si duriores, diutius macerentur, Quodſi in aqua & Vino calidis macerentur, citius molleſcunt. Contunde diligenter, & per cribrum medicum, cum amygdalis tuſis traſmitte. Poſtea accipe Mellis lib. 6 Aqua & Vini infuſionis Dactylorum lib. 12. Decoquantur & deſpumentur, donec reliquantur lib. 3. & ad conſiſtentiam mellis. Reliqua tuſa & pulueriſata

puluerisata misce,(b) fiat confectio.

(*a*) L'Obel] Phœnicon Cirrhon]. legendum Cheyron, id est, è Chayero oppido, non Cirrhon siue fuluorum, vt male è Græcò vertit Syluius, nonnullas officinas sequutus.

** Daucus Creticus hodie satis reperitur.*

(*b*) Antuerpiani quidam auari & sordidi Pharmacarij institores Materialistæuè. solebant diu infundere aceto putres Daclylos plenis vrceis ad præparationem vilis & sordidi, à quo cauendum, Diaphœnici; viliq; distrahebant Pharmacopeis exteris, vti pleraque alia medicamenta, additis Turbith fragmentis, & sordibus cultello incisis & abrasis. Hac itaq; ratione artem perdiderunt.

L'Obel.

Postea accipe Mellis lib.6. decoquantur & despumentur, donec remaneant aut relinquantur libræ tres.] Longa illa coctura resoluuntur Mellis & infusionis Dactyllorum vires. Præstaret ex parciore, præcisoquæ magis Dactyllorum infuso, vt non multum iuris supersit, nimus Mellis in duplici vase decoquere, & purgare, deinde percolare; alioqui Mel in spumam, & auras abit. Pharmacopœi Insulani plerique Gallobelgæ, & alij nonnulli inscitiâ & tenebricoso errore solent lib. 6. Mellis despumati, pro tribus libris ponere; non animaduertentes libras sex à Mesueo præscriptas, despumando & coquendo ad libras tres redactas esse: id quod Medicis nescijs imponit, qui Medicaminis duplo aucta mole, integras vncias, pro semuncia in singula purgationes præscribere coguntur. Quidam verò Scammonij pondus variant & augent, Alij vnci.ij. alij vnci.ij.ſ. imponunt, non sine ægrorum læsione: cauendum enim à nimium Diagrediatis aut Scammoniatis: quamuis Scammoni malignitas Amydalis & aromatibus mitescat.

*In hac compositione non conueniunt authores: Alij enim Penidias ex aqua Hordei paratas, alij verò Pineas legere volunt, id est nucleos Pineæ. Legendum tamen videtur, Pinearum, quia magis conueniunt ad pituitæ præparationem: detergunt & expectorant. Et quemadmodum Amygd. inijcere iussit, sic censeo nucleos * Pini intellexisse. Auget suspitionem, quód in quibusdam exemplaribus legitur, coctarum in aqua Hordei, melius*, infusarum in aqua Hordei. Amigdala & nuclei, ne pinguescant, in aqua frigida macerantur: sed hic, vt magis detergant, in aqua Hordei macerantur. Quod si quis Penidias velit admiscere, non multum peccabit: nam Penidia, si addita farina, vel decoctione parentur, detergunt leniter. Lignum aloes, quia verum non affertur, habetque saporem ingratum, visum est illud auferre. Quod si quis Santalum Citrinum, vel Cinnamomum velit substituere, magis gratum reddetur. Pro* Dauco, semen Pastinacæ agrestis, vel domesticæ ponimus, quia succedanea sunt. Mel despumandum & decoquendum, in ea aqua & Vino, in quo Dactylli fuerunt macerati, vt si quid virium deposuerint in infusione, restituatur, efficatiorque erit hoc modo paratum, eritque medicamentum pituitosum, & cholicum dolorem sedans, quia pituitam soluit, & non habet ea astringentia, neque Cassiam, quæ tormina excitare posset, & in diuturnis morbis efficacissimum medicamentum. De Turbith hoc tantum dicam, quod radix est cineritia, & alba, pituitam soluens crassam, neque amara, vt Agaricus. Quod si quis vero & bono Turbith destituatur, Agaricum infusum in Melle substitui potest: nam ob Cinamomum, Galangam, Anisum, Piper, Fænic. & Daucum, pituitam crassam soluet, & à longinquo purgabit. Nulla compositio est in Mesua, quæ sit cum ista comparanda, tum quia nulla medicamenta, quæ molem augent, recipit, & quæ recipit. odorata sunt. ventrique & ori non ingrata. Respondet quodammodo Indo maiori, sed in alia forma, Arabico more descripta, pituitosis medicamentis astringentia, addita sunt. Recipit enim succum Apij, Fœnic. Cotoneorum, Granatorum, & multa odorata astringentia, vt. Rosas, Santales, & alia multa, quibus posset carere. Hæc medicina ad pituitosos morbos contentus esse potest; nam ijsdem medicamentis laxantibus constat, Scammonio, scilicet, & Turbith. Quod si quis velit vti articularibus morbis, timeatque nimiam humorum conturbationem, addat Myrobalan. vel Rhabarbarum in substantia. Illa laxabunt, & constringent. Sed in articulari morbo cum materia defluit, non oportet medicamentis fortioribus mouere. Idcirco hæc vsui erit tempore, quo consistit fluxio.* Tota compositio est ferè lib. 5. & vnci. 11. Dosis ab vnci.ſ. ad drach. 6.

** Caue à rancidis.*

L'Obel.

VSitati Diaphœnici in forma sôlida, incerti authoris, Dactyllorum dosis longè minor est ad inhibendam Scammonij effrenatam vim, & robur ventriculi fouendum; Diagridum ideo author pro Scammonio posuit.

Eius descriptio apud Cordum.

Rec. Dactyllorum infusorum vt diximus modo N°. 6.
Seminis Ligustici, drach. 2,
Nucleorum Pineorum, siue Strobilorum,
Amydalarum dulcium, ana. drach. 15.
Turbith. drach. 12,

Diagredij,

Diagredij, drach. 12.
Sacchari candi, vnci. 2.
Piperis longi,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Macis,
Galangæ tenuis,
Xylo aloes,
Foliorum Rutæ,
Anisi,
Fæniculi,
Dauci, ana. drach. 1.
Sacchari, lib. 1. Fiat confectio in tessellis vel rotulis aut morsellis. Huius dosis minor erit liquido Diaphenico, ob Sacchari minorem quantitatem.

Quid hic sibi velit Coudebergius nescio, quandoquidem minori sacchari basi, delicatioribus morosisq; hominibus, minima dosi hæc cathartica exhiberi possunt.

De Indo maiore.

INdum maius subiunximus, non vt dispensetur, sed vt videant non multum differre à Diaphanico: & quibus abundat, potius deteriorem confectionem faciunt quam meliorem, nempe illis asti ingentibus additis, & copia attenuantium, quæ augent molem, & calorem eius.

Cuius permixtio talis erit.

Rec. *Cinnamomi*
Caryophyl.
Spica Nardi,
Ros.
Cassiæ ligneæ,
Macis,
Cyp. ana. drach. 4.
Santali citrini, drach. 2. s.
Ligni Aloës,
Nucis Moschata, ana. drach. 2.
Turbith electi, drach. 50.

Lignum aloës & succus Cydoniorum non conueniunt compositioni Indi maioris:
Sacch. penidiati, drach. 20.
Galanga,
** Heyl. id est Cardamomi, Asari,*
Masticbis, ana. drach. 1. s.
Diagredij drach. 12.

Omnia cum oleo Amigd. fricentur, deinde accipe,
Succi Cydoniorum,
Succi Granatorum,
Apij.
Fænic. defæcatorum, ana. lib. s.

Coque cum Melle ad spissitudinem, & confice cum speciebus. Pro Indo maiore & minore Diaphenico etiam vtendum censeo. Quod si velis magis attenuare, dissolue in aquis petrosi vel adde dissolutioni syr. è Stachade, vnci. 1. s. pro dosi, & omninò similis erit, & eadem præstabit.

*In minore Elect: Indo Heyl semel additur: In maiore autem Heyl quod Cardamomum significat; Heyl & Cardamomum tanquam varia coniungit: eoq; Cordus habet vtriusque Cardamomi, id est maioris & minoris, sed alterum sufficit.

Confectio hamech.

COnfectio Hamech non est prætermittenda, vtilissimum enim est Medicamentum, ad ichores humorum prauos euacuandos. Sed ratio est componendi docenda: non enim sine magna molestia & difficultate paratur.

Rec. *Myrobalanarum Citrinarum vnc. 4.* Omnia ista simplicia medicamenta explicantur in Aduersariis Stirpium
Myrob. Kebularum, }
Nigrarum, } *ana. vnc. 2.*
Rhabarbari, }
Agarici, }
Colocynthidis, } *ana. drach. 18.*
Polypodij, }
Absinthij, }
Thymi, } *ana. vnci. 1.*
Sena. }
Violarum drach. 15.
Epithymi vnci. 2.
Anisi.
Ros. recenter sicca: ad odorem, apertionem & corroborationem,
Fæniculi ana. drach. 6.
Succi fumariæ lib. 1.
Prunorum N°. 60.
Passul. mundatarum vnci. 6.

Maceratò dies quinque in Seri lactis sufficienti quantitate, in vase vitreo stricti oris, & obtura. deindè feruefiant, vna aut altera ebullitione: fricentur & colentur.
Col. adde Cass. fist. purgata vnci. 4.
Tamarind. vnci. 5.
Manna vnci. 2.

Percoque ad Mell. spissitudinem cum lib. 1. s. Sacch. & vnci. 1. s. Scamonij. Postremo adde Myrob. Citrinarum, Chebul. & Ind. ana. vnc. s. Bellericarum Emblicarum, Rhab. Seminis fumariæ ana. drach. 3.
Anisi, spica Nardi, ana. drach. 2.

Hæc compositio videtur nulla arte composita, & contra theoremata à Gal. Mesua, & alijs tradita: Nam infunduntur diutius & concoquuntur,

tur, maximè inæqualia, vt Polyp. Myrob. Agaricus, Colochyntis, flores Viol. Ros. Epith. Thymus, Rhab. Polypodium *quidem coquendum & macerandum, Epith. Rhab. non diu, ne vires resoluantur, vt neque flores. Quare videntur illa infundenda* diutius aut coquenda *solum, quæ dura; vt faciliùs eorum vis & succus eliciatur: ea verò quæ astringunt magis, quàm laxant, vt in Myrob. & Rhab. experimur, nam facultas laxans, quæsita in tenuiori parte, euanescit longa coctura, & astringens magis adaugetur,* quare minus diu infundenda aut coquenda. *Quamobrem nos hoc modò parabimus.* Polypodium *in sero lactis Capra, vel Asinæ maceretur per 24. horas, cum Passulis & Absynthio, ac decoquantur: Nam diutiùs seruatum serum putrescit. Deinde inijciantur semina Fœniculi, Agaricus, Colocynthis, Thymus, Epith.* Sena, *Violæ, Rosæ, in sufficienti quantitate seri, idest, in tribus lib.* bulliant leuissimè, *fricentur manibus, & colentur. Colaturæ adde lib. 1. s. sacch. Coque ferè ad spissitudinem Mellis, postea adde* Succi *fumariæ lib. 1. Deinde dissolue Cassiæ, vn. 4. Tam. maceratorum in vna decoctionis parte vnc. 5. Mell. Viol, vnc. 2. Reliqua omnia in pulucrem redacta incorporentur. fiat decoctio hoc modo. Succus non decoquatur, neque alia, quæ paucam aut nullam sustinent decoctionem. Quod si quis Myrobal. confricatas in succo Ros. & Tamarindos coquere velit, modo non diu coquantur, non repugno.* Sunt enim *laxantes: si decoquuntur, inutiles redduntur. Hæc compositio efficacissima est, quare in minori quantitate danda est. Quod si cum decoctione Mercurialis detur, serosa magis purgat. Colocynthis & Agaricus in panno liganda, vel per colum colanda, ne Agarici aliquid & colocynthidis descendat. Aliud animaduersione dignum de Seri decoctione. Serum ad purgationem eligi debet quod magis est acre vel aquosum. Vtile est Chamelinum, vt & Asininum. Multum seri habent, & laxant, & detergunt magis. In horum penuria caprinum, quod acre est (ouile serum minus laxat) & bene separandum est à lacte: nam casealis substantia sistit, & non laxat, idq; citius coctione longa, quam floribus Chameleontis separare oportebit, & vtendum postea.* Prohibemus ne per *quinque dies macerentur: nam* Passul. *& serum ipsam confectionem acidam redderent, & putresceret. tandemque medicamenta corrumperentur. Sufficit igitur macerare 20. horis & diutius coquere.*

Antidotus siue Confectio Hamech apud Mesuem.

EX veterum antidotus retinent hanc confectionē neoterici ob insignes vires ad omnes morbos ex pituita salsa, flaua bile, adustisque humoribus ortos, & prauos eorum ichores; scabiem, impetiginem, elephantiasim, luem Veneream & quæuis cutis & cuticulæ vitia. Improbandi tamen sunt qui hac compositione vtuntur in pituita crassa euacuanda ob Myrobalanos, quæ magis impingunt materiam lentam, ex Galeni & antiquorum sententia. Sed quia hæc compositio, vt scitè monet Rondeletius, sine arte composita videtur: & contra theoremata a Galeno, Mesueo & alijs tradita: nam infunduntur diutius & coquuntur maximè inæqualia, vt Polypodium, Myrobalani, Agaricus, Colocynthis, Rhabarbarum, &c. lubuit eius parandi rationem. cum Rondeletio explicare. Quid enim opus quinque diebus in macerando Polypodio ex sero lactis? cum nostra ætas ipsum Guaiacum lignum durissimum, eiusque cortices & huiusce modi 24. horis aqua tantùm feliciter macerat. Serum autem diutius asseruatum facilè acescit, situm ducit & putret. Octo vel 10. horarum Rhabarbari infusum (præterquam in alui fluoribus ventriculi & intestinorum imbecillitatibus, lubricitatibus & leuitatibus à bile alimentis permixta, vbi solemus exhibere fortem Rhabarbari expressionem & ipsum Rhabarbarum in tota substantia) commendatur à perbonis medicis, ne vis astrictioria eliciatur. Hæc monuimus, vt nonnulli è nostris Pharmacopœis sint paulò diligentiores in parandis pharmaeis ædificantque rationem componendorum medicamentorum, quam ipsi modum faciendi vocant.

Rec. Myrobalanorum flauarum, vnci 4.
Cepularum Indarum.
Rhabarbari,
Epithymi, ana. vnci. 2.
Agarici,
Colocynthidis,
Polypodij querni, ana. drach. 18.
Absynthij,
Thymi,
Senæ, ana. vnci. 1.
Violarum, drach. 15.
Anisi,
Rosarum,
Fœnicnli, ana. drach. 6.
Succi fumariæ,
Mercurialis, ana. vnci. 10.

Pruna

Pruna numero sexaginta
Vuarum passarum â vinaceis purgatarum, vnci. 6.

Polypodium leuiter contusum, cum passulis, Absynthio, Prunis, Fœniculo, & Aniso 24. horas madefactum ex seri lactis Asinini vel caprini q. s. in vase oris angusti obturato, ferue fac aliquot leuioribus ebullitionibus: deinde addatur Colocynthis, contusa & forficibus incisa cum Agarico nodulo laxo excepto; Thymum, Epythimum, Myrobalani, Sena, Violæ, Rosæ & Rhabarbarum macerentur 12. horas, & vnica feruefactione paruper decoquantur, addito suc. defæcato Fuma. & Mercurial. quia paucū aut ferè nullā substinet decoctionē. Cola leniter exprimendo. In colati portiuncula dissolue Mannę vnci. 2. & coletur. Coque igne tantillo colati reliquam portionem, addita sesquilibra Sacchari boni vsque dum Mellis crassitudinem habeat. Mox vbi refrixit, tepenti adhuc Syrupo misce pulpæ Cassiæ vnci. 4. & pulpæ Thamar Indorum, vnci. 5. eodem decocto extractorum, Mannam & Scamonij præparati vnci. 1. s. paulatim inspergendo puluerem hunc,

Myrobalanarum flauarum,
Cepularum,
Indarum, ana. vnci. s.
Bellericarum,
Emblicarum.
Rhabarbari,
Seminis fumariæ, ana. drach. 3.
Seminis Anisi,
Spicæ Nardi, ana. drach. 2.

Pulueris Myrobalanor: Rhabarbati, &c.] Imprŏbat merito Plantius duplicem Myrobalanorum & Rhabarbari vsum; decoctorum & infusorum, videlicet; Deinde tritorum immixtorumque.] Mesuæ attamen ob maiorem efficaciā, ad ichores melancholicos exustosq; humores euacuandos, Myrobalanos omnes cum Rhabarbaro in puluerem redacta aut substantia, infusioni coniunxit; quamuis ex Rondelletij authoritatibus & rationibus, plus satis sola Myrobalanorum sufficiat infusio. Experientia autem docet Rhabarbari, Senæ, Myrobalanorum, Mechioacæ, & quamplurimorum puluiusculum mulieribusque etiā notissimum, plus aut æquè purgare, drachmę vnius pondere, ac triplicis & quadruplicis ponderis Infusorum, decoctorumuè: Tamen vbj penetrabilibus obstructionesque reserantibus medicamentis opus est; plus iuuant Infusa aut leuia decocta, pro cuiuslibet simplicis medicamenti natura, partium tenuitate, crassitie; quia sæpe experimur decoctum vnius aut sesquivnciæ Senæ ex Mesuei præscripto, & optima artis lege, plus iuuare, mitiusque sine vllis torminibus â remotis locis purgare quàm drach. 1. & sesquidrachmiæ pulueris aut vnciæ semissis infusi, plus minus, Senæ siue decoctura, quæ ventris & Stomachi torsiones & erosiones gignit, ob eius crudum flatulentumque crassum succum, & crassamentum, visceribus noxia. In huiusmodi infusis sine pernecessaria artificialique coctura, scioli quidam Pharmacopœi, medicis inscijs, imponunt & peccant imprudentia, Senæ parcimonia, leiusculè Senam & similia medicamenta simplicia aut composita macerantes, ægrorum iactura perniciosa. Myrobalani quia vehementius coctæ insigniter obstruunt; aliquot horis macerantur & oleo Amigdalino illinuntur.

Triphera Persica, ib est, delicata.

TRipheram Persicam post confectionem Hamech collocauimus, propterea quod non multum sint dissimiles in euacuando, nisi quod confectio Hamech ventrem lædit ob Diagredium, & Colocynthidem; Triphera vero ventrem refrigerat, relaxatum confirmat, purgat ferè omnes humores cum astrictione & refrigeratione. Tryphera multa sunt species, sed hanc inter alias vsurpamus, quam vtile est paratam habere: Laxat enim & constringit. Hcc tamen mutani, vt confricentur Myrobalani oleo Amigdalino dulci, si timeatur astrictio: & Antispodium vocatum, non Spodium posui. Antispodium autem ex fructu aut arbore constringente paratur, vt ex ramulis Myrthi, Olea vel Oleastri, vel Malis Cydoneis. Videtur hæc composito nimium resiccare; sed medicamentum ad humidos intestinorum affectus institutum est: hec tamen siccitas Cassiâ & floribus Violarum temperatur, castigaturque sufficienter quatuor seminibus frigidis maioribus, si quis Saccharum rubrum vel Mel pro Manna in illa decoctione ponat, medicamentum non minus efficax erit; sic nec si quis pro Rhabarbaro; Succum Rosarum ponat: parua illa quantitas nihil potest, vel nihil aliud quam Mel præstare potest. Detergit enim leuiter, quod Mel violarum vel Rhodomel simplex potest, maiore pondere.

Trypherarum differentia.

TRypherarum variæ sunt descriptiones. Quæ Galeno ascribitur apud Mesuem, recipit multa quibus Galenus nunquā vsus est, vt Moschum, Ambar, Caryophylli, Nux myristica,

ristica, Macis & Santala,

Tryphera magna Nicolai cum Opio parabatur & sine opio, sed cum opium aufertur, adimenda Hyoscyamus & Mandragoras, cùm non minus sterilibus mulieribus aduetsentur quàm Opium.

Est & alia Tryphera minor ad differentiam maioris ex arte Phenonis. Item Tryphera moschata Mesuæ &

Saracenica duplex { Mesuæ / & Nicolai,

Tryphera Persica.

Trypheram Persicam Mesuæ, quia apud multos vsu recepta & à medicis Rhotomagensibus & Rondelletio comprobatur in refrigerando ventre, eodemq; relaxato comfirmando roborando; omnesq; humores ferè euacuando cum astrictione & refrigeratione, sinc vlla ventris læsione, retinuimus; delicatis & imbecillis tutiorem futuram quàm Antidotus Hamech ob Diagredium & Colocynthida: quamuis validiora medicamenta mitescant cum cum alijs in pauca quantitate exhibita. Sic enim paratur.

Rondel.

Rec. Succorum Solani,
Endiuiæ satiuæ,
Apij defæcatorum, ana. lb. 2. autq. s.
Succi Lupulorum. lib. 1.
Prunorum Damascenorum numero 50.
Violarum recentium,
& Ros. recentium, ana. vnci. 3.
vel drach. 6. Succi penuria Rosarum recentium siccarum,
Foliorum Senæ,
Myrobalanorum Citrearum, Cepularum,
Indarum confri. atarum in oleo amygdalino dulci. ana vnci. 2.
Agarici, vnci. 1.
Cassithæ, vnci. s.
*Epithymi vnci: 5. id est, drach. 40.
Spicæ Nardi Indicæ, drac. 3.
Feruefac paulisper,
cola & incolati dimidio dissolue pulpæ
Thamar-Indorum. vnci. 3.
Pulpæ Cassiæ, vnci. 4.
Mannæ, vnci. 1. s.
Io-sacchari siue sacchari violati, vnci. 12.
Alteri colati parti adde sacchari optimi, vnci. 36.
Aceti boni, lib. 1.
Coquantur igne leuissimo, & supradictis commisceantur.

Deinde adde sequentia in puluerem redacta,
Rhabarbari selecti, vnci. 2.
Myrobal. Citrinarum. vnci. 1. s.
Indarum,
Chebularum, ana. vnci. 1.
Bellericarum,
& Emblicarum, ana. vnci. s.
Seminis fumariæ,
Trochiscorũ Diarhodon,
Macis,
Masticheſ,
Cubebarum,
Spodij vel Antispodij è Myrto vel Cydonio,
Santali citrini, ana. drach. 2.
Seminum Cucurbitæ,
Citrulli,
Melonum,
Cucumetis mundatorum, ana. dra. 2. s.
Anisi, vnci. s.
Spicæ Nardi, drach. 2.
Tenuissimè trita inuoluantur oleo violato, & fiat omnibus mixtis electuarium artificiosè.

* *Pro drach. 4. Epithymi, vt in veteri exemplari legitur; Cordus autem Antidotarum Florentinum & alij nonnulli drach. 40. legunt. Succorum autem præscriptorum, lib 1. Quæ quantitas Succi longe minor est & superatur ab omnibus huius medicamenti simplicibus: adde quod calidior foret eius operatio, & succi ingredientia vix caperent quæ infundi debent, eoque quidam decoquunt & infundunt in balneo occluso. Syrupus ex Epithymo Mesuæ cuiromes ab Epithymo tanquam præcipuo agente drach. 20. tantum Epithymi primo loco habet: : eoque si cuis vnci. 4. pro drach. 4. sufficere videbitur, per nos liceat.*

Tanta multifariè est huius Tripheræ Persicæ plerisque Galliæ, Germaniæ, Belgij, Angliæ, & Italiæ locis vsitatissimæ, in ponderibus & mensuris varietas & summa opinionum ambiguitas, vt sæpe nesciant perboni Medicamentarij quid sint acturi in concinnando, parandoq; hoc medicamine. Nicolaus Præpositus initio & Antidotarium Florentinum, Succorum Solani, Endiuiæ, Apij, ana. lib. 1. habent. Lupuli succum omisit Præpositus, quem Florentinus non neglexit. Alij melius Succorum Solani,
Endiuiæ,
Apij, ana. lib. 2.
Succi Lupulorum, lib. 1. legunt.

Nicolaus Præpositus, Antidotarium Florentinum, Adolphus Occonus & Ioubertus drachmas tres tantum facilimo errore, pro vnci vncijs tribus Violarum siccarum aut viridium apposuere. Præpositus & Florentinus, Rosas neglexere. Deinde post vnci. 2. Folliculorum Senæ, vnciam vnam Agarici,

Quinquaginta

Quinquaginta Pruna Damascena, (interposita vncia uimidia Cassithæ,)
Myrobalanorum citrearum,
Kebularum
& Indarum, frixarum
oleo Amydalino dulci } singulorum vnc. 2.
aut Violato,
subiunxerunt. *Cordus* tamen, *Rondelletius*, & Antidotarium siue Dispensarium Florentini Medicorum Collegij, drach. 2. solum habent, cum Spicæ Indicæ drach. tribus. At *Oeconus* vnc. 2. esse legendas asserit, & Succorum omnium ana. lib. 2. legit.

Quidam Epithymi, drach. 4 tantùm: Sed plerıq; omnes drach. 40. siue vnc. 5. addidere.

In re dissensionis plena, quid agendum? vtilis memor sub pectore reconditi Rondelletiani consilij, in suis Antidotariorum prælectionibus publicis; eius hic vestigia, sequenda omninò suaderem, inuestigatis perspectisq; quibus hæc Triphera & huiusmodi medicamina opitulentur morbis, ex pollicitationum inscriptionibus: Solebat siquidem *Rondelletius* persæpè expositionem medicamenti compositi à facultatibus, in confusa adeò plurifaria opinionum diuersitate, initiari; deinde perpendere num ingredientia suppleia medicamenta possint explere, satisfacere & stare promissis.

Hæc Compositio tota ferè Myrobalanorum generibus constat & Rhabarbaro, eademq; lege qua Hamech Antidotus, duplici Myrobalanorum pondere; infuso nimirum & puluiusculo, donata.

Tripheram paruam congenerem statuit *Actuarius* libro de Medicamentorum compositione, quam in tres pluteiue differentias, pro morborum causis & essentijs diuisit: cuius verba vsurpare authoritatis & exempli causa, lubuit; quæ sic habent:

"Parua Triphera dicta, prodest interaneorum doloribus, ac stomachi, imbecillitatiq; eiusdem ab humore contractæ: sanitatem tuetur: estque ad multa alia petquam vtilis.

"Corticum Myrobal. Cebul.
"& eius vice, si velis, } singulorum
"Indici, } partem v-
"& Bellelizis } nam.
"& Embelezis,

"Tusa & cribrata, misceto eum Rosaceo oleo, & cum Melle despumato: conditum seruato. Potionis modus, duella ad tres vsq; Sextulas, ex egelida aqua.

" Qui voluerit perfectè interaneorum vtilitati consulere, vt ea à noxs deiectionum asseret, & ab iniurijs earundem vindicet, Bdellij cæsij portionem addat.

" Si sanguine euacuando, auxilium adferre placet; Gummis tottefactæ partem adijcias. "Cæterum ad commoditatem imbecilli Stomachi, & inferiarum partium correctionem; Rosarum & Mastiches portionem vnam; Anisi & Caryophyllorũ dimidiatas portiones adiunges. Contra Cordis micationes & vibratus; Xylaloen admiscebis. Aduersus sinistram valetudinem, quam atra bilis creault; pars Epithymi adponitur. Si Pituitæ deiectionem moliri institutis; Alypum, id est album Turpetum adhibeas. Aduersus flatuum turgentium molem, cruditatesque vt ineant consortiam, adhibeto Zingiberis & Galangæ singulas portiones: item sitezium Indicum, Capsicum, Pip. longum, seuue Cinnamomum, singula instar dimidiæ portionis, & commundum reddetur. Non desunt Medici, qui, vt venustiorem exhibeant colorem, Crocum adijciant.

Delicatam quandoquidem Tripheram Persicam dixere, quantitas tamen illa Myrobalanorum puluetis singulis exhibita dosibus, melle excepta; grata ori, palatoque in delicijs esse nequit: imò potius mole molesta mollicellis delicasisque hominibus erit: quemadmodum omnis ferè Officinarum, pinguis *Mineruæ*, Medicaminum vulgatissimorum compositorum Cornucopia. Quaproptet hanc Trypheræ Persicæ antidotum, hoc qui sequitur modo, Chylarij siue siccatiunculæ instar paratam, longè præferendam censerem: Eadem, parua dosi, præstabit, neque stomacho aut visceribus infesta erit, aut negotiũ facessere quantitate sine mole poterit.

Præstantiòr probabiliorq; Trypheræ Persicæ parandi ratio.

Rec. Myrobalanorum Flauarum, vnc. 3. s.
Kebularum,
Indarum, ana. vnci. 3.
Bellericarum,
Emblicarum, ana. vnci. s.

Trita aspergantur oleo Amigdalino, aut violaceo dulci, desiccenturq; & frigantur, additis Rhabarbari, vnciis duabus,

Spicæ Indicæ, drach. 5.
Agatici selectissimi lima derasi, vncia vna.
Epithymi vnci. quinque, siue drach. quadraginta.
Quatuor seminum frigidorum maiorum contusorum, singulorum vncia vna.
Macis,

Trociscorum Diarhodon,
Cubebarum,
Santali albi aut rubri, ana.drach.2.
Succi Cydoniorum, (pro Antispodio) vncijs duabus.

Infundantur omnia in balneo Mariæ & circulentur, ex artis præceptis, occlusa duobus organis vitreis, quibus aurifabri aquam fortem asseruant; vno vase aromatibus dicato, altero verò, cæteris; affuso infrascripto decocto.

** Diacarthamum efficacius est in Podagra.*

Rec. Succorum Solani, Endiuiæ, Paludapij, Lupulorum } defæcatorum singulorum, lib.2. aut q.s.

In quibus decoque ad mollitiem lento igne Pruna Damascena N°.quinquaginta,

Adde postea folliculorum Senæ, unci.2. vel vnc.3. aut vnc.4. foliorum Senæ contusorum,

Flor. Viol. virid. & Rosarum recentium, } ana. vnci.3. vel vnci.4. aut violarum recentiũ siccarum vnc.1. Succi Rosarum.dra.6.

** Elec. de Citr. febribus pituitosis magis accommodatum est.*

Cassithæ, Anisi, } ana.vnci.s.

Effetueant vnica aut duabus ebullitionibus. Infusa calidè persistent diem & noctem: deinde colentur & exprimentur. Expresso affundatur vna pars liquoris cum Myrobalanorum generibus, & cæteris suprascriptis, Epithymo, Agarico, spica & seminibus frigidis maioribus. Circulentur, addendo, circulatione vtriusq; vitrei vasis peractâ, colaturæ & expressioni Aceti vini peroptimi, vnci.12. Deinde in vna huius liquoris per colum purgati parte, infunde,

Thamar-Indorum. vnci.3.

Cassiæ è siliquis fistulisue extractæ, vnc.4.

Hic è siliquis extractæ legendum, quia dicit postea; colentur & a grauis mundentur.

Mannæ vnci.1.s. per cribrum cernentur.

In alia colati parte, dissolue Sacchari optimi vnc.16.

Sacchari violati, vnc.12. Condiantur & vniantur omnia simul vase lapideo aut fictili, in cineribus calidis, vel mollissimo igne. Refrigeratis omnibus, quia adureretur & in vnum coiret, insperge pulueris.

** Cortic. is Citri melle conditi in hac compositione magis conueniunt ob detersionem.*

Mastiches Chiæ, drach.2. Instar Electuarij aut concreti mellis redigantur.

Docebo aliàs maiora, cum hæc grata fore intellexero: ingratis enim inseruire nefas: scire tamen non indignum Medicamina, & materiam medicam, agnitis morbis, morbificisq; causis (quicquid multi effutiant) medicatricis artis arma esse, non secus ac *Neruis belli*, vt fertur, *Pecunia.*

Elect: è Citro solutiui Monspeliensium & Rondelletij emendata descriptio.

*IN nostris offic. dispensatur Electuarium in forma tabellarũ quod effectu respondet * Diacarthamo, vocaturq; el. Et. e Citro solutiuum, ad differentiam non soluentis. A Diacartamo non multùm differt, nisi quòd hoc pituitam crassam magis attrahit ob Turbith. Altero illorum carere possumus: sed quia est apud nos in maxime vsu, & castigata à Domino Falcone, nolui ego prætermittere. Substitui post in locum Diaturbith, estq; medicamentum purgans, ex cortice Citri, Scamonie, & Turbith compositum à recentioribus. Electua. de Cito compositum ad euacuandam pituitam bili permixtam, non recipie multum crassa & adstringentia: quare in pituitosis * febribus non erit reijciendũ. Recipit pul. diatragacanthi frigidi cum diachartamo, & carnem Cidoniorum, & alia, quæ pituitam detergunt: alia, quæ attenuant, & ad iuncturas deducunt, quare in morbo articulari Diacarthamum erit ex vsu: hoc verò in morbis pituitosis, si fine affluxu sint. In eductione pituitæ crassæ semper aliqua humida sunt permiscenda, nè nimium deficcata pituita educi nequeat. Compositio talis erit.*

Rec. Conseruæ Corticum Citri Melle conditi, Violarum, Borrangis, Turbith, pul. Senæ. } ana. drac. 10.

Pulueris Diagredij,
Pul. sp. Diatragachanthi frig. ana, vnc.s.
Zingiberis, scrup.3.
Anisi, drach.1.s.
Sacchari, vnc.24.
Misce fiat Electuarium ex arte.

*Hoc Medicamentum * Citri corticem recipit pro materia, & medicamento ventriculum reficiente, & quia minus astringit, cum Turbith magis conuenit, & in Morbis magis pituitosis non esset reijciendum, sed potius eligendum: quia hæc compositio ad pituitosa est, ad quæ detergenda Mel est optimum & magis aptum. Conseruæ Bug. Borag. & Viol. magna vtilitate ponuntur, quia humida cùm sint, siccitatem & calorẽ Turbith & Diagredij sua humiditate temperant, & prohibent, ne pituita exiccata difficilius expellatur. Nam, vt Gal. ait de pleuritiois medicamentis, aliquod miscendum est medicamentum humidum,*

humidum, ne pituita exiccetur in thorace. Pituitam educentia prosunt magis in forma pilulâ, propter longam moram, quæ est necessaria ad pituitæ crassitiem. Turbith & Diagred. ponuntur æquali pondere, quod minime probo: Mitius esset, si Diagredium minori quantitate poneretur, vt potius iuuaret operationem Turbith, quam suam, nisi bilem traheret. Hoc Medicamentum magis pituitosum est, quia si biliosum esset, non adderetur Turbith, quod crassam pituitam trahit. Sed quando trahenda est pituita crassa oportet iuuare actionem illam minima quantitate Diagredij, quod accelerat Turbith operationem: quare optimum erit, vt Diagredij vnc. ß. tantùm ponatur. Nonnulli Sacch. lib. 3. nos autem lib. 2. adiungi volumus, ne augeatur mole. Medicamentum efficatius erit, cùm Diagredij dosim minuerimus. Reperitur & alia descriptio, quæ in hoc tantùm ab hac differt, quòd Conseruam Viol. non recipiunt, quæ magis refrigerat & humectat, sed Buglossi. Sed hæc differentia non est magna.

Ex hac compositione fieri potest Liquamentum, quemadmodum ex Diacarthami Electario sequenti Cnico-Liquamentum. Dosis erit drachmæ vnius, quatuor scrupulorum, sesqui drachmæ, & robustioribus drachmarum duarum.

De Diacarthamo Electuarium.

IN forma sicca fit electuarium hoc, quod pituitã purgat satis potenter, & recipit detergentia & pituitã ducentia, & ad accelerationem, aliquid Diagredij. Vis medicamenti nonnunquam tanta est, vt à iuncturis trahat. Præparatur autem hoc modo.

Rec. *Diatragacanthi. frig. vnci. ß.*
Carnium Cytoniorum vnci. 1.*
Medula carth. vnci. 4.
Ginziberis albi, drach. 2.
Diagredij, drach. 3.
Turbith albi, drach. 6.
Manna granata,
Mellis Ros. collati, ana. vnci. 1.
Saccha. candi, drach. 6.
Hermod. ctyllorum, drach 4.
Sacch. in aqua dissoluti, q. s. fiat Electuarium in tabulis.

Hæc compositio est Arabum, quia solent semper ad corroborationem ventriculi & hepatis aliqua astringentia addere, vel ad impetum Diagredij & Turbith compescendum. Si Penidia ponerentur loco Tragacanthi, vel loco carnium Cytoniorum, compositio magis communis esset ad omnes affectiones pituitosas. Hanc Compositionem aliqui non intelligentes componendi rationem vituperant, sed nulla ratione, quod efficatior sit, soluâtque nimiùm. Sed istis respondebimus, Medicaměta fortia in minori quantitate assumpta esse debilia: *Præterea non animaduertunt hanc compositionem factam esse ad pituitæ euacuationem, quæ si à medicamentis siccioribus trahatur, propter exiccationem tenuioris partis, difficilimè euacuatur. Vt igitur temperetur siccitas medicamentorum, admiscent Diatragacanthum frigidum, & vt facilius purgetur, Mel & Saccharum ad detersionem. Et quia hac compositione vtuntur in morbo articulari, addiderunt carnem Cytoniorum. Sed multo melius esset Corticem Citri conditi apposuisse, vel Dactylorum carnem coctam & contusam, vt in Diaphœnico. Desideratur in hac compositione parum Anisi ad flatuum discussionem: Nam hæc laxantia & dulcia solent flatus gignere, quanquam Zingiber incidendo pituitam & calfaciendo id facere potest, sed non sufficienter: Quare si Anisum, & Fœnic. addideris, soluet cum minori molestia & læsione. Valet hæc compositio in pituitosis, biliosis, & melancholicis affectibus: sed in melancholicis detur cum decoctione melancholiam purgante. Minus conuenit in biliosis. Chartami medulla pituitam purgat, & reddit corpus immune omnium obstructionum. Diagredium purgat bilem. Ponitur autem in medicamentis articulorum ob duplicem rationem, tum quia facit medicamentum penetrare & operationem accelerat, tum quia morbus articularis ex sola pituita non fit, sed bili admixta. Quomodo enim posset pituita in articulos penetrare ac peruenire, nisi opem ferente bile? Quod si Diagredium penetret purgetque bilem, ideo morbis articulorum conuenit. Prodest ad euacuationem choleræ & phlegmatis: Purgat enim pituitam propter Turbith, & medullam seminis Carthami: bilem verò, propter Diagredium. Adhæc purgat humorem melancholicum, & ego multas febres quartanas curaui vsu diachartami potius, quàm confectionis Hamech, aut alio modo.*

* Dactyllorum melior erit.

Diacnicum cum Citro Solutiuum Phlegmagogum & Hydragogum, quartana febre affectis, vt si quid aliud, vtilissimum. *Respondet Diacarthamo & Electuario è Citro solutiuo Monspeliensium. Quia cæcutiunt omnes in varia & confusa lectione Diacnici & Electarij è Citro solutiui Monspeliensium; ex his duobus Electarijs, vnum fecimus, mentẽ siue intentionem, scopum & normam Rondeletij sequuti.*

HÆc Compositio à Cnico siue Carthamo nomen accepit, tanquam præcipuo a-

 gente:

gente: merito igitur vnci. 4. Medullæ seminis Cnic. cum Rondelletio legendum, pro dra. 4. (vt deprauatè habent omnia exemplaria) censemus. Ad hæc Cnici semen omnium viscerum obstructiones reserat, colluuiem propellit, & pituitam purgat egregiè.

Rec. autem Medullæ seminis Cnici vnc. 4. vel eius loco sume seminis Cnici boni & pleni vnci. 13. drach. 6. scrup. 2. (ex scrup. autem seminis habetis G. 6. Medullæ) Contundantur, & fiat emulstio ex aqua mulsa, vel iure Gallinacei, vt docet Dioscor.
Conser. Corticis Citri Melle conditi vnci. 1. s.
Conser. Violarum &
Florum Borraginis, ana. drach. 10.
Carnis Dactylorum vino albo maceratorum, vnci. 1.
Pul. specierum Diatragacanthi frig. drac. 6.
Turbith. vnci. 1. drach. 6.
Diagredij vel Scamonij, vnci. s. scrup. 2.
Zinziberis albi, drach. 1. s.
Hermodactyllorum &
Senæ, ana. drach. 5.
* Nor olei. Spiritus Anisi, vel
Fœniculi Coceleariaria tria Mastiches, scrup. 4.
Mellis optimi despumati, vnci. 12.
Sacchari albi, vnci. 15. Dissoluatur in vnci. 1. s. succi Cythoniorum & s. q. aquæ mulsæ.
Terenda terantur & permisceantur.

Caryocostinum.

Diacnico subiunximus Caryocostinum, quia in frequentissimo vsu est apud quosdam Londinenses ad articulares affectus podagricosque dolores: materiâ tamen defluente; præstaret vti Rhabarbaro & Myrobalanis; aut saltem permixtis Hermodactylis, Scammonio, aut Diagredio & sequentibus.

Rec. Hermodactylorum,
Diagredij, ana. drach. 6.
Caryophyllorum,
Costi,
Cumini,
Zinginberis, ana. dach. 3.
Mellis despumati ex vino albo aromatico triplum, id est, vnci. 9. Misceantur & fiat Conditum.

Vini vis, vti Mellis longa coctura resolutum: præstaret vti duabus partibus Mellis despumati mollissimo igne affuso pauco liquore & Vini Passi aut Sapæ parte vna.

Electuarium e Succo Rosarum.

E Succo Rosarum paratur Electuarium bilem flauam euacuans fortiter neq, admodum calfaciens, quod in forma Opiata parari potest, vel in forma dura & sicca. Et quia aliqui sicca libentius, quàm humida accipiunt; optimum erit in formam tabellarum reducere, vt maiores consueuerunt. Huius medicamenti multæ sunt descriptiones, etiam in eodem antidotario, ita vt in dubio sit Pharmacopola, quam debeat eligere: quare non erit præter institutum indicare, quæ omnium magis probanda sit. Alia enim est Nicolai, alia Mesua, alia Syluij, quæ est secunda Nicolai parùm mutata. Sed nos illam secundam magis probamus: Alia Tralliani; sed cur descriptionem Nicolai potius, quam aliorum praelegerimus & retinuerimus, danda est ratio, ne temere aut malo animo id factum esse existimetur. Nicolai compositio, quia efficatior & paratu facilior, ideirco à nobis eligitur: Illa verò Mes. maiorem quantitatem Trochiscorũ recipit, qui nimium astringunt & simul alia valida habet, vt Galliam & Crocũ, quæ nihil aliud efficiunt, quàm corpus calfaciendo, febrem ac bilem accendere, neque hoc impedire possunt Trochisci Oxyacantha, id est, Berberis. Molem etiam augendo medicamentum reddunt imbecilius, vt maior quantitas danda sit ægro magno cum eius fastidio & sumptu. Altera quæ ad Syluium refertur, quæ parum ab illa Mes. differt, media est inter Mes. & Nicol. compositionem; ob idpaulo melior, quod expunxerit Trociscos de Spodio, & trium Sandalorũ genera substituerit ana. drach. 6. ex Nicolai compositione mutuò accipiens. Crocum abstulit, Galliam Moscatam reliquit, sed eum Melle & Sacch. parandum docet, quod fieri non potest; Nam parùm conuenire videtur Mel, quia hæc compositio ad bilem, non pituitam paratur: Adde quod Mel biliosis aduersum est. Praeterea humidius redderet Electuarium nec posset cõmodè in formam siccam reduci. Denique moles eius aucta est multis medicamentis castigantibus & correborantibus, quibus non erat valde opus: Nam Scammonij calor, tenuitas & malitia satis ex succo Rosarum, Sandalis & Antispodio castigatur: quare non est opus plura addere: molem enim augent. Nicolai descriptio talis est.

Rec. *Sacchari solidi,*
Succi Rosf. ana. lib. 1. & vnci. 4.
Omnium Santalorum, ana. drach. 6.

Spodij,

Spodij, drach. 3.
Diagredij, drach. 12.
Caphuræ, scrup. 1.

Chaphura calida est & tenuium partium, quæ si pura est, species est Asphalti: si spuria, sublimatio Mastiches. Nos vero hanc descriptionem sic castigamus. Pro Spodio Cannæ, vel Eboris, *ponatur Antispodium ex malis Cotoneis, vel Myrtho paratum, vt docet Dioscorides capite de Antispodio: nam malum Cydonium aliquam habet societatem cum Diagredio, & illud Antispodium aliquam seruat astrictionem, ad* Scammonij *præparationem & ventriculi corroborationē. Et quando illud ponitur, pro Diagr. Scammoneum ponere sufficit & efficatius erit. Caphuram expungendam censemus, quia nimis tenuium est partium, & calfacit potius, quam refrigerat, quod inutile est ad bilem. Ingrato enim odore suo Caphura hic non conuenit. Tenuitas verè partium in medicamentis soluentibus est fugienda: nam deducit ad cor, & per abditissimas ventriculi partes purgans medicamentum, quod est ex genere venenosorum. Præterea hæc compositio plura resiccantia recipit, quæ ex accidenti retinent. Caphuræ loco Mastichem reposuimus, quia plus habet astrictionis, & minus est tenuium partium, & ventriculum iuuabit. Quod si quis Gummi tragacanthi. scrup. 1. velit substituere, melius erit. Apud Trallianum reperitur etiam descriptio, vt docet Syl. in com. Mes. quæ non ad bilem, sed bilem & pituitam euacuandam, & articularem morbum facta est. propter* Succum Ros. & Scammoneum. *Recipit Piperis drach.* 1. *Agarici, drach. ß. paraturque cum Melle hoc medicamentum, quod propter Mel, & Piper calidius est, quam oportet esse medicamentum laxans bilem, quæ calidissima est, & tenuissima, vt quæ diffluat in articulos. Hoc prudenter factum est, quod drach. ß. Agar. addita, si poneretur drach.* 1. *bilem traheret, sine Pipere oportebat esse. Quòd si ad pituita attenuationem, oportet aliquid vt Zingiber cum Agarico esse, & in minori quantitas poni debet. Adde quod Zingib. magis quam Piper cùm Agarico conueniret. Hæc Compositio Rhodomel Actuarij est, si Piper auferatur. In eodem Alexandro reperitur alia huius compositionis descriptio, quæ ita fit.*

Rec. *Succi Viol. vnci.* 3. *aut* 4.
Scammonij, vnci. 1.
Lactis Tithymali, drach. 2. *(Scammonium semper ponitur in compositione, in qua sunt astringentia, non autem Diagredium)*
Mellis attici, drach. 1.

Hæc Compositio efficatior est, & propter Lac Tithymali magis venenosa. Mel additur, quo ventriculus roborari possit, vel impetum & acrimoniam obtundere. Quare alia Nicolai omnibus preponenda, quam correximus, vt sequitur.

Rec. *Sacch. solidi,*
Succi Ros. ana. lib. 1. *& vnci.* 4.
Omnium Sandallorum, *ana. drach.* 6.
Antispodij ex Coteneis, vel Myrtho, drach. 3.
Scammonij, drach. 12.
Mastiches vel Gummi Tragacanthi, *scrup.* 1. *ß. vel vtriusq; gr.* 15. *aut* 18. *fiat Electuarium in tabulis. Seruetur in arca lignea, & loco sicco. Est cholagogum forte, quo vtendum in biliosis affectibus, qui non sunt cum defluxione: nam si cum defluxione essent, tunc Rhab. adiungere deberemus vel* Myrob. *& hoc in morbo articulari à bile facto. Paranda est hæc Compositio, dum adhuc* Succus *Ros. est recens: Antiquatus enim redditur minus laxans. Antispodium abluendum est, aqua Endiuiæ, vel Cichorij, vt empyreuma deponat.* Sandali *dicuntur refrigerare, quod de Citrino, non rubro dubitandum est.* Sed *nihil impedit ex diuersa substantia lignea,* Sandal. *tenui scilicet calida & terrea constare. Nux* Moscata *omissa est in hac compositione, quod vomitum* * *moueat, nisi fuerit omphacina, ob abundans oleum.*

* Hoc nolunt credere morosi censores critici.

Cholagogum Rosatum Clemens, omni ætati vtile, ori, ventriculo & visceribus gratum *febribus & affectibus omnibus biliosis aptum.*

Respondet Electuario Rosato, Elect. e Prunis solutiuo &. Elect. è Psyllio.

Hæc & quamplurima huiusmodi purgantia Medicamenta in Chylismata redigere operæprecium.

Rec. Succi Rosarum rub. vnci. 15.
Sacchari albi, vnci. 36.
Succi Borraginis,
Endiuiæ, ana. vnci. 10.
Prunorum, vnci. 20. quæ exhibent pulpæ solidiusculæ, vnci. 16.
Passularum à stipitibus mundatarum, vnci. 6. quarum pulpa solidiuscula est vnciarum 3. Pruna & Passulæ coquantur separatim ad mollitiem ex decocto sequenti, & per setaceum cernantur.

Rec. Cichorei totius,
Acetolæ,
Polytrichi, vel Adianthi, ana. m. 3.
Hordei integri, m. 1.
Glycyrrhizæ mundæ, vnci. 1.

Florum violarum,
Borraginis, ana.M. 1.
Anisi, vnci. 1. ſ.
Fiat omnium decoctio in ſ.q. aquæ ad lib. 4. In cuius colatura coque in vaſe occluſo Pruna & Paſſulas. In reſiduo infunde, coque leniter Seminis * Pſyllij, vnci. 1. drach. 4. addendo Succum Endiuiæ & Borraginis.
Quatuor ſeminum frigid. maiorum,
Sem: Lactucæ,
Oxalidis, &
Portulacæ contuſorum, ana. vnci. ſ.
Caſſithæ, M. 1.
Epithymi, P. 1.

* *Pſyllium non decoquendum, quia vis refrigerandi in ſuperficie eſt: Coctio partes calidiſſimas elicit, omnium ſententia & ſuffragio.*

Diſſolue G. Trahacanthi, drach. 1. ſ.
Saccharum, & Succus Roſarum coquantur ad Electuarij ſolidiuſculi conſiſtentiam deinde pulpæ & emulctiones ſeminũ addantur, iterumque coquantur lento admodum igni; tum demum inſperge puluerum
Cinnamomi electi, vnci. ſ.
Santalorum rub. vnci. 1. ſ.
Santal. alborum, drach. 6.
Caryophyllorum, ſcrup. 2.
Surculorum vel Foliorum Lentiſci, drach. 1. ſ. vel Garyophyllorum, ſcrup. 2. penuriâ foliorum & ſurculorum Lentiſci.
Macis, ſcrup. 4.
Nardi,.
Aſari, ana. ſcrup. 1. ſ.
Adde denique ſingulis lib. ſiue vnci. 1 2, huius Electuarij, Scammonij optimi vnc. 1. cocti in vnc. 2. Succi Roſarum lento igne vel cineribus calidis, quemadmodum coquitur á Meſue in ſuo Elect. Roſato: ab igne remotis adde Maſtiches, drach. 1.
Si velis minus purgare, vtere minori doſi. medicamenta enim validiora minori doſi aſſumpta, debila ſunt, vt docet *Rondelletius* de Diacarthamo agens.

Chylarium Melanagogum sanguinem *defæcans, & feroſa excrementa euacuans, omnibus cutis & cuticula vitiis, lepræ & elephantiaſi conueniens, ſiue à bile, ſiue à pituita ſalſa. Spleneticum & Hepaticum medicamentum efficax.*

Rec. Succorum Roſarum rub. defæcatorum,
Succi Fumariæ,
Lupulorum,
Borraginis,
Pomorum dulcium,
Mercurialis,
Endiuiæ vel Cichorei, Vini albi, ana. lib. 1.
Quibus decoque ſequentia in balneo operculo occluſa, vaſis idoneis excepta, ſecundum artis leges.

Rec. Polypodij recentis, & adhuc viridis è quercu vel fraxino, vnci. 6.
Foliorum Senæ mundatorum, vnci. 9.
Summitatum & florum Thymi,
Caſſithæ, &
Abſynthij, ana. drach. 6.
Radicum Lapathii acuti virentium,
Helenii,
Ebuli vel Corticis radicum Sambuci,
Corticis rad. Fraxini, &
Populi nigri, ana. vnci. 1. ſ.
Capillorum Veneris vel Polytrici,
Aſplenii
Chamædryos,
Chamæpityos, ana. m. 1. ſ.
Florum Chamæmeli Romani,
& Cotulæ fœtidæ ſiue Parthenii, ana. m. 1.
Seminis Cnici, vnci. 3.
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Carui, ana. drach. 6.
Contuſis, infuſis, decoctis, expreſſis & tranſcolatis, infunde
Agarici candidiſſimi & leuiſſimi,
Hermodactylorum,
Pulpæ Colocynthidis ana. vnc. 1.
Omnium Myrobalanorum ana. drach. 2.

Zingiberis	Cinnamomi	ana. drac. 1.
Schœnanthi	Macis	
Galangæ	Garyophyllorum	

Iterum expreſſis & defæcatis percoquantur lento admodum igni cum mellis candidi deſpumati lib. 1. ad mellis vel Electarij liquidi craſſitudinem: Addendo ſingulis lib. Scammonij præparati vel cocti in ſucco Roſarum, vt antè diximus dra. 5. pul. Gummi Arab. ſcru. 1.
Extremis morbis adijciuntur vniuerſæ compoſitioni
Hellebori albi
& nigri ana. vnc. ſ. *fiat Chylarium, doſis à drach. 1. ad duas.*

Catharticum Hydragogum.

Rec. Radicum Graminis vnc. 6.
Rad. Aſari vnc. 1.
Corymborum Hederæ arboreæ vnc. 4.
Garyophillorum

Garyophillorum, Galangæ tenuis ana. dr. 2.
Cinnamomi drach. 4.

Coquantur ex arte, vt dixi modò in s. q. aquæ mulsæ, & lib. 1. vini albi, ad lib. 1. Colaturæ adde Succorum rad. Iridis & Brassicæ marinæ, ana. lib. s.

Succorum Chamælææ & Thymelææ, } densatorũ, vt docuimus capite de Chamælæa in Aduersariis, ana. vnci. 3.

Vel eorundem vice in regionibus frigidis quæ carent, vel non abundant Chamælea & vt Thymelęa sume Extracti Laureolæ vel Gratiolæ præparatæ, vnci. 2. s.

Percoquantur igni lento cum Sacchari, lib. 1. Ab igne, vbi abstuleris, adde pulueris radicis Mechioacæ, vnci. 2.
Tartari albi, &
Spic. Aromatici Ros. ana. vnci. s.
Macis drach. 2.
Olei Stillatitii Cinnamomi,
Caryophyl. &
Anisi, ana. scrup. s.

Datur ex aqua Graminis & Mulsa à drach. 3. ad drach. 4. cum parua quantitate Melanogogi & Asari decocto.

DE CONFECTIONIBVS AROMATICIS.

Aromaticum Rosatum.

Rondel.

IN officina, vt bene instructa sit, Confectiones, vt vocant, aromaticas esse oportet, & in forma pul. & in forma opiatæ. In forma Confectionis parantur, quæ vulgò Aromaticæ vocantur, ab eo, quod vincit; vt Caryophillatum à Caryophyllis, Aromaticum Rosatum, à Rosis. Et quia à diuersis fuerunt hæc, variis descripta sunt modis: Idcircò delectus est habendus, vt in Aromaticis est Aromaticum Ros. descriptione *Gabrielis*, receptũ à maioribus nostris: quanquam illud *Mes.* non minus laudandum sit. Est & aliud Nardinum, & aliud Moscatum: sed quia vsus recipit, illud etiam retinendum censemus, & Aromaticum Moscatum, de quo suo loco dicemus. Possunt hæc omnia Antidota uocari, quia ad morbos longos, & ad venenata valent talia medicamenta. Antidorus Aromarica ex *Ioanne Damasceno* descriptione *Gabrielis*, recipit varia medicamenta præciosa, vt

Rec. Ros. rub. amotis vnguibus drac. 15.
Glycirrhizæ rasæ drach. 7.
Cinnamomi electi drach. 5.
Sandali Moscatelini (pro ligno aloës, quia amarum) Sandali Citrini, ana. drach. 3.
Macis Caryophyl. ana. drach. 2. s.
Gummi Arab. Tragacanthi leuiter assatorum ana. drach. 2. & scrup. 2.
Nucis Moscatæ, Cardamomi, Galangæ paruæ ana. drach. 1.
Ambræ, Spicæ Nardi ana. scrup. 2.
Moschi scrup. 1.

Syrup. Conseruationis Corticis Citri q. s. pro facienda confectione, vel Sacch. dissoluti in aqua Mentæ, vel Absynthii stillatitia. Fiat ex eo Electuarium siccum, vel cum vino & pauco Sacch. excipiantur, & fiant Trochisci. Hanc compositionem retinendam ad affectus intestinorum, ventris, hepatis, & splenis, frigidos & humidos censemus. Nos in ordinẽ redegimus, quo debent simplicia collocari, & nullorum pondus immutauimus. * Lignum Aloës, tanquam adulterinum, & raro inuentum, expunximus. Sandali partem internam (quæ muscatelina, ab odore grato est, non minus siccam, non minus odoratam, neque à calore multum discedit: Etsi Sandalum vulgò frigidum existimetur, est tamen cal. vt sapor acris post masticationem, & odor indicant (Sed de eius viribus plura suo loco) In eius locum posuimus, quod in aliis omnibus compositionibus, vbi similiter occurrit, substituendum putamus. Sed ne quis miretur, quòd aliquando Citrinum, loco ligni Aloes ponamus, huic sic respondemus, hoc à nobis fieri, quando Citrinum alioqui non recipit compositio: Perpetuò enim magis placet Moscatelinum. Quòd si desit Moscatelinum; optimum & verum Citrinum odoratissimum eius loco sumetur. Gummi Tragacanti, & Arabicum expungere noluimus, quanquam sint emplast ica viscosa; sed quia siccant parum, iniiciuntur, vt etiam alia aliquando hærere faciant in tunicis ventris: quam viscositatem, vt quod animodo dimitterent, assari imperauimus. Quòd cum Syr. conseruationis Citri excipiantur, prætermisso Syr. Ros. *simplici (non laxat.)* vel Viol. id fecimus, vt medicamentum hoc esset magis accommodatum scopo, cuius gratia paratur: Fit enim ad ventris actionem tuendam, calfaciendo & siccando. Redderetur autem minus cal. & minus astringens. Et quia ad tabellas parandas opus est pul. in pul. etiam iussimus fieri. Et quoniam, vt cap. de Trochiscis docebimus; hæc forma medicamentorum conuenientissima est ad odorum conseruationem; imperauimus, vt vino exciperentur, & in Trochiscos redigerentur. Cùm tabellas parare volent, Sacch. dissoluant, & decoquant in aqua Menthæ vel Absynth. Hoc Arom. Ros. sufficit habere paratum pro Aromatico Ros. Mes. &

*Xylo-aloës hodie satis & frequens. Aduersa. 440. Obseruat. 576.

Aromaticum Ros. Mesue. Aromat. Caryophyllat. Confectio Diacinnamomi.

& Arom. Caryophillato, pro Confectione Dia Cinamomum, pro Diatrium pipereum, Diacalamentho, Diaspolitico, & est gratissimum, ob odoris & saporis suauitate.

L'Obel.) *Aromaticum Rosatum & Caryophyllatum.*

CAryophyllatum similes habet vires Aromarico Rosato *Gabrielis*, ideo non dispēsandum : plus tamen siccat & calefacit. Siquando opus fuerit Aromatico Caryophillato, licebit tabellas siue rhombos singulos guttula olei Stillaritij Caryoph. lenire aut irrogare.

Validè Aromaticæ confectiones, non modo stomachicæ, hepaticæ, cephalicæ, aut visceribus dicatæ, sed cordi amicæ sunt, spiritus recreant, & cor corroborant.

Syrupi Conseruationis Corticis Citri vel Sacc hari, q.s.] Officinæ omnes cum Cordo, vnc. duodecim Syrupi aut Sacchari, miscent vnc. vnam specierum.

Caryophilli hodie notissimi: omnium integerrimi, optimi & selectissimi sunt, quales in his aromaticis & omnibus medicamentis eligi debent, quos fæminas fecit Auicennas, & Anthophyllos, id est flores & fructus masculos, qui cum pediculis Festucis siue Fustis vocatis deterioris notæ sunt, minorisque efficaciæ. Omnino improbandi & reijciendi Caryophylli, suppressa naue, aquamarina perfusi, aut chymicè, extracto oleo, effæti, aqua macerati, iterumque exiccati, & mangozati, alijsque optimis Caryophyllis permixti vaferrimo Hebreorum, Semi-hebreorum, (vulgò Maranorum) seplasiorumque quorundam lucro inhiantium, dolo malo.

In Aromatico Caryophyllato, primario loco Caryophylli præponuntur, & maiore pondere, à quibus nomen contraxit Compositio, prisco-rumexemplo: vti in proximè subsequenti Aromatico Rosato, animaduertere licebit, in quo Rosæ cætera præualent.

CARYOPHYLLORVM *Ramusculus, reddendus Aduersar. pag. 427.*

Caryophylli albi Indici.



Anthophylli.

CAryophillorum meminimus in Stirpium Aduersarijs, pag. 427. & folia Arantij mali diximus; Citrijs tamen aut Laurinis proximiora, minimè pinnata: ramulum adhuc habemus foliorum cum Caryophyllis, munere amicissimi & honestiss. viri *Iacobi Cannin* Medio-Castr. Zelandorum pharmacopolæ peritissimi & nitidissimi, acceptum à diligentissimis naucleris Zelandis renauigantibus ex Indijs Orientalibus; cuius iconem ad viuum delineari procuraui, cum Caryophyllis nouis Indicis albis nuncupatis, Veronâ missis a præstantissimo amico *D. I. Ponâ* pharmacapola Veronensi callentissimo, cum alijs nonnullis exoticis, rarissimisq; fructibus, seminibus & rotundis Caryophyllis Plinianis creditis, de quibus plura jn nostris Stirpium illustrationibus,

Albos vocatos Caryophyllos diceres flosculos albidos conuolutos esse cuiusdam ignotæ Indicæ Plantæ, Caryophyllorū aut alabastriculi aut radimenti cuiusdam floris Masluæ aut Solani (cuius sententiæ est etiā *D. Clusius*) occlusi, instar effigiatos, qui diu in hunc diem odoris fragrantiam Caryophylleam seruant aromaticam.

Scitè admodum monet *Clusius* noster, quā parum fidei sit adhibendam authoribus, qui veritatis assertores se gloriantur, & plantas ad viuum expressas afferunt; cùm tamen ipsorum icones nullius Stirpis viuam imitentur effigiem, cuius farraginis (qui sua tamen transcrip-sit ex Garcia ab Orta) *Christophorus à Costa* fuit, dum fictitiam Caryophyllorum iconem exhibuit, in qua Ficuum modo ex ligno inter folia Caryophyllos nasci ait. Caryophyllos, *Clusius* contra

tra

tra ex inspectione, vti nos muriâ condidos, petiolis brachiatis aut festucis, vulgò, *Fustes* inhærentes expressit.

Linscoto Caryophyllorum arbor Lauro similis est: flores initio albent, deinde virescunt, tandem rubent, & duriores euadunt, nostriq; Cariophilli fiunt. Prouenit in Moluccæ insulis, quæ quinque sunt, sub æquatore sitæ.

Rhomborum suauissimorum concinior blandaq; magis parandi ratio.

QVidam suauissima parant Electaria Aromatica infusis speciebus Rosaceæ parua quantitate, deinde transcolatis & nulla aut paux illa coctura, ne vis aromatum expiret, excocto artificiosè instar Penidiarum sacchato, rhombosq; efformant.

Huiusmodi multæ aromaticæ conflantur & concinnantur, scitæ elegantiæ & suauitatis blanditiæ, ex stillatitijs Cinnamomi, Caryophyllorum, Anisi, Citrij mali corticum, Melissophylli, Moscho & Ambra conditorum & Sacchato.

Rec. Rosarum rubrarum amotis vnguibus,] Rosarum vngues excidi solent, anquam partes Rosæ humidiores corruptelæ obnoxiæ, tum etiam vt Rosel conciliati colois compositioni nihil derogetur.

Loco Santali Machozati siue Citrini; albo aut rubro Santalo vti licebit. Aliqui tamen, citrina Santala, etsi calidiuscula, in compositionibus refrigerantibus, rectè addita opinantur; vt caliditate multis frigidis admixta, altius refrigerent.

Aromaticum Moscatum.

Rondel.

ARomaticum Moscatum à Moscho dictum, quia efficacissimum est ad syncopas & alios affectus, in quibus vtilia sunt odorata. Præterea in multis alijs censerent odorata auferenda, quia in multis morbis non conueniunt vt in affectibus vteri, qui per consensum fiunt; vt in dolore capitis, epilepsia, vertigine, & scotomate, nec in vterinis affectibus omnibus, neque ægris omnibus, vel quia offenduntur odoratis, vel quia hæc faciunt remedia multùm præciosa & cara. Quòd si Diamargaritum frigidum, vel calidum, vel Arom. Rosarum, vel alia medicamenta, quæ hæc omnia recipiunt, sine istis parentur; liberum esset Medicis ea addere, & Pharmacopolę, cùm Medici imperarent faciendum, grana aliquot injicerent. Hoc non esset molestum, neq; Medicis imperare, neq; Pharmacopœis facere, & nè deciperentur, admonere illos oporteret, vt pararent etiam pul. alios sine Mosco & Ambra, & sine Auro & Argento: neque etiam existimandum ista esse tam necessaria, vt his carere non possimus: Nam & *Gal.* & *Hipp.* sine istis curarunt, & fœlicissimè. Nos tamen illud apponemus.

Rec. *Cinna. drach.* 10.
Sandali Moscatelini (pro ligno aloës) drach. 7.
Ambræ drach. 3.
Mosci scrup. 2.
In aqua Rosar. in qua maceratum sit Gummi Tragach. fiant Trochisci, seruentur vsui in vase vitreo & loco minus calido. Odoratius esset, & paratu facilius, si Moscus poneretur ad drach. 2. *& Ambra ad scrup.* 2.

Nam plus Mosci non adulterati reperitur, quàm Ambræ, & frequentius minori precio venditur: & cùm sint eiusdem facultatis, non mutatur vis medicamenti. Hoc faciendum docebat Dominus Falco *in compositione illa nobilissima Alkermes, siue ex Cocco. Duplanda erit quantitas huius compositionis, si ad alium finem præparetur.*

AMbra] De veterioribus Græcis, *Hippocrati*, *Theophrasto*, *Dioscoridi*, *Galeno* & alijs ignoti gemini Ambari, fusci, & ex leucophæo mustellino colore einerei fragrantissimi eximiæ suauitatis odoris, carissimi commendatissimiq;, (materna vernacula lingua *Grisei* siue *Ambregris* vocati, ad differentiam triplicis coloris fului, citrini & albi Succini siue Officinarum Ambræ & Arabium Carabes) orta, inter varios Scriptores, varia vaniloquentiâ diffidentia est: nonulli siquidem Fucum, Muscum marinum quo Infectores vtuntur, alij itidem Fungum marinũ, quem Balenæ beluosiuè marini pisces vorant & excernunt esse contendunt; alij Ceti Sperma esse aiunt. Verisimilior tamen est illorum sententia, qui Bituminis speciem esse opinantur, & non secus ac Gagates, Ambra citrina, fulua & alba ex Maris Orientalis Germanici, Anglo-britanniciq; alueis, visceribusq; (quemadmodum etiam in fluuiorum & fontium scaturiginibus subterraneisq; visceribus Asphaltum siue Bitumen & Pixasphaltum, exemplo erit *fonte de la pege* vocata in Auuergina; vti in Coniferis arboribus, Pix & Resinæ effluunt) emanare. Vtrumq; autem cinereum & fuscum Ambarum, pinguia sunt, & Bituminis aut Ceræ instar lucernarum luminibus obiecta facilè liquescunt,

quescunt, & filum ducunt, vt viscum aucupatorium aut glutem.

Ambarum cinereum præfertur nigro siue fusco etsi etiā suauitate odoris commendatissimo, cariusq; distrahitur.

Ementitum Ambarum concolor terræ aut Boli glebæ, à pictoribus *Terra vmbra*, vocata, admixtum, mangones sæpe vendunt.

Moschum est sanis abscessus ex phlegmone cuiusdam animalis, vt ferunt, Capræ Syluestris Indicæ similis, iuxta vmbilicum è pelliculis excisis collecta, suauissimum spirans odorem qualis ad nos in marsupiolis, mollioribus pilis caprinis similibus obductis, defertur.

Adulteratur Londini & albi, sanguine vitulino, agnino aut veruecino admixto torrefacto, & lima abraso aut elimato plumbo, ponderis ergo. Quidam marsupiola implent ipsis minutim incisis pelliculis quibus Moschum continetur.

Memini Moschum defraudatum Antuerpiæ venale ab Italis, Hispannis, & suffitoribus admixto cespitum Battanorum à flagarando & incendio notissimorum consimilimi coloris puluere, sed vtriusque dolus, odoris ignauiā depræhenditur.

Zybetum] vulgò *Ciuette*, est veluti sanies quedam excrementitia quæ statutis temporibus colligitur iuxta loculos & verenda cuiusdam animalis Indici magnitudine ferè & parilitate Taxi aut vulpeculæ, Martis feræ aut Mustellæ coloris, aliquando notulis albis maculati, felis duplo maiore, capite & maxilla longiore: Belgæ *Spaersche catte*, Angli *Ciuette catte* vocant. Carnibus vescitur pullorum: Antuerpiæ Lōdini & alibi Europeis sæpe alitur, versuti quidam naucleri Angli, Anno 1600. Londini *Zybeto* sapone molli, nigro, permixto multos fefellerunt.

Doronici] *Doronicum* non *Demonicum* neque *Caso Demonicum* sæuissimamque pestem, aut hominum noxiam radicem, vt *Matthiolus* diris suis imaginatur, plus satis differuimus, Stirpium Aduersariorum nostrorum pagina, 291.

De Pulueribus qui Conditis Cordi dicatis miscentur, & primum de Diambaru.

Officinæ habere debent in forma pulverum Diamargaritum frigidum, Diarrhodon, Triasantalon, Diambram, Diamoschum. Diambra nobile antidotum parari potest, vt Diamoschum: qui vnum eorum habebit, altero potest carere. Diambra hec,

Rec. Cinnamomi,
Doronici,
Caryophillorum,
Macis,
Nucis Mosch.
* Folij, ana. drach. 3.
Santali citrini,
Xylo-aloes,
Piperis longi, ana. drach. 2.
Zingiberis, drach. 1. ſ.
Spicæ Nardi,
Cardamomi maioris & minoris,*
Ambaru, ana. drach. 1.
Moschi, drach. ſ.
Sacch. q. ſ. fiat in formulis aut tabellis vel cum aqua florum Citranguli ex infusione Tragacanthi fiant Trochisci parui. Seruentur vsui.

*In hac compositione situm medicamentorum restitui, Sandalum substitui potest loco ligni aloes. Folium quanquam non sit illud antiquorum, pro quo Gal. *Spicam Nardi substitui vult, cum sit eiusdem facultatis, & nihil refert, etiamsi ingrediatur in Trochiscos redigi vellem.*

* *Quia ingrata est: substituatur Cinnamomum tenue.*

Confectio Alkermes Mesuæ.

Nobilissimam celebrerrissimamque Bombycinam Confectionum omnium Cor Vegetantium Alkermes reginam hic omissam Diambaro subnectere operæpretium duxi:

Paratur autem è crudo lanicio Bombycino, Cocco baphico tincto, Arabibus Chermes siue Kermes vocato, summisque laudibus á Mesueo celebrata, ad cordis palpitationem, lypothymias, & desipientiam.

Confectio Alkermes, inquit, & sunt Grana tinctorum maximi iuuamenti ad pulsum cordis & sincopim & alguesgues, & tristitiam sine casu: & est ex rebus confortantibus animam confortatione mirabili.

Confectionem hanc iamdiu Monspelienses parare soliti sunt; & in hunc vsque diem quotannis ex recenti, cruoris instar, viuido Cocci succo magnificè & apparatè præparant, distrahuntque per vniuersam Galliam & Germaniam; neglectis & valere iussis doctissimi Manardi quibusdā huius Confectionis Alkermes censuris: In hac quoque inquiens, nunquam iactarem pecunias: Nam neque Serico vocato, neque in Cocco, vel Baphico, vel Cher-

nies nuncupato, agnosco vim nisi constringentem: colorisque rubri ratione, lædere potius videtur cor quam iuuare, spiritus & sanguinem trahendo propter similitudinem, (*vt tamen astrictiora spiritus & vires coercendo fouet & remoratur*) Cyanei verò ratione vomitum & secessum citabit, quæ præ exigua eius quantitate perficere non valens, lædet magis quam iuuabit.

Algnesgues] desipientiam vocant *Arabes*.

Huius sententiæ & hæresis Doctissimi Manardi sectatus est vestigia eruditissimus & perbonus author Dodoneus nostras vt mox dicetur.

Quia in Serico, Seta, & Bombycis penso, huius Compositi Medicamenti nobilissimi basi, sæpe hallucinantur Pharmacopæi & alij, pauca dicere visum fuit.

Sericum est Lanæ pretiocissimum genus, quod apud Indiæ populos ex arborum frondibus decerpi dicitur, vt etiam ex his Maronis verbis liquet. Velleraque vt folijs depectant mollia Seres. Ex quo itidem puluilli fiebant, vt hodiè è Xylini fruticis lanugine mollissima.

Setæ setarum.

Setæ setarum plurali numero, pili crassiores erecti rigidiq; , quales suilli & equinæ ceruicis aut caudæ sunt. Sordidè Seta singulari numero, latinè pro Serico dicitur, sumpto fortè vocabulo Seta, à vernaculo Italico, degenere latinitate, quâ vulgus Pharmacopolarum & tonsorum medicastrorumq; vtuntur, & significare uolunt Sericæ bombycis vellus. Miror hæc non obseruata à candidissimo *Dodoneo*, qui Setam pro Serico in Confectione Alkermes legit, & perperam nobilissimam Prisco-Antidotű cum *Manardo* de quo supra) reijcit; eoq; occasionem erroris absurdissimi dedit Domino Doctori *Priest*, qui eius historiam latinam Plantarum, impensis *D. I. Norton* Anglo-Britanno vernaculo vertit, & hoc loco, verbis *Dodonei* fretus, & Setæ vocabulo illusus, ait; *Non est expediens vt in hanc compositionem addatur Seta tincta in Chesmes* (Kermes legendum, quia magis receptum puto) *vt Officinæ loquuntur, nam Seta hac &c.* (**It is not expedient that the Bristle died with Cochenele called** Chesmes, **as the Apothecaries tearme it &c.** Setam in Suillas setas peruertit. Condonandum illi & eius transcriptori, herbarű collectori & Botanographo, qui in eundem impegit lapidem. Sic enim sunt huius æui res humanæ: Huiusmodi exempla copiosissima, monumenta sunt rej veritatis.

Setæ autem Suillæ Germanico Teütonico & Anglo-Britanno vernaculo *Burstele*, *Burstels*, & *Bristle* vocantur.

Hæ versiones Grammaticis etiamq; Grammaticastris tyronibus, Medicinæ candidatis, & logodædalis, vt plurimùm committûntur, qui etiamsi vocabulorum valdè periti sint; verùntamen, cùm dictiones varias habeant significationes, frequentissimè hallucinantur, rerum ipsarum inscitiâ: Medicina autem circa res versatur, non verba: non enim est hæc peculiaris philosophia verborum, sed rerum solers cognitio. Rerum ignoratione, *Molineus* vir alioqui doctissim. & philosophus & physicus, perdidit egregium illud opus elegantissimè a *D. Gulielmo Rouillio*, liberaliter, maximisq; impensis excusum, clarissimi, eruditissimiq; & amicissimi viri D. *Iacobi Dalechampij*, doctissimè auctum operâ & studio *D. D. Iohannis Bauhini* Ducis Wirtenbergensis Medici clarissimi, collegæ quondam & conuictoris Montispessuli suauissimi. Quale fuerit iudicium *Molinej* in cognitione Plantarum, omnibus notum est ex Animaduersionibus & Catalogo Plantarum in generalem Historiam illâ Ludunensem, bis-ter, quatetuè positarum, authore *C. V. Caspare Bauhino* Anatomico & Botanico professore doctissimo Basiliensis Academiæ.

Taceo huius æui transcriptorum vernaculo idiomate, nec non *Tabernæ-Montani* & Typographi sui subreptitia, qui icones laboribus nostris & ære Plantiniano pictas & sculptas, tacitè, catè & cum cautela, insalutato hospite aut authore, scriptis suis inseruerunt, & propria, maximâ impudentiâ fecerunt.

Nonne procul dubio ita sentiendum ex sola huius Rondeelletianæ Pharmaceutices Officinæ recensione & inuestigatione? Conferenti enim eius documenta & scripta cum archetypis, quot mille mendis vindicata fuere, manifestissimè apparebit. Non modo mille modis peccarunt in ponderibus, verum etiam in ipsis rebus, quemadmodum in Hiera Archigenis apud *Paulum Æginetam* apparebit, vbi ait, de Hiera scribens: *Quod si vehementiores ad purgandum voles efficere; quibus Scammonium non inest, inijcietur & his singulis ex illo obolus.* Hoc loco verba *Rondeletij* sunt; *Cùm efficaciorem facere voluerit Medicus ad purgandum, Scammonij aliquam quantitatem ponat.* Isti omnes qui

qui sese sequuntur vt Grues, hoc non animaduertentes, sordidè admodum Cinnamomi pro Scammonij posuère. Infinitæ huiusmodi mendæ occurrent, non modo in Compositorum Medicamenrorum mutilatis descriptionibus, sed etiam in ponderibus, quibus iuniorum Medicorum fallax pars labitur. Pondera & eorum quantitatem libro de Ponderibus doctiss. docuit *Rondelletius*. Longa obseruatione, Medicamentorum quantitatem solertiores Pharmacopœi apprimè norunt, qui sæpe inexpertos & nouitios rident.

Omitto & prætereo *Rondel.* Methodi medendi librorum ter repetitas a varijs Typographis æquè mendosè & perniciosissimè, contra mentem authoris, editiones, vt in Prologo diximus.

B*Ombyx*, infectum est partim terrestre è genere Erucarum, Mori arboris frondes erodens; partim volatile è Papilionis aut Blattarum genere, crassioris tamen & grauioris corporaturæ, quod antequam volatile fiat tenuissimis mollissimisque ductis filis, sese oblongateteti glomeramine obuoluit. Tale glomeramen coloris albi aut lutei, est Bombycis pensum siue Sericeum textum vellus, Europæis hodie notissimum, Sericum crudum vulgò vocatum, quo vtimur ante ablutionem in hac nobilissima & alijs cor reficientibus Medicorum medicaminibus.

Huius Bombycini pensi, Ambari, Moschi, Magaritarum & Lapidis Lazuli facultates experientissimo *Mesueo* huius Confectionis authori exploratæ fuere; qui quidem ait Lapidē Lazuli non modo abluendum, sed & præparandum. In pilulis receptus, lapis Cyaneus ad melancholicos affectus varios si exactissimè teratur super marmor frequenti vicissim stillatitia Borraginis initio, deinde è floribus Violatum aut Borraginis affusa, donec nihil penitus inteam nata limpidior syneeraque omnisq; saporis expers effluat. Experientia enim certa scio, inquit *Manardus*, si bene abluatur, multum iuuat, & vel nihil aut parum lædit: igitur non vt venenum formidandus. Maximè etiā commendatur ab *Aetio* libr. de Simplicibus Pharmacis cap. 46. & inter purgantia cap. 33. Ab *Actuario* libr. de Simplicibus purgantibus. A *Traliano* autem ad eaicem libri 12.

L*Apis Armeniacus*, inquit, siue lotus, siue illotus off. ratur, quatuor siliquarum pondere; mirabiliter ad omnem quartanæ speciē valetudinem humorem melancholicum, vt nullum aliud præsidium euacuat: Sed lotus quidem aqua, per inferiora purgat: illotus autem per vomitiones citra calorem, non quemadmodum alia. Per inferiora eius purgatricem vim non agnolce videntur *Dioscorides* & *Plinius*, qui eius non meminere. Eadem quæ Chrysocolla natiua sed inefficacius præstare ait, vomitionesque concitare & necē inferre posse Chrysocollam natiuam scriptum reliquit.

Armenius lapis & Cyaneus, eiusdem sunt naturæ: & sæpe in eodem lapidis frusto repeniuntur, quemadmodum Misi & Calchylis. Ex Armeno lapide metalicis fodinis inuento fieri asserant illud *Cæruleo viride*, quod Gallis *verd d'Asur* & Germanis *Berck groen* vocatur.

De formidabili purgatrice Lapidis Armenij vi in hac Antidoto Alkermes non est verendum: Qui Cyaneus lapis non modo lauatur, (vt supra diximus) sed præparatur, hoc est, primum teritur, & in Crucibulo fusorio vritur, vt laxandi vim exuat.

Ad hæc Monspelienses textum siue formulam *Nicolai Præpositi*, vt in veteri codice *Mes.* drach, 12. pro drach. 2. adduntur, minimè sequuntur, vt ex mox subdita descriptione constabit.

His exactissimè & examussim perpensis, non est quod boni *Dodonei* & *Manardi* tradita persuasione, ab alijs quibusdam doctiss. Medicis hoc nobile Medicamentum despiciatur: quia nesciuere, inficiendi Sericum Coccineo succo, & parandi rationem, Cyanej Lapidis & Confectionis Alkermes Meliæ, in nobilissima & antiquissima Monspeliensi Academia, in cuius Nitiobrigensi agro Coccus frequentissimus. Sæpe nugiuendi sunt, qui aliena nugamenta transcribunt: à lympidissimis fontium scaruriginibus hauriendum, non a persuasionibus: Experientiæ, & veri oculato testi plus fidei adhibenda, quam auritis decem.

Hic Antidotus a Pigmentarijs & Myropolis hodie viliori prætio distrahitur solito, quia Ambaro Moschum subsliruere, & Cocco ignobiliori nullius delectus vtuntur

Confectio Alkermes Monspeliensium ex Mesuei mente.

Rec. Bombycini velleris crudi, albi aut lutei, sæpius mersi, tincti, & imbuti Cocci Succo recenti, & vicissim prosequendo siccati vnc. 12.
Aquæ Rosaceæ,
Succi Pomorum odoriferorum, ana vnc. 18.
Infundantur calidè d. em naturalē; deindé efferueant

efferueant mollissimo igne, donec Pomorum succus & Rosacea rubeant.

Expressioni decenti adde Sacchari albi, vnci. 18.

Coquantur lento admodum igne donec Mellis crassitudo fiat. Ab igne remotis, dissolue sensim

Ambari selectissimi frustillatim incisi, vnci. ß. quo liquefacto adde sequentes pulueres.

Rec. Cinnamomi primæ notæ, &
Xylo-aloes, ana. drach. 6.
Lapidis Cyanei præparati,
Margaritarum præparatar. ana. drach. 2.
Auri purissimi dissoluti, drach. 1.
Moschi optimi, scrup. 1.
Misceantur omnia exactissimè & fiat conditura.

Dissolu:) Monspelienses & plerique omnes folia miscent, quæ utilia sunt.

De Cocco abunde in Stirpium Aduersarijs disseruimus.

SEd quid assument Cocci Baphicæ loco Aromatarij & pigmentarij frigidarum regionum lucro inhiantes, qui hanc infœliciter Confectionem parant? Quidam euanidas, aut vacuas Granorum tinctorum siue Cocci tunicas accipiunt; alij paulò consultius puluerem rubertimum Cocci vino albo inter siccandum Infectorum vsibus irrorati, ne succus cruentus ille dum siccatur, in muscas abeat, sumunt; quem macerant vnâ cum Lanicio Bombycino, succo Pomorum & Rosacea; addito Santalo rubro loco Aluminis, Arsenici, & Agarici ad inficiendũ sericum, iuuandam & conciliandam coloris Coccinei imensi gratiam quandam, qualem videmus in Confectione Alkermes Morispesuli composita.

Cum itaque Bombycinum pensum Arabibus commendatissimum fuisse conspicuum sit; eoque nullis fere Cordi dicatis medicaminibus prætermissum aut neglectum; minimè spernendæ vtilitatis, rationique consentaneum videtur, si quis succo Mori maturi in quo Coccineus puluis maceratus fuerit, loco Coccinei succi Bombycinum vellus Balnei moderato calore maduerit & efferbuerit, iterata sæpe Velleris infusione, ex siccato aliquoties succo, denuò macerando: Bombycis enim alimonia & vis à Mori arboris folijs est, quibus feré erosis prorsùm & verè victitat. Huic nostræ sententiæ non refragabatur *Rondelletius* præceptor noster; in regionibus potissimum quæ succo recenti carent. Cauendum a Muscis Indicis, vulgò *Cochenille*, vocatis & Bombycis penso aut filo, eodem ferè modo quo Coccus tincto, addito ab infectoribus Arsenico & Agrarico. Hæc loquor expertus; quia senem Pharmacarium memini in Italia Syrupum é Corticibus Citri *Mesuæ* ex huiusmodi tincto Bombycino filo composuisse.

Solettius fœmineum genus creditum, & nonnullæ obstetrices hoc item filum perperam difficilè parturientibus, minutum incisum ex ouo sorbili Nucis Ponticæ quantitate exhibent, & tanquam arcanum, (vti pleraque muliebria) celant: sed ignorantiâ peccant, Arsenicum cum Agarico ab infectoribus admistum nesciæ.

Ludouici Mytei Paragraphe.

HOc nobile Electuarium præ cæteris omnibus ob eximias cordi amicas dotes est præferendum, modo fideliter paratum sit: sed cum Pharmacopœi succo Kermes careant, hanc Confectionem parare nequeunt: Coguntur igitur fidem adhibere illis qui Lugduno Vicinisq; locis illam huc important: cum tamen in præparando non pauci cõmittantur errores & sophismata, cũ omittendo succum Grani Cocci, tum detrahendo pondus Ambari: qua ratione charissimus Vir Dom: Michael Ioachimus Groninger Pfortzhemica vrbis Marchienatus Badensis Pharmacopœus doctissimus, (cui tunc inseruiebam, & multum debeo) Granorum Cocci tincturam ex conuenienti liquore ad præparationem huius Confectionis extrahere solebat. Erat enim, vt omnibus Pharmacopœis Germanis satis notum, in componendis suis medicamentis selectiss. nitidissimus, & in Extractis Chymicis parandis, tam metallicis quã Vegetatiuis calentissimus, omnesq; alios longè excellebat.

Paragraphe Lud. Mytei de Margar.

COmplures nimis affectatè solutionem Margaritarum in hac Confectione permisceri volunt, & hoc quidem benè; sed quia vulgò dissoluuntur in Aceto Stillatitio, etiamsi edulcata sint, degustanti tamen calorem & emphyreuma astrictioni permixtum, calcis instar, exprimunt: In istis igitur Compositis Medicamentis non est consultum vti. Gloriantur, quidã se Margaritas ex spiritu vini aut Betula succo dissoluisse, sed adhuc cum fecerim nullum periculum, sua fruantur opinione; expertus tamen sum destillatũ liquorem ligni Sancti & rectificatum, quamuis Margaritam,

tam, etiamsi maximam, tantillo temporis momento eas dissolui; sed quia emphyreuma, nullo modo deleri potest inutilis eius vsus est: Malim igitur & magis commendarem Margaritas in Porphyrio lapide tenuissime leuigatas, vt fieri solet, ad huiusmodi Cordiales Compositiones.

De Auro & Argento.

IN multis nobilissimis Aurum & Argentum recipiuntur compositionibus. Posset parari mixtura ex Auro & Argento, vel haberi limitura vtriusque & quando opus est, ditiorum medicamentis addere.

De solutione auri & Margaritarum In Aduersariorum Appendice siue Ephemeridis Stirpium altera parte satis superque disseruimus, ad nobilissima Pharmaca concinnanda.

Diamoscum.

DIamoscum prætermittendum puto, tum quia eo carere possumus ob paratum Diambra confectionem, quæ facultati similis est, tum quia huius medicamenti varia est apud eundem authorem, & apud diuersos descriptio. Auic. septem descriptiones ponit Fen. 5. summa. 1. trac. 3. Rhasis ad Almans. vnam; Serapio aliam; Actuarius aliam. Ob multitudinem huius descriptionis satius est relinquere: Adde quod multa recipit, quæ parum probanda sunt, vt vtrumq; Behen. Quod si tantopere desideraretur, ob Mosci vim; augeant quantitatem Mosci in Diambra, & plura præstabit, quàm illud incertum & dubium medicamentum.

Dia Galanga Mesuæ & Diaciminum.

QVi Dia-galangam Mesuæ habet; vtroq; Nicolai & Mesuæ Dia-cimino, quia eiusdem sunt ferè efficaciæ, carere potest. Calidior est Aromatico vtroque. Si quis addere velit vnc. ß. Cimini aceto optimo infusi & præparati, non refragor. Quia vbique in frequenti vsu est ad flatus potenter discutiendos, omissam descriptionem subdere visum fuit, quæ

Rec. Galangæ tenuis,
Xylo-aloes, ana. drach. 6.
Cimini, aceto optimo infusi & præparati, drach. 4.
Caryophyllorum,
Macis,
Sem: Ligustici, ana. drach. 2.
Zingiberis,
Piperis longi, albi,
Cinnamomi,
Calami odorati, ana. drach. 1. ß
Calaminthæ siccæ,
Menthæ siccæ,
Cardamomi,
Spicæ Nardi,
Seminum Apij
Fœniculi,
Anisi,
Carui, ana. drach. 1
fiat omnium Puluis,
Et ex Sacchari, s. q. fiat Electuarium solidum.

Ventriculi & viscerum concoctionem in causa frigida roborat, acidos ructus discutit.

Galanga, à qua nomen sumpsit, est præcipuum agens huius compositionis, & primum locum sibi vendicat; & per se omnia explere posse constat, quæ compositio pollicetur: Cætera verò eius actionem augent; quædam plus, quædam verò minus, vt ad partes remotiores medicamentum peneret, sine quibus non perficeretur actio.

Diacinnamomum, Diaciminum, Diagalanga, Diatrium Piperion & Diospoliticum.

DIaciminum á Diagalanga non multum differt; si addatur vnci. ß. Cimini Diagalangæ, pro vtraq; compositione vtilis erit, ne medicamentorum copia Officinæ obruantur; quæ alioqui diutius asseruata viribus languent, situm ducunt, putrent, onere & iactura Pharmacopœorum: adde quod non, nisi rarò boni practici vtuntur, Galenus & plerique alij classici authores, hos & similes pulueres aromaticos in tenuissimum pollinem terendos arctioreque cribro cernendos iubent: attentè tamen a diuturniore frequentioreque horum vsu cauendum; visceribus & primis venis per morborum initia materiâ crudâ, viscida, crassa farctis, ne horum vi, caliditate & partium tenuitate eliquata materia in tenuissimas venas, & tandem in corporis remotissimas partes deducatur, cronicorum morborum, maiorumq; obstructionum fomes & incrementum. Quamuis hæc leuiora videantur; prudens tamen & pius Pharmacopœus, hæc non exhibebit; neq; sui mali conscius æger assumet; nisi consulto perito medico: Concocta enim medicacanda dixit Hippocrates. Si hæc sæpe nocent, quanto

to deleteria perniciosissimauè Cathartica, nullius delectus medicamenta, quotidie à quouis medicastro & circumforaneo exhibita nocentiora futura.

Galanga vtraque.

LIquidò itidem constare diximus vtriusque Galangæ neutram esse Acorum: plerique attamen indocti hæsitatores Pharmacarij, supinâ negligentiâ & pertinaciâ, in qua penitùs consenuerunt, opinionem suam adeo fouent Galangam Acorum esse, vt non minus quæat deleri, quam laridi rancor.

Diatrium Pipereon simplex Italorum.

COnsultè itaque Italorum peritissimi, doctè atque astutè cauendo, commendant Diatrium Pipereon paratum in rotulis è Piperibus tantillum contusis aut incisis, vt in ventriculo & intestinis cunctarentur, concoctionemque iuuarent; feruore faucibus, hepate, remotioribusque venis & visceribus illæsis.

Piper vtrumque.

BAtauorum & Zelandorum ad Orientales Indos accurato, sagacissimo & splendidissimo nauigio illustrata & patefacta Piperis nec non quamplurimorum Aromatum historia fuit, quam dubiè & obscurè Dioscorides & Prisci posteris prodidere. Non modo iam multis elapsis annis Antuerpiæ Piperis grana muriâ condita longiusculos palmares pediculos racematim è petiolis Piperis granis muriâ conditis circundatos, habuimus; sed etiam hodie Batauorum & Zelandorum diligentiâ Amsterlodamum folia cum fructu condita deferuntur, quorum nobis copiam fecit amiciss. & liberalis vir D. *Cornelius Coorne* Mesopoli Mattiacorum simplicium rariorum studiosissimus. Folia, Laurinis æmula, neruosa, obsoleti (ob muriam fortè coloris viridis. Copiam Piperis cum aliquot libris Piperis albi ligitimi attulit indica inhabilis illa nauis magna oneraria anno salutis 1603. quæ inuitis naucleris Hispanis Mediocastrum Mattiacorum velificauit, refertissima omnisque generis mercimonij ditissima, non modo Piper nigrum attulit, sed etiam album ligitimum descriptum Aduersatiorum paginâ 427. Cuius Copiam nobis olim fecit præceptor *Rondelletius*, de quo plura in Stirp. Illustrationibus.

Piperis nigri ligitima effigies.



Cuminum torrefiat modicè prius aceto acerrimo maceratum. Alias pars Nitri dimidia aut quarta adducitur.

Flatus potenter discutit.

Non debet dispensari, nisi imperetur quia pauci hodie vtuntur; Paratu enim omnino facilé.

Diospoliticum Galeni lib. 4. sanitatis tuendæ.

Rec. Cumini,
Piperis longi, aut albi,
Fol. Rutæ siccorum
Nitri, ana, partes æquales.

Diarhodon Abbatis.

EX *Rosf. multa collyria, & alia medicamenta Diarhodon vocantur. Sed cum nos Diarhodon dicimus, neque de Electuario solutiuo ex succo Rosf. intelligimus, sed pul. gratissimum & efficacissimum medicamentum ad corroborationem viscerum cum aliqua leni apertione, citra calefactionem,*

factionem, cum leui refrigeratione. Quia verò multæ sunt descriptiones, magis mihi placet illa Abb. ob id illam retinuimus: nam communis Mesuei plura astringentia recipit, Iulij verò plura calida. Mihi non placent illæ compositiones, quæ discedunt à facultate illius medicamenti, quod nomen indidit compositioni, vt in syrup. de Hyss. factum est, & alijs multis. Illa descriptio non in omnibus eadem est, sed quæ sola desit in aliquibus, vel quando aliqua, quæ aliquid mediocriter faciunt, auferuntur, vel adduntur, non debemus descriptionem reijcere. Vix enim est vllum medicamentum, diuersis in locis traditum, in quo non liceat aliquid discriminis inuenire, vt de Hyera Gal. videre est, de Magmate Hedicroi, Theryaca. Nobis autem descriptio hæc magis placet.

Rec. Ros. rub. amotis vnguibus
Sacchari Candi, ana. vnci. 1. drac. 3,
Santali Albi,
Rubri, ana. drach. 2. ſ.
Gummi Tragacanthi, &
Arabici, leuiter torrefact.
Spodij ex Ebore, aut
Cornu Ceruino, vel
Antispodij è Myrtho, ana. scrup. 2.
Asari,
Masliches,
Spicæ Nardi,
Cardamomi,
Suc: Glycyrhizæ,
Croci,
Xylo-Aloes primæ notæ,
Caryophyllorum,
Galliæ Moschatæ Nicol.
Anisi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
S. Ocimi,
Berberis, siue aciuorum eius,
Setiolæ,
Portulacæ,
Quatuor Seminum frig. maiorum, *
Papaueris albi,
Margaritarum, ana. scrup. 1.
Ossis è Corde Ceru. scrup. ſ.
Caphuræ,
Moschi, ana. G. 3: aut 4. fiat Puluis, ex quo tabellæ conficiantur, vel Trochisci, vt de alijs dictum est, cum aqua Rosarũ vel Violarũ.

** Rondel. continuatio.*

* Sunt qui quat. semina frig. maiora admonent. Ego certe in illorum sententiam venirem, quæ est Actuarij, vt expungerentur aut adderentur, cùm est vtendum, quia facilè rancescunt, & compositionem corrumpunt. Sunt, qui Corallum addunt, & Cristallum, Mandragoram, & flores Nymphex. Verum cum est aperiendum, non sunt illa tam insigniter siccantia, & refrigerantia recipienda: Vtraque enim solent obstructionem confirmare. Hæc compositio quædam recipit ad sufficientem corroborationem: quare illa prætermitti possunt. Papauer apposui, quia aliquam familiaritatem habet cum corpore nostro. Rhab. mihi non placet, quare expungendum censeo, quia astringit & laxat: Neutrum verò præstare potest in medicamentis corroborantibus, quale est hoc. Non me latet Auic. lib. de viribus cord, Rhab. & alia inter cordialia annumerasse, sed non consulebat, vt cordialia alterantibus miscerentur. Quòd si in illis affectibus sit laxandum, illa esse vsurpanda, quia vires illorum principalium partium minus deijciunt. Quòd dictum volo in vniuersum de omnibus medicamentis laxantibus. Caphuram non deleui, quia parua quantitas inter alia odorata non sentitur, vel minuatur dosis ad gr. 3. tantùm. Hæc facit penetrare medicamenta sua tenuitate, quæ insignis est.

L'Obel.

Diarrhodon Abbatis nomen sibi à Rosis, quia maiori pondere, tanquam basi præcipuoque agente in hoc composito medicamine recipiuntur, asciuit; eoque primum locum meritæ, priscorum exemplo à Rondelletio in hac compositione & Aromatico Rosato præponuntur. Pulcherrimum hunc Rondelletianum dispositionis ordinem D. Ioubertus, Bauderonus, & alij tacitè consequuntur; quo ego ipse maximè oblectatus sum; nihil enim ad docendum, memoriæque tradendum, ordine pulchro commodius.

Saccharum Candum, non ad conseruandum vires huius compositionis additum; vt Cordus ait, sed quia vim detergendi habet.

Triasandalon ex descriptione Nicolai.

Valet eadem, ad quæ Diarrhodon Abb. sed magis refrigerat, & minus aperit obstructiones, & recipit hæc.

Rec. *Santali Albi,*
Rubri, &
Citrini, ana. drach. 3.
Ros. rub.
Violarum,

Sacchari

Sacchari Candi,
Antispodij, ex Myrtho,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Portulacæ, *ana. drach. 2. & scrup. ʃ.*
Gummi Arabici,
Tragacanthi leniter assatorum,
Seminis Melonum,
Cucumeris Cucur.
Citruli mundatorum & minutim incisorum,
Sem: Intybi, seu Scariola,
Berberis, ana. drach. 2. ʃ. *Spica Celtica scrup. ʃ. loco Caphura.*

* *Nardus Celtica Aduersariorum pag. 132.*

Huic descriptioni vix reperies similem. Nam in dispensario Hispano Caphura, Amylum, neque semen Cucumeris reperitur. Habet violas, quas habemus Sacch. recipit Nicolaus. Ego Rhab. expunxi, propter rationem dictam: Amylum quoque, quia obstruit & pugnat cum scopo, non refrigerat, neque aperit. Rosas reliquimus, sed in secunda dosi: ne maior quantitas vasorum apertionem impediat, & sufficit illa quantitas sine Rhab. vel alio astringente ad viscerum corroborationem Sacch. non expunximus, quia deterget, & satis magna est quantitas, commixto etiam Glycyr. succo, quia leniter deterget. Lachrymas oportet assare, Tragacanthum in Hispanica ponitur; nisi vreretur, alterum certè expungendum. Quòd si leniter assantur, vt deponant lentorem, nihil impedient. Caphuram expungendam censeo, quia suo odore ingratissima est, maximè in hac compositione, in qua odorata pauca reperiuntur, qua talem odorem possint castigare, neque illius loco aliquid ponendum censeo. Quod si contendas aliquid substituendum, nonnihil Spica Celtica concedam ad aliorum penetrationem. Quidam flores Nenupharis apponendos existimant, non ob refrigerationem, sed ob tenuitatem suam, quod mihi non placet, cùm Spica Celtica, scrup. ʃ. ad hoc sufficiat. Hac compositio debet frequenter dispensari, & conseruari in vase terreo vitreato ne rancescant ob sem. frig. ma. quibus rancidis, nihil ingratius esse potest.

Diamargariton frigidum Nicolaj; *quia suo loco omissum fuit; a* Rondel. *postea additum fuit his verbis.*

QVia in frequenti vsu est, parari potest, sed in parua quantitate, quia omni tempore paratu facile. Constat seminibus frigidis, quæ facilè & citò rancescunt. Reperitur descriptio *Plutearij*, sed imperfecta: Desiderantur Margaritæ, quæ huic compositioni nomen dederunt. Prætermissa descriptione *Serapionis* & *Auicennæ*; illam *Nicolai* hic ascripsimus, quæ habet pauciora Simplicia calida.

Rec. Margaritarum præparatarũ drach. 3.
Nucleorum seminum Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonis,
Cucumeris,
Seminis Portulacæ
Papaueris albi,
Santali albi
moschatellini, (*quæ pars est interior odoratior albi*)
Xyloaloes, (*aut eius loco, Santali rubri, quia reddit compositionem nimis amarã & ingratam.*
Zingiberis,
Rosarum rubrarum,
Florum Nymphææ albæ,
Florum Borraginis,
Myrtillorum, ana. drach. 1.
Coralli albi & rubri, ana. drach. ʃ.
Sacchari, q. ʃ.

Consuetudo est, in hac compositione & alijs, vsurpare medullas seminum frigidorum, & externas cortices abijcere; sed in ijs refrigeratio tantum est necessaria. Vbi verò refrigerandum & siccandum vel detergendum, semina integra vsurpamus, vt semen Papaueris, Lactucæ, &c. quia magis siccant & refrigerant sua lignosa substantia, quam interna parte. Vbi verò puluis ad expectorationem, vt in Diatragacantho frigido, & Dia-Iride, interna pars tantum expetita.

Diatragacanthum frigidum.

E*X Tragacantho duæ sunt denominata compositiones. Altera calfacit, & à caliditate* Diatragacanthum calidum *dicitur: altera refrigerat, & á frigiditate,* frigidum vocatur *Hæc incrassat fluxiones, frequentiúsq; vsurpatur. Ob id paranda est sola, prætermissa calida.*

Rec. *Penidiarum vnc. 3.*
Tragacantha alba vnc 2.
Gummi Arabici drach. 10.
Amyli vnc. ʃ.
Glycyrrhizæ rasæ *quatuor sem. frig. ma. mundatorum ana. drach. 2.*
Semen Papaueris drach. 3.
Hæc compositio ad incrassationem catharri valet: quare oportet illa omnia conspirare ad incrassationem: Ob id quæ sunt nimium detergentia, vel tenuium partium, vel calida, in hac recipi non debent.

*debent. Consultò igitur quibusdam & semen Rutæ, & * Caphura prætermissa fuerunt. Semen Papaueris non est omittendum, quia ob frigiditatem efficacissimum est in hoc remedio. Semen Rutæ in quibusdam veteribus exemplaribus* Nicol. *legebatur, sed ingratum est, & calidum neque valet ratio, qua confirmant practici, in talibus Semen Nasturtij alij Spicam, Cinnamomum addenda esse ad penetrationem: nam partes, in quibus incrassationem his remedijs molimur, non admodum profundæ sunt: Adde quòd illa sem. frig. ma. ad hoc sufficere possunt: Hæc medicamenta ex detergentibus & incidentibus parata, non præstarent id opus, ad quod præscripta sunt.*

* Caphura vti Spica ob odorem ægris inuisa.

Dia-Iris simplex.

AB Iride duæ compositiones nomen habent. Altera dicitur simplex, altera à Salomone dicta. Hæ compositiones sunt arteriacæ. Vtraq; parari potest. Prior, scilicet simplex sic conficietur.

Rec. *Irid. Venetæ vel Florentiæ unc. 1. ß.*
Sacch. Candi, Diatragacanthi frigidi ana. drach. 2.

Fiat puluis, vel cum Sach. dissolutò, non succo Limonum, neq; albumine oui ad albedinem, vt quidam vult, sed aqua Hyssopi, fiat Electarium. Hæc compositio potius ex Veneta, quæ Iris est Illyrica, & melior paranda, quàm ex Florentina, etsi candidior videtur. At Veneta quidem flauior est, & magis ab antiquis probata. Diatragacanthum hîc ponitur optima ratione, quia ita habent nostra exemplaria antiqua Nicolai Præpositi. *Nen me latet aliquos legere simpliciter, Tragacanthum frigid. sed cùm sit calidum, nullum hoc epitheto reijciendum puto, & inijciendum pul, Diatraganthi Hic pul Diatreos multa humida recipit ad prohibendam exsiccationem pituitæ in thorace. Aliqui volunt excipere albumine ouorum, quod mihi non placet, quia nimis incrassat, & inspissat. Idem Author cum succo Limonum parari concedit. At id minus conuenire videtur propter suam aciditatem. Sed si velles in Eclegma seruare, cum Syrup. Capil. ve: excipiatur, vel cum Sacch. fiant formulæ. Hanc frequenter dispensare ob Diatraganthum frig. oportet, quia citò & facilè rancescit.*

* Aliqui Pharmacopœj in Gallia, albumen & succum Limonum addunt, ad candorem agitando conciliandum, sed malè.

Diairis Salomonis, descriptione *Nicol. Myrepsici.*

EX Iride fit arteriacum dictum Dia-Iris Salomonis; quæ compositio ab alijs in forma, pulueris, ab alijs in forma Elegmatis præscribitur. Varia forma est, si in Elegma referatur, conueniens erit: nam aliqua sunt, quæ respuunt formam pul, vt caro Ficuum pinguium, caro Passul. & Dactylorum, in qua forma etiam tardius rancescunt nuclei Pinearum, & amygdal.: quare & nos in Eclegmatis formam seruandam censemus.

Rec. *Irid. unc 1.*
Puleg. hyssopi sicci,
Glycyrrhizæ ana. drach. 6.
*(*Passul. mundatarum à acinis,*
Caricarum pinguium,
Carnium Dactylorum à filis mundatorum, ana. drach. 3. ß.
Tragacanthi,
Amigd. mundatarum,
Pinearum,
Cinnamomi,
Zinziberis,
Pip. nigri ana, drach. 3.
Styracis rubr. drach. 2. & scrup. 1.
Mell. q. s. fiat in formam Lynctus vel Elegmatis.

Hæc compositio, vt suprà monstrauimus, in forma humida debet parari, & scopus idem docet. Hoc tamen mihi videtur immutandum, quòd Styracem Calamitam, potius quàm rubram immitti debere videatur: Nostra rubra tota arida est, quia ex ea hodie Styrax liquida extrahitur. Actuarius *Styracem ponit sine epitheto, Quare de Calamita Styrace intelligendum est certò, per illam generalem regulam, quia cùm simpliciter aliquid pronunciatur, de præstantiore est intelligendum.*

* Quæ parenthesi includuntur, non ab *Actuario* ponuntur: In ponderibus variat semiscrupulum; additis his quæ in tertio ordine sunt Styracis drach. 5.

Zinziberis descriptio.

EX argutè fallacibus picturis aut iconibus (etsi a probis amicissimisque viris munere missis) oratione plantas delineare, quàm dubium sit, norunt harum peritiores. Annis triginta & pluribus elapsis, antequam nostra Stirpium Aduersaria in lucem prodirent, Antuerpia Londinũ ad me misit Zingiberis effigiem *Gulielmus Dreisch* piæ memoriæ, vt petitioni meæ satisfaceret, quam legitimam esse asserebat; facilé enim fidem illi adhibui, quia sciebam Zingiberis radices adeò recentes, virides & succo adhuc pregnante, Antuerpiam sæpé ex India deuehi, ac proinde Zingiber legitimum

mum in horto prædicti boni viri pullulasse: sed paucis post annis, cùm pictura mihi suspecta foret, perspicuè percepi Zingiberis iconem, munere missam, commentitiam & effigiatam é quodam veteri Botanico Germano esse. Dolum hunc cum diutius latere noluerim (quoniam nec dum elapso anno, nouus variarum rerum, rariorúmque Indicarum Stirpium author *Ioannes Hugo Linscotus* Batauus, non nisi illegitimam Zingiberis effigiem dederit, qui tamen veré inter nonnulla aromata Zingiber descri-bit) posteritatem ab obliuione vindicaturus huius commendatissimæ Plantæ, dedi operâ vt insereretur in *nostra Balsami explanatione*. Detegimus quippe hanc elapsis annis Flissèlingæ Zelandorum in horto illustrissimi Principis *Mauritij à Nassau* apud egregium virum Dominũ *Adrianum Meulenaere*, qui plures eius Plantas nobis communicauit, quas alebat solo leui, lateritijs fragmentis rubris, quo gaudet, tenuibus permixto. Laxauit autem & emisit ibidem primas suas, non ante, circa finem æstatis pullulationes (quia é longinqua Prouincia delata, diúque a terra euulsa fuerat) folijs & calamo sesqui spithamæo aut pedali, nouellam siue nuper enatam Arundinem vallatoriã pæ se ferentes. Natiuo solo non translatæ radices, caules tripedales edere producuntur. Eodem an. 1595. persimilis aut eiusdem Zingiberis radices alebant Flissèlingæ amicissimi viri *Raimerus Vander Putte*, & *Thomas de la Fosse* Middleburgi Zelandorum Pharmacopœi non modò peritissimi, sed pharmaco parando fide fidelissimi, quas ob soli & cœli inclementiã perijsse *scio, quemadmodum interiere elapsis annis insignes recentesq́, Zingiberis radices hyemis iniuria, in pensilibus hortis nobilissimi Baronis* Zouche.

ZINGIBERIS legitima effigies: Britannis *Ginger*. Gal. *Zingenbre*. *Reddenda Aduer. pag. 33.*



Zingiber *nasci plerisq́, India locis tradit* Linscotus, *instar Arundinis Vallateria; binos aut ternos dodrantes, binosué cubitos rarò excedere.*

Zingiberis siliqua credita cum grains suis.

Pro solita humanitate sua siliquam perelegantem ex occiduis Indijs delatam, mihi quondam largitus est, vir egregius & vetus amicus D *Hugo Morganus*, *S. Elizabethæ* Anglo-Britannorum Reginæ pharmacopœus peritissimus, corticosam, triquetram, duriusculam, villis quibusdam & cirris obductam, perpusillæ siliquæ Chamæ Iridis penè parem, albidam, semine lucido farctã Melegettæ quadantenus; sed albo, gratioreq; gustu multo, Zingiber prorsum testante, eoque Zingiberis siliquam dixere, qui Zingiber Iridis speciem sanxere: quare omnes illas Cardamomi siliquas triquerras consimilium esse Plantarum non abs re quidam rentúr, vt in Stirpium Aduersarijs monuimus.

Diapenidion Nicol. Alexandrini.

Ex Penidijs paratur medicamentum, quod constat ex detergentibus & incidentibus: sed vulgus medicorum quod vti illa compositione ignorabat: prorsus ex vnica duas fecit, separando odorata & incidentia. Illam vocant Diapendi-

seu sine speciebus. Nos primum integram, deinde illam truncatam sine speciebus dictam ponemus, qua fere in omnibus diversa est. Vulgatam maluimus sequi, quàm illam Actuarij, quæ mutila est. & recipit quæ non debet, vt semen Portulacæ, Nos verò sic parabimus.

Rec. *Penidiarum lib. 1.*
Pinearum,
Amygd. mundatarum,
Sem: Papaueris albi, ana. drach. 20.
Cinamomi,
Caryophillorum,
Zingiberis,
Succi Glycyrrhizæ,
Gummi Tragacant.
Arabici,
Amyli,
Quatuor Sem. frig. ma. mundatorum, ana. drach. 10.
Camph. drach. 1. *Rondel.*

Hac Compositio à nobis posita est, non vt dispensetur, sed vt videatur, quale sit illud Diapenidion sine speciebus. Ferè omnes dissentiunt in ponderibus. Alij drac. 2. Penid. ponunt cùm Actuarius, drach. 16. præscribat. Alij Licij, drach. ſ. addunt. Item in pondere Pap. Amygd. & Pinearum, alij drach. 20. vt nos posuimus: Alij verò drach. 3 ſ. Consentit cum illis Actuarius: sequentium scilicet, Cinnamomi, Caryophill. ana. drach. 10. Nicol. ponit, & alij ponunt drach. 1. ſ. Camphoræ. Alij legunt tertiã partem scrup. vnius: Alij Amygd. Amar. addunt quas prætermisi, quia nullibi leguntur. Hoc modo, quo nos apponimus, censeo dispensandum si quis velit vtiquia proportio melior est; & arteriacum erit efficacissimum, tum ob illam quantitatem Amygdalarum & Pinearum. Neque repugnat Papauer, quod sua vi narcotica tussim minuere potest. Quod in illo magno pondere reperiantur aliqua, certè Camphoræ quantitas erit seruanda, in quo sunt omnia integra magis. Syr. Violato omnes excipiunt, lento igne decoquendo Penidias, deinde Pul. subijciunt. Diapenidion sine speciebus erit, separatis odoratis, quæ species vocantur, scilicet ablato Cinamomo, Caryoph. Zingib. Constabit igitur sequentibus.

Rec. Penidiarum lib. 1.
Pinearum,
Amygdalar. dulc. sem. pap. albi succi Gly.
Tragacanthi,
Gummi Arab.
Amyli quatuor sem. frig. ma. ana. drach 10.
Camphoræ scrup. 3. cum syr. viol. fiat ad formam Elegmatis. Quia hodie omnes volunt in pul. vt ex eo conficiantur tabulæ, dissolue Sacch. in aqua Viol. & fiant tabula. Parua quantitas dispensanda est, quia diu non seruantur pulueres, et si sacco coriaceo reponantur, vel vase vitreo. Locominus calido & sicco seruandum erit hoc medicamentum arteriacum.

LOHOCH siue ECLEGMATA.

Lohoch sanum & expertum D. Mesuæ.

Rec. *Cinnamomi,*
Hyssopi,
Glycyrrhizæ, ana drach. 4.
Iniubarum,
Sebesten ana numero 30.
Passularum enucleatarum
Ficuum siccarum
Dactylorum pinguium, ana. vnci. 2.
Fœnugraci, drach. 5.
Capill. Veneris m. 1.
Anisi, Fœniculi, Ireos, Seminis Lini, Calaminthæ, ana drach. 4.
Coquantur secundum artem in aqua clarissima lib. 4. ad consumptionem lib. 2.
Colatura expressa adde,
Penidiarum lib. 2.
Coquantur ad perfectionem, posteà insperge subsequentia minutissimè incisa & tusa.

Rec. *Pinearum mundatarum, drach. 5.*
Amygdalorum dulcium mundatorum,
Glycyrrhizæ, Tragacanthæ, Gummi Arabici, Amyli, ana, drach. 3.
Ireos drach. 2.
Agitentur omnia simul celerrimè, donec albescant.

TVSSI *vocisque asperitati à frigiditate vtile auxilio est, crassos in thorace & pulmone humores extenuat.*

Eclegma siue Lohoch de Pino D. Mesuæ.

Rec. *Pinearum drach. 20.*
Amigdalorum dulcium
Auellanarum assatarum,
Tragacanthæ,
Gummi Arabici
Glycyrrhizæ
Succi Glycyrrhizæ
Amyli Capilli Veneris
Ireos ana. drach. 3.
Carnium dactylorum drach. 35.
Amigdalorum amarorum drach. 3.
Mellis passularum,
Butyri recentis,
Sacchari Tabarzath ana. drach. 4.

Mellis

Mellis Tabarzeth, lib. 3. vnc. 1. drach. 4.

Conterenda contundantur, & incidenda incidantur minutissimè, & cum melle excipiantur.

* MEL Tabarzeth est optimum, sincerissimum atque odoratissimum mel, quale ex Dantisco affertur.

P. C. SCHOL.

Amigd. am. drach. 3.) *Cum Cordus hic peruersè vncias 3. posuisset, drach. 3. textum legendas esse, Fuschio quoque astipulante, dico.*

TVSSI diuturnæ, difficultati spiritus, & Asthmati succurrit: humores in thorace crassos incidit, & extenuat.

Lohoch è Papauere D. Mesuæ.

Rec. Papaueris albi drach. 25.
Amygdalorum dulcium,
Pinearum,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana. drach. 10.
* Amyli, drach. 3.
Seminis Portulacæ, Seminis Lactucæ,
Seminis Cytoniorum, ana. drach. 4.
* Croci drach. 1.
Penidiorum albarum vnc. 4.
Syrupi de Papauere lib. 3.

Omnia contundantur & incidantur atque cum Syrupo excipiantur secundu artem. Porrò iste Syrupus de Papauere sic fieri debet.

Rec. Capitum Papaueris albi recentium,
Capitum Papaueris nigri recentium,
ana. vnci 6.
Seminis Lactucæ
Florum Violarum, ana. vnc. 1.
Aquæ quantum sufficit, aut lib. 8.
Coquantur, & colaturæ adde
Sacchari lib 4.
Coquantur ad spissitudinem.

Hoc Lohoch de Papauere appellatur etiam alio nomine Diapapauer.

Iuuat tussim, & gutturis asperitatem à catarrho calido, tenui (quem sputum liquidum indicat) eum enim coquit, & crassat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

Lohoch è Scylla D. Mesuæ.

Rec. Succi Scyllæ
Mellis despumati ana. lib. 1.
Coquantur secundum artem.

SCYLLA propriè succum non habet, sed mucilaginem; quæ sic est colligenda:

Rec. *Scyllas crudas tres aut quatuor, eius laminas puriores, plenas & niuidas, in inpartes incidito cultello eburneo: deinde in pila siue mortario fictili aut lapideo siue marmoreo atterito cum agitaculo ex ligno Gaiaco siue sancto facta, & deinde exprime & vtere.* * Addit. Cord

ECLEGMA è Scylla, materiam crassam, lentam, coctu difficilem, in partibus respiratorijs, expelli facilem strenuè reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat.

Eclegma siue Lohoch è Pulmone vulpis D. Mesuæ.

Rec. Pulmonis vulpini siccati
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Anisi
Seminis Fœniculi
Capilli Veneris, ana. vnc. 1.
Sacchari clarificati, vnc. 15.

Conterantur omnia tenuissimè, & cum Saccharo excipiantur.

Abstergit & consolidat vlcera pectoris & pulmonis, & præferendum est alijs remedijs in phthisi.

Lohoch ad Asthma D. Mesuæ.

Rec. Scyllæ assatæ drach. 3.
Radicum Iridis drach. 2.
Hyssopi
Prassij, ana. drach. 1.
Myrrhæ rubeæ,
Croci, ana. drach. ß.
Cum mellis quantitate sufficienti fiat Lohoch.

Ad Asthma & tussim antiquam valet: humorem enim crassum tenuat.

Rosata nouella Nicolaj Alexandrini.

Rondel.

HAc compositione carere possumus, quia viribus non differt ab Aromatico Rosato. Sed quia hac frequentissimè vtuntur nostri; nos eam apponemus, non ex Præposito, sed ex *Nicolao Alexand.* Recepta est, immutatis ponderibus.

Rec. Ros. rubr.
Glycyrrh. } ana. vnc. 1. drach. 1.
Sacch. Candi, } scrup. 2. ß.
Cinnamomi drach. 2. scrup. 2. gran. 2.
Caryophil.
Spicæ Nardi,

Ga'angæ

Galangæ
Zingiberis
Nucis Mosch.
Zedoariæ,
Styracis Cal.
Cardamomi
Apij. ana, scrup. 1. gran. 8.
Fiat puluis.

Hic est prætermittendum Sacchar. & Candum ponendum, quia Sacch. ad detersionem ponitur, & ad temperandum simplicium acrimoniam. Quòd si in forma Confectionis, vt solebant antiqui, *paretur*, addatur Mel, vel Sac. dissolutum, & fiat Electuarium. *Sudores nimios arcet, & viscera roborat.*

Saccharum Rosatum, Manus Christi cum Perlis.

EX Sacch. dissoluto fit Sacchar. Ros. tabulatum, ad differentiam Sach. Rosat. quod est Conserua Ros. Ex eodem fit Manus Christi simpliciter dicta; fortè differunt figura, quòd nunc in frusta, nunc in tabulas diuidatur. Fit cum Perlis & manus Christi perlata dicitur, additis Margaritis tenuissimè tritis, ad vnc. ß. pro lib. 1. sacch. id est vnc. 12.

Dulciariæ Morsiunculæ Regales, *quæ vulgò Morselli dicuntur & Massa Regalis eucbyma (sordidè Officinarum latinitate, Facta.)*

Rec. Pulpæ Capi Veru inassatæ vnc. 2. ß.
Pulpæ Perdicis aut Phasiani assi,
Strobilorum Rosacea infusorum & concalfactorum & mundatorum, ana. vnc. 1. ß.
Amygdalorũ dulcium mundatorum, vnc. 2.
Fisticorum Rosaceâ item infusorum & calfactorum, vnc. 1.
Pul. Cinnamomi selectissimi drach. 6.
Sacchari albi, vnc. 18.
Aquæ Rosa. q. s. Fiant ex arte Morsiunculæ.

Adduntur Margaritæ præparatæ, species cordiales, & alia pro ratione implicationis morborum, & scopo doctiss. Medicicorum.

Ad tabidos Morsiunculæ dulciariæ.

* Quia propter soporem infamiam gignit.

EAdem artis lege, & pari ratione concinnantur tabidis Morsiunculæ ex carne Testudinis nemoralis.

Calculosis, ex decocto Herniariæ, radicum Anonidis, Altheæ, Glycyrrhizæ, Simphiti, Succino præparato, & huiusmodi.

Elephantiacis verò, ex Erinacei terrestris & Viperarum carne. *Diosc.*

CONFECTIONES OPIATAE vel NARCOTICAE.

PHILONIVM.

PHilonis Antidotus carmine scriptus dicitur: A *Galeno* soluta oratione traditur, quã ordine sic disponemus, quo etiam transcribitur à *Mesue*.

Rec. * Piperis albi,
Hyoscyami, ana, drach. 20.
Opij drach. 10.
Croci, drach. 5.
Pyrethri, Euphorbii, Spicæ Nardi, Castorei, ana, drach. 1.
Mellis q. s.

* *Aduersariorum pag. 427.*

De Succationibus Opiatis & LAVDANI Opiati differentiis in Aduersariorum altera parte, inter Succos Medicatos.

Philonium Romanum, siue maius Nicol.

Rec. *Pip. albi,*
Hyosciami albi, ana. drach. 5.
Opij, drach. 2. ß.
Cinnam. drach. 1. ß.
Sem. Apij, drach. 1.
Sem. Petro, Fœnic. Past. siluestris, vel Dauci Cretici, ana, scrup. 2. & gr. 5.
Croci drach. ß.
Spicæ Nardi, Pyretri, Zedoariæ ana. scrup. 1. & gran. 5.
Euphorbij, Castorei, ana. drach. 1.
Mel despumati ad triplum ponderis.

* *Hæc compositio ad eadem valet, ad quæ Athanasia criton, ad dolores cholicos omnes & nephriticos, vt Philonium Mesues. Quare si quis velit dispensare, dispensetur hoc modo. Id solum mutandum videtur, quod Hyoscyami drach. 2. ß. ponere oportet, & opii drach. 2. ß. pro drach. 4. quia securius est uti Opio, quam * hyoscyamo. Hæc parari debet, quia securior & iam à vulgo recepta. Has ob caussas hanc compositionem retinuimus: quia cholicum est medicamentum, dolores stupefaciendo, & morbi dispositionem tollendo sedat. Accommodatius erit ad nephriticos, arthriticos difficilè respirantes flatus discutiendo. Ad eundẽ scopum valet Requies Nicholai, nisi quod magis valet ad vlcera, & sanguinis fluxus, ob re[...]*

tia

tia & minus calida addita. Ob id subiungere eum visum est. Sed ex Nic. Myrepsico petita, à quo mutuatus est, aliquibus immutatis; vt ablato Zinzib. Additur etiam Santalon citrinum, & pondera omnia mutata sine ratione.

Philonij maioris siue Romani Nicolai castigatio, Rondelletiana.

Rec. Piperis albi. drach. 5.
Opij seminis Papaueris albi,
Seminis Hyoscyami albi, ana. 2. s.
Seminis Petroselini,
Fœniculi,
Pastinacæ syluest. vel Dauci Cretici, ana. scrup. 1. gr. 5.
Croci. drach. s.
Spicæ Nardi,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana. scrup. 1. gr. 5.
Euphorbij,
* Castorei,
Sem. Apij, ana. drach. 1.
Mellis despumati triplum pondus. fiat Opiata: vt supra docet *Rondelletius*.

* Alij legunt drac 15 pro gr. xv N. Præpositi vetus exemplar gr xv. tantum habet.

Præpositus Costi habet, sed videtur legendum Castorei quia melius conueniat. Alij Myrrhã addunt: Sed Nicolaus non habet. Maxima difficultas consistit in Hyoscyamo & Opio.

Requies Nicolai Myrepsici.

Rec. *Ros. rub.*
Violarum, ana. drach. Nicl. Præpositus habet,
Opij, vel Meconij,
* *Hyoscyami,*
Capitum Papaueris albi,
Corticum Mandrag.
Nucis Moscata,
Sem. Scariola,
Portulace,
Psilij, Lactuca,
Cinnamomi,
Zingib. ana. drach. 1. s.
Sacchari Candi, drach. 1.
Santali albi & rubri,
Antispodij ex Ebore, vel Myrtho,
Gummi Tragacanthi, ana. scrup. 2 gr. 5.
Mellis despumati quantum. s.
Alij addunt vnci. 8. s.
Opium in vino generoso dissolutum, Spodium per se trituretur diligenter, & cum alijs misceatur, Opio dissoluto, vt omnium melior fiat permixtio.

Rondelletius pro Meconio & semine Papaueris albi, capita Papaueris posuit.

Philonium Persicum.

NOn est dispensandum, quia calidiora astringentibus addantur, & non frequenter eo vtuntur boni Medici. Valet ad retinendum bonum sanguinem, ad quod præstandum Requies valere potest.

THERIACES ANDROMACHI

descriptio & dilucida *Rondelletiana* Expositio: Eiusdẽ *Simplicium Medicamentorum Delectus & parandi ratio ex tribus discipulorum suorum archetypis manuscriptis siue exemplaribus collecta.*

Solebant enim Rondelletij sectatores sedulo eius prælectiones & documenta excribere; è quibus, varijsque minime ab authore recognitis collectaneis, ipsoque nescio & inuito, eius Medendi methodus mendocissime, & alia opera conflata typisque excusa fuere, vti in Prologo monuimus.

CVm antiquissima ac nobiliss. Theriaces siue Theriacalis Antidotus à quibusdam dispensaretur; in mentem venerunt errata aliquot à Nicolao Præposito annotata, & aliquot minimè animaduersa: Quamobrem plurimum me rogarunt vti veterem illam ac vulgatam Editionem recognoscerem. quod etsi mihi difficilimum esse probè perpenderem & planè immensi laboris; nolui tamen amicis tam singularibus, honesta præsertim petentibus operam meam denegare: tum quia tanti tum esset quod tam instanter peterent, tum etiam in Resp. admodum vtile ac necessarium, cùm omnia nostra studia & labores eo spectare debeant, vt Reip. & cæteris bonarum artium studiosis prodesse possint. Nihil enim existimo vtilius, quam vt illa Antiquorum medicamẽta quæ θεῶν χεῖρας appellant, fideliter præparentur, atque ex selectissimis simplicibus ad communem omnium vtilitatem componatur, quod hactenus, proh dolor, quorundam ignorantiâ ac incuria factum non est: quo fit vt verissimum sit carmen Homeri, Odys. δ. * *Vbique semper Hyoscyamo albo vtendum.*

φάρμακα

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Quam ob caussam, lector optime, te ad meliora quodammodo reuocare videmur, dum pro viribus admitimur veterem illam Andromachi traditionem ad germanam Græcorum lectionem emendare. Et ne existimes tibi à nobis imponi, consilium fuit quibusdam annotatiunculis reddere rationem cur à iam vulgata illa descriptione recedamus, idque addendo aliqua quæ noua fortan tibi videri poterunt, ac expungendo quæ nunquã ab Andromacho excogitata fuere. Sed vnum abs te peto vt ne veteri rubigini addictus hæc sine ratione improbare velis, ni prius apud te probè examinaueris, quæ prodesse & iuuare soleant.

Variæ Theriaces compositiones.

CVM igitur variç sint Theriacę descriptiones à diuersis Autoribus traditæ, in tanta rerum varietate difficilis erat electio: omnes tamen ad veram illam Galeni lectionem contulimus, cum easdem omnes truncatas & vitiatas offendissemus: hancque veram ex Antidoton libro secuti sumus: quæ etsi perfectior videretur; aliqua tamen desiderabantur iniuria temporis omissa, quæ nos pro virili restituimus ex Galeni, Pauli, Aetij, Auicennæ, Actuarijque locis, vt postea in Annotatiunculis declarabimus.

[b] Alij morsus.
[c] Serpentis genus.

Nostræ autem tempestatis docti quidam impossibile quodammodo existimarunt hanc Theriacæ confectionem absolui posse, his moti rationibus; tum quòd Viperas non haberemus, quę sanè hoc in negotio primas tenent. preterea Balsamum, Aspalathum, Cinnamomum, Myrrham, Rhaponticum, Calamum aromaticum, Phu, Nardi Spicam, Pentaphyllon, Schœnanthum, Dictamum Cretense, Sigillum Lemnium, Thlaspi; tum quod omnibus incognitum dicunt Scordium. Miror eos non addidisse Malabathrum, Acatiam, Acorum, Bitumen Iudaicum, Opopanacem, Galbanum, quòd non nisi adulterata aduehantur, vt quibusdam placet. Sed nos eorum rationibus faciemus satis: Absurdum enim est illa medicamenta inutilia existimare quæ à Galeno in vsum trahuntur, etsi non omnia adsint. Multa siquidem ipsemet Gal. suo tempore desiderabat, in quorum locum ἀντιβαλλόμενα proponebat. Nonne Gal. pro Cinnamomo, Cassię duplum ponendum iussit? imo & Phu? & pro oleo Sabino, oleum antiquissimum; pro Omphacino, oleum paratum cum folijs oleæ? quid prohibet Acorum poni pro Amomo, quum Acorus cum Amomo, similem facultatem obtineat? pro Dictamno Pulegium? quod etsi vires paulo inferiores habeat, augeamus dosin: pro Opobalsamo, Styracem liquidam: pro Rheopontico Rhabarbatum: pro Terebinthina, Masticen: pro Viperis Elopes, Ophies? Sed quid moror? Clariora sunt quàm vt demonstratione aliqua egeant.

[a] Pastilli Scillitici.
Alter habet Ophius.

Consultius itaque ab his cauillatoribus factum esset, si tantum operę collocarent in inueniendis succedaneis, quantum in cauillandis aliorum inuentis. Cessent igitur, precor, bona medicamina infamare, & quàm prauam opinionem solent imperitæ multitudini tradere, omittant.

[a] Alias mihi, Alias peruenire.

Tempestiuum [a] nunc videtur ad Simplicium declarationem veniamus, hoc vnum præmonentes, pondera non respondere ponderibus Andromachi iunioris vel Democratis: nam Democrates drachmas duas tantum Polij, Seseli, Thlaspi, & aliorum vsque ad Cardamomum ponebat, vituperatque illos qui constituerent quatuor quod tamen ferè omnes qui de Theriaca scripserunt, faciunt; quemadmodum Gal. Paulus, Aetius & Auicenna, quos secuti sumus. At de diuersitate ponderum vide Gal. de Theriaca ad Pisonem.

[d] Scilla delecta, Aduers. 57.
[e] Alij legunt corrupta.

[b] Theriaca vnde dicta.

[b] THERIACA nobilissimum medicamentum dicta est quòd valeat aduersus θηρία, id est, bestias venenosas, non autem, vt quidã existimant, quòd viperas (ita simpto nomine ob excellentiam, sed latius improprié) reciperet: nam antequam additæ essent Viperæ, etiam Theriaca dicebatur: huc accedit quòd multæ sint Theriacæ descriptiones, vt iam diximus, apud Gal. in Antidotis quæ Viperas non habent. Non igitur à Viperis, sed ob effectum ita fuit appellata. Posset tamen defendi, Theriacam etiam dictam fuisse a Viperarum carne. Cæterum hæc Theriaca Galene, non Galeni nominatur, aut si mauis, γαλήνη id est tranquilla, vel tranquillitatem afferens, non Galeni, autor enim huius non fuit Gal. sed Rex Ponti Mithridates, qui, vt erat exercitatissimus in simplicibus, omnia ea collegit Antipharmaca, flores scilicet semina, herbas, radices, gummi, & cætera quæ valerent aduersus [b] virus ferarum, Viperarum, Canum rabidorum, Scorpionum, [c] Dipsadum, &c. nec non aduersus venenum medicamentorum quorundam, vt Mandragoram, Cicutam, &c. & ad morbos alios complures & antiquos. Ex his omnibus collectis selectissima & efficacissima selegit, ex quibus parauit compositionem suo nomine nuncupandam: ea est Mithridatium: Andromachus postea (qui videtur inter omnes exactissimam callusse normã componendi medicaméta) eam correxit & emendauit: addidique Viperas, γαλήνην quę vocant, id est, Tranquillam, quod tranquillitatem inducat: & meritò quidem: quid enim magis meretur tranquillitatis nomen quam quòd sedat dolorem? Qui à Cane rabioso demorsi sunt aut Vipera, aut alia fera venenata, multum torquentur multúmque de morte sunt solliciti: hæc compositio illos curat: magnam igitur tranquillitatem inducit. Vt in summa dicam, nulla est præstantior Antidotus ad antiquos & diuturnos morbos, vt iam dictum est. Ad defluxiones nullum est genus remedij efficacius quàm hæc Theriaca, si quidem fuerit recens. Febres quartanæ solo vsu Theriacæ vsę sunt curatę. quid non facit Theriaca? Inexpugnabiles morbos, & quorum caussa ignota est, curat; ex omnibus enim medicamentis efficacissimis constat, symphonia iunctis.

[a] PASTILLOS SCILLITICOS aliter præparamus quàm antea facere solebant: nam sine delectu Pharmacopolæ Scillam vel Pancratiũ accipiebant, quòd habeant eandem facultatem. Sed quoniam Pancratium vim habet imbecilliorem, melius est confici eos ex Scilla, præsertim cùm nobis facultas sit. Si Scilla careamus, Pancratio vti possumus eius loco, sed in maiore dosi, vt Cassia pro Cinnamomo: cùm vero adest Scilla, sumatur Scilla. Cæterùm pastilli hi fieri debent ex carne Scillæ, & spissari farina Orobi, quæ valet aduersus venena, & conseruat Scillam à putredine suo amarore. Pharmacopœi eos solebant parare cum pane asso, aut cum Vicia, cùm non nossent Eruum, vt nec adhuc omnes norunt. Cùm enim nuper Auenioni essemus, & medicamentum præscripsissemus Nobili à Monlau, in quo Eruum desideraretur, iussi Pharmacopolam afferre Eruum, atque is Viciam attulit & Aphacem; cùm neutra illarum sit Eruum, quod amarum est & tenuium partium: Vicia verò dulcis & emphlastica. Porrò Erui duas constituunt species: Aliam enim candidiorem faciunt, aliam ruffam. Eruum est quod vulgò des Ers vocant; in Gallia Narbonensi Eses. [d] Quod ad Scillæ delectum attinet, ea sumenda est ęstate, præsertim Iunij initio, ad parandos hos pastillos: tunc enim multum succi habet: si hyeme legatur non valebit, s. b Caniculaverò venenum est: habet enim tantam acrimoniam, vt æstu [e] correpta in venenum vertatur. Sumenda itaque est vere aut æstatis initio. Ea lecta inciditur frustulatim more ceparum, non quidem cultro aut instrumento ferreo, sed arundinaceo, aut Osseo.

Maiores

* Maiores nostri soliti erant parare PASTILLOS THERIACALES ex Serpentibus communibus, cùm Viperas non haberent. Nec omninò certè vituperandi sunt: idem enim præstant reliqui Serpentes: sed Viperarum vis est efficatior. Θηρία Græci animalia appellant (latiore significatione accepto vocabulo) quæ cicurari non possunt: Medici verò θηρία quę morsu venenato vel punctura venenum iaculantur, hominique nocent, appellant, sub quo nomine & Aspides, Elopes, & Cerastes comprehendunt; quamobrem non erit absurdum Trochiscos Theriacales dicere, cùm ex feris conficiantur, quę & facultate sua iuuant quemadmodum Viperæ, & si ausim dicere, conuenientiores sunt, pręter enim id quòd calefaciendi & exsiccandi vim habent, aduersus angues nostros peculiariter iuuant: Nam Theriaca, vt autor est Gal. ad Pisonem, olim citra ferarum commixtionem confectum medicamentum similiter ad eiusmodi mirificè faciebat: Sed postquam Andromachus Viperas commiscuit ad morsum Viperarum, medicamentum fuit efficacius: imò si credamus Gal. lib. 2. de Antidotis, Mithridatica compositio aduersus plurima venena valet, præter Viperarum ictus. Nihil igitur habuit Theriaca additis Viperis, quam quòd ad Viperarum morsus sit efficacior. Sic nostrum medicamentum efficacius erit ad morsus Serpentum, cùm nullum nobis periculum immineat à Viperis. Adde quòd pinguedinem Serpentum quotidie experimur plurimum valere, & carnes non plus veneni in se continere quàm olim haberent Viperæ, si debito modo exhibeantur, & quales oportet capiantur: Nam & in capiendis delectus seruandus est, quemadmodum & in Viperis: Vt quę prope mare degunt, *Διψάδες* sunt: & quę in aquis excrementosæ, & quę vtero gerunt repudiandæ. Quas æstate venantur, vel hyeme nos Elopes vel Angues bene nobiles in vineis degentes, vere captos eligimus, non diu asseruatos (vt solent facere Pharmacopolæ) & pręparatos, vt ars iubet, cum pane asso Trochiscos conformabimus: sic seruatos & exsiccatos; vt neque situm redoleant, neque carnem senserint. Quod si videatur Dominis Doctoribus dosin augendam esse, quia imbecilliores sint, non improbo: quòd si quis Viperas nancisci possit, vt iam facimus; eas capiat, & angues ommittat. Paulus Ægineta etiam de Viperis loquens ὄφις dicit: Ea autem locutio esse videtur per excellentiam, quo commune aliquod vocabulum rei singulari attribuimus, vnde & ὄφις Viperas vocit. Cùm autem simpliciter legitur ὄφις de Vipera intelligendum est. quia præstantissima inter serpentes est. Vnde & in Theriaca assumenda; non quòd remedio egeamus aduersus illarum morsus, si quidem in nostris Regionibus non reperiuntur, sed ob alias viperæ facultates: desiccant enim vehementer, calefaciunt, & visum acuunt. Viperas nihilominus veras tum in Italia, tum apud Pictones habemus, quicquid dicant qui id negant: Certissimum enim signum est Vipetę & nota certissima, si viuum animal pariat, vt Galeus; vnde & nomen habet, vt scribit Aristoteles, & experti sumus in nostris ædibus: Adhęc Vipeperarum descriptio tam exactè illis conuenit vt nihil magis; & maximè ea quæ tradita est ab Aetio viro perquam diligentissimo in describendis Viperis. Vt vnam è multis notam adferamus, statim in caudam desinunt, quam crassissimam habent inter reliquos sepentes (præter Amphisbęnam, quæ adeò crassam habet vt bina putetur habere capita:) omnes denique notæ feliciter reperiuntur in ea. At dicat aliquis, Elephantiasin non curat, vt scribit Gal. Esto si mentiri voluit Gal. quid tum? neque enim versimile est tempore Gal. curari potuisse Lepram iam confirmatam. Sin autem quis dicat, id non ideo præstare quia ex Italia adferantur, quę regio non sit satis calida: Nugæ; si enim venenum retinent, cur non & alias facultates? Nemo igitur dubitet quin veræ Viperæ nostris temporibus reperiantur.

** Pastilli siue Trochisci Theriacales.*

Pastilli Theriacales.

Porrò vt conficiantur Pastulli Theriacales, præparatione omissa, hoc tantùm ex Gal. addam, melius esse paulò antè captas sumere, quàm diu retentas; nam quæ diutius retentę fuerunt, venenosę sunt magis, vt ex hominibus ieiunis conijcere licet.

Magma Hedycroi.

Andromachus MAGMA HEDYCHROON ita à coloris iucunditate appellatum, non Trochiscos de Corallo, vt Nicolaus Præpositus falsò putauit, desiderat. Multo satius fuisset si Trochiscos Aliandaracarum Auicennæ posuisset, vel Trochiscos Hedychroi, quos annotauit in Antidotario, qui etsi Tamaricem recipiant, Aspalathum desiderent; magis tamen accedunt ad Hedychroi compositionem quam hic constituimus ex Gal. lib. ad Pamphilianum. Hæc enim paratu facilior est & clarior & melior. Nam in lib. de Antidotis pedestri oratione scripta est quę Maron & Amaracum desiderat. At Maron nobis prorsus incognitum est, nisi illa sit quã vulgo *Mariolaine franche* appellant; quam ob causam consultò Amaracum addidimus, & illam pro Maro: quòd si per Amaracum intelligat aliquis Sampsuchum pro Maro poni potest Sisymbrium; sunt enim eiusdem facultatis, vt Dioscorides docuit. Quantum vero differant Hedychroon magma à Trochiscis Diacoralli, fidem facit vtrorumque collatio: hi enim Papauer, Pedem columbinum, vt alia omittam, recipiunt, quæ non sunt in Hydochroo: non itaque ponendi.

Piper nigrum.

PIPER NIGRVM non tam valet ad ἀντιφάρμακα atque Piper longum & album: sed quia omnes sic habent nolui immutare, & drach. 24. indidimus, quamuis aliqui sex tantùm: Paulus tamen, Aetius & reliqui 24. censent ponendas; & nigrum non longum, vt in quibusdam Exemplaribus legitur, & in carminibus Andromachi, neque tamen improbarem si quis Longum sumat; tum quia in carminibus longum est, tum quia Antidotis, si Dioscor. cedimus, aptius. Tu verò iudica.

Opium Hyoscyamus Mandragoras.

OPIVM vel MANDRAGORAS vel HYOSCYAMVS addi solent in Antidotis, quia incrassanda constringunt meatus, ne venenum ferri possit ad Cor; & sic iuuant operationem Antidoti. Eodem planè modo bolus Armena & Terra sigillata lentore suo & crassitie prohibent vim Veneni ad cor deferri, non autem proprietate occulta, sed incrassando: quare quę tenuissimarum sunt partium, vt Moschus Ambra, non conueniunt; quia faciunt citò penetrare venenum ad Cor: sic Cicuta cum vino absorbta occidit citissimè, per se veró tardius.

ROSARVM, remotis vnguibus, drachmas 12. ponimus. Auicenna 24. ponit.

Scordium Aduers. 210.

SCORDIVM, quod Fuchsius putat omnibus incognitum, nunquam antea in aliqua Antidoto positum, apponendum censuimus (quanquam tamen opera & diligentia doctiss. viri D. Guilielmi Pellicerij, Mompeliani Episcopi vigilantissimi, primum in Gallia iam à decem annis cognitum sit) & non Allium syluestre, vt vulgo Phatmacopolæ facere solebant. Stultum enim esset σκόροδον ἄγριον, id est, Allium syluestre, vt Auicenna docuit, collocare, cùm tam frequens apud nos sit Scordium herba. Excusandi fuerunt Maiores nostri quibus incognitũ fuit, neq; grauiter peccarunt in hoc simplici, est enim Allium syluestre Theriaca Rusticorum. Vtinam in alijs succedaneis tam bene iudicassent; Non est tamen conferendum Allium cum Scordio: Scordium enim maiorem habet vim aduersus putredinem quàm vel Myrrha ipsa, vt videre est apud Gal. lib. de Antidotis,

qui eius inuentionem declarat. Quis autem nisi stultus dicat succedaneis esse vtendum, cùm propria habeamus? Scordium enim copiosissimè per totam Galliam nascitur: reijciendum itaque Allium.

SEMINIS NAPI, & rectè, quanquam nonnulli, Seminis Rapę, legant.

IRIS ILLYRICA ea debet apponi quę Venetijs affertur.

Aduers.449. AGARICVM sumatur candidum leue, &c.

Cinnamomum CINNAMOMVM à viris doctissimis in discrimen *ª Alij lectione.* vocatum est, cùm dicant nos vero Cinnamomo carere, *ᵇ Alij 154.* ac id quod pro Cinnamomo ostenditur, potiùs esse verã Cassiam: nos tamen putamus esse Cinnamomum; etsi non sit illa species tantoperè ab Antiquis laudata: quam ob causam nos istius Cinnamomi drach. 24. posuimus (etiamsi nonnulli drach 12. tantum ponant) duplici nomine: tum quia in quibusdam exemplaribus 24. drachmas Cassiæ scriptum legimus, vt etiam in secunda descriptione Auicennæ, tum vt omnibus fieret satis: nam si Cinnamomum esse negent, non possunt improbare consilium nostrum, cùm Gal. de Compos. Pharmacorum doceat his verbis: Necessarium nobis est, vbi Cinnamomo caremus, Cassiam optimam conijciamus, aut plusquam duplo Cinnamomi pondere, aut omnino non minus, Sed Cinnamomum verum habemus. Si cineritium illum colorem non habeat, in causa sunt mercatores, qui eius superficiem abradere solent, colorem naturalem auferentes. At odorem Rutæ non habet: nec habere debet: Error enim est in Dios nam pro πηγανίζουσα legendum est, ὀριγανίζουσα quod facilè probari potest ex eodem Dioscoridis alio loco, vbi ait Amomum habere Origani odorem. Hinc enim luce clarius colligere licet, Cinnamomum Origani odorem referre, aliumque textum corruptum esse. Et quanquam Diosc. dicat diuersas esse arbores Cinnamomi & Cassiæ; Gal. tamen diuersæ est opinionis, asseritque se vidisse in capsa cuiusdam mercatoris ramum vnum cuius altera pars Cassia esset, altera Cinnamomum.

Glycyrhiza. GLYCYRRHIZÆ SVCCVM apposuimus, quia efficacior est quàm radix ipsa; etsi Auicenna in tertia descriptione radicem ponat, & verè poni potest succus, nec timendum est de succi adulteratione; Nam tanta est copia dulcis radiculæ, vt parum valeat: Et etiam cùm Theriacam componere volumus, expressè succum extrahere debemus.

Opobalsamum OPOBALSAMVM sincerum ad nos non adfertur, sed multis modis adulteratum: quin etiamsi adulteratum non esset, recens non est, sed antiquum: nam cùm ex regione longinqua petatur, non potest non esse antiquum; siquidem antiquum, si annum excesserit, fitque inutile. Et si nonnulli dicant in nouo O. be reperiri, incertum est an verum sit: succedaneo itaq; vtendum. Quid verò substituemus, cùm succedaneo opus sit? alioqui manca esset Compositio & corrupta. Non sequemur hac in re consilium Maiorum nostrorum, qui Oleum Laurinum pro Opobalsamo poni docuerunt: Oportet enim succedanea & viribus & temperamẽto respondere, vt doctissimè à Gal. monstratum est. Sed oleum Laurinum calidius multo est Opobalsamo, cùm oleum Laurinum inter calidiora adnumeretur, quod ex fructu potest cognosci: solet enim oleum expressum eiusdẽ esse temperamenti cum fructu ex quo exprimitur: At folia & fructus Lauri desiccant & calefaciunt vehementer, plus etiam fructus: ergo & Oleum. Opobalsamum verò desiccat & calefacit in secundo excessu tantum: Igitur non respondent. Adhęc Opobalsamum tenuium est partium, Oleum verò Laurinum crassarum: Opobalsamum ventriculum roborat, Laurinum autem oleum, vt ait Diosc, ἐστὶ ναυτιῶδες πόθεν, id est, potum nauseam facit, & lædit ventriculum non alia ratione, quàm quod ventriculo aduersatur: idem autẽ efficere Opobalsamũ negandum est. Non enim est oleum, sed succus Balsami. Vnde autem id natum sit vt Oleum Laurinum in Antidotis poneretur? Puto hinc esse natum, quod olim Oleum parabant cum Myrrha & Stacte, vt Diosc. docet. Extra adhiberi non prohiberem, vt etiam Oleum Irinum: quamuis in ª versione Vallę & multis explaribus Græcis (falsò tamen) Laurinum legatur. Balsamum arte compositum reijcitur. Errorem indicauit ante ᵇ 114, annos Santes de Andronis de Pisauro Medicus in hac parte Alexipharmacon diligentissimus & probatissimus. Post eum Nicolaus Præpositus, qui Medicorum Mompelianorum mentionem facit tanquam autorũ huius hęreseôs. Alij ex semine Citri & Corallo ἀντιβαλσάμινον cõficiebãt, sed ineptè: nam quãuis semẽ citri valeat aduersus venena, reperiuntur alia multo efficaciora. Alij asserebant fieri debere substitutũ ex Myrrha destillata: quod expertum fuit; & ex destillatione oleum exceptũ, sed vsq; adeò fœtidum vt nemo ferre posset. Omnibus itaq; reiectis, substituã Stacten, ex pręscripto antiquorũ, Gal. scilicet, Pauli, Aetij, qui asserunt easdem Stactis vires & Opobalsami. Est autem Stacte nihil aliud quàm Myrrha liquida, & si Diosc. credimus est pinguissimum Myrrhę recentis cum aqua exigua tusę & prælo expressę, proportione respondens Myrrhę. Myrrha autẽ secundi est ordinis excalefacientium & exiccantium sicut & Balsamum. Adhęc vulnera consolidat, quod facere Balsamum creditur à neotericis Medicis, quanquã Gal. nullam eius mentionem faciat: Idcirco autem hic positum fuit quod aduersus venenata animalia valet, quod ex eo colligere licet, quod vbi nascitur Balsamum nequeant habitare Serpentes aut alia venenata animalia. Qui de omnibus dubitare solent Myrrham istam reijciunt, quia parum respondeat descriptioni, tum maximè quod εὐώδης, id est, odorata non sit, vt Diosc. & Gal dixerunt. Nos autem Myrrham dicimus esse, non Trogloditicam vel Amineam. Et quod non sit odorata, in causa est quòd ab ea expressa sit nobilissima Stacte. Nam vt Dios docet ex pinguibus exprimitur pingue & odoratum. Minus etiam odorata est quia ex calentibus & aridis locis adfertur. Neq; tamen dicendũ est talem esse ἄτονον, id est, infirmam & ignauã, vt in quibusdã exemplaribus legitur: vbi legendum ἄοσμον id est, sine odore; illamq; mittere suam commendationem, non ad sanitatem sed ad voluptatem. At hi qui dicunt nos non habere veram Myrrhã, falluntur, aut in hoc quòd (cum Diosc. diuersas notas diuersis speciebus assignarit) omnes eas in vna specie reperiri velint, alioqui verã negent esse Myrrham: aut quod dicant εὐώδην non esse, vt vult Diosc. Sed id planè negamus. Sumitus autẽ vox εὐώδης pro eo quod bonum spirat odorem: In hoc autem error est: Nam Diosc. & alij pleriq; scriptores εὐώδης sumũt pro eo quod multum olet, siue bonum spiret odorem siue malum. Significatio autem vocabulorũ non aliunde petenda est quàm ab eo authore qui rem ipsam describit; quemadmodũ Diosc, vt dixi, hoc modo sumit εὐώδης, vt dicere licet cap. de pice arida, vbi ait debere esse puram, pinguem εὐώδην. Nemo autem interpretabitur intelligi de suaui odore, sed forti & graui, quia quę igne eliciũtur nõ possunt non fumũ redolere & tetrum odorẽ spirare. Idem esto iudicium de Blatta Byzantia, quã dicunt esses εὐώδην. Sin hæc ratio non placeat, dicemus veteres non adeo delicatos fuisse atque sumus; & quod nobis malè olet, vt Myrrha, illis benè & suauiter oluisse, quod inde probari potest, quòd in suis vnguentis ad delicias paratis, Galbanum admiscebant; quod haud dubiè fœtidi admodum est odoris.

De

[a] De CROCO & GENOTHERA nulli dubitant.

Reclamant Sceptici Medici quod pro RHAPONTICO Rhabarbarum sequuti Auicennam ponimus. Non autem temerè id factum est. Nam cùm Rhaponticum hoc Pharmacopolarum nullo modo respondeat picturæ Rheopontici; satius est Rhabarbarum vocatum conijcere, quanquam istud Centaurium maius à viris doctissimis iudicetur esse, nec ineptè. Rhabaponticum enim & Centaurium hoc maius easdem ferè habent facultates. Componitur Rhaponticum ex diuersis partibus ex terrea videlicet & frigida substantia, quod indicat adstrictio: habet etiam adiunctam caliditatem; subacre enim reperitur si plusculum mandatur, qua facultate potest aluum ducere: quinetiam aëreæ cuiusdam est substantiæ particeps, quod indicat laxitas & dulcedo. Conuulsis, ruptis, dysentericis, sanguinem expuentibus vtile est & orthopnœæ. Centaurium maius in gustu contrarias qualitatis habet; ita in vsu contrarios effectus præstat: gustu itaq; acre simul & astringens apparet cum leuiuscula dulcedine, quæ omnia in Rhapontico esse mõstrauimus. Prodest iisdem reijcientibus sanguinem, ruptis, conuulsis, dyspnϾ, orthopnϾ: quamobrem medicamentum imbecillius non erit, si pro Rhapontico Centaurium maius posuerimus. Nam Rhaponticum & Rhabarbarum sola regionẽ differunt & leuitate: vt Rapę quæ apud Lemouices nascuntur, & quæ solo sterili, differunt solum dulcedine aut crassitie, aut alia differentia à solo desumpta. At dices alterum magis rarum est: alterum densius. Respondeo id facere copiam vel inopiam alimenti: aut dicendum, Mercatores qui aduehunt Rhabarbarum, illud comprimere cùm recens est, vt minus loci occupet, & densius reddatur, quòd sciant densum laudabilius esse, quod facilè fieri potest. si etiam compressam radicem desicces, minor erit minusq; spatium occupabit, nec diminuetur quantitas. Si verò Rhabarbarum nostrum non sit veterum Rhaponticum, quid erit? Quidam aiunt esse radicem Centaurij maioris & Gal. ait radicẽ easdẽ facultates habere quas Rhaponticũ.

[b] Malè negat Manardus nos verum PENTAPHYLLON habere: nam passim nascitur, & omnino descriptioni respondet. Est præterea alia nota à Theophrasto tradita, quæ nobis est certissimo indicio nos Pentaphyllon habere: scilicet quòd Pentaphylli radix exsiccatione fiat quadrata. quod sanè illi proprium est: conuenit enim soli Pentaphyllo quadratam fieri exsiccatam radicem, quę nota fallere nos nequit. Sunt ex Practicis qui putent Tormentillam esse Pentaphyllon, quod non improbo; cùm Diosc. det illi radicem oblongam, Veratro nigro crassiorem, & propius accedat ad veram Pentaphylli descriptionem. Sunt qui Heptaphyllon vocent à numero foliorum, quòd & in vulgari etiam inuenies. Dioscor. etiam ait habere quinque folia, aliquando plura. Verùm quamcumque assumpseris, hanc ne Diosc. an illam Theophrasti, non errabis: ambæ enim valent aduersus venena. Potest itaque sumi Tormentilla pro Pentaphyllo, & Pentaphyllon pro Tormentilla.

[*] NEPETAM Latini Calaminthan appellant, qua de causa Galenus miratur quòd Andromachus, cùm Greeè scripserit, hoc tantum nomen Latinum addiderit. At hoc πάρεργον dictum sit.

[c] MARRVBIVM lippis & tonsoribus notum est, eam ob causam prudens pręterco.

[d] Danda est opera vt SELINON quod in petris nascitur recuperemus: non quod ob eam causam Petroselinon dictum velim, sed quia maioris est efficaciæ, & propius accedit ad Macedonicum, ob amariorem. Nec ob eam causam damnanda erit hæc compositio. Nam, vt Gal. de Petroselino scripsit, Quod si Estreaticum desideres Petroselinum, nihilo tibi deterius fore putato Theriaces medicamentum, si alterum iniicias: Cuius rei subdit rationem. Non enim, inquit si mortiferis venenis, si venenatorum morsibus aliud ab Estreatico Petroselinum minus congruit. propterea reliquis etiam morbis, vt torminibus, ventriculo debili, hydropisi, & id genus aliis segniùs opitulatur, quos in primis sanare Theriaca promittit. Aliam pręterea causam assignat, cùm inquit: Adhęc Estreaticum Petroselinon amarum etiam plus Theriacam facit, presertim cùm recens adhuc imponitur: nam vt acrimonia, sic amaritudine hoc alia superat, vt alibi docuit, suauitas in medicamentis quę degluriuntur, est spectanda, cùm in se habeat multa amara. Auicenna semen Apii montani posuit in tertia descriptione Petroselinum verum nascitur in montibus Delphinatus, & apud fontem Vaucluſæ.

[e] De quibus in Aduersarijs & appendice Rhaponticum.

STŒCHAS satis nota est, agroq; Mompeliano frequentissimè prouenit. *Stœchas.*

COSTVM nonnulli in discrimen vocant. Certissimum autem est, nos duas habere Costi species: primam scilicet (quam Zedoariam vocant vulgò) & tertiam quã nemo negabit eam esse quæ ad nos adfertur, pręsertim cum acerrima sit. *Costus.*

De PIPERE illo tantum sciendum est, Galenum ibi piper album legere, vbi Auicenna nigrum, & econtrà Piper album & longum magis medicamentibus & Antipharmacis conueniunt: Nigrum verò edulijs & alimentis condiendis. Piper longum facillimè adulteratur. Adulteratum autem cognoscitur, si aqua inspersum dissoluatur. Non reperitur hoc Piper longum in descriptione ad Pamphilianum. *Piper album, & longum, & nigrum.*

DICTAMNVM in Creta tantùm crescere, & inde CRETENSE dici existimant Authores, quòd sic depictum sit à Diosc. Cretensis herba est, acris, leuis, Pulegio similis, sed maioribus folijs, quę tomento quodam spissaq; lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert (etsi apud Paulum falsò legatur δικταμνάνθος) Pharmacopolarum ψευδοδίκταμνον & florẽ & semen profert: quam ob causam malumus succedaneo vti, quàm incognita illa radice qua pro Dictamno vtuntur Pharmacopolæ. Pulegium itaq; e pro Dictamno iniecimus, quia nulla est herba quæ propius accedat ad Dictamni facultatem ipso Pulegio, docente ipso Diosc. Præstat omnia quę satiuum Pulegiũ, sed efficaciùs multo: Gal. Dictamnum, tenuiore essentia constat quàm Pulegium, cętera illi simile. Quòd si per omnia simile, haudquaquam malè pro Dictamno recipietur, cùm ipse Auicenna in omnibus descriptionibus pro Dictamno Pulegium posuerit. Præterea à Nicandro in sua Theriacis, Diosc. Serapione, Paulo & Aetio ad morsus venenatorum commendatur. *Dictamnum.* *[b] Pentaphyllum.*

Non mireris candide Lector si pro FLORE IVNCI ODORATI, quem vno vocabulo Schœnanthon vulgus appellat, herbam ipsam monstremus. Audi Gal. Ad hæc iuncum ex Arabia petitum imponere pręcipit: nescio qua de causa, schœnanthum, id est, iunci florem à vulgaribus appellatum, Nos siquidem, cùm florum copia non adsit. iunco vtimur ex Arabia comportato, cuius summitatem Cameli pascuntur secus vias ibi plurimum nascentem. Ex his disce. multa fuisse simplicia tempore Galeni; qualia nunc sunt. Non itaque peccant qui iuncum ipsum huic compositioni imponunt, vt ex Gal. loco iam citato patet & Diosc. qui ait radicem & herbam eiusdem esse facultatis cum flore & efficacię. Imò si flores adferrentur, abscindendi essent & postponendi iunco ipsi, nam cum sint admodum tenuium partium, eorum vis facilè euanescit, & priusquam ad nos peruenissent planè inodori redderentur. *Schœnanthum.* *[*] Nepeta.* *[c] Aduers. pag. 232.* *[d] Selinon & Petroselinum.*

Thus. De Thvre nihil inpræsentiarum dicemus.

Terebinthus. Quamquam Terebinthvs hoc agro Mompeliano frequens sit, non tamen Terebinthinam habemus & quemadmodum Lentiscus, hic alioqui frequens, Lentiscinam non stillat, ob Solis imbecillitatem; sic nec Terebinthus Terebinthinam. Sed Galeni doctrinam secuti pro Terebinthina Abietinam coniecimus, nam

[i] Terra Lemnia quarto sanitatis tuendæ sic scripsit: Quòd si copia Abietinæ non adsit, eius loco Terebinthina. Cùm pro Abietina Terebinthinam ponendam doceat: sic contrà pro Terebinthina Abietinam recipiemus. Quod euidentiùs monstrat alio in loco his verbis: Quinetiam in penuria Terebinthinæ tum ἐκ τῆς κεϱσμίου ὑγρᾶ, tum frictam commodè admisceas, non minùs etiam ijs & Abie-

[k] Chalcitis & Calcanthum, Misy sor. tinam immittas. Quòd si fortè quis hanc resinam Abietinam esse neget, Mastichen ponemus, quæ inter resinas principatum obtinet, teste Gal. vel vt Diosc. Terebinthinę respondet viribus. Fidem fortasse augebit quòd in Paulo legatur, τερμινθίνης μασίχης, quasi vellet dicere Resinę Mastichinę, vel Mastichen & Terebinthinam imponi velit. Tu iudica.

Cassia lignea & Fistula. Cassiam Fistvlarem vocat Cassiam Ligneam, aut Cinnamomum crassum; ne qui existiment eum intelligere Cassiam illā fistularem Arabum quæ vim habet laxandi ventrem. Est enim Cinnamomum crassum efficax, vt odor & sapor monstrant. Nec absurdum est dimidium Cinnamomi pro Cassia constituere, cùm pro Cinnamomo duplum Cassiæ ponendum sit.

Styrax. Styrax eligenda optima.

Nardus. Nardvm nemo debet damnare quod Spica non sit, sed potius radix. Nam Gal. his verbis docet esse radicem. Iubet deinde Andromachus Nardum Indicam

[l] Amomum. imponere, quam ex eo quia Spicę figuram imitetur, Nardi spicam nominant, quamuis radix sit. Rursus Damocrates νάρδου ῥίζαν ἰνδικῆς, scripsit non spicam. Indica autem dicitur, non quod in India nascatur, sed quòd in aliquo monte nascatur Indiā spectante, quemadmodū Syriaca quæ in monte Syriam spectante. Eodē modo & Britannica dicitur (ea est Bistorta vulgaris) non quòd in Britannia solùm nascatur, sed quòd in regione Britanniā spectante. Cæterùm Nardus Indica cęteris efficacior est.

Thlaspi. Nunc ad Thlaspi veniendum, quod omnibus incognitum putat Manardus, eo fortasse quòd nunquam viderit. Vt autem verum fatear, non omnibus cognitum fuit Thlaspi, sed ijs duntaxat qui de re herbaria bene meriti sunt. Eius descriptionem require in Diosc. Frequens est in semitis Tolosani agri, & alijs plerisque locis. Temperamento calido est vt Nasturtium. Auicenna

[m] Verus Acorus. pro Thlaspi, Seseli legit, at in Arabico Thlaspi legitur. vulgus Pharmacopolarum, quod Sinapi species quædam sit, album appellant.

Apium. Semen Apij restituimus ex descriptione ad Pamphilianum. In Paulo enim & Auicenna idem scriptum reperimus, tum etiam in Theriaca Antiochi Philometeros, in medicamento anodino Κάλλιστα dicto: rursum in Zenonis, Aetij, Theriacis: quod etsi vt Petroselinum

[n] Phu. aduersus venena parum aut nihil profit, ad alios morbos non parùm iuuat.

Malabathrum Pro Malabathro, vt benè à Maioribus nostris visum est, ponendam censuimus Spicam. Habet enim Folium eandem cum spica facultatem, teste Gal. lib. 6. de simpl. Idem scripsit Paul. in succedaneis. Quod si ęqualem vel similem habet facultatem, frustra additur Macis, cùm neque addendum quicquam dicat, neque

[o] Carpobalsamum. detrahendum. Auicenna post Malabathrum addit Epithymum, qua ratione nescio; quemadmodum & Moschum post Piper longum.

Hypocisthis. Hypocisthis etiam sub Ledo reperitur, quod Cisti species est, longiora habens folia & glutinosa.

Nardvs nostra Celtica ea verè est quam antiqui Celticam vocauerunt: non igitur reijcienda: neque audiendus Marcellus, qui negat Spicam nostram esse Celticam. Rarò autem visitur, quia in summis montibus nascitur quos perpetua nix ferè obsidit. Radix sumenda.

[i] Pro Terra Lemnia sumimus Bolum preparatum, vt Gal. docuit, neque tam ob causam vituperanda est hęc terra, quòd à Lemno non aduehatur. Est enim hęc terra medicamentosa, lutumque cum aqua ex ea sic quod habet deficcandi facultatem, & astrictionem non contemnendam, qua catarrhos sistit: prodest tempore pestis. Vt in summa dicam, mallem hac vti quàm Terra sigillata egregiè adulterata. Rubrica Lēnia à Gal. vocatur.

[k] Difficilius fuit iudicare quid pro Chalcithide accipiendum esset, cùm Atramentum Sutorium quod χάλκανθον, σῶρυ, μίσυ, χαλκῖτις parum ab inuicem differre videantur. Et quanquam non grauis esset error, si χάλκανθον, vel μίσυ, vel σῶρυ, pro Chalcitide posuissemus (sunt enim facultatis eiusdem) tamen Chalcitin veram maluimus accipere, quam (vt pręcipit) assari curauimus, & quod magis spumosum erat accepimus. χαλκῖτις Vitreolum Romanum non est, quanquā easdem habeat facultates, sed Chalcanthi videtur species; quę vrenda est donec nihil viridis appareat estq; χαλκοειδής, id est, similis æri. Vrunt Pharmacopœi Chalcitin donec rubra fiat: sed ineptè illi: non enim vsque adeò est adurenda. Ait enim Gal. vrendam donec fiat cineritia & amittat viride, vt ostendat quantitatem adustionis. Non itaq; legimus tosta; & non, vsta, vt est apud Gal.

[l] Quid sit Amomvm, vt ingenuè fateor ignoro: malo enim meam fateri ignorantiam, quàm studiosis hac re aliquomodo imponere. Non me latet multos fuisse in Gallia & in Hispania qui se inuenisse gloriantur: cùm nihil minus fecerint. Nam semē illud quod pro Amomo monstant inodorum, nigrum, lene, gustu neque acre neque erodens est, cùm debeat esse candidum, modicè rufum, semine plenum, vuarum racemis simile, ponderosum, odoratissimum, acre gustu & erodens. Nos pro Amomo Acorum posuimus. Amomum, vt inquit Gal. Acoro similem facultatem obtinet. Ergo Acorum pro Amomo nefas non erit ponere. Sunt qui Amomum Rosam Hierichontis dicant, quod carè admodum venditur, ob id quod mulieres fabulentur conducere ad partum. In Alexandria frequens; & ad nos adueheretur, si præmoniti essent mercatores.

[m] Mirabitur aliquis quod pro Acoro in omnibus locis Galangam crassam, non vulgarem illam radicem posuerimus. Sed ne id temerè factū existimes, sciendum est, hanc vulgarē radicem Acorum non posse esse, tum quia rubra est, & ingrato odore: cùm vera Acorus albā habeat radicē, gustu acrē, odore non insuauem, vt ait Diosc. Cum autē hęc omnia in Galanga manifestissimè inueniantur, &, vt Musa testatur, florem croceum & folia Iridis angustiora habeat, Acorum dicimus esse.

[n] Etsi Fuchsius Valerianam neget esse Phv, Valerianam pro Phu posuimus: non enim valet eius ratio. Phu caulis λεῖος καὶ τρυφερός, id est, lenis & tener existit. Valerianæ caulis angulosus: cùm herba & lenis & quadrato caule possit esse. Quod de floribus dicit similes Narcisso non esse, verisimile videtur: flores tamen habet pallidos, sicut & Narcissus: quod sufficit, cùm omnes alię notæ nullo pacto discrepent.

[o] Carpobalsamvm vulgare nullam aut paucam vim habere videtur, & puto semen esse Terebinthi. Eam ob causā Cubebas vulgò vocatas ponendas dixerim quę forsitan veriùs sint Carpobalsamum, quàm Carpesium, nisi

nisi reclamet Actuarius. At Gal. lib. de Antidotis Carpesium dicit esse herbam Phu appellato genere similem, validiorem tamen, atq; aromaticum quiddam plus olentem. Et eodem loco: Tenuia quædam Carpesij sarmenta Cinnamomi virgultis similia sunt: non semen igitur potest esse. Cubebæ autem non multum viribus & temperamento differunt à Carpobalsamo. Diosc. ait Carpobalsamum adulterari semine Hyperico simili, quod Terebinthi semen esse videtur, vt ex Theophrasto patet.

ᵃPro ACACIA Prunellorum succum ponere non est absurdum. Potest & Rhus pro Acacia poni quia vt ait Diosc. Folia Acaciæ effectus præbent, vt in succedaneis reperitur succus Lentisci.

ᵇBITVMEN IVDAICVM Græcis ἄσφαλτος communiter laudatur quòd purpuræ modo splendet. Nigrum adulteratum est. Sed cùm aliud non adueharur nisi pice imbutum, dosin augere oportet. Eiusdem facultatis est cum Pissasphalto, quod vulgò Mumiam appellant. Pissasphaltum autem mediam facultatem habet inter Picem & Asphaltum: eam ob causam Auicenna & quidam alij pro Bitumine Mumiam ponunt. Asphalton deprehendes ex odore Trifolij fœtidi quod à Bituminis odore ἀσφάλτιον dictum est. Quod ad nos adfertur Pissasphalton est. Cùm Diosc. ait probari si purpuræ modo splendeat, non ita intelligendum est quasi velit habere purpuræ colorem, sed quod in sua nigredine splendeat vt Purpura in suo colore, aut quod simile sit purpuræ exsaturatæ, quæ quodammodo ad nigredinem tendit. Huiusmodi locis prouenit, vt in Auernia, &c.

ᵈCENTAVRIJ TENVIS folia & flores ponimus non radices, quas tanquam inutiles reijcit Gal. & Diosc. etsi Lumen illud Pharmacopolarum aliter sentiat.

Ne quis nos reprehendat quòd ARISTOLOCHIAM tenuem, non Clematitin aut Rotundam vt in lib. ad Pamphilianum scriptum est, adieceremus: non enim id temerè factum est: Nam in carminibus scriptum inuenimus καὶ λεπτὴν [illegible]: & ad Pisonem tenuem dicit: huc accedit quod de Clematiti aut Gal. Quæ Clematitis appellatur, fragrantior est ita vt ad vnguenta vtatur Vnguentarij; sed ad sanationes infirmior. Hic autē non ad voluptatē sed ad sanitatē ponitur: tenuis igitur ponēda est; castigandusq; est locus ille, ne parùm cauti fallantur. Interpres Centunculum vertit: Centunculum autem Latini appellant Gnaphalion. Si autem addatur Gnaphalion id erit præter Andromachi aliorumq; mentem. *Nec interpretibus semper fides est adhibenda, etiam si Græcæ & Latinæ periti sint. Malim enim illos minus disertos esse, & rerum bene peritos: hi siquidem solo ipsorum in nominibus dumtaxat consulunt, illi autem in rebus & sæpe in vita.* Hic itaque neque rotundam Aristolochiam neq; Clematitem aut Pistolochiam, quæ vnguentis parandis aptiores sunt, imponemus: sed longam dumtaxat Aristolochiam, siue tenuem, quæ ad medicamenta conuenit. Proueniunt autem omnes Aristolochiæ species, quæ quatuor sunt, frequentissimè agro Mompeliano Quam pro longa pingit Fuchsius, Clematitis est.

ᵉQui Cornicum oculos configunt hunc CALAMVM ODORATVM reijciunt, non quia inefficax sit, sed quia Calamus araneis non est plenus. Fieri autem possit vt Calamus dicatur. Eius autem radix tantùm est in vsu, vt de Spica admonuimus. Sin tibi hæc ratio non placet, aliam accipe. Duæ sunt species Calami odorati: Alterum quòd à Gal. describitur: Alterum in Mœotide nascens, radice subalbida, sine calamis, intus plena & amara, specie acori: quem Calamum falsò quidam Acorum esse putauerunt, in quorum numero fuit Manardus qui pro Acoro Calamum aromaticum semper posuit. At vtrumque genus Acorum odore superat, non igitur reijcienda hæc radix, cùm Calami sit radix.

XYLOBALSAMVM hoc communem, verum sit nec ne, incerti planè sumus: nam quicunque de Balsamo scripsere inter se dissentiunt Quod inefficax sit, facilè quilibet iudicare potest ex odore, sapore & crassitie partiū. *Xylobalsamum* Sin autem pro eo ligno incognito & adulterato Zedoria vulgo dicta quis vti voluerit, sine noxa poterit. Zedoaria enim cal. & sic. est in secundo ordine, vt Xylobalsamum valet aduersus venena, & pestem. Commodè itaque illa vti possumus, quandoquidem temperamento & viribus respondeat Xylobalsamo. Non autem in omnibus sumenda pro Xylobalsamo: sed hic, quia iam semel in hac compositione posita sunt succedanea eius, maluimus hac radice vti. *ᵃAcacia.* *ᵇBitumen Iudaicum.*

De AMARACO si Nicolaus Præpositus dubitet, non mirum est, cùm res admodum obscura sit, & ad iudicandum difficilis. Nam Diosc. Plin. Columella, Lucret. Virgil. Diocles medicus, vno ore Amaracum Sampsuchum appellant. Gal. tamen & Paulus diuersas herbas tradunt. nam in tertio ordine calef. & exsic. Sampsuchum collocant, Amaracum verò in secundo siccare & tertio calefacere volunt. Amaracus Gal. & Paulo Matricaria vulgaris est, & Parthenion Diosc. atque vtramque ponemus: quanquam non multum referret si neutra poneretur, nam vt Gal. testatur, multi suo tempore & Marum & Amaracum reijciebant. *Amaracus.*

Hæc sunt, Candide Lector, quæ cum festinatione quadam annotauimus. Et hoc est Exemplar eius quę ex Concilio Doctorum Mompeliensium dispensauimus.

ᵈCentaurium minus.

Theriaca Andromachi quæ γαλήνη, id est, Tranquilla cognominatur.

Rec. *Pastillorum Scillinorum. drach. 48.*
Pastillorum Theriacorum
Magmatis Hedychroi
Piperis longi
Opij singul. drach. 24.
Rosarum siccarum
Scordij Cretensis
Seminis Napi
Iridis Illyricæ
Agarici Pontici
Cinnamomi
Glycyrrhizæ sicci
Opobalsami Singul. drach. 12.
Myrrhæ *ᵃut Grammatici.*
Croci
Gingiberis
Rhapontici, non Rhabarbari vt habet Cordus: consule Anersiaria nostra
Radicis Quinquefolij
Nepitæ, siue Calaminthæ montanæ
Marrubij
Petroselini Macedonici
Stœchados *ᵉCalamus Odoratus.*
Costi
Piperis albi
Piperis nigri,
Dictamni Cretensis
Iunci odorati
Thuris
Terebinthinæ *ᶠAlij nigræ.*
Cassiæ
Nardi Indicæ sing. drach. 6.

Polij Cretensis
Seselios
Styracis
* *Seminis Apij*
Thlaspi
Ammeos
Chamædryos
Chamæpityos
Succi Hypocistidis
Malabathri
Nardi Gallicæ
Radic. Gentianæ
Anisi
Mei Atamantici
Seminis Fœniculi,
Terræ Lemniæ
Chalcitidis tostæ
Amomi
Acori
Phu Pontici
Carpobalsami
Hyperici
Acaciæ
Gummi
Cardamomi sing. drach. 4.
Seminis Dauci
Galbani
Sagapeni
Opopanacis
Bituminis
Castorei
Centaurij tenuis
Aristolochiæ tenuis sing. drach. 2.
Mellis Attici despumati vnci. * *C. L. hoc est lib. 12. vnci. 6. alib:* Rondel. *lib. 10. tantum habet, &* Cordus *14. vnci. 3. hoc est triplum. drach. C. L.* (margin: * *Hic drach. pro vnc. errone posita.*)
Vini Falerniq; s.

* Apij semen in alijs exemplaribus deest: Quidam pro Petroselino vtuntur.

ADMONITUM autem hic velim Lectorem, vt huius Compositionis normam exactè contempletur, quæ illi plurimum prodesse poterit in alijs Medicamentis dijudicandis. Omnes enim hic ferè traduntur Canones qui in huiusmodi compositionibus tradi solent. E quorum numero paucos colligemus, vt memoria suppeditabit. (margin: * *Theorema.*)

Primum itaque in omni Compositione id obseruandum, vt præcipua & veluti totius medicamenti fundamenta primo loco ponantur, quod hic etiam obseruatum est in Pastillis Scilliois & Theriacalibus, Iuuat enim plurimum non in Compositionibus solùm, sed in reliquis omnibus, si aptus ordo seruetur. Paraturus igitur medicamentum in summis digitis habere debet quæcunque illud ingredi debeant, & ex his considerare quæ decoctionem ferre possint, quæ minimè: Ex his rursus quæ decoctionem ferunt, ea primo loco imponat quæ diutius decoctionem ferunt, vt radices densas & inodoras: Odoratæ enim & raræ decoctionem non ferrent: Deinde ea iniiciat quæ minus coctionem ferunt, vt herbas: Postremò quæ nullam omnino. Præterea quæ simpl. maiori quantitate assumuntur, ea primo loco imponenda: quæ minori, secundo loco, atque ita deinceps gradatim: Vt in hac Compositione est obseruatum. Eius enim prima dosis est drachmarum 48. Altera 24. tertia 12. quarta 6. quinta 4. vltima (melle dempto drachmarum 2. Sed & alius Canon obseruandus est, & hic obseruatus, nempe: Ea quæ ad alterationem ponuntur, maiori debere esse quantitate: quæ verò ad castigationem, minori. His annexæ sunt regulæ generales ad maiorem institutionem.

THEOREMATA SIVE PRÆcepta duo ordinis aut dispositionis Simplicium Medicamentorum desumpta ex libro de Ponderibus Dom. Rondelletij *fol. 46. facie 2. a.*

THEOREMATA duo sunt in hac respectanda, quorum vnum & magis necessarium vt imperitiæ iuniorum Pharmacopolarum subueniatur, à benè parandi ratione desumetur: Alterum à quantitate vel dignitate medicamentorum tam simplicium, quam compositorum, quæ, ratione compositionis faciendæ, simplicium conditionem præ se ferunt. Ad primum veniamus, illudque ita constituamus. Quæcunque accuratiori, & longiori præparatione egent, ea priorem locum debent obtinere, hoc est si quid difficilius triaretur, infundatur, coquatur, aut misceatur, prius trituratiooi, infusioni, coctioni, mixtioni est mandandum: quod vt indicetur inter triturandа, infundenda, coquenda, miscenda, prius scribatur. Si autem infundendorum, vel coquendorum vel miscendorum vnum aliquod, breuiori infusione, vel coctione, vel mixtione egeat, & præterea trituratione, hoc postponatur duplici de causa, vna quæ iam dicta est, altera, vt dum alia infunduntur, vel coquuntur, vel miscentur, hoc triturari possit: sicque nulla fiat temporis iactura, cuius metu sæpenumero Pharmacopolæ, tanto cum scelere, omnia perturbant, vt eorum quæ minus coquenda sunt, sæpe vis prorsus deperdatur nimia coctione: contra ea quæ longissima coctione egent, cùm eorum vis, à mediocri etiam eius non possit, quanta necessaria est non extrahatur. Quod idem in alijs preparandi formis euenit. Quam rationem hodiè a quam plurimis, dicam, Empiricis negligi apparet, qui infundunt simul, & decoquunt guaiaci rasuram, santalos, cinnamomum, sennam, & alia multa, quorũ vel ea quæ sunt odorata, & laxantia vim suam amittunt, vel alia non satis decoquuntur, vel vtrunque contingit. *Secundum Theorema est, vt ea, quæ maiorem sui quantitatem toti compositioni tribuunt, & nobiliora sunt, priorem sedem occupent: quod est erutum ex præscriptis antiquorum, qui in componendis medicamentis hoc solum spectarunt, tantum excipientes ea quæ materię vire, aliquando in fine colloquantur. Vt videre est in descriptione Pilularum de hermodactylis, apud Mesuem: recipiunt enim primo ordine hermodactylorum drach. 5. deinceps alia in medijs sedibus sequuntur, pro maiori, & minori quantitate: tandem aloe, quia materię vices gerit, ad drach. 10. ponitur. Idem factum est in Pilulis fœtidis, in quibus Spica Nardi ponitur in prima sede, ob quantitatem, & nobilitatem. In Aromatico rosato maiore ex descriptione Gabrielis, rosæ in prima sede positę, reliqua copia superant. Idem in Antidoto Philonis, apud Mesuen, piper album, & hyoscyamus, obtinet; in qua compositione manifestè apparet ordo medicamentorũ seruandus secundum maiorem & minorem quantitatem, ita vt maxima quantitas primo loco ponatur, minima vero vltimo, cum piperis albi, & hyoscyami hic recipiantur ana. drach. 20. Opii, drach. 10. Croci, drach. 5. Spicę, Pyrethri, Castorei, ana, drach. 1. In Theriaces descriptione hoc palam fit: sed quia ea est longior, vtq; mos antiquorum melius innotescat, non me tędebit separatim, eam transcribere,

transcribere, & crassa Minerua excutere doses, exactè eius castigationem, & rectum componendi modum, proprio opusculo, tradidi. Animaduertendum igitur est * antiquos, posteaquam se ita collocationi petendæ à sola quantitate addixissent, vidisse demum, rationem præparandi, & in hac re ordinem esse apprimè necessarium, coactosque fuisse multa verborum congerie explicare, quod ipse in scribendo ordo indicare potuisset: & is mos eos excusauit in magnis compositionibus faciendis, cùm neque forsan solus ordo satis id indicasset. Sed cum in illis, quę ad horas præscribuntur, hoc fieri non liceat, neque etiam ipsi fecerunt in iis, quę nobis scripta reliquerunt, nisi admodum paucis: in eo, quod mox dicturus sum, totus collocationis cardo vertetur, vbi annotauero, antiquos minus benè, & comptè fecisse qui aliquando dosim medicamentorum, quorum idem ordo erat, diuiserunt: vt in Theriaca videre est, rosarum siccarum drach. 12. iridis illiricæ drach. 12. cum per ana, quod sic notatur, ana. vno numeratore designare potuissent. Nec mihi minus ridendi, qui idem hodie faciunt, nisi id præparationis ratione fiat, videntur. Igitur, secundum Theorema priori adiungentes, hunc ordinem in præscribendo constantissimè obseruemus, vt primo ordine collocemus ea, quę longiori egent præparatione, in hoc autem rursus id consideremus, vt eandem præparationem postulantium ea primum ponantur, quę maiorem copiam requirunt. Eandem præparationem, & quantitatem requirentium, & mensurandi modum vt li. vel vnci. vel M. vel P. ea prima collocentur, quę commoditate, aut nobilitate aliqua præstant. Sicque fiet vt manum præscriptionibus admouentes, nullo pacto hæreamus mente, ab hocne, vel illo ordiendum sit: sed cognito scopo, medicamentique proprietate, & nobilitate, statim ab eo quod opus est, initium faciemus id quod erit vice materię, siue vnum, siue plura id faciant, si in eo vel coctio, vel infusio, vel mixtio sit facienda totius compositionis. Primum omnium: si autem infusum, vel decoctum, vel tota mixtio iam facta, ei sit adiungenda, vltimum, quantæcumque sit copię, & quantitatis collocemus. Quod vt exemplo aliquantulum illustremus, id petamus à re quę est frequentior, videlicet plantarum partibus: vt cum earum radices duriori sint substantia, & magis cruda, longiorique decoctione, & trituratione egeant, proinde in prima sede ponantur, præcipuè quæ aperiunt, & incidunt, tum ligna non odorata, & cortices: deinde folia herbarum: tertio loco fructus: quarto semina: vltimo flores, & quęcunque sunt odorata, vel laxantia, quodi facit vt radices inde patiantur exceptionem, laxantes enim primo loco non ponuntur. Denique ratio præparationis tantùm potest, vt nihil tam generale adferri possit, quod frequenter non patiatur aliquid peculiaris, & singularis doctrinę: vt si quid ad alicuius medicamenti meliorem, vel faciliorem actionem faciendam, vel castigandam adhibeatur, cuiuscunque sit quantitatis, id quod habet castigandum illo eo sequatur necesse est, vt eius vis non nisi castigata, & & melior facta, ne tantillum quidem extrahatur, vt Zingiber, & sal gemmę mox post agaricum: spica, & cinnamomum post Rhabarbarum: castoreum crocus, & myrrha post opium, & sic de similibus.

* Primum, id animaduertendum est quod in prima acie descriptionis Theriaces est positum, esse in maxima quantitate: id autem factum fuit forte, quod medicamentum ex Scilla, scopis magis conuenit, facta enim est hęc compositio primum ad venena, & morbos contumaces, & diuturnos, sed Trochisci de scilla venenis frigidis manifesta qualitate aduersantur, item puncturis, & morsibus venenatorum animalium. Nec minus valet ad humorum contumaciam: tales enim morbi sunt à crassis, frigidis, & viscidis humoribus, vel in remotis, & profundis partibus sitis, ad quas causas valet potissimum scilla incidendo, attenuando, & ad altas partes penetrando, digerendoque humores crassos. In secundo ordine, Trochisci theriacales, & Magma hedychroi cinnamomum, piper nigrum, vel longum, sed longum magis conuenit, & descriptio quę legitur apud Galenum ad Pisonem, & apud Auicennam longum habet: tum descriptio carmine scripta, conuenit enim magis antidotis longum, si Dioscoridi credimus. Hęc omnia cum Trochiscis de scilla, & ad venena, & ad morbos contumaces, conueniunt. Opium autem in hac descriptione, vt præcedentia ad drach. 24. ponitur, quia hęc compositio ad dolores sedandos parata est, vnde nomen sibi γαλήνη quod transcribunt Latini Galene, comparauit, quia tranquillitatem adferat: & propter vim Opij, & ad veneni præcautionem, & curationem facit, vt ex Galeno colligimus. * Valet enim Theriaca, eodem teste, cum recens est ad venena: cum vero antiqua ad morbos diuturnos. Quod si recens valeat & venena, id fit propter vim Opij, quæ maior est in recenti quàm in antiqua. Et mihi placet Iohannis Schironi ratio nostrę quondam Academiæ Cancellarii eruditissimi, qui dicebat opium additum istis magnis compositionibus, magis esse ad vires calidorum medicamentorum conseruandas. Calida enim, & quę tenuium partium sunt, continuo exoluuntur ab aëre ambiente, quæ semper agit in medicamenta. Quare cum tot sint in hac compositione calida, & anodyna fortissima esse debeant: nemini mirum esse debet, quod ad drach. 24 opium posuerint. Hanc rationem non norunt, qui ex Tryphera magna opium expungunt, etiam si ad affectus vteri præscribatur. Nam si tantopere narcotica verentur, cur mandragoræ corticem non expunxerunt? non enim minus vtero sua frigiditate aduersatur, quam opium. Sed hęc missa faciamus, & ad reliqua veniamus. Iris illirica, & glycyrrhiza, opobalsamum, rosę aridę, scordium, semen napi, vel rapæ agrestis quod magis conuenit, vel quia minus aduersantur venenis, vel minus conueniunt quam supradicta, vel ad meliorem actionem tantum, adhibentur, dosim habent dimidiam secundę doseos, vt secunda primę item est dimidia, scilicet drach. 12. Quæ sequuntur drach. 6. recipiunt, hoc est dimidium præcedentis dosis. Quæ sequuntur hanc, eadem quantitate ponuntur: sed censeo omnia iungenda, quæ eiusdem sunt quantitatis, alioqui sunt, duæ classes eiusdem ponderis in eodem medicamento, quod ridiculum, vt iam dixi. Quinti vero ordinis pondus est drach. 4. quia quæ ponuntur in hac classe, partim ingrata, partim cara, partim efficacissima sunt: quare si præcedentium copiam essent secuta, maior eorum quantitas fuisset quam par erat. Chalcitis enim suo odore, sapore, adstrictione periculosa est, alia autem sunt efficacia valde colfaciendo, vel adstringendo, quare minori quantitate posita fuere. Quod si præcedentem progrediendi modum secutus fuisset, prioris dosis dimidium sumendo, minori iusto quantitas fuisset assumpta, ob id non drach. 3. sed drach. 4. posuit. Quæ sequuntur, vel quia fœtida, vel suo sapore, vel consistentia ingrata ad drach. 2. ponuntur, dimidium scilicet proximè præcedentium: sunt autem semen dauci, bitumen, opopanacum, castoreum, centaureum minus, & aristolochia: hæc efficacissima sunt, & ingrata: quare minima quantitate, & vltima sede ponuntur. Vnde apparet illius theorematis veritas, quòd docebamus efficacissima,

Margin notes: * *Antiquorum mos.* — γαλήνη — * *Quare primi ordinis tanta quantitas.*

ma,

ma, & ingrata, & cara, & scopo minus conuenientia, in parua quantitate esse imponenda. quod autem Mellis li, 14.* ponat, ostendit illud theorema verum esse, quod de materia remediorum diximus, nempe materiam vel quæ materiæ vices gerunt, quantitate reliqua medicamenta superare debere. Quod vinum addiderunt sine quantitate, id factum fuit, quia quantitas indicari non potest: ponenda proinde ea erit quæ necessaria est ad diluendam medicamenti spissitudinem. Mel enim inspissat, conseruat, & dulcorat tantum: & quia aliquando crassius, aliquando liquidius, aliquando etiam plus vini, aliquando minus imponimus. Quare nemini mirum esse debet, si semper vini, mellis, syrupi, sacchari, olei, & ceræ, quantitatem non annotemus, sed quod sufficit dicamus. Hic præterea notare oportet, herbas pondere mensurari: quia siccæ viurpantur: item radices, fructus, flores, semina & lachrymas etiam pondere. Chalcitis semiusta in hoc remedio ponitur, quanquam inter venenosa annumeretur, valet enim ad fungos. Multa etiam alia hic annotare possem, quæ in castigatione huius nobilis compositionis docemus. Sed quia hęc præter institutum sunt, silentio pretereo.

* Alias 10.

Sed de his hactenus: nunc Theriaces facultates breuiter persequantur.

Facultates.

THERIACA MAGNA ad eadem valet ad quæ Asyncritum: efficacior tamen est ad omnia; sed eædem hic obseruandæ limitationes quę illic sunt; an scilicet recens aut antiqua. Recens enim, vt frigidior est, sic ad morbos calidos conuenit; Antiqua frigidis opitulatur: quæ mediæ ætatis est, morbis medio modo se habentibus confert. Sed neque id nouisse sufficit: nam proprijs cuilibet affectui medicamentus commisceri debet: Exempli gratia: si ad fluxum sanguinis, cum aqua bursæ pastoris misceatur, & sic de reliquis.

Apoplexiæ prodest si valde antiqua detur: quia in tali affectu egemus attenuatione humorum crassorum Apoplexiam comitantium.

Epilepticis conuenit recens; etiam si Epilepsia sit à nimio sensu, nam recens obtundit sensum illũ exactum. Si verò fiat ab humore crasso (quod scio rarissimè accidere) exhibenda antiqua.

Raucedini vocis si a crassis humoribus fiat, conuenit antiqua; sin à defluxione tenui recens.

Asthmati recens, si à retentione calidorum; sin à crassis humoribus, antiqua. Ictericis & Hydropicis antiqua.

Peripneumonicis & Pleuriticis recens datur in principio cùm tales affectus fiant per defluxionem, idque cum aqua hordei.

Iliosis recens, quia inflammatio est. Dysentericis recens cum succo aliquo refrigerante. Nephriticis recens ad sedandum dolorem.

Menstrua educit antiquissima, neque solùm educit & prouocat menstrua; sed & immodicas mensium fluxiones sistit, vt inquit Gal. lib. de Theriaca ad Pison. Mistam variamque facultatem, inquit, habet. ideo alia diffundens extenuansque cogit excerni, alia quæ ob natiuæ virtutis imbecillitatem superflua excernuntur, viribus partium confirmatis solet inhibere.

Lepras & Variolas emendat antiqua.

Præcipuè contra omnia venena recens, quia venenum est tenuissimarum partium: Tota itaque cura consistere debet in conseruando corde, ne ad illud scilicet penetret vis veneni. Incrassandi sunt ergo meatus: hoc autem medicamentum recens non modo incrassat, sed & refrigerat, verumque est Alexipharmacum.

Omnem defectũ sensuum leuat antiqua: Recens enim magis sensus stupefaceret. Retardat senectutem, inquit Gal. quia excrementa corporis absumit, & euacuat.

Quartanis frebibus & contumacibus soluendis apta est Theriaca antiqua (quod experientia comprobatum est Mompelij 1551.) vbi iam apparent signa concoctionis. Cum enim Pharmacopœus quidam iamdiu laborasset quartana inexpugnabili ea solutus est media hyeme solo vsu triduano Theriacæ à nobis præscripto.

Expertus sum præterea dysenteriæ conuenire.

Acceperat enim Scriba quidam satis inconsultè drach. 2. Colocynthidis, vnde in Dysenteriam inciderat. Præbui illi drach. 1. Theriacæ nuper paratæ, & conualuit eo solo remedio adhibito.

Rursum ederant quidam salsamenta putrida, è quibus duo obierunt, tertius me consultò, romitione facta Theriacam sumpsit, & curatus est.

Vt autem finem dicendi faciam recens valet aduersus venena: antiqua vero aduersus morbos diuturnos & inueteratos.

Reijcio eorum sententiam qui Theriacam pueris recens natis præbent, ne sint obnoxij (vt aiunt mulierculæ) venenis.

Data enim pueris iam primum in lucem editis calorem natiuum obruere potest recens, cùm frigida admodum sit. Antiqua verò sua caliditate euanescere faceret eundem calorem.

Varia autem eius est dosis quæ à multis indicationibus sumitur. Si enim affecta pars sit remota, ratione optima dabitur maiori quantitate, quam si sit propinqua, vt si ad Podagrã dari debet maiori quantitate quàm si ad Ventriculum. Recens item minori quantitate danda est quam antiqua. Recens enim periculo non vacat; at antiqua ratione caliditatis naturæ amicior est. Calidum enim quodam modo secundum naturam est.

Hęc sunt Theriacę commoda quæ persequi nobis libuit. Plura require apud Gal. de Theriaca ad Pisonem, qui sigillatim eius facultates describit.

Theriaces & Methridatij miscendi paraandiq; ratio.

PRimarij huius nobilissimi Antidoti concinnatores Veneti, terenda duriora & crassiora, ordine contundunt; atq; in lebetem iustæ magnitudinis indunt, permiscent; quæ deinde in * varijs pilis æneis siue mortarijs, exactè & operosè ab operarijs tunduntur; humidis siccis immixtis distribuitiq; & pilis inter tundendum Opobalsami succedaneo inunctis, ne pilis & pistillis adhæreant, & pollinis instar exhalent.

Olibanum, Gummi, lachrymas per se teruntur; ne cum alijs trita coeant, aut cohærendo in grumos coalescunt, cribrationemq; impediant.

Agaricum prius derasum, teritur & cribratur, aut Cerusæ modo ad Emplastra, fricando per setaceum traijcitur.

Trochisci per se teruntur

Sagapenum, Galbanum & huiusmodi lachrymis

chrymiæ vino passo siue Cretico soluuntur, & per cribrum fricando cernuntur.

Styracis dosim quidam auarè sordidi augent, qui Styrace purissima, in guttis vocata (repertu sedulis tamen hodie facilis) carent: quam exactissimè terunt, mortario & pistillo calefactis, æquali affuso mellis defæcati pondere; per setaceum traijciunt, cui deinde Terebinthinam fælicius miscent, quam Galbano, ex *Galeni* tamen præcepto.

Quidam Bitumen hodie, si liquidum sit quale est illud Gallicum Auerniense miscent cum Terebinthina & præparata siue transcolata Styrace. Si verò durum aut aridum sit, cum Calchitide in marmoreo lapide læuigant.

Theriaca Diatessaron Mesuæ.

Rec. Rad. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ veræ, ana, vnc. 2.
Mellis despumati opt. vnc. 24.

Inclyti collegij Medici Londinensium
THERIACES *formula.*

ANnectere etiam visum fuit vtilissimum alexipharmacum, ab inclyto Medicorum Londinensium collegio, epidemicis contagiosisq; febribus grassantibus, ciuem etiamq; egenum seruandi gratiâ, scitè excogitatum. Eadem ferè recipit, ijsdemque pollet, quibus Fracastorij Diascordium, & solennè receptumque celeberrimum quorundam practicantium Belgij, & Dodonej ad Pestem Electuariũ, Carlinæ radice addita, siue tamen Opio.

Huius autem descriptio, fauore clarissimi doctissimi & perhumani V. Doct. *Rich. Faunteri*, Præsidij & Professoris præfati Collegii Medici, nec non veteris amicissimi viri D. *Hugonis Morgani*, S. *ELIZABETHAE* summæ memoriæ quondam Pharmacopej Reginej, artis suæ peritiss. & fidelissim. accepta est. Ab effectu Theriaca vocata, quia nullas venenatas bestias recipit.

Rec. Cornu Ceruini lima detasi, vnc. 2.
Seminum { Citri, Oxalydis, Pæoniæ, Ocimi, } ana. vnc. 1.
Scordij,
Corallinæ, ana. drach. 6.

Radicum { Angelicæ, Tormentillæ, Pæoniæ, }
Foliorum Dictami,
Baccarũ { Iuniperi, Lauri, }
} ana. vnc. ß.

Florum { Calendulæ, Caryophyl. Anthos, }
Sũmitatum Hyperici,
Nucis Moschatæ,
Croci,
} ana. drach. 3.

Radicum { Gentianæ, Zedoariæ, Zingiberis; }
Macis,
Myrrhæ,
Scabiosæ, Succisæ,
Carduj benedicti,
} ana. drach. 2.

Caryophyllorum,
Opij, ana. drach. 1.

Omphacij &
Mellis optimi, ana, q. s.

Mithridatium Democratis.

Rec. Myrrhæ selectissimæ,
Croci
Agarici
Zingiberis
Cinnamomi,
Spicæ Nardi
Olibani
Thlaspios, ana. dr. 10.
Sesleos Massiliensis aut Aethiopici,
Opobalsami
Schænanthi
Stæchadis
Terebinthinæ
Galbani
Costi
Piperis longi
Castorij
Succi Hypocistidis
Styracis Calamitæ,
Opopanacis
Folij ana. drach. 8.
Xylocassiæ,
Polij
Piperis albi
Scordij
Seminis Dauci Cretici
Carpobalsami
Cypheos
Bdellii, ana. drach. 2.
Nardi Celticæ
Gummi
Sem. Petroselini
Opij
Cardamomi
Gentianæ
Dictamni Cretici
Seminis fœniculi
Foliorum Rosarum rubr. ana. drac. 5.
Anisi
*Asari
Acori
Phu
Sagapeni, an. drach. 3.

Mej

Mej	Hyperici, an.dr.2.ſ.
Ventris Scinci	Vini, q.ſ.
Acatiæ	Mellis q.ſ. hoc eſt
Seminis & floruni	triplum.

** (Omnes alij Ari legunt) Sed cum Coudenbergio pro Ari, Aſari legendum cenſerem: Aſari autem radix maxime aromatica & medicata, cum quadam odoris gratiæ Nardum æmulante, & antidotis inſeritur, & odoris quadam gratia perdita eſt Dioſcoride teſte.*

Pondus ſpecierum cum lachrymis, eſt vnciarum triginta octo, & drachmarum ſex. Igitur mellis lib.9. vnciæ octo & drachmæ ſex addendæ.

Mithridatica Antidotus

Paratur eodem modo quo Theriaca & omnibus ferè morbis quibus Theriaca auxilio eſt. Sed inferior ad venenatos ſerpentium, rabidiq; canis morſus eſt.

Hanc deſcriptionem ſequuntur Patauini Veneti & pleriq; omnes Itali Doctores, qui Damocratis Mithridatium & Theriacam Andromachi, magnificentia, dignitate, laude, apparatu, diligentia & maximo aſſentante populo applauſu, publicè parari iubent.

L'Obel.] *Antidotus è Iunipero ad Peſtis Contagio.*

Rec. Radicum Angelicæ,
Vincetoxici
Valerianæ
Tormentillæ
Tapſi barbati, ana.vnc.1.
Rad. Carlinæ,
Zedoariæ
Gentianæ
Imperatoriæ
Petaſitis
Helenij, in ſucco Limonũ & Cydoniorum infuſarum ana.vnci.ſ.
Pulegij Ceruini, aut foliorum Dictamni Cretici,
Meliſſophylli
Maioranæ
Menthæ Romanæ ſiccæ
Corticis Citri
Foliorum Rutæ
Scordij vtriuſq; ana.drach.6.
Seminis Citri excorticati,
Seminis Cardui ſancti,
Ocymi,
Oxalidis,
Portulacæ,
Aquilegiæ,
Cinnamomi electi,
Caryophillorum,
Myrrhæ,
Raſuræ Eboris, & Cornu Ceruini,
Succini,
Boli Orientalis,
Terræ Lemniæ ſelectiſſ.
Santali Rubri, Moſchatelini,
Xylo-Aloes primæ notæ,
Florum Anthos
Saluiæ, ana drach.3.ſ.
Fiat omnium puluis tenuiſſimus.

Deinde accipe Granorum Iuniperi pocula decem, Ficuum pingulum, lib.1.ſ.

Contundantur, coquantur in ſ.q.aquæ Reginæ Pratenſis, vel Cardui ſancti & Oxalidis. Deinde colentur limpidiſſimè per manicam Hippocraticam. Colamen lento igne coquatur, donec Mellis craſſitudo fiat, quo puluetes ſupradicti excipiantur, addendo

Methridatij Damocratis vnc.6.
Conſ.Roſ.antiquæ, vnc.12.
Conſer.flor. Anthos, Borraginis, Violarum, Nymphææ, ana..vnci4.
Succi Glycyrrhizæ diſſoluti pauca Roſacea vnci.1.ſ.
Racchari albiſſ.vnc.18. ad mitigandam amaritudinem ingratam.

Aliꝰ duerioribus & minus moroſis additur Aloes ſuccotrinæ ſeſqui vncia.

Pro diuitibus admiſceto Bezar, ſpec:Diambarũ, Diamargariton frig. & Confectionem Alkermes.] *Rondelletius dicit deducere ad cor; reficiunt tamen cordialia permixta alexipharmacis.*

Quidam ſingulis doſibus addunt aliquot guttulas olei Sulphuris.

DIASCORDIVM *Hieronimi Fracaſtorij.*

QVamuis plus ſatis grauentur compoſitis Medicamentis Pharmaceutices Officinæ, & pleraſq; Europeis certiſſimè nobis comprobatum ſit, iniquæ conſcientiæ ſtimulo, Medicis & ægris, ſuppoſititiis imponendo, artis Medendi, proh dolor euerſione, non ſolum medicaminibus illis vulgatioribus ad curandos morbos populares orbatas; ſed omnium neceſſariorum, cùm compoſitorum, tùm Materiæ Medicæ abiectiſſimorum viliſſimorũq; Simplicium, Præſidiorum, morborumque propugnaculorum, etiamque latriniatis, ſumma Reipublicæ ruinâ & perniciociſſima peſte, viduitate teneri: Id quod ſæpe pios & doctos Medicos

Medicos coegit propriâ sua Medicamenta parare, aut sibi fidos Pharmacarios eligere; subiungemus tamen Opiatis Medicamentis Londinensium alexiteria, & Fracastorij Diascordium, quo Belgæ & Itali sæpe vtuntur, sed nullibi magis aut frequentius quam Londini. Laudabilis est Antidotus, & commendatur in ijs, quibus Theriaca locum non habet: vt pueris, grauidis, & peste correptis, deploratisque malignis febribus.

Rec. Boli Armeni, vnc.1.ſ.
Scordii veri, vnc.1.
Styracis Calamitæ drach 4.ſ.
Cinnamomi,
Cassiæ ligneæ,
Dictamni Cretici,
Tormentillæ
Gentianæ
Bistortæ
Galbani
Terræ Lemniæ, ana.vnc.ſ.
Piperis longi,
Zingiberis, ana.drach.2.
Opij,
Seminis Acetosæ, ana.drach.1.ſ.
Mellis albi despumati, lib.2.ſ.
Conseruæ Rosſ.lib.1.
Vini aromatici, lib.ſ.

DE HIERIS.

Characteribus literisuê Romanis, Rondeletiana quæ sequuntur, Chalcographi commodo cuduntur; L'Obelij autem Italicis: nulla autem blandiloquentia aut sedulitate nostra, vnquam præstari potuit, vt operarum fatalis & peruinax, rei tam necessariæ, tanta incuria, non multas authorum varias authoritates characteribus, velim nolim, confuderit.

DE HIERIS.

Aliud Medicamentorum genus est inter laxantia, quod HIERA PICRA dicitur, id est *Sacra*. Conficitur ex amaris; ob id *Picra*, id est, amarâ vocata. Excipiuntur amara in puluerem redacta, & Melle & Vino, vt Antidota: sunt autem huius Medicamenti permultæ Compositiones, quæ ab inuentore, vel à materia, vel à sapore, vel ab eo qui castigauit & meliores reddit nomen sortitæ. Ab inuentore, vt Hiera Hermetis, ab *Hermete*, & Archigenis, ab *Archigene*. A materiâ, *Hiera Colocynthidos*: à sapore *Picra*; eadem *Galeni* dicitur, quod illam castigarit, ac immutarit. Illam paratam ex Colocynthide habere oportet: hæ enim duæ sufficere possunt; verùm ea, quæ Picra dicitur, variis modis apud varios paratur; & a *Galeno* etiam ad ventris corroborationem; ex Aloe lota fit, aliquando ex non lota. Varia item est ob Aloes dosim: nam aliquando ex drach. centum, & aliorum Simplicium ana.drach.6.fit: aliquando ex 80: idcircò differunt. Aliquando cum Croci drach.6.& quandoque drach.5. tantum; vt quando ad dolores capitis, vertiginem & suffocationem paratur. Differt, quod aliquando Asarum, aliquando Carpesium recipit. Expedit ergo (vt *Gal.* docet lib.7.Method.) dupliciter paratam habere, scilicet ex Aloe lota & non lota: quod si triplicem habeant; tanto melius est. Tertia drach. C. Aloes & singulorum drach.6. Cinnamomi, Xilo-balsami, Asari, Spicæ Nardi, Croci & Masticheș, siue ex Aloe lota, siue non lota fiat. Sed ex Croci drach.5. paratam habere, ad dolores qui fiunt a fumis caput ferientibus, optimum est. Hæc descriptio ante *Galenum*, ab *Andromacho* tradita est, & à *Gal.* probatur. Hanc Hieram posteriores *Galeno* ascripsere, *Galeniá* dixere, quam magis probandam censeo, si laxare sit animus: si verò ventrem magis exsiccare & corroborare, illam quæ ex drach. 80. Aloes lotæ paratur. Tunc minus laxat, quia minorem quantitatẽ Aloes recipit, quæ sola vim laxandi habet. Carere possumus ea quæ conficitur ex Aloe lota, quia pilulæ vulgò dictæ DE AROMATIBVS in eius locum substitui possunt, vel augere aromatorum vim vna aut altera drachmâ, & fiet medicamen ventriculum roborans magis, & minus laxans.

Hieræ efficatiores.

Inter Hieras fortiores, magis probata est ab antiquis ea, quæ à Scribonio largo descripta est, nomine Pagnini Antiocheni, quam compositionem vocari dia-Colocyntidem ipse testatur. Dicitur enim Picra à quibusdam, quia amara est. Ab alijs dia-Colocyntidos. Quæ descriptio eadem est apud Paulum nomine Archigenis. Non me latet compositionem dia-Colocyntid. descriptam à Gal. lib. de paratu facilibus, quæ nonnihil euariat, accipere & Cassiam & Cinnamomum, cùm alii tantum Cinnamomum. Gentianam pro Aristolochia, Chamepitym, pro Chamedri, Folium vel Pulegium prætermisit. Adde quòd maiorem quantitatem

Addit. Ron. titatem Colocyntid. recipit. Habet enim Colocyntid. drach. xvi. aliorum vnci. 4. aliquorum vnc. 5. quare cum manifestissimè appareat hæc compositio valdè corrupta, & de libro studiosi dubitent, an genuinus sit Gal. hæc multùm conuenit cum Hiera illa dia-Colochin. descripta à Mesue, quam Rufo tribuit: sed nonnulla sunt mutata, quæ multùm variant compositionem, vt dosis Colocynt. Cassiæ & Cinnamom. Illa Pauli siue Scribonii integerrima est, & paratu facilis. Cuius descriptio talis est,

Hiera Archigenis apud Aegin. cap. 8.

Rondel.

Rec. Marrubii,
Agarici,
Chamedryos,
Carnis Colocynt.
Stæchad. ana. drac. 10.
Opoponac.
Sagap.
Petrosel.
Aristoloch. rotundæ,
Pip. albi, ana. drach. 5.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci, ana. drach. 4.

Opoponax, Sagapenum, & Mirrha contusa in aqua Mulsa macerentur per noctè, & contundantur. Si festucæ sint, calefiant & colentur, aridæ in pul. redigantur, excipiantur melle q. s. & reponantur in vase vitreo. Cùm verò efficaciorem facere voluerit Medicus ad purgandum, * Scammonij aliquam quantitatem ponat, & talis est paranda, quòd fit efficacissima ad morbos contumaces, & à materia frigida. Hæc enim conuenit cum illa Ruffi, Pauli, Iusti, & Antiochi facultate. Non est alia querenda nec paranda, ne Pharmacopola oneretur multis medicamentis inutilibus, in quibus parandis multa sumuntur simplicia. Nos hic Polium pro Folio ponimus, quia Folium verum non habemus, & vt Stechas ac Marub. in hac compositione ad extenuationem ponuntur, non malè conuenit hoc loco. Non me latet, Scribonium largum habere & Paulum, in Hieris Antiochi, Ruffi & Archig. Polium: Quòd si magis placet Folium, pro Folio pone Spicæ Nardi tantundē. Nam vt Gal. lib. simpl. docet) eandem facultatem habent. Et hæc de Hieris sufficiant. Nunc ad alia veniamus, quibus instructum Pharmacopolam esse oportet.

* *Hic ineptè Cinnamomum pro Scammonio legit, neque erratum animaduertit Vecheli correctores.*

De PILVLIS.

Rondel.

Pilulas paratas in officinis habere oportet, tùm quia sicca non tam citò nascentur & vniuntur, ac in vnam contemperationem veniunt, vt illa, quæ vel decoquuntur, vel liquida sunt. Idcirco parare per otium, & paratas habere oportet, vt longa illa mora castigentur & vniantur, cùm propter morborū celeritatem, tùm simplicium saporem ingratum, & odoris insuauitatem, quæ si in pilulas referantur, deuorantur sine sensu saporis, minúsque odorem inspirant ingratum,

Pilularum multæ sunt differentiæ, de quibus omnibus non dicemus, sed de magis necessarijs ad morborum curationem, vel de his, quæ Medicis communi consensu receptæ sunt. Erunt igitur pilul. Communes de Hiera simplici, de Aromatibus, seu Alephanginæ, Assajeret, Mastichinæ, Ante Cibum, Cocciæ de quinque generibus Myrobalanorum, Aggregatiuæ, Aureæ, é Sarcocola, Fœtidæ, de Agar. é Rhab. é Fumo ter. é Lapide lazuli, Lucis, de Euphorbig. Hæ sufficere debent. Multæ enim sunt earundem virium, vt apparebit his, qui diligentius expendere volent facultates simplicium, & illa ad inuicem conferre. Quid opus habere pilulas Sebelinas, si quis pilul. ante cibum habeat? Quid opus est pilul. Indas parare, cùm è Lapide Lazuli paratæ sint? Eadem ferè & Pilul. Fœtidæ maiores. Pilulis de Euphobio carere potest, qui Pilul. ex Agarico paratas habet. Ad euitandam infinitam illam pilul. syluam, nos ad hunc numerum contrahimus reductum ad sex, si Medicorum Collegium voluerit.

De Pilulis Communibus, siue Pestilentibus.

Rondel.

Communes Pil. sunt variæ apud varios autores, sed nos hic Communes pillul. appellamus, quas aliqui Pestilentiales, quòd ad pestis præseruationem valeant. Has Rasis ad Almansorem, lib. 4 tradit. Non desunt, qui putant esse Ruffi, sed toto cœlo aberrant. Nam Ruffus magis potionem, quàm pil. tradidit, vt ex Paulo cognoscere licet. Quare cum sint pil. non debemus pro Croco Ammoniacum ponere, vt quidam magni nominis vir annotauit. Dubitauimus diu, quam descriptionem retinere deberemus. Sunt enim apud Auic. Rasim, & in vulgatis dispensarijs diuersæ. Illam Aulcen. descriptionem non probamus, quia citra pondus aliquod descripta est: quan-

quam

quam intelligat in æquali pondere ponenda esse omnia: Verùm illa rerum proportio non potest probari, quia tantum Croci & Myrrhæ ponere, quantum Aloes, est contra componendorum medicamentorum rationem: scilicet, quòd quæ vincunt, & castigant, vt in istis apparet, sint æqualia his, quæ potissimum agunt; qualis est Aloe. Eadem ratione reijcienda est ratio Dispensariorũ, quæ in dupla proportione Aloêm ponunt, & Myrrhã & Croci; quanquam tollerari potest, Aloes vnc. 2. Myrrhæ, Croci, ana. vnc. 1. Magis mihi arrisit illa, quæ Aloes vnc. 1. Myrrhæ, Croci ana. drach. 1. accipiebat. Illa est vera proportio, vt minus calfaciant, magis moueant aluiexcrementa. Nos igitur sic parabimus.

Rec. Aloes bonæ, vnc. 1.
Myrrhæ electæ, Croci, ana. drach. 1.

cum vino odorato, fiant pilul. vel cum succo Limonum tempore pestis conueniunt; quia propter siccitatem venenis magis resistunt, & minus calfaciunt, mouendo aluum. Non probo illorũ præparationem, qui Aloem abluunt in *Aceto, (ad colorandam Aloen) quia vires laxandi perdit: nec illam Christophori additionem. Addit enim Bolum armenã tempore pestis: Verùm quæ astringunt, sua astrictione, vel proprietate venenis resistunt, vel lentore modico: purgantibus medicamentis misceri non debent, quia eorum vim extinguendo, purgatricem facultatem impediunt: Satius erit illa dare post, vel per se accipere. Non nouit vir ille, an pugnent inter se.

De Pilulis è Hiera simplici.

Pilulæ e Hyera dicuntur, quæ ex puluere Hieræ parantur, & pauco melle *R*osato colato. Quare talis erit earum descriptio.

Rec. Pul. Hieræ Gal. vnc. 1. cum pauco Melle *R*osato colato fingantur Pil. Aliqui, vt Brassauola, Agarici tantum, quantum Aloes ponunt: sed illæ non erunt ex Hiera simplici, sicut nec illæ, quæ in quibusdam locis parantur, ex Hierę *A*garici trochischati, ana. vnc. s. Aloes vnc. 1. Hæ sunt ex Hiera cõposita, non simplici. Quæ autem sit Hiera simplex, & quæ composita, quære cap. de Hieris. Nota in pil. sumi species hieræ simpl. In opiatis autem, compositæ.

Pilulæ de Aromatibus, seu Alephanginæ.

Pilulæ, quæ abluuntur in decoctione multorum aromatum odoratorum, nomen Aromaticarum acceperunt. Conueniunt cum Pil. de Hiera, ex Aloe lota, in corroborando & minus laxando: quare sufficit habere ex Hiera simplici, ex Aloe lota. Si pilulas de Aromatibus parauerimus, ferè eadem descriptio pilul. apud omnes est, paucis immutatis. Myrepsicus Lignum Aloes prætermisit, expunxit Rosſ. & Absynth & ante ablutionem Crocum miscet: cùm alij omnes cum Myrrha & Mastiche, Crocum adijciant. Cubebas interpretantur Cardamomum: quæ interpretatio mihi non placet, quia semen contumax ad frangendum non est: quare omnes aliorum compositiones magis probo, quia Cubebas & Cardamomum habent, Absynth & *R*os. Improbanda est ratio, quæ repugnat his, quæ a Mesue in vsum ducta sunt; quod non differant decoctione odorata. Hic autem diu decoquit; scilicet, donec lib. 12. aquæ ad consumptionem duarum lib. veniant, & tertia remaneat. Aliqui huic errori succurrere volentes, tertiam partem odoratorum pulueriſatorum decoquendum volunt; al eram infundunt, tertiam miscent, & incorporant. Nos verò, ne longius recedamus ab eo, qui illas duas instituit, reiecimus, propterea quòd in prima paucas vires recipit, & multas perdit insolatione: Vltima verò plus vitium recipit ab odoratis. Nos hoc modo commodè parabimus.

Rec. Cinnamomi
Cubeb.
Ligni Aloes, vel *S*antali Citrini,
Calami aromatici,
Macis,
Nucis Moscatæ,
Cardamomi, Caryophyl. Asari, Mastiches, Schænanthi, *S*picæ Nardi, Carpobalsami, ana. vnc. 1.
Absynthij sicci,
*R*os. rubr. ana. drach. 5. terantur crassiuscule, & infundantur in lib. 6. aquæ bullientis.

Post infusionem 6. aut 10. horarum, fricentur manibus, & exprimantur, & colentur. In col. lib 4 inijce Aloes exquisitissimè tritæ, in aqua pluuiæ diligenter lotæ in vase terreo vitreato lib. 1. qua probè exiccata, adde infusionis atomatum lib. 2. In sole æstiuo vel hypocausto sensim affundendo residuum aquę ex infusione aromatum, & ex massa formentur pil. vel si absumpta fit tota aqua, ex aqua Absinthij, vel vino odorato, formabuntur. Has oportet habere paratas, quæ omni tempore non possunt parari: etiam si in hypocausto paremur, vel in furno tepido: commodior tamen præparatio est æstate, sub cane, vt in Diario docebimus.

Pilulæ aßaieret ex Auicenna.

Rec. Hieræ picræ, vnc. 1.
Masticheſ, Myrob. citrinorum, ana. vnci. ſ.

Aloes optimæ, vnc. 2. fiant Pil. cum Syr. è Stæchade. Hæ pil. diſpenſandæ ſunt propter affectus, qui ſunt cum defluxione, vel cum ventriculi remollitione, vel relaxatione: quanquam omni tempore parari poſſint; qui carent eis, addita aliqua myrob. quantitate & Maſtiche ſimiles ſibi parabit.

Pilulæ è Maſtiche Conſiliatoris.

Pilulæ Maſtichinæ à Maſtiche appellatæ, facilè, citò & ſemper parari poſſunt: quare ſufficiet, earum nouiſſe deſcriptionem, & cùm imperabuntur, parari poterunt. Harum tres deſcriptiones reperiuntur, quarum duæ ſimiles ſunt; tertia, quæ ad Nicolaum refertur, D agredium recipit; multum à facultate Maſtiches distant; quare ſunt reijciendæ, & illa Conſiliatoris vſurpanda, quæ magis probatur, & ventriculo magis accommodata, in cuius gratiam inſtitutæ ſunt. Dantur in ventriculi nimia laxatione à pituita aquea, & tenui: quare Agaric. infundere non oportet, neque in aceto, neque in oxymelite.

Rec. Aloes electæ drach. 10.
Agarici albi friabilis, drach. 3.

Maſtiches, drach. 4. cum ſyrup. de Stæchade, fiant pilulæ.

Pilulæ ante Cibum.

Pilulæ ante Cibum dicuntur, quæ ante paſtum aſſumi poſſunt, ad ventris corroborationem: ſed tales multæ ſunt, quæ hoc modo dari poſſunt, vt pil. de Hiera, Alephanginæ, Maſtichinæ, & ſimiles, quæ odorata recipiunt, & leuiter purgantia cum aſtrictione, vt Rhabarb. Verùm cum illis ſint ſimiles de Hiera, vel de Aromatibus, niſi quòd Rha. & Seſeleos montani ſemen non habent, idcircò non ſunt diſpenſandæ: nam æqualis proportio Rhab. addita pil. è Hiera, ſimiles reddet, & maximè, ſi grana aliquot Seſeleos addas, vel Aniſi, vel Apij, citra damnum carere poſſumus.

Pilulæ Cocciæ Rhaſis.

Pilulæ Cocciæ, à grano, quod Coccos dicitur, nomen habent, quia fieri debent ad magnitudinem eius grani, quarum deſcriptiones ſunt Præpoſiti, ex Galen. & Rhaſis. Verũ *Polychreſtæ. Rhaſis magis probandæ ſunt, vt quæ hæc recipiant.

Rec. Specierum Hieræ, drach. 10.
Colochint. drach. 3. & ſcrup. 1.
Scamm. drach. 2. & ſ.

Turbith, Stæchad. ana. drach. 5. fiant pil. paruæ. Sed quia Rhaſis imperat Hieram picram, ob id cenſent ſecundum huius deſcriptionem parandas. Pro Pilulis iſtis conficiendis, hoc vnum eſt ſuperſtitioſum, quòd Roſ. addit tantum, quas ſi placet, potes ponere: ſed cùm hæ ad purgationem pituitæ craſſæ, & ad ea, quæ ſunt multùm infixa ventriculo, inſtituantur, non eſt neceſſe roſas apponere, ſed potius delere oportet, quia adſtringentia impingunt magis, vt Galen. de Abſynth. ſcribens docet: quare ex Hiera Gal. parari debent. Cocciæ Meſue minus ſunt probandæ, hoc nomine, quòd myrob. recipiant, & alia calidiora.

Pil. Aureæ Nicolai.

Avreæ Pilulæ ab aureo effectu, ac nobili, quem præſtant, dictæ ſunt; à Nicolao, deſcriptæ & Præpoſito, Alexand. & Myrepſico. Verùm quia illa iam vulgata nihil reprehenſione in ſe dignum continet, retineudam cenſemus.

Rec. Aloes, Diagredij, ana. drach. 5.
Roſ. ſem Apij, ana. drach. 2. ſ.
Aniſi, Fœnic. ana. drach. 1. ſ.

Maſtiches, Croci, Interioris Colocynthidis, ana. drach. 1. cum aqua infuſionis Tragacanthi formentur pil. Aliqui addunt Hieræ picræ, drach. 1. Ego non ſuadeo addendum. Quòd ſi addatur, augetur moles Medicamenti, & minus efficax redditur. Adde quòd hæ pil. crocum, ſem. odorata, Roſaſque recipiunt, ad fortiorum medicamentorũ moderationem. Colocynthis forcipibus incidatur ante contuſionem, & per ſe teratur, vt Diagredium.

Pil. Agregatiuæ Meſuæ.

Aggregatiuarum deſcriptiones variæ ſunt, aliæ maiores, aliæ minores dicuntur apud Meſuem; & præter has duas, tertia reperitur, quæ ex intentione ſua vocatur; quibus carere poſſumus, & debemus; ſunt enim compoſitæ ex omni genere medicamentorũ diſſimilium: quod Galen. lib. quos purgare oportet, & quibus medicamentis, ſupra modum improbauit miſcere, quæ ſecum pugnent. Sed quia hæ Pilulæ ſunt ad omnes humores euacuandos, retinentur, & comparantur * Catholico Illa deſcriptio prima Meſuæ ex ſua intentione,

ne, sic habet, si exemplaribus antiquis magis credendum sit.

Rec. Myrob. citrinorum, Rhab. ana. dr. 4. Succi Eupatorij Mesue, id est, Agerati Diosc. siue herbæ sanctæ mariæ, Absynthij, ana. drach. 3.

Scam. in pomo Cytonio leniter in furno cocti, Turbith Aloes ana. drach. 6.

Myrob. Chebul. Ind. Agarici, Colocynt. Polyp. anâ. drach. 2.

Masticbes, Rosf. sal. gemmæ, Epith. Anisi zinziberis, ana. drach. 1.

Elect. Ros. Mes. q. s. In forma opiatæ: fiant pil. Has Pil. ad veritatẽ exemplarium veterum imperauimus præparandas, & ne fortiores sint, & facilius parentur, formentur cum Electua. è *succo ros. quod recipit scammonium. Quod fit, vt ad idem recurrat, & non erunt fortiores solito.

** Videtur velle dicere Rondel. cum succo Ros. quod non recipit Scammonium.*

Pil. ê quinque generibus Myrobalanor. Nicolai Præpositi.

Rondel.

PIlul. de lapide Lazuli vituperantur non sine ratione. Sed si ob lapidẽ Lazuli vituperantur, deberent pil. Indæ, Lucis minores, de quinque generibus Myrob. & de Lapide Armeno damnari. Omnes quippe istæ lapidem Lazuli recipiunt, & præter lapidem illũ Cyaneum, Veratrum nigrum; pro quo Officinæ Aconitum ponere solent, non sine magno ægrotantium periculo. Inter omnes illas, securiores sunt, quæ ê quinque generibus Myrob. iam à Medicis receptæ sunt; & sine hæsitatione & formidine ab omnibus præscribuntur. Recipiunt autem, quæ violenter purgant; sed ad articularem morbum instituuntur: earum agitationem verentes, Myrob. addiderunt. Illarum verò descriptio talis est.

Rec. *Quinque generum Myrobalanorum,*
Agarici,
Diagredij,
Colocynthidis,
Sena, ana. drach. 2. s.
Epithymi
Turbith
Anisi
Marathri
Mastiches
Lapidis Cyanei præparati, ana drach. 2.
Aloes selectissimæ vnc. 1.
Ex succo Absinthij fiat massa.

In prima classe Rondelletius, Cordus & Andernacus, ana. drach. s. legunt. Gonderbôgius, vnc. s. legendum putat. Vetus exemplar Nicol. Præpositi habet drach. 1. s.

Nos cum Ioubert o, Fuchs. Bauderone, ex Nicolao Alexandrino, mediocritate freti, drac. 2. s.

In secunda verò classe, cum Cordo & Andernaco drach. 2. legimus. Occonus Augustanus, Ioubertus & Bauderonus ex Nicolao Alexdrino, drac. 1. grana 16. habent; Nicol. Præpos. drac. 2. s. grana 5.

Admodum variant in ponderibus harum pilularum authores, sine tamen noxa, pondere nobis præscripto, in vsum paranda videntur. In tam varia lectione, temerè nedum Pharmacopœis, vix etiam Medicis optimis, nisi, vt Rondelletio placet versati sint in cognitione simplicium, & præparatione & compositione medicamentorum; cùm videmus ipsum Andernacum, virum doctissimum transcripsisse, & ex Rodelletio mendosè legisse Myrobalanorum omnium, ana. drach. s. quemadmodum in Obseruationibus suis in Syrupum Intybaceum compositum, iisdem impegit scopulis, vt suo loco diximus. Vnciam tamen vnam Aloes commodissimè cum Nicolao Præposito huius compositionis authore, pro drachma legit, vt habet Rondelletius, Typographi incuriâ.

Proportio nobis obseruata, melius respondere videtur.

Ioubertus, Occonus & alij ex Nicolao Alexandrino, Aloes drach. 4. legunt: & tantundem Rhabarbari ex eodem coniungunt.

Rondel.

Quidam mediocriter eruditus, non intelligens rationem componendorum medicamentorum, in hac addendum esse Zinziber, colligit, quia hæ Pil. Aga. ad expurgandam pituitam crassam acceperunt. Turbith enim & Agar. non perpetuò desiderant Zinziber; sed cùm pituita crassa euacuanda est: Verùm si ichores pituitæ aut aliorum humorum excrementa, quæ in articulos fluunt, trahenda sunt, & à particulis auertenda, ob id sine ipso & alijs in multis compositionibus iniiciuntur, quia illa pugnarent, Myrob. omnes recipere, atque Zinziber. Hoc enim attenuat & incidit: Myrob. verò astringunt. Illa enim est ratio Arabum, vt alijs medicamentis agitantibus humores addantur astringentia, vt temperentur. Qui has pil. habent, Lucis minoribus carere possunt, & pilul. Indis, & de lapide Cyaneo. Quod si quis vellt aliquas tales habere sine Myrob. pil. de lapide Lazuli habeat. Quarum descriptio similis est pil. Indis, nisi quod Colocyn. recipiant. Quare si quis illis magis fidat, Colocynt. gran. aliquot addat vel Trochisc.

Alàndal. Sed cum Agar. Veratrum, & lapidem Lazuli recipiant; non est quod Colocyntidem recipiamus.

Pil. de lapide Lazuli seu Cyaneo.

Rondel.

Pilul. è lapide Lazuli à Mes. sunt institutæ, quòd medicamentum minus conuenienter & tutò in forma illa datur, quia cùm sit medicamentum quod crustas faciat, diù retineri in ventriculo non debet. In formam igitur pil. reduci non debet, cùm neque sapor ingratus, neq; òdor grauis id suadeat. Multò magis probarem Alex. Tranliani pil. de lapide Armeno. Nos tamen descripsimus, in eorum gratiam, qui non nouerunt dexterè vti medicamentis, vel non nisi in forma consuera, vel qua vsi sunt eorum præceptores. Si igitur ex Cyaneo pil. potius velis, quàm pul. parentur sic.

Rec. *Lapidis Lazuli tenuissimè trits. & decies lots in aqua Buglossi vel Viol. dr, 6.*
Epithymi,
Polyp. Agarici, ana. drach. 8.
Scammonij,
** Hellebori albi,*
Sacch. Cands, siue Salis Indi, ana. drach. 2. ſ.
Caryophyl.
Anisi, ana. drach. 4.
Hiera picra, drach. 15.
Cum succo Endiuiæ fiant pil.

In hac compositione sufficit abluere lapidem Lazuli tritum in tenues partes, & abluere quidem sufficienter in aqua Violar. vel Buglossi, vt aliqua ex parte remittatur acrimonia lapidis, quia in Ventriculo crustas inducit. Præterea, pro Veratro nigro, album posuimus, quod etiamsi non sit securius nigro, securius saltem est Aconito, quo Veratri nigri vice vtuntur, similitudine fol. & radic. decepti. Pro sale Indo, Saccharum Candum posuimus. Quòd si naturale esset Sal Indum, esset antiquorum: sed cùm Sacch. Candum arte fiat, cum illa Sacch. lachryma indurata sponte, affinitatis multum habet. Nihil præterea Inmutauimus á descriptione Mes.

* *Hodie Helleborus niger, Botanicorum diligentia innotauit quo vtendum.*

Catapotia ex lapide Armeniaco Alexandri Tralliani.

Si cui arriserit Tralliani descriptio Catapotiorum ex lapide Armeniaco,

Rec. *Picra & Epithymi, ana semunciam.*
Agarici, & lapidis Armeniaci, ana. scrup. 4.
Scammonij, unc. 1.
Caryophyllorum, gran. 20.
Contusa excipiantur Rhodomelo, aut succo Citrij aut Rhodomelitc. Detur scrup. 2. plurimum quatuor.

'Notandum verò est, addit Trallianus, hæc, 'præterquam stomachum corroborant, simul etiā 'varios humores, præsertim terrestrem & melancholicum citra molestiam purgare posse. Idem i'gitur lapis, vt diximus, & potus, & in catapotia 'redactus, ad purgandum est efficax. Nec am'plius querendum est, num suffocatio quadam, 'aut syncope subsecutura sit, quemadmodum id ex albo Veratro fieri contingit. Hinc colligere est, Trallianum fidem adhibere castigationi Lapidis Armeniaci, beneficio Hiera aromatica & Caryophyllorum. Scammonium præterea (in Cydonio coctum præferrem, aut ex succo Cydoniorum, additis Mastiche & Cinnamomo ex descriptione nostra) statim expellit é corpore Lapidem Armenium; quemadmodum Helleborum, ne longa mora (corrodendo & vrendo ex Arabum & Græcorum sententia) noxia sint, sanieraq; inducant symtomata, vt conuulsiones &c. quemadmodum monet Rondeletius in Pilulis suis é Benzouino. De lapide Armeno & Cyaneo, eorumq; purgatione, vstione & ablutione, in Confectione Alkermes plura require.

Pilulæ e Sarcocolla.

Pil. de Sarcocolla similes sunt vitibus Coccijs; hac tantùm ratione differunt, quòd Scammoneum non recipiunt: quare qui has pil. habet, pil. Coccijs carere potest. Nam addendo parum Scammonij, eadem erit compositio: Sunt apud Mes. cap. de Sarcocolla.

Rec. *Turbith, drach. 4.*
Sarcocollæ dissolutæ in aqua Ros. dr. 3.
Colocynt. Zinzib. ana. drach. 1. ſ.
Salis Gemmæ drach. 1. incorporentur pulueres cum Sarcocolla infusa in aqua Ros. & dissoluta, fiant pil.

In hac compositione nihil desideratur: hoc tamen dignum reprehensione, quòd in aqua Ros. dissoluatur Sarcocolla: debet potius in aqua Hyssopi & Melissæ, vel si calorem temperare velis, in aqua Viol. quæ sine astrictione refrigerat. Sed hoc leue est, & dissimulari potest, ne pro re minima videamur á communi sententia discedere.

Pilul.

Pilulæ de Agarico.

Pilul. de Agarico à Mes. describuntur, & alijs multis: Omnes descriptiones ferè in idem recidunt; quare consuetam illam in offic. dispensandam censeo, quæ optima est, in eaque nihil reprehendendum. Recipit autem quæ sequuntur.

Rec. *Turbith drach.* 5.
Specierum Hiera Picra, drach. 4.
Agarici, drach. 3.
Colocynt. Sarcocolla, ana. drach. 2.
Radic Ireos, Prassij. Myrrhæ, ana. drach. 1.
cum Sappa fiat massa Pil.

Easdem vires habent, cum Pil. de Sarcocolla: & pro pil. è Sarcocolla uti possumus, & contra; modò cum syrup. pectorali detersiuo formentur, vel cum Sappa. Eædem pil. imperari poterunt, pro pil. de Euphorbio, addito pauco Euphorbio: & pro Fœtidis maioribus, addendo Opoponacis vel Ammoniaci parum.

Pilulæ fœtidæ.

Foetidæ dicuntur, quòd fœtidis componantur, vt Sagapeno, Ammoniaco, Opop. Castoreo, & alijs multis. Sunt autem valentes in affectibus articulorũ frigidis, & pituosis morbis. Et quia vtiles sunt, visum fuit eas non prætermittere. Erunt pro pil. de Euphor. Fœtidis minoribus, de Hermodactylis maioribus, & de Sagapeno. Sunt efficacissimæ in alterendo & laxando.

Rec. *Sagapeni,*
Ammoniaci,
Opoponacis,
Bdelij vel Myrrhæ,
Colocynthidis,
Seminis Rutæ agrestis,
Aloes,
Epithymi, — *ana. drach.* 5.
Turbith, drach. 4.
Scammonij præparati, drach. 3.
Hermodactyllorum,
Esulæ, ana. drach. 2.
Cinnamomi,
Spicæ,
Croci,
Castorei, — *ana. drach.* 1.
Euphorbij, scrup. 2.
Cum succo Porri fiant pilulæ.

Hæ pil. multùm habent difficultatis, quia Bdelium molle non facilè inuenitur, ne dicam aliud. Magna est contentio inter Interpretes an legendum sit (Harmel) id est, semen Cicutæ, vel potius (Harmela) id est, id est semen Rutæ agrestis. Item ob Hermodactylorum & Esulæ dubitationem. Nos tamen has dispensandas imperamus ob earum efficaciam, & frequentem vsum. Sanè minores facilius parantur, & paucis additis, omnino similes redduntur. Nos tamen præmeditata & bene pensata difficultate, remedium obtinuimus, vt pro Bdelio, Myrrham iniecerimus, vel Propolym verum, & pro harmel) legendum (harmela) quia ad morbos articulares à Dioscorid. commendatur. Semen verò Cicutæ, tanquam venenum ab omnibus internis remedijs expungitur. Hermodactylorum vox vaga est, & incerta. Non desunt, qui dicunt. Hermodactyl. apud Græcos, radices esse Quinquè folij: Apud Arab. radices; quarum Mesue tres differentias ponit, nigras, albas, & rubras. Fuschius putat apud Nicolaum in Antidoto * Alexandrina esse Behen album & rubrũ, propterea quòd dicitur Hermodactyl. albus & rubr. Sed hic locus non est sufficiens: quia ex Mesue sunt Hermodactyli albi optimi; rubri non optimi: nigri deterrimi. Nos in omnibus compositionibus Arabum, Hermodactilos vulgares accipiemus. In Græcorum descriptionibus, rad. Pentaphylli. Nec sunt audiendi, qui dicunt esse Ephemerum Colchicum, cùm differat ab Ephemero flore. Nostris Hermodact. flos est luteus: Colchicum flores Croci habet. Sed de his aliàs. Maiores dicuntur, quia plura, quàm minores, simplicia obtinent.

* *Alexandrina anidotus non est paranda, quando habemus Theriacam: videtur enim Theriaca degener.*

Pil. è Rhabarbaro.

Ex Rhab. siue, vt Mes. vocat, Rauetseni, parantur pil. quarum duæ extant descriptiones: ad cachexiam vna: ad hydropem altera magis. Sed quia illa recipit multas lachrymas calidiores; illas prætermittendas censeo, tum quia pauci Medici illis vtuntur. Dispensantur ad cachexiam sequentes.

Rec. Rhab. drach. 3.
Myrob. citrinarum confricatarum in oleo Amygd. amararum, Trochiscorum Diarrhodon, ana. drach. 3 ß.
Succi Gly Absynthij, Mastiches, ana. dr. 1.
Sem. Apij, Fœnic. ana. drach. ß.
Hieræ Picræ, drach. 10. confice cum aqua Fœnic.

Hæ pilul. si sine Myrob. parentur, meliores sunt, quia aptiores ad obstructiones tollendas, vel si cum oleo Amygd. confricentur, vt deponant astrictionem & asperitatem. Efficatiores erunt, si pro Myrob. Agarici, drach. 2. reciperentur, & magis accommodatæ erunt tollendis obstructionibus, pituitæq; euacuandæ, Hydropi, antiquis febribus spurijs, & compositis. Pauca recipiunt laxantia, multa quæ aperiunt & detergunt. Si quis pil. alterius descriptionis ad anasarcham requirat; addat tertiam partem pil. de Euphorb. vel Agarico: sed de Euphorb, sunt efficariores, & paratu faciliores.

Pilulæ Sanctæ vocatæ apud Venetos & plerosque Italos in frequentissimo vsu ad Luem Veneream.

Rec. *Trocisc. Albandal,*
Scammonij,
Salis Gemmæ,
Sagapeni, } *ana. æquales part.*

Cum Rhodomelle fiat massa. Dosis drac. ſ. vnicæ pilulæ. Ob Sal. Gemmæ humida massa est. Quidam ex succo Porri parandam iubent.

Chylisma Pilularum Saccharo conditarum nobile, apud L. Myreum.

INter eximias Pilularum Succationes, mollienlis & morosis nobilibus accommodas & Saccharo incrustatas, hæc mihi præferenda videtur, cuius descriptionem, stemmate & eruditione clariss. V. D. Doctori Thomæ Platero debemus.

Rec. *Specierum Diambaris vel Diamargar. frig. vnc. ſ.*
Cinnamomi selectissimi, vnc. 1.
Spiritus Vini, lib. 3.

Macerentur per dies aliquot in vase vitreo, probè oblito, ne quid expiret: Vas quotidie agitari debet; deinde relictis in fundo vasis facibus: Adde Trociscorum Albandal. Rhab. elect. ana, drach. 7.

Senæ mundatæ & Gratiolæ præpar. contusarum ana. drach. 6. ſ.

Turbith & Diacridij, Italico more parati, ana. drach 6.

Agarici candidissimi, drach. 4.

Veratri nigri legitimi, drach. 3.

Omnia incisa macerentur in eodem liquore per dies 14. Colentur & deinde destillentur in Balneo Mar: ad consistentiam, secundum artis præcepta. Tunc adde Aloes Succotrinæ selectissimæ in puluerem redact. & præparat. drach. 10. Formentur pil. obuoluantur pul. Cinnamomi aut Glycyrrhizæ, & exactè siccentur per se in vmbra: Deinde accipe albumen vnius oui vel q. ſ. & in eo dissolue Gummi Tragacanthi drach. 1. pul. Sacch. albissimi, q. ſ. ex lib. ſ. operiantur primo tegumenti inuolucro: Denique conditura absoluatur, & cæterarum tragematum. Dosis à scrup. 1. ad dra. ſ. vel drach. 1.

Si Extractum volueris conseruare in forma Opiatæ, tunc adime Trocisc. Albandal, quos vltimò miscere poteris: Aufer item Aloem & adde eorum loco Catholicum commune eodem pondere. Datur in ea forma ad drach. 1. vel drach. 1. ſ.

Hac artis lege pleraq; alia Cataportia & Medicamenta nitidè conflat Ludo: Myreus: Anisum item laxatiuum, Cari semen & similia, vti Semen contra vermes descriptum inter pulueres à prædicto Myreo.

Pilulæ quanis incrustantur, quò facilius sine nausea deglutiantur. Saccharum aquâ conuenienti soluitur, admiscetur q; Amylum, vt fiat mollis massa: Ea obducuntur Pilulæ, & Soli exponuntur, aut igne lento ad exsiccandum, &c.

Hæc & alia V. Doct. Iacob. Cargillus, *Medic. Doct. Scottus humanissimus & amicissimus, Simplicium Medicamentorum si quis alius, peritissimus,* Ludo: Myreo *communicauit Londini.*

Pil. de Euphorbio.

PIl. parantur ex Euphorb. efficacissimæ, ad aquas & frigidos morbos, descriptione Mes. quæ recipiunt hæc,

Rec. Euphorb. Colocynt. Agar. Bdel: vel Myrrhæ, Sagap. ana. drach. 2.

Aloes, daach. 5. fiant pil. cum succo Porri. Quòd non reperiatur frequenter Bdellium, pro eo Myrrham substituimus, quia in internis est ἀντιβαλλόμενον nisi in pil. de Bdellio, & externo remedio, in quibus Propolym vetam vel Ladanum vsurpamus.

Pil. ê Fumaria.

DIcuntur sic, quia Myrob. infunduntur succo Fumariæ, vt maiorem vim purgandi accipiant, atque talis est illarum descriptio.

Rec. *Myrob. Citrinorum, Chebul. Ind. Scammonij ana. drach. 5.*

Aloes drach. 7. infundantur Myrob. & Aloe, & ter exsiccentur succo Fumariæ. Deinde inspissentur, & incorperentur, & ex omnibus fiant pilulæ.

In

In hac descriptione, nihil est dignum immutatione, & animaduersione, nisi quòd hæ parandæ sunt initio æstatis, vel alio tempore parentur ex succo Mercurialis, vel Ciclæ, vel cum sero captino, vel cum succo Ros. vel aqua Fumariæ.

Pilulæ Lucis maiores & minores.

Pil. Lucis dicuntur, quòd ad oculos instituantur. Harum duæ sunt descriptiones, quibus facilè carere possumus: Maioribus pri mùm, quia pil. de lap. Lazuli his substitui possunt: neq; sequitur; non accipiunt Licium; ergo non sunt pro oculis. Certè hoc nomine vituperandæ maiores & minores, quia quæ detergendo extrinsecus prosunt, in illis nulla necessitate recipiuntur, vt Licium. Lucis maiores non ea recipiunt, sed tantùm multa incidentia, & attenuantia. Quòd si media pars ablata esset, vel dimidiam partem ponderis detraxeris; efficatiores forent ad euacuationem. Quare si quis pilul. de Sarcocolla, vel de Agarico pro illis accipiat, erunt vtiles. Quod si minores magis placeant, ob Myrob. & lap. Lazuli, pilulæ de Quinque generibus Myrob. erunt vsurpandæ, quæ & lapidem recipiunt & Myrob. Colocynt. & Agar. & quæcunque videntur facere ad instantem euacuationem, & a longinquo. Adde quòd Pil. Lucis maiores, quia recepta sunt à vulgò, recipiunt plura odorata, quæ augent molem, & vires minuunt. Sic apud Mesuem.

Rec. Ros. Viol. Absynth. Coloc. Cubeb. Turbith. Calami arom. nucis Moscatæ, Spicæ, Epith. Carpobalsami, Xylobalsami, Sileris montani, sem. Rutæ, Schænan. Mastichæs, Asari, Caryophyl. Cinna. Anisi, fænic. Apij, Cinna. crassi, Croci, Macis, ana. drach. 2.
Myrob. omnium, Rhab. ana. drach. 4.
Agarici, Senæ, ana. drach. 5.
Eufrasiæ, vel Chelidoniæ, drach. 6.
Aloes ad pondus omnium, cum succo Fœnic. fiant pilul. Quia in omnibus locis Eufrasia non reperitur, neque multùm certa sunt, quæ de ea scribuntur, visum fuit Chelidoniam in eius locum substituere, quia deterget, & oculis determinatur. Adde quòd illa in pil. Lucis minoribus ab eodem authore imponitur.

Pilulæ e Bdellio maiores, descriptione Mesuæ.

Pilulæ e Bdelio parantur ad vlcera sedis & vteri, & ad fluxum sanguinis. Quare non erit inutile eas paratas habere. Descriptio talis est.

Rec. Bdellij vel Ladani puri, drach. 12.
Ameos, drach. 3.
Myrob. Cheb. Emblic, Ind. Concharum Venerearum, siue Porcellinarum, Chirabæ, ana. drach. 2. f. cum succo Porri, vel Cydoniorum fiant pil.

In his pil. parandis frequenter erratur. Primùm quia Myrrha pro Bdellio ponitur, vnde mouent hæmorrhoidas potius, quàm cohibeant, vel siccent. Quare nos Ladanum substituimus, quia vt Bdellium lentum est & emplasticum, ad formam pil. inducendam; non aperit neque mouet sanguinem; sed constringit, vt Hippocystidis succus, vel Acatia. Ami torrefacere oportet, vt Nasturtium, quo sanguinem sistant. Codcharum Venerearum legimus, non Auellanarum adustarum. Sunt autem quæ vulgò vocantur Porcellanæ. Id videtur quodammodo absurdum, quòd cum succo porri formandas inspretet; Sed hoc factū videtur, quia vt Dioscorid. scribit, veteres sanguinis reiectiones cohibet, si binis dragmis & æquali pondere Baccharum Myrrhi bibatur. Quòd si quis paret cum succo Cytoniorum, efficatiores erunt ad constrictionem, & minus suspectæ ijs, qui in operationibus ab occultis accidentibus minus sunt exercitati.

Pilulæ è Styrace.

Ad catharros inspissandos, & sistendos parantur pil. de Cynoglossa, & Styrace: Sed quia nostrum Cynoglossum non est verum, sed potius Glastum agreste (non enim caulem neque florem gerit Cynoglossum, vt docet Dioscorid.) ob id mihi videntur parandæ pilul. de Styrace, quarum descriptio hæc est *castigata à* Rondel. *ante obitum: alia est delenda.*

Rec. *Styrac. Calam. Olybani, Myrrhæ, succi Glyc. Opij, ana. drach. 4. fiant Pil. vrobinæ. Dosis, duæ aut tres.*

Pilulæ è Cynoglosso.

Rec. Cynoglos. Opij, sem. Hyoscy. ana. drach. 4.
Myrrhæ Troglodítæ, drach. 6.
Thuris masculi, ana. drach. 5.
Caryophyl. Cinna. Styracis rubr. ana. drach. 2. cum aqua Ros. conficiatur massa.

Hodie negliguntur istæ pilulæ, quia Laudanū Opiatum longè præfertur.

De PVLVERIBVS laxat: & alijs Officinarum.

NOn modo Practicantiũ & Medicastrorum sordido vulgo, verum etiam sagacissimo venefico fœmineo serulligeneri, Lippis & tonsoribus crassæ Mineruæ purgatrices pulueres, notissimi; quorum primas tenent Puluis Dia-Turbith, & Pul. Dia-Senæ Montagnini, vsus Brabantis quotidiani, sub nomine Elzenpoyer, id est, Helena quondam celebris obstetricis anicula, cuius rustica physica gaudebat sordida plebecula & fordebat matronale nobile fatuum decus. Vterq; puluis, Diaturbith nimirum, cum Rheo & Diasena Montagnanæ apud Cordum describitur. Dia-Turbith cum Rhab. D. Montagnani P.Diaturbith Mont: *recipit Turbith, Hermodactyl. singulorum vnc. vnam; Rhab. drach. x. Diagredij, vnc. ſ. Santali vtriusque, florum Violarum, Zingiberis, singulorum drach. 1. ſ. Mastiches. Anisi, Cinnamomi, Croci, ana: drach. ſ. fiat pul. Communiter sine Sacchare paratur: quidam ex triplo Sacchari rotulas parant.*

Pul. Senæ Mont:

Puluis autem Senæ præparatæ Montagnanæ constat drachmis 12. fol. Senæ mundatorum, Zingiberis & Macis, singulorum drachmis tribus; Cinnamomi, Tartari ana. drach. 1. ſ. Dosis, drachma. Hanc exhibent Puerperis, & pueris sine noxa. quia nihil maligni recipit: Sed longè delicatior foret, si præpararetur ex Tartaro purificato ab impuro, quod Tartari cremorem vocant Spagyrici Germani. Gener huius artis peritissimas vt sequitur, parat:

Ludo: Myrej Paragraphe.

Cremor Tartari.

CRemor Tartari per se exhibitus blandè purgat: fit autẽ Tartari subtilissimè triti, lib. 1. superaffusa aqua decoquatur terreo vase; inter coquendum spumam colligito, & siccato, quam Tartari Cremorem appellant: sunt, qui pro archano magno, calculosis cum Diacridio exhibent.

L'Obel.

TArtarum aut Virifex Dioscorid. rasilis in lapideam formam concreta, non cremata ex infculis sumpta ventrem soluit. Iuuat & accelerat actionem Senæ, Epithymi & laxantium. Præfertur ex vino albo vetere & tenui cremor ad penetrandum & repurgandos meatos vrinarios. Vini naturã sequitur: E vino rubro astringente, viscerum fluxores, ex Myrto, Cydonijs & alijs astringentibus sistit.

Ludo: Myreus.

Puluis Sanctus celeberrimi Collegij Londinensis; pauperibus vtilis.

L'Obel.

Rec. Fol. Senæ, vnc. 4.
Tartari albi, vnc. 1.
Caryophyl.
Cinnamomi
Galangæ
Seminis Anisi, ana. drach. 2.
Diacrydij, drach. 3. fiat puluis.

Lud: Myreus.

Tragema, infantibus & verminosis pueris vtilissima, quá necantur & eijciuntur vermes.

Rec. Seminis Contra, siue Sancti integerrimi, habitissimi & select. vnc. 2.

Incrustetur & condiatur pulueribus sequẽtibus exceptis Sacchari mediá parte ex aquis infrascriptis in Serapium cocta, operosâ artificis manù, ne in glebas coalescant, in lebete ansato, quia difficilius ob puluerum quantitatem parantur.

Pulueris rasuræ Cornu Ceruini,
Corallinæ, ana. vnci. 1.
Mechioacæ opt. vnc. 2.

Sacchari albissimi ex aqua Portulacæ & radicum Graminis soluti, vnc. 18.

Altera Sacchari media pars paulatim inter versandum affundatur ad super-incrustandum & denticulatim, vt fieri solet, operiendam conditaram, pueris gratiorem, quam ansati & ingrati pulueres.

Dosis drach. 2. aut tres, mane & sero.

Lud: *Myreus.*

Tragema Anisi laxans.

Rec. Anisi mundati, vnc. 4. Sacch. lib. 2.
Obducatur Anisum Saccharo, prædicta artis lege, sequentibus aspersis pulueribus & affusis paulatim.
Diacrydij, vnc. 2. ſ.
Turbethi, vn. 1. ſ.
Mechioacæ, vnc. 1.
Mastiches, drach, 2.
Cinnamomi

Zingiberis

Zingiberis
Caryophillorum
Galangæ tenuis, ana.drach.1.
Sacchar decoquendum leniter ex aquis Cinnamomi, Galangæ & Rosarum.

Pul. ad Strumas sive Bronchocelem, Rondel. & Monspeliensium. L'Obel.

Rec. Spongiæ vstæ, vnc.8.
Ossis Sepiæ, vnc.4.
Fabarum excorticatarum,
Serici Cocco tincti vsti,
Cineris corticũ fabrarum, ana.vnç.2.
Salis Gemmæ, vnc.1.
Rad. Scrophulariæ
Macropiperis
Gran: Paradisi, ana.vnc.ſ.
Rad. Bryoniæ, Pyrethri, Phu
Serpilli,
Bdellij, ana.drach.10.
Cornu Cerui vsti
Omnium Myrobalanorum,
Ossium Dactyl. ana, drach.1.ſ.
Carvophyl.
Cinnamomi, ana.drach.1. Fiat pul.

Lud: Myreus.
Puluis ad Strumas Pforcensis.

Rec. Spongiarum vstarum
Lapidis pumicis, ana.vnc.12.
Lap. Calaminaris, vnc.4.
Lapidis Spongiæ, vnc.6.
Sacchari vnc.8. misce.
Dosis Cochlear 1. ex vini albi Cyatho, Luna decrescente sumenda & continuandum.

Hic puluis cùm clarissimo amicissimoq; viro *Michaele Iachimo* Groninger apud Pforcenses Pharmacopœo fidissimo inseruiebam, magni vsus erat. Rustici enim absq; consilio Medici hoc puluere vtuntur, ad Strumas, morbo illis familiari, vocatur *Kropf pulver.*

Pul. ad vermes Monspeliensium.
L'Obel.

Rec. Seminis Contra, vnc.2.
Absynthij Sanctonici, vnc.2.ſ.
S. Ameos,
Portulacæ
Lupinorum
Citri
Rad. Filicis maris, ana.vnc.ſ.
Cornu Cerui vsti,
Rasuræ Eboris,
Corallij rubr.
Rad. Zeduariæ,
Rad. Dictamni albi,
Athanasiæ, siue Tanyceti, ana.vnc.ſ.
Fiat puluis.

Lud: Myreus.

Cydonati forma sine molestiâ purgans, accepta humanitate & beneuolentia amicissimi & clarissimi doctissimiq; viri Malachiæ Bernardi, *Doctoris Medici, & quondam Professoris Regij in Academia Biturigensi.*

L'Obel.

Rec. Pulpæ Passul. & Vuarum Corinthiarum in aqua Violarum lotarum, & extractarum cum succo Rosarum,
Conseruæ Prunorum dulcium ana, vnc.2.
Pulpæ Dactyl. ext. cum Syr. Rof. sol. vnc.1.
Subigantur omnia & coquantur cũ Sacch. lib.ſ. in decocto pectorali, in quo efferbuerint fol. Senæ mund. vnc.2.ſ.
Agarici albiss. vnc.1.
Anisi, vnc.ſ.
Caryophyl. drach.2.
Mastichæs, drach.ſ.
Addendo sub finem, sent. Cnici mund: & contusi vnc.1.
Rhabarb. electi, drach.2.
Cinnamomi, scrup.2.
Diarydij optimè præparati, vnc.1. fiat Cydoniari forma; cuius dosis à drach.1. ad 2. per horam ante pastum, sine custodia; exhibendo iusculum.

Gelatinam Cydoniorum laxatiuam inter Succationes Medicatas alterius partis Aduersariorum apposuimus.

Pilulæ Succationis aromaticæ, sive artificiosior & rationi magis consentanea, suauis & mitis è Pilulis Aromaticis cum Agarico, Succatiuncula, Chylarinnue L'Obelij. *omissum suo loco proximè Pil. Aromaticas.*

CVm Pilulas Alephanginas sive Aromaticas quotidianè & frequentissimi vsus, tam inscitè descriptas à Mesue contra artis leges vbiq; passim præparatas perceperim: dum valdè & diutius percoquuntur aromata; quæ quidem

quidem si efferbuerint, penitus resoluentur; eorumq́ vires inanes, inanimata & irrita fiunt, Quam ob rem non abs re me facturum duxi, si aliam commodiorem parandi rationem mihi eligerem in Succatiuncula siue Chylarij modum; quo possim Ventriculum, Cor, Cerebrũ, facultatesq́ animales, vitales & naturales, languidaq́ viscera reficere, fouere, & gulæ irritamenta instaurare, tueri, nec non leniter soluendo excrementitijs, putrilaginosis, nidorosisq́ superfluitatibus vendicare, beneficio infrascripta Pilularum Aromaticarũ Succatiuncula, omni ætati vtilissima, asseruata corroborantiũ Aromatum energiâ & efficacia. Sic enim habet.

Rec. *Agarici selectissimi, vnc.2.*
Caryophyllorum
Florum Anthos
Florum Stæchadis,
Saluiæ,
Betonicæ,
Melissophylli
Corticis Citri
Cinnamomi tenuis
Nucis Moschata, ana.drach.1.
Mentha Romana sicca
Maiorana nobilis
Absinthij sicci aprico loco collecti,
Epithymi, vel florum & summitatum Thymi, ana. scrup.2.
Radicum Asari
Schænanthi
Galangæ tenuis,
Santali Citrini,
Xyloaloes primæ notæ,
Cardamomi
Phu tenuis
Acori,
Myrobalanor. Kepulorum, ana. drach.ſ.

Contundantur; infundantur in succi & infusi Rosarum & succi Betonicæ æqualium partiũ q.ſ. varijs vitreis cõmodioribus vasculis optimè clausis, debito ordine, ex artificis industria, conseruatâ cuiuslibet simplicis medicamenti energiâ: digerantur balnei moderato calore. Expressioni & colatura dissolue pulueris

Aloes Succotrina purissimè defæcata, vnc.18.

Exiccentur tepido Balnei vapore aut clybano artificiali ne vis odoratorum expirit, aliquoties leniter agitando.

Omnibus penè refrigeratis, adde Mastiches tenuissimè trita drac.6. Croci scrup.4. fiat. massa formandis Catapotijs idonea.

Chylismatis Catholici Theophrastice torsionibus minus infesti, accurata magis, emendataq; descriptio nostra.

Rec. *Trocisc. Alhandal, drach.1. scrup.1.*
Veratri nigri legitimi,
Diacridij Italico more egregiè præparat. ana vnc.1.
Agarici optimi, vnc.1.ſ.
Aloes select. defæcata & præparata vnc.2.
Specierum Diarhod. Abbatis, drach.12.
Cinnamomi drach.4.
Mastiches scrup.4.
Spec. Aromat. Rosat. vel spec. Dianthos, dr.3.

Spiritus vini alcoholizati, q.ſ. in quo macera species prædictas aliquot diebus secundum artis præcepta, in Sole vel Balneo. Deinde fæcibus rejectis, Spiritus super purgantia medicamenta incisa & contusa funditur, (demptis Aloe præparatâ Diacridio, & Mastiche quæ sub finem commiscentur) & in Sole aut Balneo feruido digeruntur, & vt loquuntur, circulantur, per octiduum: postea exprimuntur: demum humor elicitur per Balneum donec crassitudo fiat formandis Catapotijs idonea.

De TROCHISCIS.

TRochisci à figura rotunda dicti sunt. Parantur autem ad medicamentorum conseruationem. Nam melius conseruantur simplicia medicamenta in ea forma solida, quam in pul. redacta. Multi sunt, quibus carere non possumus, quia alias compositiones ingrediuntur, vt Trochisci de Violis, de Rosis; in pul. cordialibus, vt Diarrhodon, Trochisci Squillitici & de Viperis, in Theriaca. Aliqui in fumigijs recipiuntur, vt Alipta Moscata, Galliæ Moscatæ. Quo tempore præparari possint, vt Squillæ, Viperarum, parentur: qui vero quouis tempore parari possunt, cum otio abundant, serius parabunt, vt hyeme. Parentur tantùm, qui sequuntur, Trochisci Dyarrodon, è Viol. Scillitici, Theriacales; è Camph. Trochisci Alkekengi, è Myrrha, è Gallia Moscata, de Alipta Moscata, è Rhab. è Spodio, è Carabe, Alhandal, è Capparibus, de Agar de Eupatorio, Absynthio.

TROCISCI DE ROSIS.

Trochisci è Rosis, descriptione Rasis Mesuæ. Diarrhodon dicti Trochisci a Rosis. Hoc nomine etiam pul. apud Arabes, & collyrium apud Gal. dicitur. Horum Trochiscorum multæ sunt descriptiones, sed Rhasis magis probatur, quæ sic habet.

Rec. Rof. rubr. amotis vnguibus drach. 4.
Santal. Moschatelini, vel Citrini, pro ligno Aloes drach. 2.
Mastich. drach. 1. s.
Absynthij,
Cinnam.
Spicæ Nardi,
Cin. crassi, siue Cassiæ,
Schænan. ana. drach. 1. fiat pul. tenuissimus, qui vino exceptus reducatur in Trochiscos, & seruentur in vase vitreo. Hic pro ligno Aloes rarò inuentu, Santalum substituimus. Cassiam, Cinnamomum crassum interpretati sumus. Hæc descriptio aptissima est, nec tamen reijcienda illa Mes. quia est paratu facilior. Recipit tamen, quæ sequuntur.

Rec. * Florum Rof. drach. 10.
Glycyrthiz. drach. 5.
Spicæ Nardi, drach. a. s. excipiantur vino albo, fiant Trochisci.

Nihil habent quod agglutinat, * *Ex* Nicolao Præposito.

Trochisci de Violis.

Hoc nomen vagum est apud Græcos, sed magis apud Latinos, ἴον Græcis, Violam significat, quam simpliciter in officinis Violam Martij vocant. Græci tamen Violam appellant λευκόιον, cuius tres sunt species, luteæ, quas vulgus vocabulo Arabico Cheti vocat: albas, seu rubras, seu purpureas, Græci, nomine, μόχει significant. Quare incertum est, à quibus nomen habeant hi Trochisci. Puto tamen a Leucoio. Et quia nomen sonat Albam Violam, vertunt violas albas. Qui trochiscos in officinis parant, ex martialibus Violis componunt contra authoris voluntatem, qui potius ex Cherino flore, quia inter Violas est efficacissimus. Dispensabimus ergo ex illis, & secundum hanc descriptionem fiant, quia hi Trochisci recipiuntur in pul. cordialibus. Si enim parentur secundum aliquas descriptiones Mesuæ, quæ Turbith drach. 3, recipiunt, destrueretur pul. cordialis. Fiat ergo in hunc modum.

Rec. Florum Leucoij viridium, drach. 5.
Amyli drach. 3.
Sem. Pap. albi, drach. 2. & scrup. 1.
Rhab. scrup. 5.
Sem. Plantag. drach. 1.
Succi Myrrhæ pro Opobalsamo, scrup. 1.
Aquæ Rof. q. s.
Fiant Trochisci, & reponantur in vase vitreato.

Parari possunt ex albis purpureisque: sed quia Lutearum præcipuè in medicina vsus est, ex luteis parabuntur, quæ Cheiri vocantur. Recipiebant Balsamum, quod de Opobalsamo intelligendum est, tanquam de præstantiore. Nos succum Myrrhæ substituimus, vt in Theriaca, & omnibus alijs internis remedijs faciendum censemus. * Extrahitur sic. Eligitur purissima Myrrha, qualis illa, quæ venditur multis in locis pro Bdellio. Est autem flaua, amara, odorata, & partes habet velut vngues. In tenues partes ponatur, & in cauitate albuminum Ouorum coctorum ad duritiem, & supra discum stanneum reponatur in loco frigido subterraneo. Sic dissoluetur, & in verissimam Steacten reducetur, & illa licebit vti pro Steacte prelo expressa, & pro Opobalsamo. Hos Trochiscos dispensandos suadeo, quia in pulueribus quibusdā recipiuntur: nam alio modo non vtimur: Est certè medicamentum incerti effectus; componitur enim ex pugnantibus calidis, frigidis, & adstringentibus: quarè quantitatem habere oporteret, quam putamus sufficere ad pul. conficiendos. Paratur Vere & Æstate in locis frigidis: Apud nos toto ferè anni tempore reperiuntur, præterquam in fine æstatis, quando defloruerunt, & semina producunt. *Liquoris Myrrhæ Extractio.*

Trochisci è Violis Martiis purpureis purgatrices.

Venetiis in frequentissimo & quotidiano vsu sunt Trochisci magistrales, descripti in Florentino Antidotario; quibus Itali medici vtuntur, ad pituitam & bilem blandè euacuandam: acuendosq́, bolos lenientes è Cassia, Diacatholico, Elect: Lenitiuo & similibus, paratos.

Rec. *autem, violarum purpuro-violacearum flaccidarum siue passarum, aut superfluo humido orbatarum, drach. 6.*
Pulueris Turbith. drach. 3.
Succi Glycyrrhizæ,

Manna

Manne,
Diagredij, ana. drach. 2.

Viole purgata à suis viridibus partibus & pediculis, tunduntur exactè, addendo Mannam secundo in pila marmorea aut lignea: tandem adduntur reliqua; quibus commixtis, Trocisci lupinares formantur, seruanturq; in vsus medicos.

Trochisci ex Agarico, & Agaricum trochiscatum.

EX Agarico, sine magna impensa parantur duo Trochiscorum genera Mesuæ. Secundum vnam præparationem dicuntur Trochisci de Agarico: secundum verò alteram, Agaricus Trochiscatus. Communiter autem in officinis sic parantur.

Rec. Agarici fœminei boni, & albi lima in tenues partes derasi, vnc.4. vini infusionis Zinzib.q.s. fiant Trochisc. Hoc Agaricum Trochiscatum vocant. Trochisci verò de Agarico videntur magis apti ad pituitæ eductionem; sed varijs modis parantur. Alij ex Agarici vnc.3.

Zinzib. & Salis Gemmæ, drach.1. cum Oxymelite & Syrup. Acetoso, formant pastillos. Id enim parùm refert, siue ex Oxymelite, siue ex Syrupo Acetoso fiant: multùm vero, si fiant secundum illam descriptionem uel secundum aliam, in qua vnc.1. Salis Gẽmæ, & Zinzib. drach.1. legitur. Ego magis probo vltimam: & secundum hanc parari suadeo: quia in prima Dosis est minima ad drach.1. Salis gemmæ, & Zinzib. vnc.1. In secunda verò minor est, quàm conuenit dosis ad drach.1. Sed liberum est addere vt libet. Decoquunt Zinzib. in aqua Bugloss. in decocto Zinziberis infundunt Sal benè tritum, & miscent: sed hoc modo parantur, non multùm differunt ab Agarico Trochiscato.

Trochisci Alandal.

TRochisci ex Colochintidis interna parte parantur, qui Arabicum nomen seruarunt apud omnes; quod ego quoque seruare volui, vt vulgus nesciret ex Colochintide eos parari, (timere enim solent Diagredium, Colochintidem & alia fortiora remedia, sine quibus tamen morbos contumaces curare non possumus.) Parandi autem sunt ad pituitæ euacuationem in hunc modum.

Rec. Pulpæ Colochintidis albæ & leuis purgatæ seminibus, * vnci.10. oleo Rof. vnc.1.

Gummi Trag. & Arab. ana. drach.2.

Bdellij & Myrrhæ, drach.1. macerentur lachrymæ in aqua Ros. triduum, & formentur Trochis. ex Colochyntide. Oleo Ros. confricetur Colochyntis forcipibus minutim incisa: deinde cum mucagine fiant Trochis. quos siccent, & siccatos rursus in Trochiscos reducant. Hoc autem faciunt, vt in tenuiores partes redigatur Colochyntis. Quòd si non sit tunc factum, diligentius in puluerem redigentur, cùm his erit vtendum.

* *Hic vnc. 10. pro drach. 10. restituimus: & vnc. 1. Ole Ros. pro drach. 1.*

Trochiscorum Rhabarbaro Mesue emendata descriptio Rondelletiana.

TRes sunt Trochisci, qui fiunt similes: Ob id sufficiet vnum ex his retinere in officinis. Retinebimus eos, qui ad hunc modum sunt parandi.

Rec. Rhab. drach. 10.

Succi Eupatorij Mesuæ, id est Agerati, non Gratiolæ, vt vbiq; perperam Cordus annotauit, drach.4.

Ros. drach. 3.

Spicæ Nardi,

Amygd. amar. ana. *a*. drac. 2.s.

Anis. Rubiæ tinctorum, seminis Apij,

Absynth.

Azari, ana. drach.1.

Cum vino formentur, si succi inspissati & siccati sint: Si verò ex succo recenti, sine *b*. vino; sed cum succis parandi sunt. In hac descriptione restituimus pondus, & ordinem Amigd. amararum. Nam antiqua exemplaria & ordo hoc docent, vt post drach.3. sequantur drach. 2. vel drac. 2.s. Quòd si desiderasset Amygdalar. amar. drach.4. cum Eupatorio coniunxisset, vt coniunxit, quæ pondere tantùm drach. 1. ponuntur.

Succum Eupator. Mes. vel succum Absynth. ipse substituit aliquando: Sic *c*. Troch. de Absynth. & Eupatorio carere possumus, cum istos habemus, qui valent ad liberandas obstructiones hæpatis,

a. *Hic auxit Spicæ pondus ad maiorem efficaciam.*

b. *Cum aqua Cassithe format Antidotarium Florentinum; & conuenit quando habetur.*

c. *Troch. ex Eupatorio & Absynthe carere possumus.*

Trochis.

Trochisci è Capparibus. *Mes.*

TRochisci è Capparibus parantur ad splenis affectus, & obstructiones auferendas. Recipiunt aperientia siue lachrymis, & hoc nomine differunt à Trochiscis hæpaticis, qui Rhab. omnes recipiunt, vt illi qui nomine Rhabarb. appellantur & de Absynth. & Eupatorio.

Rec. Corticis rad. Cappar. seminis Agni Casti, ana. drach. 6.
Melanth.
Calaminth.
Acori
Amygd. amar.
Nasturtij
Ammoniaci
Foliorum Rutæ,
Aristol. rotundæ,
Succi Eupat. ana. drach. 2.
Cyperi
Scolopendriæ siue Ceterach, ana. drach. 1.

Dissoluatur Ammoniacum Aceto acri, & cum dissolutione formentur Trochisci. Vera Scolopendria est Ceterach; quanquam lingua Ceruina easdem vires habeat ad splenem absumendum. Melanthium, Nigella Romana dicitur, non vulgaris, quæ Melampyron est.

Trochisci Alkekengi, siue è Solano vesicario. *Mes.*

EX baccis Alkekengi fiunt Trochisci, qui corrupto vocabulo Trochisci Alkekengi vocantur, & parati debent ob summam eorum necessitatem in affectibus renum & vesicæ ad dolores & vlcera eorum. Recipiunt autem hæc.

Rec. Baccarum Alkekengi, drach. 3.
Seminis Citruli,
Melonum pro seminæ albæ Techæ,
Cucurbitæ, ana. drach. 3. ß.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
a. Corticis Thuris,
Sanguinis Draconis,
b. Papaueris albi
Amygdalarum amarar.
Succi Glycyrrhyzæ
Tragacanthi
Amyli
Nucleorum Pinearum, ana. drac. 6.
Seminis Apij
Succini, siue Carabæ,
Hyoscyami
Opij, ana. drach. 2.

Cum aqua Mellis compingantur Trochisci. Aliqui addunt Terram Sigillatam: sed in optimis exemplaribus Mes. non legitur. Aliqui dubitarunt, quòd interpres legant (peponis Indi) sed aliqui intelligunt de Techa alba, quæ est peponis species. Qui habent, ponant: qui non habent, seminare possunt: Sin minus, semen Peponum, vel Cucumeris. Omnia ista semina idem præstent humiditate aquea, qua abundant.

a. Alii Galbanum habent.
b. Capita addit Rondel.

Trochisci è Myrrha, Rhasis, quia omissi, á nobis additi ob frequentem vsum.

Rec. *Lupinorum, drach. 5.*
Myrrhæ, drach. 3.
Foliorum Rutæ:
Mentastri,
Pulegij * *Ceruini*
Radicis Rubiæ tinctor, } *ana, drach. 2.*
Assæ fœtidæ,
Sagapeni
Opopanacis,

Lacrymæ si recentes & selectæ, pistillo & mortario calidis facilè dissoluuntur, affundendo succum Rutæ aut Arthemisiæ, aut Pulegij, aut earundem decocta ex Vino, non aceto; commixtis omnibus formantur Pastilli. Menses mouent, Partum accellerant; & fœtum mortuum expellunt, quemadmodum Myrrha, quæ Dioscoride teste, vuluam emollit, & præclusam aperit; menses & partus celeriter extrahit, cum Absinthio, Lupinorum cremore, vel succo Rutæ, non solum sumpta sed etiam admota; quia Succus Rutæ acerrimus, & ad id efficiendum efficacissimus.

Cordus, Florentinus de Remediorum formulis, & Bauderonus Cyminum addidere (quibus vt opinor, non fuit notum illud Narbonense Monspeliensium Pulegium Ceruinum, ciendis mensibus efficacissimum: contra verò Cuminum, Dioscoride authore, mensium abundantiam inhibet; & contritum, naribusq; obiectum ex Aceto, sanguinis profluuia sistit. Huius non meminit Syl. *L'Obel.*

Trochisci è Carabe siue Succino.

EX Succino parantur Trochisci efficacissimi, quos retinere visum est ex Mesueo.

Rec. Carabæ, aureos 6.
Cornu Ceruí vsti,
Coralli adusti,
Tragacanthi
Acatiæ
Hypocystidos
Balaustiorum
Mastic.
Laccæ lotæ,
Pap. nigri assi leuiter, ana. aureos duos.
Thuris,
Croci
Opij, ana. aureum vnum, ſ. cum muccagine Psillij, extracta cum aqua Rof. fiant Trochisci.

Hos transcripsimus ex Mes. & pondere, quo ipse vsus est, nos quoque vsi sumus, aureo, scilicet, quod pendet drach. 1. ſ. apud eum, & alios. Nihil est periculi, si quis pro aureo, drach. legat; quia omnia simplicia eodem pondere notantur: quare semper eadem proportio seruatur; non autem pondus idem compositionis totius, quòd parùm refert, quando tota quantitas vna dosi non sumitur. Pro (Hemphlisti-dis) reddidimus (*Hypocistidis*) ne nomen Arabicum remoraretur Pharmacopolam. Adiecimus muccaginē extrahendā cum aqua Rof. quia constringit, & odoris suauitate aliorum fœtorem emendat. In Mes. quia non legitur (gummi assi) prætermisi. Quod si placet, expunge; Lacca lota, quia nostra si esset Cancamon, non conuenit, vel pro Lacca, Sang. Draconis ponendum suademus.

Trochisci de Antispodio, cum semine Acetosæ Mesuæ.

TRochisci ex Spodio Arabum, id est, Antispodio Dioscoridis, parantur duobus modis sine semine Acetosæ, & dicuntur simpliciter de Spodio: Alij cum semine Acetosæ: ob id de Spodio cum sem. Acetosæ dicuntur, qui magis probantur à practicis; ob id illos retinemus; quia efficaciores ad constringendū sunt, & recipiunt hæc.

Rec. Rof. rub. drach. 12.
Antispodij ex Myrrho, vel *Oliua, vel Cotoneis, drach. 10.
Sem. Acetosæ drach. 6.
Sem. Portulacæ, granorum Coriandri infusorum in Aceto, deinde torrefactorum pulpæ Sumach, ana. drach. 2. ſ.
Amyli assi,
Balaustiorum
Berberis, ana. drach. 2.
Gummi Arab. drach. 1. ſ. cum succo Acetosæ fiant Trochisci.

* *Vel Oliua, siue ex ramis Oleæ, siue ex Oliuarum immaturarum cortice fiat Antispodium, pers. de ost.*

*Trochisci Scillini, siue è * Scilla.*

* *De Scilla & Pancratio consule Aduersaria Stirpium pag. 57.*

AD Theriacæ præparationem ex Scilla parari debent, in fine Veris. Ex Galen. sic parantur.

Rec. Carnis Scillæ decoctæ, vnc. 4.
Farinæ Orobi leuiter torrefactæ, vel micæ panis candidissimi, vnc. 2.

Formentur Trochisci, & seruentur in domo spectante ad meridiem, non tamen in sole, & moueantur frequenter, ne situm contrahant.

Scilla bonæ habitudinis, id est, mediæ magnitudinis est eligenda recens. Illam massa ex optima farina subacta inuolue, & in furno vel sub cineribus coquito, donec molescat, abiectis prius primis tunicis & duriore infima parte, cui radicis fibræ pendulæ subtus adhærent; mediam in mortario in læuorem coge, & addita sufficienti quantitate farinæ Orobi torrefactę, vel micæ panis, fiant Trochisci. Farina Orobi vsurpatur, quia apta est ad formandos Trochiscos, & pugnat aduersus venena: Et quoniam Eruum aliud est albū, aliud flauum, eligitur albū, quo deficiente, vsurpatur flauum, vel mica panis candida. Sunt qui volunt æqualem portionem: alij dimidiam: alij tertiam tantùm: Alij duas farinæ, tres carnis Scillæ. Hæc melior est proportio, & secundum hanc parabimus.

Trochisci è Viperis.

EX Viperarum carne parantur in officinis Trochisci initio æstatis ad Theriaces præparationem, quæ æstate mediâ & feruida paranda est, & cùm herbæ, flores, & fructus habent ferè maturos. Parantur ex carne Viperarum, & pane tantùm, varia portione apud diuersos. Sunt enim, qui dimidiam, qui tertiā, Galenus quartam, vel quintam miscet. Nam panis ad excipiendam carnem, & seruandam ponitur. De præparatione pauca, plura in Diario, seu Ephemeridibus Pharmacopolarum. Caro Viperarum tantùm vsurpatur, quia caput, cauda, & pellis, & spinæ, & interna abijcienda

abijcienda sunt, eoq; tempore magis, quo plus carnis habent, vt paulo post quàm è terra exeant venandæ, & illæ, quæ ventrem non gerunt. Caro decoquatur in sufficienti quantitate aquæ, vt Anguillæ solent decoqui.

L'Obel.

Vipera in Eng. a. montibus maritimis, Veneta hodie ditionis non procul à Patauio, & in Galliæ Pict. agro, iuxta paganum S. Benedicti vicum, saxosis ardua via, Pasclourdin *vocata, milliari à Pictauio Metropoli dissita, venantur à medio Aprilis in finem Maij, & paulo tardius locis à mare dissitis ad æstatis initium, pastillis Theriacalibus Patauinorum Venetorum, Pictauiensium & Monspeliensium commendatissimæ. Delectus Viperæ recentis venatus, esto femella fuluæ coloris, capite latiusculo & compresso; gracili longiusculoq; collo; ventre ampliore ouis carente minimeq; pragnante: minore cauda minimeq; collecta aut contorta, sed expansa: pigro reptatu posteriora caudæ proxima promouentis; atrocissimi vultus. Cauda & caput amputantur quatuor digitorum vtrinq; interstitio. Viuaces, vt Anguillæ sanguinem fundentes à sectione præferuntur. Coquuntur ex Anethi coma, addito salis momento ad dissolutionem & separationem carnis ab aristis, aculeis & spina. Caro excipitur pane biscocto in pollinem redacto, & addita iusculi decoctionis q. s. formantur Trochisci, qui inunguntur Opobalsamo, vt diutius conseruari possint. Multa carne & pauco pane biscocto parati fatiuieris coloris Pastilli præferendi: improbandi verò dilutiores, pauxilla carne, multo pane & iusculo cotioso parati; cuiusmodi quotannis ex Italia Antuerpiam deferre solebant improbi, auari, & lucri rapaces Myropolæ siue Materiæ Medicæ, herbarum & simplicium medicamentorum institores. Hæc admonendi gratia scribimus, quo quisque sibi caueat.*

Hedyeroon Andromachi, siue Magna Hedyeroi ex Galeno.

Rec. *Ammomi, drach. 21.*
Myrrhæ,
Folij,
Nardi Indicæ,
Croci,
Cassiæ, } *ana drach. 6.*

Schœnanthi,
Calami odorati,
Phu Pontici,
Xylobalsami
Opobalsami,
Cinnamomi,
Costi, } *ana drach. 3.*

Mari,
Asari,
Amaraci, siue Maioranæ.
a. *Aspalathi,* } *ana drach. 2.*

Mastiches, drach. 1.

Vini Phalerni q. s. fiant Trochisci ad Theriaces compositionem. Hedicroi Pastillos, quia hic omissi fuere, & in Theriaces antidoto recipiuntur, necessariò subnectere visum fuit. Ægineta ponderibus multum variat.

a. *Aduersario. pag. 427.*

Tróchis. Cyphi Damocratis.

TRochisci Ciphi dicti, odorati suffimento. Compositio hæc erat dicata Dijs, qua vtebantur Aegyptij Sacerdotes, teste Dioscoride. Sed quia in Mithridatica vera compositione ponitur, & per se vsurpari potest, eius descriptionem prætermittere noluimus. Multæ sunt componendi rationes, quarum vnam tradit Diosc. alteram Democrates apud Gal. carmine, quæ variari non potest, ob versus rationem. Ob id eam retinuimus cum Galeno.

Trochisci, siue Pastilli Cyphi Damocratis.

Rec. *Carnium vuæ passæ, præpinguis & recentis purgata à pelle & gigartis.*
Terebinthinæ Cypria purissimæ coctæ in aqua donec durescat. } *ana drach. 24.*

Myrrhæ
Schœnanthi, ana drach. 12.
a. *Calami odorati, drach. 9.*
Cinnamomi, drach. 4.

Bdellij b. *Onichis, id est, vngui similis.*
Spicæ Nardi,
Cassiæ optimæ
c. *Cyperi rotundi, non longi, purgati,*
d. *Baccarum maximarũ Iuniperi,* } *ana drach. 3.*

 e. *Aspalathi,*

e. *Aspalathi, drach.* ʒ *ſ.*
Croci, drach. 1.
Mellis optimi & Vini, ana. q. ſ. ad formandos Trochiſcos.

a. *Pro quo ſumebant Rondelletius & Itali feſtucas Iunci odoratiſſ. & pro Schananthe, eiuſdem Iunci odorati flores vigentes.*

b. Onichis *eſt nota bonitatis,* Dioſcoride *authore: hoc eſt, aliquas partes habens, veluti vngues ſquamatim compactas.*

c. Cyperi Rotundi) *Itali ſcitè Cypero rotundo Syriaco in Theriaces compoſitione vtuntur, vt docuimus in noſtris Stirpium Aduerſarijs; Cyperum longum reijcinut.*

d. Baccarum Iuniperi maximarum:) *Itali & Monſpelienſes Iuniperi maioris Baccas magnas phœnices coloris in hac compoſitione recepere. Reſinoſa tota, & pulpa farcta, qua cum Paſſularum carne minutim inciſa territur: Myrrha & Bdellium affuſo vino paſſo diluuntur, cætera in pollinem redacta, cum pauco melle deſpumato commiſcentur & in Trochiſcos rediguntur.*

Iuniperus maior in Narbonenſi Gallia & Galloprouincia vulgatiſſima eſt, vti in Stirpium Aduerſarijs diximus: Eius igitur bacca ad Theriaces nobiliſſ. antidotum, ex Gallia Narbonenſi aut Italia procuranda.

e. *Triplicem Aſphalatum in Aduerſarijs recenſuimus: Horū differentias require, pag. 427.*

Trochiſci è Gallia Moſcata.

NOn tam ad voluptatem Trochiſci iſti parantur in officinis, quam ad ſanitatem; vtimur enim in affectibus cerebri, vteri, cordis: Quare parare oportet, ſed in pauca copia, quia ſemper licebit, potiſſimùm deſcriptionem Meſ. parare. Hiſce tribus parantur.

Rec. Ligni Aloes (pro quo Santali Citrini, drach. 6.
Ambræ, drach. 3.
Moſchi, drach. 1.
Muſcilagine Gummi Tragacanthi ex aqua Roſ. excipiantur Trochiſci, Non deſunt, qui ambram diſſoluere velint in oleo de Ben, vel Amygd. ex eoque confingere. Hoc faciunt, vt magis effument; ſed ſi quis velit ſufumigia parari, ex his, poſtea quàm exſiccati ſunt, oleo inungantur, & ſeruentur vſui in vaſe plumbeo, vel terreo vitreato, vel vitreo, vt odor ſeruetur.

Alipta Moſcata, deſcriptione Nicolai.

PVlueribus conſtat Alipta Nicol. in vſum communem recepta; Cuius deſcriptiones in quibuſdam deſiderantur. Hæc ſufficit & probari poteſt: Conſtat autem ſequentibus.

Rec. Ladani puri, vnc. 3.
Styrac. calamitæ, vnc. 1 ſ.
Styracis rub. vnc. 1.
Sandali Citrini, drach. 2.
Ambræ, drac. 1.
Camph. ſcrup. 1 ſ.
Moſci, ſcrup. 1.
Aqua Roſ. excipiantur, & formentur Trochiſci. In his formandis mucago non recipitur, quia hæc omnia ferè emplaſtica ſunt, & ferè coniunguntur in vnum.

L'Obel.

Æſtiuo tempore parari debent, quia in caniculatibus, Ladanum & vtraq; Styrax Soli exponūtur donec moleſcant, poſtea contūduntur; pulueriſata ſenſim miſcentur.

Ambra & Caphura ſeorſim triturantur.

Moſchus aqua Roſacea diſſoluitur, & omnia commixta in Trochiſco conformantur.

Bonum eſt aliquod grana Piperis in mixtione Moſchi addere. Caliditate ſua fundit odorem Moſchi.

Styracem Calamitam & rubram res eaſdem eſſe volunt, & bonitatis notas à Dioſcoride deſignatas; cui præfertur pinguis, flauus, reſinoſus, albicantibus grumis, qua vetuſtate refeſcunt aut rubeſcunt.

TROCHISCI ſiue COLLYRIA ſicca, Arabibus & Officinis SIEF vocata.

Operæpretium facturus ſum, ſi vſitatiſſima Collyria Sief Arabib. dicta. ſuo loco in Pharmaceutices mutila Rondelletiana Officina omiſſa, quorum tamen doctè ſcripſit, meminitq; libro ſuo de compoſitione externorum medicamentorum; quibus etiam vtitur, quemadmodum Medici perſæpe & Chirurgi Galli, Germani, Belgæ, Angli & Itali in oculorum morbis, pudendorumq, veſica, inteſtinorum, anfractuumq́ ſrexuoſorum vlcerum inſectionibus.

SIEF

SIEF album, siue Trochisci albi Rhasis.

Rec. *Cerusæ lotæ, drach.* 10.
Sarcocollæ, drach. 3.
Amyli, drach. 2.
Tragacanthæ, drach. 1.
Opij, drach. ʃ.
Aquæ Rof. q. ʃ. ad dissoluendum G. Tragacanthum. Fiant Trochisci parui.

SIEF album Mesuæ.

Rec. *Cerusæ lotæ, drach.* 10.
Sarcocollæ infusæ in lacte asinino.
Amyli, unc. ʃ.
Tragacanthæ, drach. 3.
Olibani, drach. 1. ʃ.
Opij, drach. 1.
Aquæ pluuialis q. ʃ. Fiat Sief.
Fit etiam sine Opio.

SIEF è Plumbo Mesuæ.

Rec. *Plumbi vsti & loti,*
Æris vsti,
Antimonij,
Tutiæ lotæ, } *ana drach.* 8.
G. Arabici,
Tragacanthæ,
Opij, drach. ʃ.
Aquæ pluuialis, q. ʃ. Fiat Sief.

Trochiscj è *Minio* corrodentes, *Iohannis de Vigo*, quibus frequentissime Chirurgi vtuntur.

Rec. *Medullæ panis crudi, bene fermentati, drach.* 4.
Sublimati electi, drach. 1.
Minij, drach. ʃ.
Aquæ Rof. q. ʃ. Fiant Trochisci : siccentur calore clibani tepidi.

Sief, siue Collyriorum plures descriptiones non est opus adiungere, neque Pharmacopœos molestare, quia Medici & Chirurgi industrij, pro ratione affectuum & implicatorum morborum sibi, nullo negotio, necessaria medicamenta continuari procurabunt ; hac tamen nesciunt Medicorum & Chirurgorum vulgus.

Capitellum D. Io: de Vigo.

Rec. *Calcis viuæ optimæ, lib.* 4.
Aquæ feruidissimæ, q. ʃ.
Fiat Lixiuium, (Gallicè Capitellum)
Addendo Cineris Piceæ aut Pinastri, (vulgò Potaschen) lib. 1.

Rec. *Huius Capitelli, lib.* 4.
Vitrioli Romani, drach. 6.
Coquantur in vase æneo ad duritiem salis, addendo sub finem in media parte Capitelli,
Opij in succo aut aqua Solani dissoluti, scr. 4.
Conseruentur in vase æneo rubro aut vitreo.

DE OLEIS.

Olea oportet habere, quæ ipsa citra aliam mixtionem, vtila sunt ad dolores, asperitates, & alios multos affectus curandos. Præterea ex ipsis Cerata, Linimenta, Vnguenta, Emplastra, & Irrigationes fiunt : quare de his dicemus, deque his, quæ ex Oleis parantur. Oleorum alia simplicia sunt, alia composita : Simplicia, quæ nihil accipiunt a compositione, præter separationem, vel extractionem, vt Oleum Oliuarum, Amygd. Nucum, ex semine Sinapi, Afini, Lini, & alijs seminibus similibus, vel semine, vel fructu aliquo pingui. Composita verò sunt, quæ ex Oliuarum expresso oleo cum floribus, herbis, vel odoratis parantur : Et hæc sunt, quæ in officina habere debet Pharmacopola. Oleum Omphacinum (vel eius loco paratum cum folijs oleæ) Oliuæ immaturæ paratur statim post collectionem. Oleum antiquissimum, euadet si ex oliuis natis loco saxoso, & excocto, paratur post multos menses à collectione oliuarum : tale enim acre fit, quale est antiquum ; vel diu coquendum, vt antiquo respondeat.

Oleum Sesaminum.

Oleum Sesaminum vile est in Scicilia, vbi ingens copia nascitur Sesami, sed nobis charû : quare quæ ex Sesamo olea parātur, ex oleo dulci esse debent, & maximè pingui & crasso : qualia sunt olea, quæ in campestribus locis, humidis, & feracibus terris, colliguntur ; Laurinum, Nardinum, Rutaceum, Mastichinum, Irinum, Chamæmelinum, Liliorum, de Absynth. Mastichinum, Lentiscinum, Myrthinum, Omphacinum, Rosatum, & complexum, de Cotoneis, de Menta, Violaceum, de Euphorb. de Piperibus, de Papauere, de Mandragora, de Costo.

Quam mutilata, depravata & sensu obscura sint hæc de Oleis & Sesamino Oleo scripta; fides & iudicium penes lectorem esto. Sic autem restituere visum fuit, ratione & rerum cognitione docente, clarioris doctrinæ ergò; saluo tamen melioris iudicio.

Quæ ex Sesamo olea parantur dulcia & pinguia id est, vnguinosa sunt aut esse debent: qualia sunt Oliuarum expressa olea quæ in campestribus, humidis, feracibus fecundisuè terris, colliguntur: cuiusmodi sunt Amigdalinum dulce, Papauerinum, Laurinum, Lentiscinum & huiusmodi olea expressa: quemadmodum & factitia ex Oliuarum oleo dulci, Absynthites, è Mentha (ex Sesamino autem Nardinum paratur) Anethinum, Rutaceum, Irinum, Chamæmelinum, Liliaceum, Rosatum item Omphacites flauentis virentisque Oliuæ ante Oliuitatis tempus collectæ vti Cydonites, Myrthinum & Mastichinum: Rosatum verò completum fuscantis maturæq; Oliuæ, violaceum, Neuupharinum, Mandragorites; Costinum, ex Euphorbio & è Piperibus. Videntur tamen hæc calidiora olea consultiùs paranda ex oleo Veteri, claro & tenui: media vero ex mediæ ætatis oleo, aut recentiore, vti frigida. Hæc moneo vt Pharmacopœi misellis parsimoniæ non liberalitati addicti, desinant promiscuè ex oleis rancidis omne genus olei compositi parare.

Ignoscite quæso lectores candidi, si audentiùs hæc mihi ita restauranda visa: quia sensum neque constare, neque authoris mentem exprimere videntur: quamuis malim propria edere, quam aliena obscura & mutilata documenta aut fragmenta interruptaq; scripta ex prælectionibus Rondelletianis raptim sæpe collecta explanare: Simillima sanè difficultatum sylua in Succedaneorum reparationibus, mendarum ratione, quantum potui diligentiâ & fide restituta, me monuit, ne bonoris dilectissimi perpiæ memoria præceptoris derogaretur, tanta immutādo mendosissimaq; scripta, Imitationis Rondelletiana verbo vti: honoris tamen ergo, & quò scriptis nostris plus ponderis & authoritatis accedat, vnicuiq; quod suum est reddendo, eius nomen supprimere non ingenuum foret, vt aliqui tam Galli quam Germani aut Angl. botanici vernaculè pseudo scriptores, alienis ornati pennis, Aesopicæ Corniculæ modo fecerunt; quos non inhonesto pudore erubescere miror: quando integris alienis voluminibus, nostrisque peregrinationibus, & exigiatis laboribus, fastu prætumidos plausibiles plebeculæ, ignarisque; codices suos peruersos aut è latina lingua in vernaculam euersos, farcire audent. Ingenuè verò fateri per quos proficimus, perhumanum est. De his satis plura in Balsami explanatione diximus.

Oleum Rosatum Omphacinum.

HOc duplex est. Aliud rude, quod Omphacinum Ros. dicitur*: aliud verò compositum. Oleum rude ad refrigerandum & repellendum conficitur ex oleo Omphacino, & Rosis non expansis. Ratio parandi talis est. Accipe eam quantitatem olei Omphacini, quā voles; In qua infunde Ros. parum contusarum quantitatem ei respondentem. Pone in vase vitreo, vel vitreato, & diligenter obtura. Expone soli per dies vij. & quotidie volue vas, vt vndiquaque incalescat. Deinde leuiter decoque in duplici vase. Posteà exprime, & illas Rosas abijce, & secundò alias Rosas infunde, &, vt prius, repone in sole per vij. dies. Rursum decoque, imponendo atque Rosatum, vel infusionis Ros. q. s. Decoquatur leuiter, & reponatur oleum, & vsui seruetur. Simile fieri potest ex Rosis siccis, & aqua Ros. quod magis constringit & non multò minus refrigerat, & oleo abluto aqua aqua frigida, & cum succo Palmæ, vel Cytoniorum, quod magis constringet, & non multò minus refrigerabit.

** In regionibus frigidis Oleo Omphacino o batis.*

Regiones quæ carent Oleo Omphacino, addere possunt Omphacium & Plantaginem, vel succum Ros. in infusione Rosarum, vel iteratis infusionibus adstrictoriam vim oleo conciliare: aut tēpore Vuæ acerbæ coquere in oleo dulci quantitatem sufficientem prædictæ Vuæ cum acinis ad astrictionem.

De oleo rosato completo.

OLeum completum ex oleo dulci, & maturo, & Rosis expansis, contusis, & soli expositis, & leuiter decoctis in duplici vase, vt Ros. Omphacinum componitur. Hoc ad dolores conuenit. Post annum valet adhuc ad confortationem & doloris mitigationē. Omphacinum verò post annum inutile est ad refrigerandum & repellendum. Quare pro completo, secundo & tertio anno vsurpari potest.

De oleo Myrtyllorum.

OLeum Myrtillorum, prope Rosaceum Omphacinum rude collocari debet. Refrigerat enim, repellit, & adstringit. Sic paratur.

Rec. Olei Omphacini, lib. 3.
Baccharum immaturar. Myrthi confractarum lib. 1.
Aqua, lib. 2.*

Bulliant ad aquæ consumptionem, Si aqua decoctionis, vel aqua Myrthi apponeretur, efficacius esset. Hoc Oleum parari debet hoc modo, vt præster quæ pollicetur, & possit refrigerare & repellere. Quare sine Vino, sed cum aqua decoctionis vel destillationis Myrthi parari debet. Succus ponitur vel decoctio, vtatur oleum coctione. Vinum autem apponendum non est, nisi fortè tempore applicationis, necessitate expostulante, ad penetrationem. Non enim semper Vinum conuenit, vel Acetum: quare cùm conuenit, addatur; nam parare cum vino, est medicamenti vim impedire.

* *Minor quantitas sufficiet, si decoquatur in vase duplici.*

De oleo Cydoniorum.

Oleum Cydoniorum parare debemus, quia est efficax ad refrigerandum, repellendum & constringendum, & in quibus regionibus Myrtus non reperitur, hoc substitui potest. Paratur autem hoc modo.

Rec. Carnium Cydoniorum maturationis mediæ cum cortice, sed sine semine quia muceaginem habet: succi Cydoniorum ana partes æquales, Olei Omphacini q.s. reponantur in vase vitreo ad solem per 15. dies, deinde diutius coquantur, quàm Rosatum, & in duplici vase: colatum reponatur in vsum. Quòd si efficacius efficere volueris, abiectis primis ponantur alia Cydonia, & rursus insola, incoquè, vt prius, cum succo. Vel 40. dies insola, & coque minus. Igne Paulus non coquit, sed insolat per 40. dies. Sed cùm hoc oleum paretur ex carne & succo Cytoniorum, quæ substantia est dura, melius est parare, vt prius. Melior est illa præparatio Mes. vt in sole macerentur prius, deinde decoquantur in duplici vase. Illud Diosc. non est parandum.

Omphacinum) Pharmacopæi totius ferè Europæ hoc negligunt & ignorantià spernunt.

De oleo Nenupharino.

Oleum ex floribus Nympheæ parari debet, quia est efficax ad refrigerandum, & constringendum, & Venereos impetus extinguendos. Paratur autem, vt Rosaceum, ex Omphacino, in hunc modum.

Rec. Olei Omphac. lib. 3.
Florum Nymphex albæ, vnc. 4 contundantur, macerentur, & insolentur, & in duplici vase leuiter coquantur, exprimantur, vsque seruentur. Quia habet multum aqueæ substantiæ hoc Oleum, multùm decoqui debet, vel flores per duos dies seruandi, vt marcescant aliquantulùm, & tunc minus decoquere oportet, absumpta nimirùm aquosa substantia.

De Oleo Violaceo.

Oleum Violaceum parandum est Vere, ex floribus Viol. & oleo dulci, non antiquo, neque salito hoc modo.

Rec. Olei oliuarum maturar. lib. 2.
Viol. recentium. vnc. 4. aut q. oleum ebibere potest.

Infundantur, & insolentur per dies 7. Postea bulliant leuiter, duplici vase, per horam. Hoc Oleum cùm sit ex floribus, sufficit leuiter decoquere, ne longa coctione vis resoluatur, & Oleum calidius reddatur. Non sunt ponendæ Violæ siccæ in fine, quia nullius sunt efficaciæ, nisi parum admodum exciccatæ. Magis enim ob humiditatem vsurpantur, quàm aliud. Refrigerant etiam magis recentes ob humiditatem, quàm siccæ. Est enim aliquid in eis, quod linguam pungit, cùm masticantur. Vtile est ad refrigerandum, & leniendum dolores aegros.

De oleo Liliorum.

Oleum Liliorum simplex, & compositū olim erat, vt ex Dioscoride videre est. Compositum fiebat ex oleo, Myrrha, Calamo aromatico, Cardamomo. Olei inspissamentum seruabant, quo vtebantur in affectibus neruorum, vt vteri. Inspissamentum & faecem appellabant Magma illud, vnde Barbari pro Magmate acciptunt fæcem Olei de Lilio simp., quæ contrariam facultatem habet. Quare si quis præscribat fæcē olei Liliorū, non fæcē simp. sed compositi intelligere oportet. Cuius descriptionem apud Dioscoridem reperies. Simplex conficiebatur ex oleo Balanino, id est, ex oleo de sem: Ben, quod semen antiquis, & Balanus Myrep. vel Myrob. Plinio dicitur. Et quia illud oleum rarum est, erit parandum ex alio simili, vt oleo Amygdal. vel oleo dulci. Sed si ex oleo Amygd. fiat, efficacius erit, & ad sedandos dolores, & relaxandas partes frigore constrictas, & potissimùm Vuluæ, & ad rarefaciendum.

Rec. Olei Oliuarum maturarum, vel Amygd. dulcium lib. 1.

Florum Liliorum alborum, amota parte interna crocea, vnci. 4.

Hi flores satis humidi sunt: quare extra aquæ admixtionē insolandi, & in vase duplici diutius coquendi, donec humiditas absumpta sit, quæ solet oleum corrumpere, vt de Nenupharino dictum. Seruandi flores post collectionem, vt marcescant.

De Chamemelino.

Hoc Oleum semper paratum habere oportet, quòd ad multa vtilissimum sit, vt ad sedationem doloris, ad febres, ad resolutionem & confortationem partium.

Rec. Olei dulcis lib. 2. & vnci. 4.

Florum Chamomilæ vnci. 2. infunde, & soli expone. Deinde leuiter decoque, & rursum flores adde, & soli tantùm appone, & vsui serua.

Dosis florum augenda, & respondere debet proportioni Olei, id est, quam Oleum commode recipere potest.

De Anethino Oleo.

Quanquam non multum facultate differunt hæc duo olea, cùm tamen hoc facilè parari possit, & sine magna impensa, parandum censeo: Est magis calidum, & in doloribus frigidis & flatulentis magis conuenit, paraturque, vt Chamæmelinum.

Rec. Olei dulcis communis lib. 2.

Florum Anethi vnci. 4. vel q. s.

Infundantur, & insolentur, & leuiter decoquantur. Rursum alij flores addantur, & insolentur tantùm: Nam insolatio sufficit ad mixtionem florum odoratorum, & tenuium partiū. Ob id sufficit humidos primos decoquere, & in oleo calido secundos parum exiccatos inijcere, & insolare. Nam qui secundò adduntur, in hoc & in oleo calido semisicci poni debent: eadem fiunt in altera aut ternia expressione. Propè oleum Chamæmelinum collocādū est, & post hoc Rutacium. Anethinum inter vtrumque medium.

Paulus proportione Olei in oleo Anethino vnci. 1. Anethi [illegible]

De Rutaceo Oleo.

Oleum Rutaceum vbique parari potest, & debet, quòd sit efficacissimum, ad calfaciendum, resoluendum, & discutiendum. Fit autem hoc modo.

Rec. Olei Oliuarum antiqui lib. 3.

Foliorum Rutæ, & succi eius ana, vnci. 4. infundantur, & insolentur, decoquantur leuiter, colentur, & vsui seruentur. In hoc non est facienda secunda infusio, quia herbæ & succi posuimus, ana. vnci. 4. pro lib. 3. Ea enim quantitas minor erat: Non me latet hoc factum ob herbæ efficaciam maximam, & fœtorem. Verùm hoc oleum efficacissimum esse dicitur: quare sic non parandum: nam in magnis & extremis morbis minus solliciti sumus de fœtore: Erit etiam ob fœtorem vsui in morbis vterinis, appositum naribus, & vmbelico. *Ter igitur Ruta renouanda erit.*

Si desit Oleum vetus, recens diu coquatur.

De Oleo Irino.

Irinum ab Iride dictum est. Conficitur ex oleo antiquo, floribus Iridis, & radicibus, & decoctione radicum. Parabitur autem in hunc modum.

Rec. Olei Oliuarum antiqui dulcis lib. 2.

Succi radic. Iridis vnci. 2. infundantur, & insolentur, & coquantur ad consumptionem succi. In fine adde flor. irid. vnc. 4. & rursum decoquatur cum floribus leuiter. Non enim sufficit macerate flores ob crassitiem & succi copiam. Oleum deinde cola, & in vsum serua. Valet contra flatus & affectiones neruorum frigidas.

Si efficacius velis ter repetendæ infusiones, aut saltem bis.

De oleo Kerino.

Oleum keri, dicitur oleum de Leucoio luteo, quo possumus carere, si irinum habeatur. Si quis velit parare, faciat hoc modo.

Rec. Florum keri vnci. 12.

Olei antiqui non saliti lib. 2. insolentur per tres dies, & leui igne coquantur in balneo Mariæ. Seruetur vsui. Idem præstat, atque Irinum.

Si diutius flores infundantur, fœtent & putrent.

De

De Oleo Enulato.

OLeum Enulatum dispensari non debet, quia easdem vires habet, cum Irino. Quòd si quis requirat, omni tempore & facilè parabitur ex radicibus contusis, & succo enulæ coctis, vt Irinum.

De Oleo Castorei.

EX Castoreo paratur oleum, quod omni tempore, & nullo negotio fieri potest. Sed quia in Apoplexia, caro, lethargo, & alijs capitis, & neruorum morbis est vtile, præstat paratum habere.

Rec. Olei antiquissimi lib. 1.
Saniei Castoris, vel illius solidæ substantiæ, vnc. 1. leuiter decoquantur. In Castore reperitur sanies quædam ad instar Butyri rancidi liquefacti, quæ ob similitudinem, quam habet cum oleo, facilè miscetur. Ob id nulla decoctione eget, sed potius agitatione, & calefactione. Si verò substantia interna Castoris sicca sit reducenda est in pul. & leuiter calfacienda: ob substantiæ tenuitatem, & acrimoniam facilè oleum afficit. Nolui saniei illius causam exortúmque tradere, cúm alijs locis diffusè & ex professo tradiderim.

Oleum de Euphorbio.

HOc oleum facilè, & omni tempore paratur, & sufficit vel oleum Castorei, vel Euphorbij paratum habere. Paratur autem ex Euphorbio, oleo & vino. Cuius descriptio duplex est. Alia olei simpl. alia compositi. Sed simplex parandum. Nam compositum natura cum oleo de piperibus conuenit. Præterea vix parari potest ob defectum Struthij, quo caremus. Quare sufficit simplex, quod in hunc modum parabimus.

Rec. Euphorb. albi & loti vnci. 1.
Olei Keyrini, lib. 1. vini parum. Leuiter coquatur, vel potius incalescat in balneo. Vsui seruetur. Est enim tenuissimæ substantiæ, quæ, vt de Castoreo dictum est, facilè permiscetur.

Oleum de Costo Mes. siue Costinum.

Rec. Costi amari, vnci. 2.
Cinnamomi crassi, vnci. 1.
Extremitatum Sampsuci, vnci. 8.
Vini odoriferi q. s.
Olei antiqui, lib. 3.

Macerentur simul per tres dies, & leuiter coquantur ad consumptionem vini. Colla, & usui serua. Hoc omni tempore parari potest. Carere possumus, ne multitudine vasorum perturbemur.

Alii habent Olei Sesamini, lib. 3. Cordus lib. 2. & Sampsuci vnci. 2. Ole m tamen vetus Amaracinum, aut Anthosatum non erit inutile, paratum ex f. q. Amaracinat Rosmarini Coronarij floribus.

Oleum Mastichinum.

OMni tempore parari potest. Carere possumus. Sed quia frequenter eo vtuntur Medici, aliquam quantitatem præstat habere. Sic paratur.

Rec. Masticbes vnci. 3.
Olei dulcis vnci. 12. vini optimi parum. Decoquatur leuiter. Paratur duobus modis apud Mes. cum oleo Ros. vel Sesamino. Et quia Mes. vsurpat ad ventriculi & iuncturarum corroborationem & sedationem dolorum, & ad apostemata dura; ob id illam priorem descriptionem appofuimus, quod paramus ex oleo dulci, loco Sesami. Quòd si quis velit magis constringere, oleum Ros. ol. Cydoniorum, vel Myrthill. addere poterit. Sic paratum, vt diximus, magis ad dolores leniendos, & abscessus conuenit: nam Masticbe emollit, & constringit, si practicis credimus: quare magis emolliet & concoquet, si cum oleo dulci, vel Sesamino paretur.

Fit hodie ex oleo vulgari Oliuarum, cùm tamen vt sentè annotat Syluius, ex Rosato, aut Omphacino; aut saltem loto confici debeat in vase duplici; ad robur ventriculi & viscerum: At Rondeletij rationes non sunt contemnendæ vtilitatis ad emolliendum & sedationem dolorum, quando paratur ex oleo dulci: parandi autem ratio Syluij optima est, quia nullo modo decoctionem sustinet Masticbe; inquiens, Consumpto propemodum vino, decocto leuiter ex oleo: Masticbe pertrita paulatim affunditur, continenter mouendo, donec erit liquata & permista: Coctione longiore exanimatur.

Qui Masticbes naturam norunt, nullo modo ignem ferre sciunt: igitur qui decoquendam ad vini consumptionem iubent, non experti sunt Masticben ignis calore statim in grumos, coalescere, duri & separari ab oleo si coquatur audientius igni admoueatur, vt Pix, in vnguento Basilico; nunimeq; ad formam præscripti medicamenti aut olei Mastichini exactam preparationem efficaciamq;

quidem si efferbuerint, penitus resoluuntur; eorumq́ vires inanes, inanimata & irrita fiunt, Quam ob rem non abs re me facturum duxi, si aliam commodiorem parandi rationem mihi eligerem in Succatiuncula siue Chylarij modum; quo possim Ventriculum, Cor, Cerebrũ, facultatesq́ animales, vitales & naturales, languidaq́ viscera reficere, fouere, & gulæ irritamenta instaurare, tueri, nec non leniter soluendo excrementitijs, putrilaginosis, nidorosisq́ superfluitatibus vindicare, beneficio infrascripta Pilularum Aromaticarũ Succatiuncula, omni ætati vtilissima, asseruata corroborantiũ Aromatum energiâ & efficacia. Sic enim habet.

Rec. *Agarici selectissimi, unc.2.*
Caryophyllorum
Florum Anthos
Florum Stæchadis,
Saluiæ,
Betonicæ,
Melissophylli
Corticis Citri
Cinnamomi tenuis
Nucis Moschatæ, ana.drach.1.
Menthæ Romanæ siccæ
Maioranæ nobilis
Absinthij sicci aprico loco collecti,
Epithymi, vel florum & summitatum Thymi, ana, scrup.2.
Radicum Asari
Schænanthi
Galangæ tenuis,
Santali Citrini,
Xyloaloes primæ notæ,
Cardamomi
Phu tenuis
Acori,
Myrobalanor. Kepulerum, ana. drach. ſ.

Contundantur; infundantur in succi & infusi Rosarum & succi Betonicæ æqualium partiũ q.s. varijs vitreis cõmodioribus vasculis optimè clausis, debito ordine, ex artificis industria, conseruatâ cuiuslibet simplicis medicamenti energiâ: digerantur balnei moderato calore. Expressioni & colaturæ dissolue pulueris

Aloes Succotrinæ purissimè defæcatæ, unc.18.

Exiccentur tepido Balnei vapore aut clybano artificiali ne vis odoratorum expiret, aliquoties vniter agitando.

Omnibus penè refrigeratis, adde Mastiches tenuissimè tritæ drac.6. Croci scrup.4. fiat. massa formandis Catapotijs idonea.

Chylismatis Catholici Theophrastice torsionibus minus infesti, accurata magis, emendataq; descriptio nostra.

Rec. *Trocisc. Alhandal, drach.15. scrup.1.*
Veratri nigri legitimi,
Diacridij Italico more egregiè præparat. ana unc.1.
Agarici optimi, unc.1.ſ.
Aloes select. defæcatæ & præparatæ unc.2.
Specierum Diarhod. Abbatis, drach.12.
Cinnamomi drach.4.
Mastiches scrup.4.
Spec. Aromat. Rosi. vel spec. Dianthos, dr.3.

Spiritus vini alcoholizati, q.s. in quo macera species prædictas aliquot diebus secundum artis præcepta, in Sole vel Balneo. Deinde facibus reiectis, Spiritus super purgantia medicamenta incisa & contusa funditur, (demptis Aloe præparatâ Diacridio, & Mastiche quæ sub finem commiscentur) & in Sole aut Balneo feruido digerantur, & vt loquuntur, circulantur, par octiduum: postea exprimuntur: demum humor elicitur per Balneum donec crassitudo fiat formandis Catapotijs idonea.

De TROCHISCIS.

TRochisci à figura rotunda dicti sunt. Parantur autem ad medicamentorum conseruationem. Nam melius conseruantur simplicia medicamenta in ea forma solida, quam in pul. redacta. Multi sunt, quibus carere non possumus, quia alias compositiones ingrediuntur, vt Trochisci de Violis, de Rosis; in pul. cordialibus, vt Diarrhodon, Trochisci Squilliti ci & de Viperis, in Theriaca. Aliqui in fumigijs recipiuntur, vt Alipta Moscatæ, Galliæ Moscatæ. Quo tempore præparari possint, vt Squillæ, Viperarum, parentur: qui vero quouis tempore parari possunt, cum otio abundant, serius parabunt, vt hyeme. Parentur tantùm, qui sequuntur, Trochisci Dyarrodon, è Viol. Scillitici, Theriacales, è Camph. Trochisci Alkekengi, è Myrrha, è Gallia Moscata, de Alipta Moscata, è Rhab. è Spodio, è Carabe, Alhandal, è Capparibus, de Agar de Eupatorio, Absynthio.

TROCISCI DE ROSIS.

Trochisci è Rosis, descriptione Rasis Mesuæo. Diarrhodon dicti Trochisci à Rosis. Hoc nomine etiam pul. apud Arabes, & collyrium apud Gal. dicitur. Horum Trochiscorum multæ sunt descriptiones, sed Rhasis magis probatur, quæ sic habet.

Rec. Rof.rubr.amotis vnguibus drach.4.
Santal.Moschatelini, vel Citrini, pro ligno Aloes drach.2.
Mastich.drach.1.ß.
Absynthij,
Cinnam.
Spicæ Nardi,
Cin.crassi, siue Cassiæ,
Schænan. ana. drach.1. fiat pul. tenuissimus, qui vino exceptus reducatur in Trochiscos, & seruentur in vase vitreo. Hic pro ligno Aloes rarò inuentu, Santalum substituimus. Cassiam, Cinnamomum crassum interpretati sumus. Hæc descriptio aptissima est, nec tamen reijcienda illa Mes. quia est paratu facilior. Recipit tamen, quæ sequuntur.

Rec. * Florum Rof.drach.10.
Glyccyrrhiz.drach.5.
Spicæ Nardi, drach.2.ß. excipiantur vino albo, fiant Trochisci.

N.bil habent quod agglutinat. * *Ex* Nicolao Præposito.

Trochisci de Violis.

Hoc nomen vagum est apud Græcos, sed magis apud Latinos, ἴον Græcis, Violam significat, quam simpliciter in officinis Violam Martij vocant. Græci tamen Violam appellant λευκόιον, cuius tres sunt species, lutireæ, quas vulgus vocabulo Arabico Cheti vocat: albas, seu rubras, seu purpureas, Græci, nomine, μῆλα significant. Quare incertum est, à quibus nomen habeant hi Trochisci. Puto tamen a Leucoio. Et qnia nomen sonat Albam Violam, vertunt violas albas. Qui trochiscos in officinis parant, ex martialibus Violis componunt contra authoris voluntatem, qui potius ex Cherino flore, quia inter Violas est efficacissimus. Dispensabimus ergo ex illis, & secundum hanc descriptionem fiant, quia hi Trochisci recipiuntur in pul. cordialibus. Si enim parentur secundum aliquas descriptiones Mesuæ, quæ Turbith drach.3. recipiunt, destrueretur pul. cordialis. Fiat ergo in hunc modum.

Rec. Florum Leucoij viridium, drach.5.
Amyli drach.3.
Sem.Pap. albi, drach.2.& scrup.1.
Rhab.scrup.5.
Sem.Plantag.drach.1.
Succi Myrrhæ pro Opobalsamo, scrup.1.
Aquæ Rof.q.s.
Fiant Trochisci, & reponantur in vase vitreato.

Parari possunt ex albis purpureisque: sed quia Lutearum præcipuè in medicina vsus est, ex luteis parabuntur, quæ Cheiri vocantur. Recipiebant Balsamum, quod de Opobalsamo intelligendum est, tanquam de præstantiore. Nos succum Myrrhæ substituimus, vt in Theriaca, & omnibus alijs internis remedijs faciendum censemus. * Extrahitur sic. Eligitur purissima Myrrha, qualis illa, quæ venditur multis in locis pro Bdellio. Est autem flaua, amata, odorata, & partes habet velut vngues. In tenues partes ponatur, & in cauitate albuminum Ouorum coctorum ad duritiem, & supra discum stanneum reponatur in loco frigido subterraneo. Sic dissoluetur, & in verissimam Steacten redueetur, & illa licebit vti pro Stacte prelo expressa, & pro Opobalsamo. Hos Trochiscos dispensandos suadeo, quia in pulueribus quibusdã recipiuntur: nam alio modo non vtimur: Est certe medicamentum incerti effectus; componitur enim ex pugnantibus calidis, frigidis, & adstringentibus: quare quantitatem habere oporteret, quam putamus sufficere ad pul. conficiendos. Paratur Vere & Æstate in locis frigidis: Apud nos toto ferè anni tempore reperiuntur, præterquam in fine æstatis, quando defloruerunt, & semina producunt.

Liquoris Myrrhæ Extractio.

Trochisci è Violis Martiis purpureis purgatrices.

Venetiis in frequentissimo & quotidiano vsu sunt Trochisci magistrales, descripti in Florentino Antidotario; quibus Itali medici vtuntur, ad pituitam & bilem blandè euacuandam: acuendosq́ bolos lenientes è Cassia, Diacatholico, Elect: Lenitiuo & similibus, paratos.

Rec. *autem, violarum purpuro-violacearum flaccidarum siue passarum, aut superfluo humido orbatarum, drach. 6.*
Pulueris Turbith. drach. 3.
Suc.i Glycyrrhizæ,

Manna

Manna,
Diagredij, ana. drach. 2.
Violæ purgata à suis viridibus partibus & pediculis, tunduntur exactè, addendo Mannam secundo in pila marmorea aut lignea: tandem adduntur reliqua; quibus commixtis, Trocisci lupinares formantur, seruanturq; in vsus medicos.

Trochisci ex Agarico, & Agaricum trohiscatum.

EX Agarico, sine magna impensa parantur duo Trochiscorum genera Mesuæ. Secundum vnam præparationem dicuntur Trochisci de Agarico: secundum verò alteram, Agaricus Trochiscatus. Communiter autem in officinis sic parantur.

Rec. Agarici fœminej boni, & albi lima in tenues partes derasi, vnc.4. vini infusionis Zinzib.q.s. fiant Trochisc. Hoc Agaricum Trochiscatum vocant. Trochisci verò de Agarico videntur magis apti ad pituitæ eductionem; sed varijs modis parantur. Alij ex Agarici vnc.3.

Zinzib. & Salis Gemmæ, drach.1. cum Oxymelite & Syrup. Acetoso, formant pastillos. Id enim parum refert, siue ex Oxymelite, siue ex Syrupo Acetoso fiant: multùm vero, si fiant secundum illam descriptionem uel secundum aliam, in qua vnc.1. Salis Gēmæ, & Zinzib. drach.1. legitur. Ego magis probo vltimam: & secundum hanc parari suadeo: quia in prima Dosis est minima ad drach.1. Salis gemmæ, & Zinzib. vnc.1. In secunda verò minor est, quàm conuenit dosis ad drach.1. Sed liberum est addere vt libet. Decoquunt Zinzib. in aqua Bugloss. in decocto Zinziberis infundunt Sal benè tritum, & miscent: sed hoc modo parantur, non multùm differunt ab Agarico Trochiscato.

Trochisci Alandal.

TRochisci ex Colochintidis interna parte parantur, qui Arabicum nomen seruarunt apud omnes; quod ego quoque seruare volui, vt vulgus nesciret ex Colochintide eos parari, (timere enim solēt Diagredium, Colochintidem & alia fortiora remedia, sine quibus tamen morbos contumaces curare non possumus.) Parandi autem sunt ad pituitæ euacuationem in hunc modum.

Rec. Pulpæ Colochintidis albæ & leuis purgatæ seminibus, * vnci.10. oleo Ros. vnc.1.

Gummi Trag. & Arab. ana. drach.2.

Bdellij & Myrrhæ, drach.1, macerentur lachrymæ in aqua Ros. triduum, & formentur Trochisc. ex Colochyntide. Oleo Ros. confricetur Colochyntis forcipibus minutim incisa: deinde cum mucagine fiant Trochisc. quos siccent, & siccatos rursus in Trochiscos reducant. Hoc autem faciunt, vt in teuiores partes redigatur Colochyntis. Quòd si non sit tunc factum, diligentius in puluerem redigentur, cùm his erit vtendum.

* *Hic vnc. 10. pro drach. 10. restituimus 1 & vnc. 1. Ole Ros. pro drach. 1.*

Trochiscorum Rhabarbaro Mesuæ emendata descriptio Rondelletiana.

TRes sunt Trochisci, qui sunt similes: Ob id sufficiet vnum ex his retinere in officinis. Retinebimus eos, qui ad hunc modum sunt parandi.

Rec. Rhab. drach.10.
Succi Eupatorij Mesuæ, id est Ageratí, non Gratiolæ, vt vbiq; perperam Cordus annotauit, drach.4.
Ros. drach.3.
Spicæ Nardi,
Amygd. amar. ana. a. drac.2.s.
Anis. Rubiæ tinctorum, seminis Apij,
Absynth.
Azari, ana. drach.1.

Cum vino formentur, si succi inspissati & siccati sint: Si verò ex succo recenti, sine b. vino; sed cum succis parandi sunt. In hac descriptione restituimus pondus, & ordinem Amigd. amararum. Nam antiqua exemplaria & ordo hoc docent, vt post drach.3. sequantur drach.2. vel drac.2.s. Quòd si desiderasset Amygdalar. amar. dra ch.4. cum Eupatorio coniunxisset, vt coniunxit, quæ pondere tantùm drach.1. ponuntur.

Succum Eupator. Mes. vel succum Absynth. ipse substituit aliquando. Sic c. Troch. de Absynth. & Eupatorio carere possumus, cum istos habemus, qui valent ad liberandas obstructiones hæpatis,

a *Hic auxit Spicæ pondus ad maiorem efficatiam.*
b. *Cum aqua Cassithe format Antidotarium Florentinum; & conuenit quando habetur.*
c. *Trochisc. ex Eupatorio & Absynthio carere possumus.*

Trochisci è Capparibus. Mes.

TRochisci è Capparibus parantur ad splenis affectus, & obstructiones auferendas. Recipiunt aperientia sine hachrynis, & hoc nomine differunt à Trochiscis hæpaticis, qui Rhab. omnes recipiunt, vt illi qui nomine Rhabarb. appellantur & de Absynth. & Eupatorio.

Rec. Corticis rad. Cappar. seminis Agni Casti, ana. drach. 6.
Melanth.
Calaminth.
Acori
Amygd. amar.
Nasturtij
Ammoniaci
Foliorum Rutæ,
Aristol. rotundæ,
Succi Eupat. ana. drach. 2.
Cyperi
Scolopendriæ siue Ceterach, ana. drach. 1.

Dissoluatur Ammoniacum Aceto acri, & cum dissolutione formentur Trochisci. Vera Scolopendria est Ceterach; quanquam lingua Cetuina easdem vires habeat ad splenem absumendum. Melanthium, Nigella Romana dicitur, non vulgaris, quæ Melampyron est.

Trochisci Alkekengi, siue è Solano vesicario. Mes.

EX baccis Alkekengi fiunt Trochisci, qui corrupto vocabulo Trochisci Alkekengi vocantur, & parari debent ob summam eorum necessitatem in affectibus renum & vesicæ ad dolores & vlcera eorum. Recipiunt autem hæc.

Rec. Baccarum Alkekengi, drach. 3.
Seminis Citruli,
Melonum pro seminæ albæ Techæ,
Cucurbitæ, ana. drach. 3. ʃ.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
a. Corticis Thuris,
Sanguinis Draconis,
b. Papaueris albi
Amygdalarum amarar.
Succi Glycyrrhyzæ
Tragacanthi
Amyli
Nucleorum Pinearum, ana. drac. 6.
Seminis Apij
Succini, siue Carabæ,
Hyoscyami
Opij, ana. drach. 2.

Cum aqua Mellis compingantur Trochisci. Aliqui addunt Terram Sigillatam: sed in optimis exemplaribus Mes. non legitur. Aliqui dubitarunt, quòd interpres legant (peponis Indi) sed aliqui intelligunt de Techa alba, quæ est peponis species. Qui habent, ponant: qui non habent, seminare possunt: Sin minus, semen Peponum, vel Cucumeris. Omnia ista semina idem præstent humiditate aquea, qua abundant.

a. *Alii Galbanum habent.*
b. *Capita addit Rondel.*

Trochisci è Myrrha, Rhasis, quia omisi, á nobis additi ob frequentem vsum.

Rec. *Lupinorum, drach. 5.*
Myrrhæ, drach. 3.
Foliorum Rutæ: }
Mentastri, }
*Pulegij * Ceruini* }
Radicis Rubiæ tinctor, } *ana, drach. 2.*
Assæ fætidæ, }
Sagapeni }
Opopanacis, }

Lachrymæ si recentes & selectæ, pistillo & mortario calidis facilè dissoluuntur, affundendo succum Rutæ aut Arthemisiæ, aut Pulegij, aut earundem decocta ex Vino, non aceto; commixtis omnibus formantur Pastilli. Menses mouent, Partum accellerant; & fætum mortuum expellunt, quemadmodum Myrrha, quæ Dioscoride teste, vuluam emollit, & præclusam aperit; menses & partus celeriter extrahit, cum Absinthio, Lupinorum cremore, vel succo Rutæ, non solum sumpta sed etiam admota; quia Succus Rutæ acerrimus, & ad id efficiendum efficacissimus.

Cordus, Florentinus de Remediorum formulis, & Bauderonus Cyminum addidere (quibus vt opinor, non fuit notum illud Narbonense Monspeliensium Pulegium Ceruinum, ciendis mensibus efficacissimum: contra verò Cuminum, Dioscoride authore, mensium abundantiam inhibet; & contritum, naribusq; obiectum ex Aceto, sanguinis profluuia sistit. Huius non meminit Syl. *L'Obel.*

Trochisci è Carabe siue Succino.

EX Succino parantur Trochisci efficacissimi, quos retinere visum est ex Mesueo.

Rec. Carabæ, aureos 6.
Cornu Cerui vsti,
Coralli adusti,
Tragacanthi
Acatiæ
Hypocystidos
Balaustiorum
Mastic.
Laccæ lotæ,
Pap. nigri assi leuiter, ana. aureos duos.
Thuris,
Croci
Opij, ana. aureum vnum, s. cum muccagine Psillij, extracta cum aqua Rof. fiant Trochisci.

Hos transcripsimus ex Mes. & pondere, quo ipse vsus est, nos quoque vsi sumus, aureo, scilicet, quod pendet drach. 1. s. apud eum, & alios. Nihil est periculi, si quis pro aureo, drach. legat; quia omnia simplicia eodem pondere notantur: quare semper eadem proportio seruatur; non autem pondus idem compositionis totius, quòd parùm refert, quando tota quantitas vna dosi non sumitur. Pro (Hemphlistidis) reddidimus (*Hypocistidis*) ne nomen Arabicum remoraretur Pharmacopolam, Adiecimus muccaginē extrahendā cum aqua Rof. quia constringit, & odoris suauitate aliorum fœtorem emendat. In Mes. quia non legitur (gummi assi) prætermisi. Quod si placet, expunge; Lacca lota, quia nostra si esset Cancamon, non conuenit, vel pro Lacca, Sang. Draconis ponendum suademus.

Trochisci de Antispodio, cum semine Acetosæ Mesuæ.

TRochisci ex Spodio Arabum, id est, Antispodio Dioscoridis, parantur duobus modis sine semine Acetosæ, & dicuntur simpliciter de Spodio: Alij cum semine Acetosæ: ob id de Spodio cum sem. Acetosæ dicuntur, qui magis probantur à practicis; ob id illos retinemus; quia efficatiorea ad constringendū sunt, & recipiunt hæc.

Rec. Rof. rub. drach. 12.
Antispodij ex Myrrho, vel *Oliua, vel Cotoneis, drach. 10.
Sem. Acetosæ drach. 6.
Sem. Portulacæ, granorum Coriandri infusorum in Aceto, deinde torrefactorum pulpæ Sumach, ana. drach. 2. s.
Amyli assi,
Balaustiorum
Berberis, ana. drach. 2.
Gummi Arab. drach. 1. s. cum succo Acetosæ fiant Trochisci.

* *Vel Oliua, siue ex ramis Oleæ, siue ex Olfnarum immaturarum centre fiat Antispodium, per. de est.*

*Trochisci Scillini, siue è * Scilla.*

* *De Scilla & Pancratio consule Aduersaria Stirpium pag. 57.*

AD Theriacæ præparationem ex Scilla parari debent, in fine Veris. Ex Galen. sic parantur.

Rec. Carnis Scillæ decoctæ, vnc. 4.
Farinæ Orobi leuiter torrefactæ, vel micæ panis candidissimi, vnc. 2.

Formentur Trochisci, & feruentur in domo spectante ad meridiem, non tamen in sole, & moueantur frequenter, ne situm contrahant.

Scilla bonæ habitudinis, id est, mediæ magnitudinis est eligenda recens. Illam massa ex optima farina subacta inuolue, & in furno vel sub cineribus coquito, donec molescat, abiectis prius primis tunicis & duriore infima parte, cui radicis fibræ pendulæ subtus adhætent; mediam in mortario in læuorem coge, & addita sufficienti quantitate farinæ Orobi torrefactę, vel micæ panis, fiant Trochisci. Farina Orobi vsurpatur, quia apta est ad formandos Trochiscos, & pugnat aduersus venena: Et quoniam Eruum aliud est albū, aliud flauum, eligitur albū, quo deficiente, vsurpatur flauum, vel mica panis candida. Sunt qui volunt æqualem portionem: alij dimidiam: alij tertiam tantùm: Alij duas farinæ, tres carnis Scillæ. *Hæc* melior est proportio, & secundum hanc parabimus.

Trochisci è Viperis.

EX Viperarum carne parantur in officinia Trochisci initio æstatis ad Theriaces præparationem, quæ æstate media & feruida paranda est, & cúm herbæ, flores, & fructus habent ferè maturos. Parantur ex carne Viperarum, & pane tantùm, varia portione apud diuersos. Sunt enim, qui dimidiam, qui tertiā, Galenus quartam, vel quintam miscet. Nam panis ad excipiendam carnem, & seruandam ponitur. De præparatione pauca, plura in Diario, seu Ephemeridibus Pharmacopolarum. Caro Viperarum tantùm vsurpatur, quia caput, cauda, & pellis, & spinæ, & interna abijcienda

abijcienda sunt, eoq; tempore magis, quo plus carnis habent, vt paulo post quam è terra exeant venandæ, & illæ, quæ ventrem non gerunt. Caro decoquatur in sufficienti quantitate aquæ, vt Anguillæ solent decoqui.

L'Obel.

Vipera in Eug. montibus maritimis, Veneta hodie ditionis non procul à Patauio, & in Galliæ Pict. agro, iuxta paganum S. Benedicti vicum, saxosis ardua via, Passelourdin *vocata, milliari à Pictauio Metropoli dissita, venantur à medio Aprilis in finem Maij, & paulo tardius locis à mare dissitis ad æstatis initium, pastillis Theriacalibus Patauinorum, Venetorum, Pictauiensium & Monspeliensium commendatissimæ. Delectus Viperæ recentis venatus, esto femella fului coloris, capite latiusculo & compresso; gracili longiusculoq; collo; ventre ampliore ouis carente minimeq; pragnante: minore cauda minimeq; collecta aut contorta, sed expansa: pigro reptatu posteriora caudæ proxima promouentis; atrocissimi vultus. Cauda & caput amputantur quatuor digitorum vtrinq; interstitio. Vmacei, vt Anguilla sanguinem fundentes à sectione præferuntur. Coquuntur ex Anethi coma, addito salis momento ad dissolutionem & separationem carnis ab aristis, aculeis & spina. Caro excipitur pane biscocto in pollinem redacto, & addita iusculi decoctionis q. s. formantur Trochisci, qui tenue unguntur Opobalsamo, vt diutius conseruari possint. Multa carne & pauco pane biscocto parati fuluieris coloris Pastilli præferendi: improbandi verò dilutiores, pauxilla carne, multo pane & iusculo corrosa parati; cuiusmodi quotannis ex Italia Antwerpiam deferre solebant improbi, auari, & lucri rapaces Myropolæ siue Materiæ Medicæ, herbarum & simplicium medicamentorum institores. Hæc admonendi gratia scribimus, quo quisque sibi caueat.*

Hedyeroon Andromachi, siue Magma Hedyeroi ex Galeno.

Rec. *Ammomi, drach. 21.*

Myrrhæ, *Folij,* *Nardi Indicæ,* *Croci,* *Cassiæ,*	*ana drach. 6.*
Schænanthi, *Calami odorati,* *Phu Pontici,* *Xylobalsami* *Opobalsami,* *Cinnamomi,* *Costi,*	*ana drach. 3.*
Mari, *Asari,* *Amaraci, siue Maioranæ.* a. *Aspalathi,*	*ana drach. 2.*

Mastiches, drach. 1.

Vini Phalerni q. s. fiant Trochisci ad Theriaces compositionem. Hedicroi Pastillos, quia hic omissi fuere, & in Theriaces antidoto recipiuntur, necessarió subnectere visum fuit. Æginetæ ponderibus multum variat.

a *Aduersarie. pag. 427.*

Tróchis. Cyphi Democratis.

Tróchisci Ciphi dicti, odorati suffimento. Compositio hæc erat dicata Dijs, qua vtebantur Aegyptij Sacerdotes, teste Dioscoride. Sed quia in Mithridatica vera compositione ponitur, & per se vsurpari potest, eius descriptionem prætermittere nolumus. Multæ sunt componendi rationes, quarum vnam tradit Diosc. alteram Democrates apud Gal. carmine, quæ variari non potest, ob versus rationem. Ob id eam retinuimus cum Galeno.

Trochisci, siue Pastilli Cyphi Democratis.

Rec. *Carnium vuæ passæ,*

præpinguis & recentis purgata à pelle & gigartis. *Terebinthinæ Cypriæ purissima cocta in aqua donec durescat.*	*ana drach. 24.*

Myrrhæ
Schænanthi, ana drach. 12.
a. *Calami odorati, drach. 9.*
Cinnamomi, drach. 4.

Bdellij b. *Onychis, id est, vngui similis.* *Spicæ Nardi,* *Cassiæ optimæ* c. *Cyperi rotundi, non longi, purgati,* d. *Baccarum maximarū Iuniperi,*	*ana drach. 3.*

 e. *Aspalathi,*

e. *Aspalathi, drach.* 1 *f.*
Croci, drach. 1.
Mellis optimi & Vini, ana.q.s.ad formandos Trochiscos.

a. *Pro quo sumebant Rondelletius & Itali festucas Iunci odoratiss.& pro Schænantho, eiusdem Iunci odorati flores vigentes.*

b. Onichis *est nota bonitatis, Dioscoride authore: hoc est, aliquas partes habens, veluti vngues squamatim compactas.*

c. Cyperi Rotundi) *Itali scitè Cypero rotundo Syriaco in Theriaces compositione vtuntur, vt docuimus in nostris Stirpium Aduersarijs; Cyperum longum reijcimus.*

d. Baccarum Iuniperi maximarum:) *Itali & Monspelienses Iuniperi maioris Baccas magnas phœnices coloris in hac compositione recepere. Resinosa tota, & pulpa farcta, qua cum Passularum carne minutim incisa territur: Myrrha & Bdellium affuso vino passo diluuntur, cætera in pollinem redacta, cum pauco melle despumato commiscentur & in Trochiscos rediguntur.*

Iuniperus maior in Narbonensi Gallia & Galloprouincia vulgatissima est, vti in Stirpium Aduersarijs diximus: Eius igitur baccæ ad Theriaces nobiliss.antidotum, ex Gallia Narbonensi aut Italia procuranda.

e. *Triplicem Aspalatum in Aduersarijs recensuimus: Horũ differentias require, pag.*427.

Trochisci è Gallia Moscata.

NOn tam ad voluptatem Trochisci isti parantur in officinis, quam ad sanitatem: vtimur enim in affectibus cerebri, vteri, cordis: Quare parare oportet, sed in pauca copia, quia semper licebit, potissimùm descriptionem Mes.parare. Hisce tribus parantur.

Rec. Ligni Aloes (pro quo Santali Citrini, drach.6.
Ambræ, drach.3.
Moschi, drach.1.

Muscilagine Gummi Tragacanthi ex aqua Ros.excipiantur Trochisci. Non desunt, qui ambram dissoluere velint in oleo de Ben, vel Amygd.ex coque confingere. Hoc faciunt, vt magis effument; sed si quis velit sufumigia parari, ex his, postea quàm exsiccati sunt, oleo iungantur, & seruentur vsui in vase plumbeo, vel terreo vitreato, vel vitreo, vt odor seruetur.

Alipta Moscata, descriptione Nicolai.

PVlueribus constat Alipta Nicol. in vsum communem recepta; Cuius descriptiones in quibusdam desiderantur. Hæc sufficit & probari potest: Constat autem sequentibus.

Rec. Ladani puri, vnc.3.
Styrac.calamitæ, vnc.1 *f.*
Styracis rub.vnc.1.
Sandali Citrini, drach.2.
Ambræ, drac.1.
Camph.scrup.1 *f.*
Mosci, scrup.1.

Aqua Rof.excipiantur, & formentur Trochisci. In his formandis mucago non recipitur, quia hæc omnia ferè emplastica sunt, & ferè coniunguntur in vnum.

L'Obel.

Æstiuo tempore parari debent, quia in canicularibus, Ladanum & vtraq; Styrax Sole exponũtur donec molescant, postea contũduntur; puluerisata sensim miscentur.

Ambra & Caphura seorsim triturantur.

Moschus aqua Rosacea dissoluitur, & omnia commixta in Trochisco conformantur.

Bonum est aliquod grana Piperis in mixtione Moschi addere. Caliditate sua fundit odorem Moschi.

Styracem Calamitam & rubram res easdem esse volunt, & bonitatis notas à Dioscoride designatas; cui præfertur pinguis, flauus, resinosus, albicantibus grumis, qua vetustate resescunt aut rubescunt.

TROCHISCI siue COLLYRIA sicca, Arabibus & Officinis SIEF vocata.

OPeræpretium facturus sum, si vsitatissima Collyria Sief Arabib.dicta.suo loco in Pharmaceutices mutila Rondelletiana Officina omissa, quorum tamen doctè scripsit, meminitq;libro suo de compositione externorum medicamentorum; quibus etiam vtitur, quemadmodum Medici persæpe & Chirurgi Galli, Germani, Belgæ, Angli & Itali in oculorum morbis, pudendorumq, vesicæ, intestinorum, anfractuumq́ flexuosorum vlcerum infectionibus.

SIEF

SIEF album, siue Trochisci albi Rhasis.

Rec. *Cerusæ lotæ, drach.* 10.
Sarcocollæ, drach. 3.
Amyli, drach. 2.
Tragacantha, drach. 1.
Opij, drach. ʃ.
Aqua Rosa. q. ʃ. ad dissoluendum G. Tragacanthum. Fiant Trochisci parui.

SIEF album Mesuæ.

Rec. *Cerusæ lotæ, drach.* 10.
Sarcocollæ infusæ in lacte asinino.
Amyli, unc. ʃ.
Tragacantha, drach. 3.
Olibani, drach. 1. ʃ.
Opij, drach. 1.
Aquæ pluuialis q. ʃ. Fiat Sief. Fit etiam sine Opio.

SIEF è Plumbo Mesuæ.

Rec. *Plumbi usti & loti,*
Æris usti,
Antimonij,
Tutiæ lotæ,
G. Arabici,
Tragacantha, — *ana. drach.* 8.
Opij, drach. ʃ.
Aqua pluuialis, q. ʃ. Fiat Sief.

Trochisci è *Minio* corrodentes, *Iohannis de Vigo*, quibus frequentissime Chirurgi vtuntur.

Rec. *Medullæ panis crudi, bene fermentati, drach.* 4.
Sublimati electi, drach. 1.
Minij, drach. ʃ.
Aqua Rosa. q. ʃ. Fiant Trochisci: siccentur calore clibani tepidi.

Sief, *siue Collyriorum plures descriptiones non est opus adiungere, neque Pharmacopœos molestare, quia Medici & Chirurgi industrij, pro ratione affectuum & implicatorum morborum, sibi, nullo negotio, necessaria medicamenta concinnari procurabunt; hæc tamen nesciunt Medicorum & Chirurgorum vulgus.*

Capitellum D. Io: de Vigo.

Rec. *Calcis viuæ optimæ, lib.* 4.
Aquæ feruidissimæ, q. ʃ.
Fiat Lixiuium, (Gallicè Capitellum) Addendo Cineris Piceæ aut Pinastri, (vulgò Potaschen, lib. 1.
Rec. *Huius Capitelli, lib.* 4.
Vitrioli Romani, drach. 6.
Coquantur in vase æneo ad duritiem salis, addendo sub finem in media parte Capitelli,
Opij in succo aut aqua Solani dissoluti, scr. 4.
Conseruentur in vase æneo rubro aut vitreo.

DE OLEIS.

Olea oportet habere, quæ ipsa citra aliam mixtionem, vtila sunt ad dolores, asperitates, & alios multos affectus curandos. Præterea ex ipsis Cerata, Linimenta, Vnguenta, Emplastra, & Irrigationes fiunt: quare de his dicemus, déque his, quæ ex Oleis parantur. Oleorum alia simplicia sunt, alia composita: Simplicia, quæ nihil accipiunt a compositione, præter separationem, vel extractionem, vt Oleum Oliuarum, Amygd. Nucum, ex semine Sinapi, Afini, Lini, & alijs seminibus similibus, vel semine, vel fructu aliquo pingui. Composita verò sunt, quæ ex Oliuarum expresso oleo cum floribus, herbis, vel odoratis parantur: Et hæc sunt, quæ in officina habere debet Pharmacopola. Oleum Omphacinum (vel eius loco paratum cum folijs oleæ) Oliuæ immaturæ paratur statim post collectionem. Oleum antiquissimum, euadet si ex oliuis natis loco saxoso, & excocto, paratur post multos menses à collectione oliuarum: tale enim acre fit, quale est antiquum; vel diu coquendum, vt antiquo respondeat.

Oleum Sesaminum.

Oleum Sesaminum vile est in Sicilia, vbi ingens copia nascitur Sesami, sed nobis charū: quare quæ ex Sesamo olea parātur, ex oleo dulci esse debent, & maximè pingui & crasso: qualia sunt olea, quæ in campestribus locis, humidis, & feracibus terris, colliguntur; Laurinum, Nardinum, Rutaceum, Masttichinum, Irinum, Chamæmelinum, Liliorum, de Absynth. Mastichinum, Lentiscinum, Myrthinum, Omphacinum, Rosatum, & complerum, de Cotoneis, de Menta, Violaceum, de Euphorb. de Piperibus, de Papauere, de Mandragora, de Costo.

Quam mutilata, deprauata & sensu obscura sint hæc de Oleis & Sesamino Oleo scripta; fides & iudicium penes lectorem esto. Sic autem restituere visum fuit, ratione & rerum cognitione docente, clarioris doctrinæ ergo; saluo tamen melioris iudicio.

Quæ ex Sesamo olea parantur dulcia & pinguia id est, vnguinosa sunt aut esse debent: qualia sunt Oliuarum expressa olea quæ in campestribus, humidis, feracibus fœcundisuè terris, colliguntur: cuiusmodi sunt Amigdalinum dulce, Papauerinum, Laurinum, Lentiscinum & huiusmodi olea expressa: quemadmodum & factitia ex Oliuarum oleo dulci, Absinthites, è Mentha (ex Sesamino autem Nardinum paratur) Anethinum, Rutaceum, Irinum, Chamæmelinum, Liliaceum, Rosatum item Omphacites flauentis virentisque Oliuæ ante Oliuitatis tempus collecta vti Cydonites, Myrthinum & Mastichinum: Rosatum veró completum fuscantis maturæq; Oliuæ, violaceum, Nenupharinum, Mandragorites; Costinum, ex Euphorbio & è Piperibus. Videntur tamen hæc calidiora olea consultiùs paranda ex oleo Veteri, claro & tenui: media vero ex mediæ ætatis oleo, aut recentiore, vti frigida. Hæc moneo vt Pharmacopœi misella parsimonia non liberalitati addicti, desinant promiscuè ex oleis rancidis omne genus olei compositi parare.

Ignoscitè quæso lectores candidi, si audentiùs hæc mihi ita restauranda visa: quia sensum neque constare, neque authoris mentem exprimere videntur: quamuis malim propria edere, quam aliena obscura & mutilata documenta aut fragmenta interruptaq; scripta ex prælectionibus Rondelletianis raptim sæpe collecta explanare: Simillima sanè difficultatum sylua in Succedaneorum reparationibus, mendarum ratione, quantum potui diligentiâ & fide restituta, me mouit, ne honori dilectissimi per piæ memoriæ præceptoris derogaretur, tanta immutãdo mendosissima scripta, Imitationis Rondelletianæ verbo vti: honoris tamen ergo, & quò scriptis nostris plus ponderis & authoritatis accedat, vnicuiq; quod suum est reddendo, eius nomen supprimere non ingenuum foret, vt aliqui tam Galli quam Germani aut Anglo-botanici vernaculè pseudoscriptores, alienis ornati pennis, Aesopicæ Corniculæ modo fecerunt; quos non inhonesto pudore erubescere mirbr: quando integris alienis voluminibus, nostrisque peregrinationibus, & enigiatis laboribus, fastu prætumidos plausibiles plebeculæ, ignarisque; codices suos peruersos aut è latina lingua in vernaculam euersos, farcire audent. Ingenuè verò fateri per quos proficimus, perhumanum est. De his satis: plura in Balsami explanatione diximus.

Oleum Rosatum Omphacinum.

HOc duplex est. Aliud rude, quod Omphacinum Ros. dicitur*: aliud verò compositum. Oleum rude ad refrigerandum & repellendum conficitur ex oleo Omphacino, & Rosis non expansis. Ratio parandi talis est. Accipe eam quantitatem olei Omphacini, quã voles; In qua infunde Ros. parum contusarum quantitatem ei respondentem. Pone in vase vitreo, vel vitreato, & diligenter obtura. Expone soli per dies vij. & quotidie volue vas, vt vndiquaque incalescat. Deinde leuiter decoque in duplici vase. Posteà exprime, & illas Rosas abijce, & secundò alias Rosas infunde, &, vt prius, repone in sole per vij. dies. Rursum decoque, imponendo atque Rosatum, vel infusionis Ros. q. s. Decoquatur leuiter, & reponatur oleum, & vsui seruetur. Simile fieri potest ex Rosis siccis, & aqua Ros. quod magis constringit & non multò minus refrigerat, & oleo abluto aqua aqua frigida, & cum succo Palmæ, vel Cytoniorum, quod magis constringet, & non multò minus refrigerabit.

* *In regionibus frigidis Oleo Omphacino carentibus.*

Regiones quæ carent Oleo Omphacino, addere possunt Omphacium & Plantaginem, vel succum Ros. in infusione Rosarum, vel iteraeis infusionibus adstrictoriam vim oleo conciliare: aut tẽpore Vuæ acerbæ coquere in oleo dulci quantitatem sufficientem prædictæ Vuæ cum acinis ad astrictionem.

De oleo rosato completo.

OLeum completum ex oleo dulci, & maturo, & Rosis expansis, contusis, & soli expositis, & leuiter decoctis in duplici vase, vt Ros. Omphacinum componitur. Hoc ad dolores conuenit. Post annum valet adhuc ad consortationem & doloris mitigationẽ. Omphacinum verò post annum inutile est ad refrigerandum & repellendum. Quare pro completo, secundo & tertio anno vsurpari potest.

De oleo Myrtyllorum.

OLeum Myrtillorum, prope Rosaceum Omphacinum rude collocari debet. Refrigerat enim, repellit, & adstringit. Sic paratur.

Rec. Olei Omphacini, lib. 3.
Baccharum immaturar. Myrthi confractarum lib. 1.
Aqua, lib. 2.*

Bulliant ad aquæ consumptionem. Si aqua decoctionis, vel aqua Myrthi apponeretur, efficacius esset. Hoc Oleum parari debet hoc modo, vt præstet quæ pollicetur, & possit refrigerare & repellere. Quare sine Vino, sed cum aqua decoctionis vel destillationis Myrthi parari debet. Succus ponitur vel decoctioni, quatur oleum coctione. Vinum autem apponendum non est, nisi fortè tempore applicationis, necessitate expostulante, ad penetrationem. Non enim semper Vinum conuenit, vel Acetum: quare cùm conuenit, addatur; nam parare cum vino, est medicamenti vim impedire.

Minor quantitas sufficiet, si decoquatur in vase duplici.

De oleo Cydoniorum.

Oleum Cydoniorum parare debemus, quia est efficax ad refrigerandum, repellendum & constringendum, & in quibus regionibus Myrtus non reperitur, hoc substitui potest. Paratur autem hoc modo.

Rec. Carnium Cydoniorum maturationis mediæ cum cortice, sed sine semine quia muceaginem habet: succi Cydoniorum ana partes æquales, Olei Omphacini q.s. reponantur in vase vitreo ad solem per 15. dies, deinde diutius coquantur, quàm Rosatum, & in duplici vase: colatum reponatur in vsum. Quòd si efficacius efficere volueris, abiectis primis ponantur alia Cydonia, & rursus insola, incoque, vt prius, cum succo: Vel 40. dies insola, & coque minus. Igne Paulus non coquit, sed insolat per 40. dies. Sed cùm hoc oleum paretur ex carne & succo Cytoniorum, quæ substantia est dura, melius est parare, vt prius. Melior est illa præparatio Mes. vt in sole macerentur prius, deinde decoquantur in duplici vase. Illud Diosc. non est parandum

Omphacinum) Pharmacopœi totius ferè Europæ hoc negligunt & ignorantiâ spernunt.

De oleo Nenupharino.

Oleum ex floribus Nymphææ parari debet, quia est efficax ad refrigerandum, & constringendum, & Venereos impetus extinguendos. Paratur autem, vt Rosaceum, ex Omphacino, in hunc modum.

Rec. Olei Omphac. lib. 3.
Florum Nymphææ albæ, vnci. 4 contundantur, macerentur, & insolentur, & in duplici vase leuiter coquantur, exprimantur, vsque seruentur. Quia habet multum aqueæ substantiæ hoc Oleum, multùm decoqui debet, vel flores per duos dies seruandi, vt marcescant aliquantulùm, & tunc minus decoquere oportet, absumpta nimirùm aquosa substantia.

De Oleo Violaceo.

Oleum Violaceum parandum est Vere, ex floribus Viol. & oleo dulci, non antiquo, neque salito hoc modo.

Rec. Olei oliuarum maturar. lib. 2.
Viol. recentium. vnc. 4. aut q. oleum ebibere potest.

Infundantur, & insolentur per dies 7. Postea bulliant leuiter, duplici vase, per horam. Hoc Oleum cùm fit ex floribus, sufficit leuiter decoquere; ne longa coctione vis resoluatur, & Oleum calidius reddatur. Non sunt ponendæ Violæ siccæ in fine, quia nullius sunt efficaciæ, nisi parum admodum exsiccatæ. Magis enim ob humiditatem vsurpantur, quàm aliud. Refrigerant etiam magis recentes ob humiditatem, quàm siccæ. Est enim aliquid in eis, quod linguam pungit, cùm masticantur. Vtile est ad refrigerandum, & leniendum dolores acres.

De oleo Liliorum.

Oleum Liliorum simplex, & compositū olim erat, vt ex Dioscoride videre est. Compositum fiebat ex oleo, Myrrha, Calamo aromatico, Cardamomo. Olei inspissamentum seruabant, quo vtebantur in affectibus uterorum, vt vteri. Inspissamentum & fæcem appellabant Magma illud, vnde Barbari pro Magmate accipiunt fæcem Olei de Lilio simp. quæ contrariam facultatem habet. Quare si quis prescribat fæcē olei Liliorū, non fæcē simp. sed compositi intelligere oportet. Cuius descriptionem apud Dioscoridem reperies. Simplex conficiebatur ex oleo Balanino, id est, ex oleo de sem: Ben, quod semen antiquis, & Balanus Myrep. vel Myrob. Plinio dicitur. Et quia istud oleum rarum est, erit parandum ex alio simili, vt oleo Amygdal. vel oleo dulci. Sed si ex oleo Amygd. fiat, efficacius erit, & ad sedandos dolores, & relaxandas partes frigore constrictas, & potissimùm Vuluæ, & ad tarefaciendum.

De Oleo Enulato.

OLeum Enulatum dispensari non debet, quia easdem vires habet, cum Irino. Quòd si quis requirat, omni tempore & facilè parabitur ex radicibus contusis, & succo enulæ coctis, vt Irinum.

De Oleo Castorei.

EX Castoreo paratur oleum, quod omni tempore, & nullo negotio fieri potest. Sed quia in Apoplexia, caro, lethargo, & alijs capitis, & neruorum morbis est vtile, præstat paratum habere.

Rec. Olei antiquissimi lib. 1.
Saniei Castoris, vel illius solidæ substantiæ, vnc. 1. leuiter decoquantur. In Castore reperitur sanies quædam ad instar Butyri rancidi liquefacti, quæ ob similitudinem, quam habet cum oleo, facilè miscetur. Ob id nulla decoctione eget, sed potius agitatione, & calefactione. Si verò substantia interna Castoris sicca sit reducenda est in pul. & leuiter calfacienda: ob substantiæ tenuitatem, & acrimoniam facilè oleum afficit. Noluí saniei illius causam exortúmque tradere, eúm alijs locis diffusè & ex professo tradiderim.

Oleum de Euphorbio.

HOc oleum facilè, & omni tempore paratur, & sufficit vel oleum Castorei, vel Euphorbij paratum habere. Paratur autem ex Euphorbio, oleo & vino. Cuius descriptio duplex est. Alia olei simpl. alia compositi. Sed simplex parandum. Nam compositum natura eum oleo de piperibus conuenit. Præterea vix parati potest ob defectum Struthij, quo caremus. Quare sufficit simplex, quod in hunc modum parabimus.

Rec. Euphorb. albi & loti vnci. 1.
Olei Keyrini, lib. 1. vini parum. Leuiter coquatur, vel potius incalescat in balneo. Vini serueтur. Est enim tenuissimæ substantiæ, quæ, vt de Castoreo dictum est, facilè permiscetur.

Oleum de Costo Mes. siue Costinum.

Rec. Costi amari, vnci. 2.
Cinnamomi crassi, vnci. 1.
Extremitatum Sampsuci, vnci. 8.
Vini odoriferi q. s.
Olei antiqui, lib. 3.

Macerentur simul per tres dies, & leuiter coquantur ad consumptionem vini. Colla, & usui serua. Hoc omni tempore parari potest. Carere possumus, ne multitudine vasorum perturbemur.

Alii habent Olei Sesamini, lib. 3. Cordus lib. 2, & Sampsuci vnci. 2. Oleum tamen velut Amaracinum, aut Anthosatum non erit inutile, paratum ex s. q. Amaraci aut Rosmarini Coronarij floribus.

Oleum Masticlinum.

OMni tempore parari potest. Carere possumus. Sed quia frequenter eo vtuntur Medici, aliquam quantitatem præstat habere. Sic paratur.

Rec. Mastiches vnci. 3.
Olei dulcis vnci. 12. vini optimi parum. Decoquatur leuiter. Paratur duobus modis apud Mes. cum oleo Ros. vel Sesamino. Et quia Mes. vsurpat ad ventriculi & iuncturarum corroborationem & sedationem dolorum, & ad apostemata dura; ob id illam priorem descriptionem apposuimus, quod paramus ex oleo dulci, loco Sesami. Quòd si quis velit magis constringere, oleum Ros. ol. Cydoniorum, vel Myrthill. addere poterit. Sic paratum, vt diximus, magis ad dolores leniendos, & abscessus conuenit: nam Mastiche emollit, & constringit, si practicis credimus: quare magis emolliet & concoquet, si cum oleo dulci, vel Sesamino paretur.

Fit hodie ex oleo vulgari Oliuarum, cùm tamen vt scitè annotat Syluius, ex Rosato, aut Omphacino; aut saltem lote confici debeat in vase duplici; ad robur ventriculi & viscerum: At Rondeletij rationes non sunt contemnenda vtilitatis ad emolliendum & sedationem dolorum, quando paratur ex oleo dulci: parandi autem ratio Syluij optima est, quia nullo modo decoctionem sustinet Mastiche; inquiens, Consumpto propemodum vino, decocto leuiter ex oleo Mastiche pertrita paulatim affunditur, continenter mouendo, donec erit liquata & permista: Coctione longiore exanimatur.

Qui Mastiches naturam norunt, nullo modo ignem ferre sciunt: igitur qui decoquendam ad vini consumptionem iubent, non experti sunt Mastichen ignis calore statim in grumos, coalescere, duri & separari ab oleo si coquatur aut diutius igni admoueatur, vt Pix, in vnguento Basilico; minimeq́; ad formam præscripti medicamenti aut olei Mastichini exactam præparationem efficaciamq́;

amq; perueniſſe poſſe. Hac neſcij Medici, riſui ſunt honoris dignitatisq́ contemptu & derogatione, ipſis Officinarum cuculis : non ſecus ac ille qui viſo in Pharmacopolio quodã Germanico lapide marmoreo ; profectò, inquit, ecce bonum Scammonium.

Oleum è Mentha.

OLeum è Mentha ex ſucco Menthæ parari debet in fine Veris : tunc enim ſucci extrahi debent, & ad medicamentorum præparationem, & conſeruationem. Dioſc. colligendi tempus ſuccorum eſſe vult, cùm teneros emittere caules incipiunt, quia tunc plus ſucci habent, quam cùm ad ſtatum peruenerunt, magis coctum, & excrementitium ante caulis eruptionem. Paretur autem ſic.

Tempus extrahendi Herbarum ſuccos.

Rec. Foliorum Menthæ viridium, & ſucci eiuſdem ana. vnci. 4.

Olei Omphacini. lib. 3. reponantur in vaſe vitreo per 15. dies. Leuiter coquantur in duplici vaſe, ad ſuccorum conſumptionem. Facta eius expreſſione, vſui ſerua. Hoc Oleum alij ex Omphacino, alij ex dulci, alij ex antiquo parant : ſed cùm ad nauſeas, vomitiones, ventriculi corroborationem, & apetentiam excitandam vtimur; Oleum Omphacinum magis conuenire videtur ad has actiones : adde quod antiquum calidius eſt, quàm oporteat ad vomitiones, quæ magna ex parte ſolent ob bilis in ventriculum effuſionem promoueri. Adde etiam quòd à Mentha ſatis caloris habet, & minorem aſtringendi vim, quàm vt vomitum compeſcere poſſit. Quòd aliqui dicunt ad ſcirrhum ventriculi valere, ſtultum eſt putare ſcirrhum curari poſſe in ventriculo. Quòd ſi quis ventriculi ſcirrhum curare velit, Oleum Maſtichinum accipiat, quod ventrem roborat & emollit. Si maiorem emollitionem requiras, habes alia remedia ad id efficaciſſima. Nos igitur parabimus ex ol. Omphac. vel ex oleo loto aqua Roſarum, vel ſucco Cydoniorum : quia meliora exemplaria ſic habent, & rationi magis conuenit hæc lectio.

* *Bis aut ter herbam iterare conſultum, ad maiorem efficaciam.*

Menthaeligenda Romana vocata, eximie, ſuauitate odoris commendata : Danica criſtatis foliorum oris vt vt ſuauis eſt, cordi, cerebro, & viſceribus amica. Si deſit ſume aliam odoratiorem Romana Menthe varietatem, quarum meminimus in noſtris Stirpiũ Illuſtrationibus excudẽdis.

Oleum Abſynthites.

OLeum de Abſynthio eodem ferè tempore parari debet, quo oleum è Mentha, quia herba plus ſucci, minus acrimoniæ habet Ex Abſynthio Romano, paretur hoc modo.

Rec. Summitatum Abſyn. Romani, ſucci eiuſdem ana. vnci. 4.

Olei Oliuarum completarum lib. 2. paretur, vt de Mentha dictum eſt.

Per Abſynthium Romanum intelligere oportet Abſynthium noſtrum vulgare aprico loco collectum, ſuauioris odoris.

Oleum Nardinum.

OLeum Nardinum, verius oleum inſpiſſatum, & vnguentum, antiquorum more, dicendum eſſet, quia ex multis odoratis paratur. Et quamuis nullum oleum antiquorum inſpiſſatum retineamus, hoc tamen parandum ad multas affectiones ventriculi, vteri, neruorum ſuademus. Sed huius deſcriptiones tres ſunt apud Meſ. Prima ſimplex eſt ex Spicæ, vnc. 3. Aquæ & Vini, vnc. 2. ſ. Olei Seſamini, lib. 3. coctis & agitatis frequenter. Tertia deſcriptio eſt magis compoſita, quæ, vt mihi videtur, magis parari videtur, quàm ſecunda, quia minus eſt compoſita, & magis, quàm prima. Secunda, qua hodie noſtri vtuntur apud nos, hæc eſt.

Rec. Spicæ Nardi, vnc. 3.
Sampſuci, vnc. 2.

Xylo-aloes, vel eius loco, Sandali moſchatelini, vel Citrini, Enulæ campanæ, Folij Indi, vel eius loco Galangæ, vel Calami aromatici, vel Spicæ, foliorum Lauri, Schænanthi, Cardamomi, ana. vnc. 1. ſ. Irrigentur aqua & vino permixtis, priuſquam conterantur. Deinde adde olei communis pro Seſamino lib. 6. Coquantur leuiter & vſui ſerua. Huic ſi addas Moſchi drach. ſ. pro tota quantitate ſubſtitui poterit pro Muſchatelino. Tertia in hunc modum.

Meſueus.

Rec. Spicæ Nardi, vnc. 4.
Styracis rubr.
Caryophyl. ana. vnc. 3.
Nucis Moſcatæ, vnc. 5
Olei Balſami, uel eius loco, de Spica vnc. 6.
Olei Seſami, vel communis dulcis, lib. 4 infundantur, agitentur, leuiter decoquantur. Hoc non paramus, quia oleo Balſamicaremus : Sed oleum de Spica proportione reſpondet tenuitati, & temperamento: quare commodè

commodè parari poterit. Hoc aliquando vsus sum cum maximo successu.

Oleum Muscatelinum

QVia Muscatelinum recipitur in vnguento Aragon, & frequenter vtuntur in affectibus aurium, & vteri, visum fuit huic loco descriptionem apponere, vt, videlicet, quantùm conueniat cum suptadicto in viribus, agnosci possit. A Moscho Muscatelinum dictum est quibusdam. Qui dicunt à Galeno compositum fuisse: ineptè scripserunt; nam Galen. Moschum non cognouit. Paratur non nisi à diuitibus Pharmacopeis, & difficillimè. Nam multa sunt, quæ non reperiuntur in officinis, nec componitur in omnibus officinis.

Rec. Olej, lib.3.
Folij,
Spicæ Nardi,
Costi,
Mastiches, ana.vnc.1.s.
Styracis calamitæ,
Croci,
Myrrhæ,
Cinnamomi,
Cassiæ ligneæ, ana.drach.6.
Carpobalsami,
Caryophillorum,
Bdellij, ana. drach.4.
Moschi, drach.1.
a. Nucis Indicæ, drach.2.

Hoc vnguentum est corruptum & incertum. Nam descriptio, quæ in Luminari maiori reperitur, habet lib.ol 6.& statim addit ol. lib.3. quod fortsitan erat legendum ob varietatem lectionum. Habet & Bdellium, pro quo duplum Myrrhæ, vel illam speciem Myrrhæ, quæ concolor est, lineas,& vngues non habet, & Bdellij modo lentescit, ponere licet. Sed quod sequitur, magis erat incertum: Nam muscilag.vnc.1.ponit. Alij,inquit Luminare, dicunt muscilag.drach.1.vel 2. Ego legendū (Moschi) hinc conijcerem, quòd secundum eundem authorem Muscatelinum dictum sit, à Moscho, quem recipit: Sed cùm duo sint hodie Moschi genera, Muscus arboris,& *b.* animalis sanies vel caro odoratissima,nec dubito aliquos in ea sententia esse, vt putent Moschum animalis ponendum: quòd si ponatur, drach.1.legendum est, non vnc.1.Ego tamen puto Muschum arborum esse inijciendum, quia odoratus est, & olim miscebatur Balanino vnguento, & alijs, quæ vngendo sunt, ob vim inspissandi, quam habet. Velic præterea accommodatùmque acoporum confectionibus, & eorum, quæ ad euaporationes conceduntur a Diosc.lib.1.cap.20. *c.* Nucem Indicam ponendam esse omnes Arabicæ linguæ interpretes dicunt. Quamquam aliqui putauerunt hoc oleum Balanium esse: Quare non Nucem Indicam, sed Balanum myrepsicam,id est,glandem.quam nunc vocant semen Ben, accipiendū, & sic esse Balaninum Mustelinum, ad differentiam simplicis olei, quod Muscum non recipit. Nos inde colligimus, duo fuisse parata genera, quòd oleum Balaninum Dioscor. Moschum non recipiat, tamen cap.de Moscho recipi scribit, vel oleum Balaninum Dioscorid.est corruptum: Quare liberum erit, vel Balañ. Myrepsic. oleum addere, vel *d.* Nucis Indicæ;sunt enim eiusdem facultatis.

a. *Nuces Indicas numero duas habent aliqui ex Nicol.Præpos.qui quatuor describit, in duplicatis ponderibus huius Olei: idq; vt conijcere licet ad oleum exprimendum.*

b. *Animalis sanies Moschus dicitur: & arborum villi Muscus.*

c. *Muscus igitur arborum huic Oleo addendus videtur,idq; pondere vnius aut sesquivncia, quia non carè venditur.*

d. *Vel Caryinum Oleum, quod eandem vim quam Balaninum habere Dioscorides testatur.*

L'Obel.

Muscelinum Oleum:] *Oleum de Ben Nicolao in additionibus vnguenti Aragon vocatum.*

perlectis & perpensis omnibus ambiguis & confusis opinionum scopis dissolutis de Oleo Muscelino, quibusdam a Nuce Moschata pro Indica; aut a Musco vocato; haud dubiè plurima rationi contentanea & verissima sese nobis produnt & fidem faciunt Rondeletij sententiam de Musco in Oleo Muscelino a Nicolao Alexandrino & Præposito descripto, nomen a Musco Græcorum siue Vsnea Arabum adeptum; qua in Glosa notanda ait, ' Muscelinum oleum dupliciter posse intelligi: ' vel Muscelinum, quod in sui receptione, recipit Muscum; vt hic: vel quod fit ex Ben, ' quod Arabibus vocatur Muscelina; & tale ' Oleum similiter vocatur Balaninum. Hinc patet Muscelinum Oleum ab Arabibus ante Nicolaum vtrumque; imitatione fortè Græcorum Oleorū inuentum & descriptum fuisse: Nam

L'Obel.

Nam prima diuersorum odoratorum & aromatum Græcorum parata facilior mistura, addito oleo ad vngenda corpora, cùm deliciarũ, luxuriæ, voluptatis, Pigmentorumque conciliandi faciej nitoris ergo, (sicut Chrisma palæstris, gymnasticæ & adolescentum pæderribiæ dicatum :) tum valetudini, aut medendi, defunctorumque causa inuenta, composita fuit ex Balanin. oleo & Musco odorato, quē Dio-

Lib. 13. cap. 1.

scorides & Græci *Bryon* vocant, Plinio etiam authore. Dioscorides eius decoctum insidentium vuluis vtile; vnguento Balanino, oleisq; inspissandi gratia inseri tradit, & thymiamatũm, acoporumq; compositionibus conueniens. Monspeliensibus itidem hodiernis seplasarijs & pigmentarijs hic Muscus, siue Vinea (quia facilè aptissimèque odoribus imbuitur & perinde ac oleum Balaninum a suffitoribus & vnguentarijs maximé experitur, excipiendorum, inficiendorumq; odoramentorum dote commendatur,) frequentissimo in vsu est ad delitias commendatissimi per Gallias notissimi suauissimi Cyprij pulueris vocati. Facultates arboreo Musco assignatæ, Oleo Muscelino ascriptis viribus non refragantur: neruoso generi, laxatis articulis astringendi vi prodest: Eius decocto ex conuenienti liquore, vino aut Rosacea; pro ratione partis affectæ, fouentur incipientes tumores, defluxionesq; miro fælicieq; successu, quas discutiunt, & arcendo, roborandoq; reprimunt, Medici cuiusdam experimentis, qui hoc tanquam arcanum recondebat.

Huius Muscelini olej permultæ sunt componendi rationes, lectiones, & mensurarum varietates. Quidam Nuces Indicas duas legunt: alij drach. 2. Alij Nuces Moschatas duas inijciendas esse contendunt: Alij Moschi, drach. 1. Alij vnc. 1. Alij drach. 6. & alij dr. 3. Sic alijs alij, sed sua cuiq; placent.

Si quis addiderit Nucis Indicæ Oleum, non peccabit; quia supplere vicem Olej Balanini aut ex Ben opinor, & Caryino ijsdem viribus Dioscoride teste prædito præferendum.

Hoc oleum, hac lege, minori sumptu a Pharmacopœis parabitur; & peculiariter, Medici iussu, portiunculæ olej, aliquot grana, plus minus, Moschi, vel Galliam Moschatam, in vterino ascensu & suffocatione addere licebit, si consultùm videtur.

Moschus ille saniosus, quamuis eximio quem spirat odore, vt nonnulla odoramenta, cor & spiritus reficiat: non tamen omnibus mulieribus conuenire, experientia quotidiana

a. Musci delectus.

docet, nam plures videas etiamque honestissimas virgines, tantilla leuissimaque Moschi aura, vteri suffocatione aut ascensu corripi: eoqs sæpe coactas leuipedes amasios istos Moschatos, armarosque aduersus fædi virosiq; Sancti Chrismatis odoris è Mercurio sui Venereæ dicati rædia, excludere; eoque Moschum, cane peius & angue odio habere.

Athleticis certaminibus valetudini consulentes Prisci vncta nuda corpora acopis linimentis, spiramenta cutis reserantibus, roborantibus odoramentis inspissatis, qualia esse solebant Nardina, Amaracina, Sampsucina, Balanina & Muscata spissamenta, & hodie Muscelinum oleum. In huiusmodi exercitijs, liberaliter ob frequentem vsum profundebantur hæc spissamenta, quemadmodum hodie nostrum Pomatum vocatum, fæminino generi commendatissimum eximiæ odoris fragrantiâ, quo vtuntur voluptatis gratia ad faciej decus & splendorem, pectoris & manuum nitorem. Hoc quidem Pomatum vnguentum cùm suauissimum sit, valdè excipiendis Moscho et Ambaru accommodatum est: quæ alioqui nullum penè fragrant odorem, rudioribus officinarum illotis, rancidis oleis, aut vnguentis commixta. Hæc summatim de Oleis dicta.

Cyprini Spissamentum Dioscoridis eadem paucis additis præstabit quæ Muscelinum oleum, quemadmodum et antiquorum nonnulla Nardina quorum vsus exoleuit, negligentia et rerum ignoratione: pauci namque in Dioscoridea, Pliniana et priscorum Græcorum lectione versati; quorum tamen admiranda est diligentia; a quibus omnino nostra sordidè auara ætas degenerauit: Tanto enim nitore, tantaque diligentia et fidelitate parabant oleorum Spissamenta, vt non solum externis remedijs, verùm etiam intra corpus assumendis, accommodata essent. Nostri hodie plerunq; seplasarij adeo negligenter, sine vlla ablutione nulloque olej delectu, Olea, Vnguenta, Cerata et Emplastra parant, (optimorum Medicorum et Chirurgorum tœdio) affectis et sauciatis pro medicamine necem iniustam et inexpectatam sæpe adferant; frigidum pro calido, et calidum pro frigido exhibentes: vnde ex læuissimo malo, immensum fit; et ex fauilla incendium ingens. Priscorum autem Græcorum Hippocratis et aliorum literarum limpidissimorum fontes et ritus multifariè imitati sunt et seruarunt Arabes: multa tamen linguarum ignoratione et vocum barbariè deprauarunt, etsi magnam laudem meriti, quia plurimarum indigenarum Plantarum, earundemque partium, vsum nos docuerunt ægrotantium commodo.

a. Primæ nobilitatis Brion Cedriũ Diosco-

ri.

Cucumeris agrestis, quæ á Græcis, vnde Sicyonium dictum est. Duplex est, simplex, & compositum. Simplex ex Elaterio, vel radic. Cucumeris agrestis fiebat, vt ex Paulo cap. 77. lib. 3. colligere licet, & lib. 7. cap. 20. rationem componendi sic docet.

Rec. Cucumeris agrestis radic. refrigeratam, 1* drach. 2. pondere. In ol. sextarium Italicum mittitur, atque in lebete coquitur, fitque Sicyonium. Hic radic. refrigeratam vocant siccatam, vel conseruatam post eius collectionem, vt humiditas absumpta sit. Sic loquitur Dioscor. aliquando, nisi quis velit dicere, refrigeratam, emortuam, cùm è terra prodita sit calore natiuo, qui sensim emoritur. Sed melior est prior interpretatio. *Hoc* parari potest, quia facilè componitur. Compositum ol. descriptum est, & à Gal. & a Dioscor. & * Paulo. Sed illa Dioscor. corrupta est. Nam in vulgaris exemplaribus, ol. album est Sicyonium, & Sicyonium est album, quamuis viribus differant, & facultate multùm.

* *Vnc. 2. legendum puto.* * *Lib 70.*

Oleum è Frumento.

AD impetigines, & cutis affectiones paratur, & quidem omni tempore, nullo negocio. Ob id seruandum minimè censeo, quia paratu est facile, & morbi, quibus accommodatur, non sunt acuti: Quare per otium parabitur, idque variis modis. Nam alii superponant Triticum laminis ferreis ignitis, & alia superposita assant, & inde defluens ol. excipiunt. Alii excorticatum in alembico distillant, oleumque extrahunt multo igne. Alii per descensum, vt ex Iunipero, extrahunt. Illùd efficacius est, quo vtor ad impetigines, & morpheas, in rustic & minùs delicatis. Est magis olens quám alio modo paratum.

Oleum è Iunipero.

Rondel.

NOn solùm ad animalium morbos, sed ad hominum conducit: quare semper paratum inueniatur. Rustici etiam illud parant per descensum: Diuidunt in frusta lignum, quo citius à calore assetur, & effluat oleum. In vas clausum lamina ferrea imponunt, perforata cribri modo, vt per illa foramina ol. descendat: cui oppositum vas iungunt, & inferius collocant, & in terra fodiunt, & ignem circa vas superius ponunt, vt tantùm incalescat superius, non inferius. Alij supra mensam lapideam ponunt vas illud, in quo sunt ramenta ligni, vt per collum longum in vas aliud sub mensa positum defluat; hácque ratione minus crassum & fœtidum est, & hominum morbis melius est, & magis accommodatum.

Oleum Philosophorum.

Rondel.

OLeum Philosophorum, vel ex lateribus, quod quod ex lateribus in oleo maceratis extrahitur per alchimistas, qui Philosophorum nomen sibi turpiter, & falsò arrogant, Istud semper paratur. Ab oleo artetico non differt, nisi quòd sublimatione, partium tenuitatem acquirat, & coctura cum lateribus aliquam siccandi vim. Quare paralysi, & (a.) ligamentorum laxationi magis conuenit, quam in alia causa, ne quis pollicitationibus alchimistarum decipiatur, qui plura pollicentur, quàm præstent. Illud paratum habere non oportet, quia semper parari potest, nec eo frequentius vtimur; Chimistæ tamen quotidie abutuntur.

(a.) Mulierculæ, litatbomi & Chirurgi, ad intestini ramicem frequentissime vtuntur.

Oleum Ouorum.

Rondel.

EX Ouorum vitellis induratis multùm frixis in sartagine, efficacissimum oleum paratur ad maligna vlcera, & vterinos dolores ab vlcere. Quod tamen paratum habere non oportet. Est enim ex eorum numero, quibus frequenter non vtimur, & quod semper parari potest. Paratur autem multis modis. Vel vitelli indurati in offis conglobati prælo exprimuntur, vt amygdalæ, vnde effluit oleum, vel in alambico siccati distillantur, vt latores, ad oleum philosophorum parandum. Nihil enim est, à quo distillatione oleum non extrahatur, si sit pingue.

Si nimis torrentur in sartagine vitella; oleum multò minus anodinum est, sine dolorem aufert.

Oleum è Myrrha.

Rondel.

EX myrrha oleum extrahitur, quo vtimur loco Stacte in Theriaca, & alijs nobilibus antidotis, in quibus Stacté, id est, myrrha liquida desideratur: Nam Styrax nostra non est illa, quæ à Serapione describitur, quæ eadem est cum Dioscoridis Stacte. Extrahitur destillatione & sublimatione communi, sed fœtidum. Odoratum, si per aquam distilletur; sed melius citra assationem sic paratur. Indurentur oua, & in duas partes diuidantur: cauum, extracto vitello, Myrrha repleatur,

pleatur, & supra discum stanneum disponantur, sic vt myrrhadiscum tangat, & oui albumine tegatur indurato. Discus huiusmodi in loco subterraneo ponatur & decliuè collocetur, vt ol. quod resudat, in vas aliud influat: quod collectum vsui seruetur. Nihil empyreumatis habet: sed madore & frigiditate in Stactem resoluitur, quo tanquam spisso oleo, fricari possunt vasa, & omnia instrumenta, quibus Theriaca paratur.

De Oleis factitijs per distillationem.

NOuam rationem excogitarunt neoterici extrahendi olej ex herbis, seminibus, lignis & gummi. Oleum seruat odorem rerum, ex quibus extractum est, & fragrantius expirat, vt ol. ex Aniso, vel Mentha, vel Thymo, vel Saluia, adeo redolet, vt si in aliquo loco seruetur, totam domum impleat odore. Sed quia illa olea parantur magna impensa, sunt etiam efficatiora, quàm quæ aliquibus corporibus adhiberi debeant. Relinquo illa diuitibus, hisq; qui huiusmodi rebus delectantur. Quare hæc de oleis sufficiant, si tantùm addidero de omni medulla seminum posse extrahi oleum, vt ex Amygd. ex semine Pap. Hyoscyami, Cucurbitæ, Melonum, Citrulli, & Lactucæ, Pinearum, Nucibus, Balano myrepsica, ex Fisticis alijsque fructibus. Hæc olea non debent parata seruari, quia rancida fiunt, & humiditatem amittunt, calidiora redduntur: sed sufficit habere extrahendi rationem, vt ex recentioribus vti possimus, cùm opus fuerit.

De CERATIS.

CErata à Cera nomen habent, quia ex cera & oleo conficiuntur. Pauca in officinis parata habenda, quia omni tempore & citò parari possunt ex oleo aliquo & cera. Videntur autē esse media inter Vnguenta & Emplastra. Ex illis alia sunt verè Cerata: alia minus propriè dicta: tamen à similitudine aliqua Cerata dicuntur, quæ herbas & alia præter ceram & oleum recipiunt: vt illa, quæ hodie retinentur in officinis; Ceratum Santalinum, Stomachicum, de Oesippo, de pelle Arietina, Infrigidans Gal. & Emplastra mollia á consistentia: Nam vt vera cerata vnguenta dicuntur, sic contrà: Sic impropriè appellatur Ceratum album Gal. quod ab anti quis, vnguenti nomine dicitur. Talia enim oportet esse Emplastra viscerum, vt hepatis, lienis, & ventriculi. Si enim dura essent, dilatationem ventris, & ex consequenti respirationem læderent: ob id Cerata dicuntur, quæ ad hernias, & scyrrhum hepatis, lienisque curandum valent, vt illud Andromachi, Stomachicum Gal. & Cerata Thesei. Nos verò de his agemus, quæ necessaria sunt ad morborum curationem, & consueta. Quædam verò eorum parata habere oportet, vt quæ antiquitate facultatem non amittunt, sed eam seruant, vt ea quæ calida sunt, vt est Stomachicum Gal. vel quæ certò tantùm anni tempore parari possunt, vt Oesippi, vel quæ difficilius parantur, quæ per otium parare oportet. Alia parata non seruanda, aut pauca quantitate, vt album Gal. Vel si paratum sit, aqua frigida innouandum, & abluendum, & refrigerandum est.

Ceratum album Gal. siue refrigerans.

Rec. Ol. Ros. vnc. 3. vel 4.
Ceræ albæ, vnc. 1.

Descriptio est apud Syluium & Fuschium. Liquescant in duplici vase, & postquam refrigeratum fuerit, infunde aquæ frigidissimę tantùm, quantum recipere poterit, semper miscendo. Postea immittatur in vas plenum aqua frigidissima, vt magis refrigeretur, & in frigidiore loco domus seruandum. Aqua sit pluuia, vel fluuij, vel fontium, tenuium partium, & frigidissima est imponenda. Aceti parum addendum, si altius, & citius refrigerare velis. Melius est enim tempore inunctionis addere. Sine Aceto autem parari debet, vt si parti non conueniat Acetum, ea de causa vnguentum non reijciatur, vt in doloribus vteri & pectoris, alijsque similibus.

Ceratum Santalinum Mesue.

DIcitur Santalinum, quia tria Santalorum genera continet. Valet ad refrigerandum, siccandum, & constringendum, ad fluxū sanguinis & alia: quare paratum habere oportet, quia est in frequenti vsu, neque citò paratur. Fit autem in hunc modum.

Rec. Ros. rubr. drach. 12.
Santali rubr. drach. 10. vel 11.
Santalorum alborum, vel citrinorum, ana. drach. 6.
Boli Armeni præparati, drach. 7.
Antispodij ex osse Elephantis, vel Myrrho, vel Cydoneis, drach. 4.
Camphoræ, drach. 2.
Ceræ albæ drach. 20. aliàs triginta, Ol. Ros. omphacini lib. 1. liquescat Cera in Oleo:

Deinde omnia tenuissimè puluerisata infundantur, vt artis est, fiat ceratum. Sunt tamen

men qui imperant, ceram & ol. lauari. Quod non est faciendum, nisi cùm oleum antiquum est, vel cera alba non est, sed citrina. Tunc enim abluere poteris, vel postquàm cera liquata est & oleum, aqua frigida oportet abluere, & frequenter aquam mutare. Sed non post cerati compositionem, propterea quòd tenuior pars puluerum, ablutione aufertur. Hoc ceráto abutuntur plerique hodie, cùm in febribus ab obstructione præscribunt, cùm vim obstruendi, & densandi habeat.

Ceratum Oesipi seu Oesipatum Galeni.

MVltæ sunt huius Cerati descriptiones apud Mesuem, quæ ad viscera indurata emollienda parantur, vt quæ acopa etiam esse possunt. Vnum ad Phylagrium refertur, aliud ad Paulum, aliud ad Galenum. Sed quia ceratum Phylagrij & Pauli Bdellium desiderant, quo caremus, ob id mihi videtur illud Galeno ascriptum dispensandum. Dicitur autem œsipatum Gal. à Mes. quod recipit sequentia.

Rec. Ceræ nouæ flauæ, vnc. 3.
Ol. Chamæmelini,
Irini, ana. vnci. 6.
Mastiches, vnc. 1.
Spicæ Nardi, drach. 2. ſ.
Croci, drach. 1. ſ.
Terebinthinæ Abietis, vnc. 1.
Resinæ, vnc. ſ.
Oesipi, drach. 80. misce, fiat Ceratum. Si quis fortius velit facere, ad emolliendos tumores duros, addat Ammoniaci, vnc. 1. Styracis vnc. ſ. tùmque præstabit quæcunque pollicentur alia Pauli & Phylagrij cerata.

2. *Ceratum è pelle Arietina Arnoldi de Villa-noua, ex 2. cap. de Crepatura.*

CEratum hoc ab aliquibus Emplastrum dicitur, atque inter Emplastra reponitur, diciturque impropriè Ceratum, quia non habet Ceram. Sed id nominis habet, quia mollius esse debet emplastro, vt melius partibus accommodetur.

2. *Ceratum è pelle Arietina & Emplastrum è Stella marina descripta sunt proximè Emplast: contra Rupturam ad calcem operis.*

Emplastrum è Crusta Panis Montagnana molle Ceratum verius dici potest, addita Cera alba, quo vtuntur Practici ad vomitum.

Rec. *Olei Mastichini,*
Cydonitis, ana. vnc. 1.

Crusta Panis tosta & macerata in Aceto (vinum stomachicum addendum suaderem m.) contusæ & cribrata, vnc. 2.

Pulueris Mentha, Mastiches, Coralli albi & rubri, Santali albi & rubri, Spodij, ana. drach. 1.

Farina Hordei, q. ſ. fiat Emplastrum.

Ceratum stomachicum Gal. à Mes. vocatum.

A Stomacho, vel potius ventriculo, cui accommodatur, dicitur, quod Mesue Galeno ascribit, quanquam nusquam tale dedit, fortè est compositio illius Cerati, cuius meminit lib. 8. methodi.

Rec. Rosſ. rub.
Mastiches, ana. drach. 20.
Foliorum Absynthij siccorum, drach. 15.
Spicæ Nardi, drach. 10.
Ceræ mundæ albæ, vnc. 4.
Ol. Rosſ. lib. 1. ſ. Cera liquescat in Ol. & refrigerata lauetur frequenter; primùm aqua Rosſ. deinde Vino veteri austero, & succo Cytoniorum, rursus pauco Aceto. Postremò omnia tenuissimè trita misceantur, & fiat ceratum. Per Stomachum autem totum ventriculum nostri intelligunt, cùm veteres pro gula acceperint. Illud modicè calfacit, & constringit: vnde frequentissimè vsurpatur in oris ventriculi relaxatione, vomitione, & cruditate.

Ceratum Diapente Mes.

SIc appellatur à numero quinario. Constat enim quinque rebus, excepta Cera, quæ materiæ rationem habent. Valet ad emolliendum tumorum durorum, ad conuulsionem, vel spasmum neruorum. Illud autem paratum habere non oportet. Sed sufficit eius descriptionem habere, vt si quando sit parandum, facilius inueniatur parandi ratio.

Rec. Ceræ flauæ, vnc. 3.
Styracis liquidæ, drach. 3.
Terebinthinæ abiegnæ, vnc. 1.
Muscilaginis Ichtyocollæ,
Gummi Hederæ, ana. vnc. ſ.
Ol. Irini q. ſ.
In quibusdā exemplaribus legebatur (muscilaginis Ichtyocollæ, vel gummi Hederæ) sed puto vtrumque esse legendum: quia gummi Hederæ, & si intus lædat neruos, extra tamen iuuat, & glutem etiam sua facultate emplastica iuuat coctionem, seruando calorē in parte; quare vtrunque ponendum censemus.

Castigauimus etiam quod dicebatur (gummi Hederæ vel Ichtyocollæ, ol. Irini q. ſ.) Nam

illud (q. ſ.) cum duobus prioribus non conuenit, ſed cum ol. tantum, quod ad excipiendum ponitur: ſed aliorum duorum vnci. ſ. poſuimus, vt ordo indicabit. Efficaciſſimum eſt vnguentum illud ad iunctuarum tenſiones, & durorum tumorum emollitiones. Hæc duo Cerata præcedunt Ceratum Oeſipi.

De Vngventis.

VNguenta non longè à Ceratis collocari debent, quia non multum differunt, & ob magnam ſimilitudinem ſæpe confunduntur, & ſunt veluti media inter Cerata, & Emplaſtra. Vnguenta parari debent, & parata in officinis haberi, ob frequentem & multum eorum vſum; tum quia certa anni parte tantum commodè poſſunt parari, nec in omni loco. Multa tamen ſunt in officinis parata, quæ ſimilia ſunt, quibus carere poſſumus: Sed quæ frequentiori vſu, haberi debēt, vt quatuor vnguenta calida, quæ primo ponenda ſunt, ob multiplicem eorum vſum. Vnguenta hic vocamus more vulgi, non, vt antiqui, odorata illa, de quibus Dioſc. multa primo libro. Hæc ſunt, quæ parata habere oportet in officinis; Martiatum, Aragon, Dialthea, Agrippæ, Reſumptiuum, Baſilicum, Populeum, Aureum, Apoſtolorum, Ægyptiacum, Album Rhaſis, Nutritum, Citrinum, de Ceruſa, Deſiccatiuum rubrum.

De Vnguento Martiato.

PAro vnguentum Martiatum vulgo dictum, quamuis non deſint, qui Martianum velint appellari. Aetius & Nicolaus Martiatum vocant; ob id retinebimus vulgatam, & conſuetam appellationem, tum etiam ob Pharmacopœorum inſcitiam. Alij ab inuentore, alij à Martio menſe dictum volunt, quod eo tempore in regionibus calidis parari debeat, propterea quod herbæ incipiunt erumpere. Alij autem à Marte, quod hoc vnguentum ad Martem bellorum Deum referant antiqui. Conſtat enim ex rebus omnibus, quæ ad ferrum valent; ita vt Vnguentum Syderites appellari poſſit. Sed quocunque modo dicatur, vel a quo inuentum ſit, parùm refert, modo rectè paretur. Recipit multas herbas efficaciſſimas; & medicamentum eſt ad vulnera & vlcera, quæ cum frigiditate ſunt, vel in loco frigido, vel in laſſitudine & dolore partium dextrè accommodatum, valet. Vſurpatur non ſolùm ad hominum morbos, ſed brutorum animalium affectus, vt equorum, mulorum. Diu vero dubitaui, quam deſcriptionem illi hoc loco apponerem; an vulgarem, an Nicolai Alexdrini, vel aliorum Græcorum, quæ omnes inter ſe diuerſæ ſunt, tum in ponderibus, tum in ſimplicibus. Tandem viſa eſt illa Nicolai Alexandrini minùs vitiata, quæ eſt eiuſmodi, in Nicolai Præpoſiti exemplaribus.

Rec. Ceræ albæ, lib. 2.
Olij, lib. 8.
Roris Marini,
Fol. Lauri, ana. vnci. 8.
Rutæ, vnci. 7.
Tamariſci, vnc. 6.
Ebrij,
Ebuli,
Sabinæ,
Balſamitæ,
Leliſphagi, id eſt, Saluiæ,
Ocymi,
Polij montani,
[a] Calaminthæ,
Arthemiſiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Branchę Vrſinæ,
Spargulæ minoris,
Herbæ Venti, id eſt, Parietariæ,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Abſynthij,
Herbæ Paralyſis,
Herbæ Sanctæ Mariæ,
Cymarum Sambuci,
Herbæ Craſſulæ, id eſt, Fabæ groſſæ,
Millefolij,
Semperuiui,
Chamedryos,
Centumneruiæ,
Centaurij minoris,
Foliorum Fragulæ,
Quinque-folij,
Herbæ Tetrahit, id eſt, Iudaicæ ana. vnci. 4. ſ.
Radic. Altheæ,
[b] Cimini Myrthi, ana. vnci. 3.
Fœnugr. vnci. 1. ſ.
Butyri recentis, vnci. 1. & drach. 2.
Vrticæ,
Violæ albæ,
Papaueris rubri,
Menthæ Saracenicæ, & alterius Menthæ.
Lapatioli,

Polytici,

Polytrici,
Cardui benedicti, quem Carduum Cœli vocant,
Antyllis, quam Yuam Moscatam vocant,
Oxytriphylli, qui Panis Cuculi vel Aleluya dicitur,
Crispulæ,
Camphoratæ, non Camphoræ,
*Medullæ Ceruinæ,
Morellæ, ana. vnci. ß.
Adipis Vrsi,
Gallinarum,
Mastiches, ana. vnci. 1.
Thuris, vnci. ß.
Olij Nardini, vnci 2. non vt alij habent, drach. 2.

Quid enim possunt ad tantam quantitatem alterius Olei, & tantam herbarum congeriem?

a *Herbæ istæ in Alexandrinis explicantur.*
b *Cimarum Myrthi.*

Vnguentum Martiarum magnum Desciptionis Nicolai Alexandrini.

Rec. Ceræ albæ, lib. 10.
Ol. communis sextarios 6. id est, lib. 9. vel lib. 7. ß.
Rorismarini,
Fol. Lauri, ana. lib. 2. ß.
Amaraci, id est, Sampsuci, lib. 2.
Ebrij, alias Ebuli,
Sabinæ,
Balsamitæ,
Ocymi,
Elelisphagi, id est, Saluiæ,
Polij,
Calaminthæ,
Arthemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Branchæ vrsinæ,
Herbæ venti,
Pimpinellæ,
Agrimoniæ,
Absynthij,
Herbæ paralyseos,
Herbæ Sanctæ Mariæ,
Cimarum Sambuci,
Herbæ Crassulæ,
Semperuiui,
Millefolij,
Chamedryos,
Centaurii minoris,
Centum neruiæ,
Rubi Indici, aut Phragariæ, ex sententia Cronibrugensis,
Fragulæ, Quinquefolii,
Herbæ Iudaicæ, ana. lib. 1. ß.
Radic. Altheæ,
[a]Cimini,
Myrthæ, ana. lib. 1.
Fœnugræ, lib. ß.
Butyri, vnci. 5.
Vrticæ,
Violarum,
Papauer. rubr.
Menthæ Saracenicæ, &
Menthæ communis,
Lapathioli,
Polytrici,
Cardunceli,
Matris syluæ,
Marathri,
Yuæ Moschatæ,
Alleluya,
Linguę ceruinę,
Crispulæ,
Camphoratæ,
Styracis,
Medullæ Ceruinæ,
Adipis Vrsi,
Adipis Gallinacei, ana. vnci. 3.
Thuris, vnci. 2.
Ol. Nardini, vnci. 2. alias vnci. 1.

a *Alij melius legunt Cymarum Myrthi.*

*Lingua.

Herbæ omnes colligantur, quando ad incrementum venerunt, vt apud nos principio Maij,[b] & hoc vno aut duobus diebus, postquam sol radiauerit, & vsque ad meridiē, non postea. Diuidantur in partes paruas, & in vino generoso rubro infundantur, per 7. dies in loco calido, & moueantur semel in die. Octauo die decoquantur lento igne in balneo ferè ad consumptionem vini. Tunc ol. commune antiquum adde: paulopost butyrum cum axungijs, & medulla: deinde cola,[c] & abiectis herbis, adde collaturæ Ceram, & liquefacto: deinde & Styracem cum oleo Nardino, & puluer. Thuris & Mastiches. Sic omnia confundantur, & feruentur vsui. Hac ratione efficacissimum vnguentum acopum comparabitur: nam si alio modo pararetur, Styrax vreretur. Oleum Nardinum vires amittit, & Thus & Mastiche.[d] Sextarius hic pendet vnci. 15: nam mensuralis, octodecim continet. Amaracum in Alexandrino legimus: & Sampsucum, siue Maioranam interpretati sumus: nam Parthenium in causa fuit, quòd Maiorana scopis magis conuenit: Factum est hoc vnguentum ad tumores discutiendos, durities, ad articu-

 lorum

lorum dolores? Est enim, vt breuiter dicam, acopum, quibus omnibus magis conuenit Maiorana: nam, vt Dioscor. docet, acopis malagmatisque calfaciendi gratia admisseetur. Paulus autem eluxatis tumoribus conuenire scribit: Auget suspitionem, quòd Amaracum inijcere in Alex. legitur: quanquam in vulgatis exemplaribus, itẽ Luminari maiore (Sampsucum) ponit: quod facit, vt audacius Sampsucum verterimus: Est enim nomen vagum, & commune Sampsuco, & Parthenio. In Nicolao non legitur (Tamariscum) Luminare malus (Sampsucum Tamariscum) ponit; nos verò, quia Nicolai Alexandrini lectionẽ prælegimus, noluimus addere, neque Rutam, quanquam in Luminari hispanico legatur, et conuenire possit: non enim propositum est omnes herbas, atque omnia medicamenta acopa hîc congregare, sed aliqua, quæ authori magis fuerint grata. Esbrion vario modo interpretati sunt: alij Maioranam seruare volunt: sed quid sit Esbrion, apud Arab. nescio: neque Saluia ponenda, neque Maiorana, nam Elelisphacos, id est, Saluia, ponitur postea, & Maiorana, nomine Amaraci, posita est. quare puto mendum esse in lectione, vel in interpretatione. Quam cum melioribus exemplaribus lego (Ebuli.) Nam Græcus codex legit Ebuli nomine latino, vt sæpe alijs vtitur. Esbrion si Saluiã significet, non debebat ponere Elelisphacon esse Saluiam syluestrem, quæ est Verbascũ syluestre Diosc. Sed Græcus codex omnem hanc dubitandi occasionem aufert, scribens ([illegible]) pro ([illegible]) nomine latino, vt qui frequenter vtatur alijs. In hoc vnguento castigauimus, quæ sequuntur: & nẽ hoc citra rationem quis factum esse putet, rationes subiungemus: Quò autem possimus id facilius monstrare, scopum vel vtilitatem, vel vsum huius vnguenti proponemus, cuius caussa hæc electa fuerunt medicamẽta ad id efficiendum. Primùm igitur vnguentum hoc ad calfactionem paratur, ad dolores podagricos, ad paralyses, ad tumores, ad vlcera. Quòd si ita sit, medicamenta calida & sicca, quæ vim habent digerendi, esse oportet. Primùm legimus in exẽplari Nic. Præpositi vnc. 7. Rutæ, pro dr. 7. Rutáq; quòd efficax sit, in maiori quantitate poneretur. Ordo etiã hoc ostendit: primum fol. Lauri, vnci. 8. deinde Rutæ vnci. 7. & postea Tamarisci, vnci. 6. sic in aliquo manu scripto leguntur: Nec valet, quod possunt dicere, qui omnia errata authorum volunt excusare, quòd calida sit multùm. Nam Rosmarinus & Laurus non minus calfaciunt, & ponuntur in maiori quantitate.

b In frigidis regionibus circa solstitium æstiuum.

c Efficatiora, colorata magis redduntur Olea aut vnguenta, si aliquantulum etiam cum herbis coquantur.

d Alijs Sextarius Olei pedet vnci. 18. Vini, vnci. 20.

Vnguenti Martiati descriptio emendata.

CVm huius nobilissimi vnguenti descriptiones conferrem, tantam inueni difficultatem conciliandi illas, vt omnibus prætermissis interpretationibus, & descriptionibus, hanc tradere, quæ magis scopis & vtilitati respondere videretur, statuerim. Videbunt studiosi, qui rationes nostras expendere voluerint, nec est, quòd me reprehendant, cur illam Alexandrini non receperim; nam non caret mendis, & dubijs. Habet Esbrion & Saluiam, quanquam vulgus putat easdem esse, & omnes interpretantur Conseruam Esbrij, Conseruam florum Saluiæ, nisi quis velit dicere flores alio vocabulo, alio herbam appellari.

Rec. Ceræ flauæ, lib. 2.
Olej, lib. 8.
Rosmarini,
Foliorum Lauri, ana. vnci, 8.
Rutæ, vnci. 7.
Amaraci seu Maioranæ, siue Esbrij, vnci. 6. sic legendum, non Tamarisci aut Ammoniaci, vt aliqui: nam Tamariscus nulla ratione conuenit, quanquam iuuet splenem: neque Ammoniacum, quia inter herbas non reposuisset: quare (Amaraci) legendum, quod est Maiorana. Partheniũ enim hîc exponere non conuenit, & amoto (th) remanet, Amaraci. Esbrij secundum aliquos idem est cum Maiorana: alius Maioranam ad horum expositionem addiderat. Sic orta est illa confusio, vt pro vna herba, tres aliqui ponant Tamariscum, Maioranam, & flores Saluiæ, pro Esbrio.

Sabinæ, Balsamitæ, siue Menthæ aquaticæ, Sisymbrij.

Sunt qui legendum putant, Balsamitæ, vt ponatur illa herba, quæ poma fert rubra, quæ magnam in conuulsionibus vim habent, & neruorum doloribus ob vim Balsamo similem tributam consolidandi. Balsamine dicitur. Fructus vero pomum eximium & mirabile, Gallis (*Pommes de merueilles*) Erit efficacius vnguentum ad vulnera & dolores, si quis ea vti voluerit. Liberum tamen relinquo.

Elelisphaci) Sic legendum Græci docent, à quibus ἐλελίσφακος, Saluia vocatur, non, vt vulgò, Liliphagos. Conuenientissima herba, vtilis vulneribus, compescendo sanguinem: purgadisq;

gandisq; vlceribus tetris, vt Diosc. docet lib. 3. cap. 32.

Ocimi, siue Basiliconis maioris, Polij. Sunt qui montanum desiderant: sed quod ad mare nascitur, magis odoratum, & efficacius: ab antiquis Cretium laudatum, quod in insula nascatur; quod emplastri modo appositum, vulnera conglutinat, vel, vt quibusdam placet, viride hoc facit: Siccum maleficis vulneribus medetur.

Calaminthæ, Anthemisiæ, Enulæ, Bethonicæ, Branchæ vrsinæ, Spargulæ, Aparinæ, herbæ Venti.

Anemone, vocatur herba Venti, cuius multæ sunt species apud Græcos, vt videre est, cap. de Anemone: Sed præter illas species Othonna herba apud Dioscoridem Anemone, idest, herba Venti, dicitur, quam nos suspicamur esse Othonnam, & legitur melius, Menta, pro Eruca, quam alij putant*Clymenon. Nos illam ipsam, quam Arabes Mentham maiorem putamus: quæ si Clymenō est, non potest nō conuenire; vt quæ profluuia sanguinis infrenet, & folia vel siliquæ vulneribus recētibus imposita, ad cicatricem perducat. Hanc ego ponendam censeo, non Græcorum Anemonem, quia hæc compositio multas alias herbas habet, quę ab antiquis mutatæ sunt, vel incognitæ, vt quæ sequuntur. Pimpinella, vim aliquam siccandi habet, & leuem astringendi, refrigerandiq; antiquis incognita. Agrimoniæ.] Hanc aliqui prætermiserunt. Absynthij, herbæ Paralysis, siue Primulæ veris, quæ est ex genere Verbasci, & ad aliorum differentiam odoratū Verbascum appellant. Herbæ sanctæ Mariæ, Multæ sunt herbæ hoc nomine, vt Parietaria, Persicaria, quæ nimium acris est, & mordax. Alia est herba, quam aliqui vel Costum hortensem, vel Eupatoriam Mesuæ putant, quæ in vijs vliginosis crescit, flore luteo. Cymarum Sambuci, herbæ Crassulæ, siue Fabæ inuersæ, quæ Telephion dicitur, hic vsurpāda: nā Telephion præterquam quod vitiliginem albam curat, medetur vlceribus telephijs, idest, malis: siccat enim ad tertium gradum, si Gal. credimus, & detergit. Semperuiui, Millefolij, Chamedryos, Centaurij minoris, Centum neruiæ, id est, Plantag. minoris, fol. Phragulæ, Quinquefolij, herbæ Iudaicæ siue Syderitis, ana. vnci. 4. radic. Althex, Cymarum Myrthi ana. vnci. 3. Fœnig. vnci. 1. ſ. Butyri recentis lib. 1. & vnci. 2. Vrticæ, Viol. albæ, quam Græci Leucoion vocant, quæ magis cōuedit, quam purpurea, quæ refrigerat & humectat, quod in hoc vnguento non est necessarium: verùm lutea, vel viol. Leucoion podagricos iuuat, rimas sedis curat, maxime flores. Pap. rub. Menthæ Sarasenicæ, vel alterius, Lapatioli, Polytrici, Carduncelli, siue cardui benedicti, Matris syluæ, siue Caprifolij, seu Periclymeni, Valerianæ, quā maturellam barbari vocant, alij (Mararri) legunt, sed falsò: Valerianā, siue Phu ad dolores & potissimùm lateris valere scribit Diosc. Iuæ Moscatæ pro herba Moschata legendum: est autem Antyllis apud Diosc. quæ quia vulneribus medetur, hic ponitur. Alleluya siue Oxytriphylli, Linguę Ceruinæ, Crispulæ, quam Abrotanum fœminam dicunt, alij Buphtalmum, alij herbam Cancri, quæ Heliotropiū minus dicitur, vel vt alijs placet, Ceterach. Sed non multum refert, vtra ponatur. Helyotropion plures vires habet huic instituto accommodatas. Camphoræ vel, vt alij melius Camphoratæ; Camphoratam autem herbam alij putant Abrotanum esse: Verum est alia humi serpens, folijs minutissimis, quam nostri Camphoratam ab odore vocauerunt. Illa ad naturam Millefolij accedit, & ad vulnera magnā vim habere docet experientia: quare vulgarem Camphoratam, antiquis incognitam, ponendam puto. Camphora vero, quod sit tenuium partium, & potenter siccet, non videtur conuenire: Auget suspitionem, quod Styrax postea sequitur: Styracis Calamintæ, Medulæ Ceruinæ, Adipis Vrsi ana. vnci. ſ. Sed in quibus locis non reperitur Medulla Cerui, Apri substitui poterit, vel Tauri, Adipis Gallinæ, Mastiches ana. vnci. 1. Thuris vnci. ſ. Olei, Nardini vnc. 2. Ratio conficiendi talis esse debet, vt sit efficacissimum. Colligantur omnia eo tempore, quo perfecta sunt, in qualibet regione: nam in calidis Vere parari debet: In frigidioribus non ante festum diui Iohannis. Colligantur autem vno vel duobus vel tribus diebus; colligendo prius humidiores, vel frigidores, vel quarum succus viscidus & lentus est: quæ verò sunt odoratæ, & tenuium partium, vltimo loco: quare primùm radices, Semperuiuum, Crassulam vocatam, Matris-syluam, Papauer rubrum, Centumneruiam, cymam Sambuci, Papauer nigrum: deinde quære alias omnes, si possint vno aut duobus diebus colligi. Parùm refert, modò in coquendo ordo seruetur; vt prius coquantur, quæ maiorem coctionem ferre possunt, & quæ à nobis sunt annumeratæ, colligendæ sunt in prima die. Sustinent decoctionem rad. & frigidæ herbæ & crassæ, & quæ duræ sunt & adstringētes. Ob id adijciuntur radices Althex, Semperuiuum, Telephium, Papauer nigrum, & album, Branca Vrsina, folia Lauri, Sabinæ, Pimpinella, Centumneruia,

**Clymenon, siue aquatica Betonica Anglorum vulneraria est essi actis vide Stirpium nostrarum illustrationes.*

Colligendi tempus.

neruia, Quinque folium, folia Myrthi, lapatioli, carduncelli, Lingua ceruina, Agrimonia, Vrtica. Secundo loco ponantur Ruta, Absynthium, Arthemisia, herba Venti, Alleluya, siue Oxytriphyllum, Camphorata: Vltimo odorata, vt yua Moschata, Menta Saracenica, Centaurium minus, Chamedrys, Millefol. & aliæ. Frequenter contundendæ, vel cultro diuidendæ sunt in paruas. Infunde in diuersis
*Nota. vasis, vt sunt dispositæ, & diutius, quæ duræ sunt & siccæ: *nam infusionis & coctionis eadem est ratio. Infundantur Vino odorato antiquo, rubro, tenui, vel albo dies 8. ab infusione radicum. Coquantur sensim lento igne, semper mouendo. Cúm vinum incipit minui, & herbæ maiorem locum occupant; Oleum inijciendum, & coquendum donec vinum quasi absumptum sit; Cui butyrum & axungias adiungere possumus. Colandum & exprimendum exactè: Colaturæ calidæ Cera liquetur; qua liquefacta, misce Mastichem, & Olibanum, Styracem, & oleum Nardinum, exagitando semper extra ignem, donec in linimentum coagulatum fuerit, vel vnguentum. Reponatur in vase, & seruetur diligenter. Si in vase æneo reponatur, efficacius erit ad vulnera antiqua & vlcera. Seruetur in parte inferiore officinæ coopertum. Hoc vnguento carere non debet. Durat in tres annos, vel plures, si bene seruetur coopertum. Hoc sufficeret pro vnguento Aragon, & vnguento Agrippæ, pro Dialthea, vel contra. Sed quia sunt in frequenti vsu, apponemus illa quatuor vnguenta calida vocata.

L'Obel) Vnguenti Martiati Rondelletij & Monspeliensium emendata descriptio alia.

ETsi innumeris typographicorum mendis descriptiones Martiati vnguenti vindicauimus: subdidimus tamen aliam à Rondelletio castigatam, quam Pharmacopœi peritiores Monspelienses parare solebant nostro tempore, superstite adhuc Rondelletio, ambagiosis & ambiguis barbaris herbarum nominibus valere iussis.

Rec. *Ceræ nouæ, lib. 2.*
Olei Oliuarum, lib. ꝟ. (requiruntur libræ 4 Ceræ & Olei lib. 18)
Summitatum Rorismarini,
Lauri, ana. vnci. 8.
Foliorum Rutæ, vnci. 7.
Maioranæ, vnci. 6.
Radicum Iridis recentium,
Bryoniæ,
Helenij,
Althea, ana. vnci. 5.
Saluiæ cum flore,
Sabinæ,
Menthæ vtriusq.,
Balsamitæ siue Sisymbrij,
Mentastri,
Ocimi,
Polij montani vel Marini,
Calaminthæ montanæ,
Arthemisiæ,
Pimpenellæ Gallicæ,
Betonicæ,
Hyssopi,
Lauendulæ cum floribus,
Athanasiæ maris, id est, Tanaceti Offici.
Millefolij,
Agrimoniæ,
Absynth. vulgaris aprico loco collecti,
Chamædryos,
Chamæpiteos,
Syderitis,
Cymarum Ebuli,
& Sambuci,
Laueris,
Pulelegij Ceruini vel Regalis,
Thymi,
Satureiæ,
Serpilli,
Spergulæ,
Aparinæ,
Brancæ Vrsinæ,
Clymeni,
Centaurei minoris,
Hyperici,
Foliorum & rad. Asari,
Foliorum Ciclaminis,
Abrotani maris,
& Fœminæ,
Costi hortensis, &
Agerati,
Personatæ,
Cardui benedicti,
Stœchadis citrinæ, &
Arabicæ,
Radicum Phu,
Origani,
Marrubij, *ana. vnci, 4.*
Vrticæ,
Cymarum ᵃ*Myrthi,*
Fœnigraci,
Matrisyluæ,
Oxytriphylli,
Linguæ ceruinæ aut

ᵃ Alij habent Cimini & Myrrhæ, sed videtur legendum Myrthi.

Ceterach

Absynthij,
Apij,
Sem. Melanthij Rom:
Plantaginis vtriusque,
Agrimoniæ,
Buglæ,
Prunellæ,
Rutæ,
Bellidis,
Vrticæ,
Hyssopi,
Centaurei minoris,
Tanaceti,
Trifolij acetosi,
Rosarum rubearum
albarum ana. M. I.
Nuces Cupressi,
Glandes Quercus, ana. 4. N°.
Butyri recentis, lib. 3.
Coquuntur in Balneo ex arte & colentur.
Aliqui addunt Ceram nouam,

Vnguentum Dialtheas.

DVplex est apud Nicol. Vnum compositum, aliud minus compositum, quod simplex vocatur. Sed compositum communiter paratur. Ob id tale hic describemus.

Rec. Rad. Althææ, lib. 2.
Sem. Lini,
Fœnig. ana. lib. I.
Scyllæ lib. ß.
Olej Oliuarum, lib. 4.
Ceræ, lib. I.
Terebinthinæ,
Gummi Hederæ.
Galbani, ana. vnc. 2.
Colophonæ,
Resinæ, ana. lib. ß. & vnc. 6.

Rad. & semina omnia conterantur, infundantur per quatuor dies in sufficienti parte aquæ & vini, deinde coquantur, donec incrassentur mucilagio, Coletur. Expressæ mucaginis & decoctæ, coquuntur vsque ad succi consumptionem cum ol. quibus adde Ceram, qua liquefacta adde Terebinthinam, Galbanum, & Gummi Hederæ. Vltimo loco ponatur Colophonia, & Resina puluerisatæ: refrigeratum vsui seruatur.

Galbanum dissoluatur in mucagine & vino & ex arte admisceatur.

Vnguentum Agrippæ.

VNguentum Agrippæ, a Nicol. traditum, eandem facultatem habet, cum Dialthea: sed quia in frequenti vsu est, adnumerandum, & quia minori impensa parari potest, subiunximus, & in officinis parandum censemus.

Rec. Rad. Bryoniæ, lib. 2.
Rad. Cucumeris agrestis, lib. I.
Scyllæ vnc. 6.
Rad. Iridis, vnc. 3.
Rad. Filicis, vnc. 2.
Rad. Ebuli,
Tribuli marini, ana. vnc. I. ß.
Olei antiqui, lib. 4.
Ceræ nouæ flauæ, vnc. 15.

Parabitur hoc modo. Radices diligenter detergantur à pul. Incidantur in frusta, infundantur in ol. per 7. dies, deinde decoquantur, donec rad. molescant, & succum deponant. Decoctio coletur, & fortiter omnia exprimantur: Col. adde Ceram flauam, non albam, vt vulgaria exemplaria habent, quia minus emollit: Vbi ref. geratum fuerit, vsui seruia. Non eligimus ol. commune, sed antiquum, quòd sit magis tenuium partium, & ad digerendum accommodatius, & emolliendum, viscosis istis permixtis. Hoc autem sciere oportet apud Dioscoridem nullam mentionem fieri de tribulo marino, sed tantum de aquatico, & terrestri. Hic si non est ex Tribulorum genere, est ex Eryngiorum & Eryngiorū loco Tribuli marini poni possunt. quare qui procul à mari sunt, sic hoc parati oportuerit, pro Scylia Cæpam, & pro Tribulo marino Eryngiorum radicem vsurpare possunt, pro Scylla Pancratium, & è contra, & pro Scylla Cæpa antiqua.

De Vnguentis Pectoralibus.

AD Pectus parantur vnguenta laxantia, lenientia, quibus etiam ad laxandas partes induratas & tensas emolliendas vti possumus. Post illa emollientia & digerentia subiunximus, & propè vnguentum Agrippæ collocari debent: Sunt autem tria nominibus distincta, quorum vnum Pectorale dicitur à parte, alterum a materia, vt Vnguentum ex adipibus: tertium quod maximè laudatum, magis tamen vsurpatur à Medicis, Resumptiuum dicitur; cuius descriptionem ponam, & explicabo, vt intelligant illud minus accommodatum thoraci, quam Pectorale, vel de Adipibus, & quòd de Adipibus melius est, & quo velim Medicos vti: Sed primum videamus, quale sit apud nos Resumptiuum, tam frequenter à nostris Medicis vsurpatum.

Vnguentū Resumptiuū descriptione vulgata.

Rec. Axungiæ porci recentis sine sale, vnc. 4.

Axungiæ Anseris,
Galinæ,
Anatis, ana. vnc. 2.
Oesipi humidæ, vnc.ß.
Ol.Cham.
Violati,
Anethi, ana. vnci. 2.
Butyri recentis, lib. 1.
Ceræ citrinæ, vnc.6.
Muccag. Tragacanthi,
Cydoniorum,
Seminis Lini,
Bismaluç,
Gummi Arabici, ana. vnc.ß.

In hoc vnguento multa sunt reprehendenda, vt sit vnguentum Pectorale vel malacticum. Primum quòd ex Cera alba parari non debet: sed ex flaua: quare si quis parare velit, flauam vsurpet: omnia enim relaxantia, emollientia, digerentia, concoquentia, dolores frigidos sedentia, ex cera flaua parari debent: quæ verò ad astringendum, refrigerandum, indurandum, & siccandum, ex alba; quæ frigidior & magis sicca & astringens. Aliud maiore reprehansione dignum, quòd muccagines frigidas & constringentes recipit cum calidis relaxantibus, vt Gummi Tragacanthi & Arabici, seminis Cytoniorum: Quare putarem ergo illas esse expungendas, & mucilagines augendas Lini, & rad. Bismaluæ ad vnc.1. Quod si mucilaginem Fœnig. adiungere visum sit, ad vnc.ß. non erit absurdum, & pro ol. Viol. ol. Amygdal. dulcium ponere. Sic erit ergo veri Vnguenti Resumptiui descriptio castigata. Ex huius Vnguenti castigatione apparet castigatio illius pectoralis vnguenti, quod muccaginem recipit Psyllij, Tragacanthi, & Gummi Arabici. Hæc emplastica digestionem impediunt, obstruendo poros, & potius suppurant, calidis & temperatis permixtis: & partem tenuem retinent, quod in doloribus & potissimùm pectori *a.* aduersum est, ob respirationis necessitatem.

a. vtinam hoc obseruarent illi Medici & Magistri Critici.

Rec. Axungiæ Porci recen. sine sale, vnc.4.
Axungiæ Anatis,
Gallinæ,
Anseris, ana. vnci. 2,
Ol. Amygdal. dulcium,
Chamæmelini,
Anethini, ana. vnci. 2.
Butyri recentis, non saliti, lib. 1.
Ceræ flauæ, vnc.6.
Muccaginis seminis Lini, &
rad. Bismaluæ, ana. vnc.1.ß.
Fœni...
Oesipi humidæ, ana. vnc.ß. misce, fiat

Vnguentum Resumptiuum,
Talis erit pectoralis vnguenti descriptio.

Vnguentum Pectorale.

Rec. Ol. Amygdal. dulcium, vnc.4.
Ol. Cham.
Viol. ana. vnc.3.
Axungiæ Gallinæ,
Anatis, ana. vnc.2.
Butyri recentis, vnc.6.
Ireos puluerisatæ, drach.2.
Croci, drach.1.
Ceræ citrinæ, vnc.3. misce, fiat vnguentum.

Quamuis in alio vnguento Resumptiuo ol. violaceum expunxerimus, ab isto tamen expungendum non est, quia refrigerat citra astrictionem, & laxat, & dolores lenit. Ob id hoc parandum pro inflammationibus pectoris, & costarum doloribus. Erit medium inter Resumptiuum superius, & vnguentum ex Adipibus, quod magis simplex est, ac commodatissimum in inflammationibus pectoris, & constrictione, ad concoctionem & expectorationem.

Vnguentum ex Adipibus.

Rec. Adipis Gallinæ,
Anseris,
Anatis, ana. vnc.6.
Butyri recentis tantundem,
Ceræ citrinæ, vnc.4.
Ol. Chamæm.
Amyg. dulcium, ana. vnc.3. misce, fiat linimentum, ceratum vel vnguentum. Accommodatissimum est hoc vnguentum in inflammationibus pectoris & costarum, & constrictione pectoris, ad concoctionem & expectorationem.

Vnguentum de Bdellio.

VNguenta ad indurationes, in hac parte consequenti, ordine doctrinæ, collocabimus, in quorum numero est vnguentum de Bdellio, & vnguentum paruum de Cyclamine, seu de Arthanita.

Rec. *a.* Bdellij, drach.6.
Euphorbij,
Sagap. ana. drach.4.
Castorej, drach.3.
Ceræ citrinæ, drach.15.
b. Ol. Chirini, seu Leucoij lutei, vnc.10.
Fiat vnguentum: Paretur in hunc modum.

Bdellium

Bdellium & Sagap.dissoluantur in aqua Vitis Agrestis; Castoreum & Euphorbium in aqua calida. Cera liquefcat in oleo. Omnia misceantur, & fiat vnguentum. Hoc dispensari potest omni tempore : quare non est dispensandum, nisi quando imperatur. Non solet, nisi in conuulsionibus & rigoribus neruorum præscribi, in quibus, oleis & remedijs mitioribus est vtendum; interea, dum alia parantur. In hoc maluimus apponere oleum ex Leucoij floribus paratum, quàm Iasmino, quia rarò paratur, neque in omnibus locis reperitur: sed Leucoium in omnibus locis reperiri potest, & sunt similia facultate. Hoc autem vnguentum difficilè paratur ob penuriam Bdellij; nam quòd pro Bdellio ostendunt, est Myrrha vera, quæ vngues habet, & est subflaua, vt Dioscor. descripsit. Inter Myrrham, aliquando partem Bdellij inuenimus. Sed difficillimè discernitur à Myrrha *a.* specie, quæ Bdellij more lentescit, cum mallicatur, vel digitis tractatur & malaxatur; estque concolor, quasi colore Aloes. Verùm cum non multū differat Bdellium à Styrace, vel Myrrha, poteris ex illis parare, maximè ex illa, quæ concolor est, & lentescit : Vel vti succedaneo antiquorum, quo in externis remedijs magis, quàm internis vtebantur. Est autem *b.* Propolis vera, quæ eodem modo lentescit, si digitis fricetur, odore fermenti : est enim acida, & in rimis & foraminibus aluearum reperitur. Neq; Mel est, neque Cera, sed ex oculis populi, vel Betulæ, vel aliarum arborum, quæ Resinam reddunt, ab apibus decerpitur. Sunt nonnulli, qui sordes aluearium vsurpant, sed malè, & multò peius antiqui Ceram albam pro illa vsurpabant, quæ frigida est, & sicca, inducans potius, quàm emolliens. Poterit itaque facilius, & minori impensa parari.

Vnguentum paruum de Arthanita, seu de Cyclamine.

Rec. Succi Cyclaminis,
Muccag.rad.Filicis,
Succi Ebuli, ana.vnc.9.
Succi summitatum Thamarisci, vel Sambuci, vnc.2.
Oesipi *a.* humidæ, drach.5.
Ol.Irini, lib.2.
Bdellij,
Ammoniaci, vnc.1.ſ.
Ceræ flauæ, vnc.6.
Corticis rad.Capparis, vnc.1.ſ.
Spicæ Nardi, drach.3.

In Gallia, & alijs locis, vbi Thamarisci succus haberi non potest, succus Sambuci substitui potest. Hoc enim succedaneo vsus est Gal. lib.9. de compos.phar. secundum locos. Paratur autem hoc modo. Bdellium, & Ammon. dissoluatur cum aceto Scyllitico : Succi cum ol. bulliant ad aliquam consumptionem. Deinde Ceram adijce, qua liquefacta, Ammoniacum & Bdellium dissolue, in fine Spicam. Fiat vnguentum. Hoc in frequentiore vsu est, quam magnum, quod paratur ad Laxandum ventrem, & ad vermes occidendos deijciendósque. De illo postea agemus, si aliqua alia vnguenta, quæ ad horum naturam accedunt, aliqua ex parte tradiderimus.

Vnguentum fuscum Nicolai.

Rec. Ol.communis, lib. 1.ſ.
Ceræ nouæ, vnc.4.
Colophoniæ,
Picis naualis, — *a. Myrrha & Bdell. differentia.*
Sagap.ana.vnc.2.
Mastiches,
Galbani,
Thuris,
Terebinthinæ, ana.vnc.1. misce, fiat vnguentum.

Hoc vnguentum semper parari potest; quare sufficit habere paruam quantitatem. Vtile est ad trahendum, emolliendum, digerendum, concoquendum crassos humores: sed illud animaduertendum est, quòd antiqui Colophoniam vocabant à Colophone regione : nostri Colophoniam vocant Resinam, vel Terebinthinam, à qua extractum est ol. Terebinthinæ: Resina est multùm frixa, & minus pinguis. Pix naualis, Pix dicitur, quæ è nauibus derasa est, quæ ob sæuum admixtum, & salsuginem maris, aliam facultatem habet, quàm recens, & simplex ; hæc minus maturat, magis siccat; quare in vlceribus, vt Colophonia, magis conuenit. Suaderem, vt posthac naualem aderent è nauibus, & hæc tantùm *a.* naualis vocaretur, alia, communis Pix tantùm ad differentiam, vt Antiqui solebant. Non enim naualis, quòd nauibus apponatur, sed quòd apposita fuerit, dici debet.

b Propolis.

Pix naualis qualis.

Vnguentum Basilicum maius.

a. Vnc.5. pro dra h.5. male legunt.

BAsilicum vnguentum, quasi dicas Regale, Magnum ad differentiam Minoris, recipit concoquentia & digerentia. Vius est in abscessibus detergendis, in quibus aliquid suppurandum, concoquendum, detergendumq; & in vulneribus, quæ sine inflammatione, aut intemperie calida sunt. Hoc carere possumus, si

aureum habeamus; nam cum eo conuenit, atque etiam efficatius est.

Rec. Ceræ flauæ,
Resinæ Pini,
Sæui Vaccini,
Picis naualis,
Glutinis piscium, quod Ichthyocollam vocant,
Olibani,
Myrrhæ, ana.vnc.6.
Picis, vnc.3.

Hoc non est dispensandum, quia non eo frequenter vtuntur Medici, & non immeritò, cum Aureum id præstet, eiusque descriptio sit magis efficax, & integra: hæc autem in multis exemplaribus incerta est; nam Picem bis posuit, & incerta est dosis: quia dicit, Picis vnc.4. & aliorum, ana. vnc.s. quod fortè sic legendū est. Alij Picis vnc.3. aliorum verò vnc.s. vt monmonstret diuersam esse descrip: in facult. declaratione falsum docet: dicit enim conferte vulneribus, in quibus est calfactio. Sed id facilè castigare possumus, si negationem addamus.

Castigationis L'Obellij, Vngentum Basilicum Minus, Mes. vsitatius. Conuenit cum Tetrapharm: Galeni, & Pauli Æginetæ Lib.7. cap.17.

HVius descriptio varia est. Paulus enim ex quatuor rebus: Cera, Colophonia, Pice, & adipe Taurino aut Vaccino, æquis partibus, sine oleo componit: Mes. verò ex Resina, Pice, Cera, æquis partibus, & oleo a. q.s. Istud paratur, & parandum est. Dicitur & Tetrapharmacum, quia non computatur Cera, quando iungitur Seuum Taurinum aut Vaccinum; Hyeme plus Olei, quam æstate affundendum; Macedonicum dicitur, thure addito, quo vtebatur Galenus & antiqui.

a. Vnc.3. Rosarum quidam addunt plus minus, pro quantitate vnguenti.

In Picis delectu sæpe falluntur optimiquiq; & senio confecti Pharmacopæi; Illa namq; vulgaris Picis species durior quæ ad nos ex Orientali Germania & Norvegia defertur, vocaturq; Germanis & Belgis Pech. *Anglis* Piche. *Gallis* du Brel. *Gallobelgis* Poix, ou Poye *&* Harpoye *(deducto fortè vocabulo Græco à* Harpage, *quòd vestibus pertinaciter adhæreat, easq; contaminet, paleas & quisquilias vestiumq; fimbrias, vti Electrum à Syris Harpax vocatum, rapiat; eo quòd festucas & paleas confricatum ad se trahat: Harpago instrumentum aduncum vndè* Harpies, *Gallobelgiæ vocant homines rapaces;* Harper *autem Gallicè est digitis aduncis fidium chordas ob harmoniam attrectando & attrahendo pulsare, aut fidibus canere; rapere significat) statim in grumos aut grumulos liquata ex oleo, sæuo, aut vnguinoso latice, aut Resina, concrescit vnitate soluta, segregaturq; quemadmodum Pissasphaltum illud quod Venetias picandis nauibus defertur, cuius in Arabum Mumia, memini, de Laudano Opiato nostro agens: Videtur Picis fex, quæ adhærescit cortinis nimium excocta, aut inter coquendum ad duritiem, parum exusta, vnguentis & emplastris vsitatissimis, Oxycroceo, Mastichino, Ceroneo & alijs minimè idonea; picandis tamen lembis & actuarijs nauibus accommodatur.*

Altera vero limpidior & dura Picis species, qua Sutores vtuntur, aptissima est in vsus medicos, quæ cum manibus attractatur fluescit & pinguescit; vocaturq; etiam Germ. & Belgis Pech, *& Gallis* du Brel; *gustanti dulcior & præstantior; amara deterior.*

Vnguentum Aureum.

AVreum à colore aureo dicitur, quem à Croco accipit, vel aureum è præstantia: est enim in vulneribus curandis efficacissimum: Concoquit, deterget, & carnem gignit. Proportione respondet Basilico magno, sed magis deterget, ob Myrrham, quam habet Basilicum magnum: Hoc verò magis siccat & minus terget.

Rec. Ceræ citrinæ, vnc.6.
Ol. boni, lib.2.s.
Terebinthinæ, vnc.2.
Resinæ,
Colophoniæ, ana.vnc.1.s.
Olibani,
Mastiches, ana.vnc.1.
Croci, drach.1.

In hoc nihil mutauimus, præter Croci dosim, quia legitur in nouis dispensarijs (Croci vnci.1.) quæ quantitas maior esse videtur, quàm oporteat: habet autem facultatem concoctoriam: sed cùm multa alia sint ad id commodius faciendum, non video cur in tanta quantitate poni debeat; Nos itaq; pro vnc.1. drach.1 legimus, tum propter rationem assignatam, tum quia in manu scripto antiquo ita legimus. Auget suspitionem, quod prius dixerit (Olibani & Mastiches ana.vnc.1. Si tantundem Croci voluisset, cur ab alijs separasset? Adde quòd semper solemus minorem rerum similium quantitatem ponere vltimo loco, vt Andromachus fecit in Theriacæ dispensatione: adde quod illa parua quantitas multùm tingit.

Vnguentum

Vnguentum Aegyptiacum.

AD detersionem Gangrenæ, & vlcerum putridorum paratur omni tempore: Quare minor quantitas sufficit: vel quia minima impensa paratur, habendum. Paratur diuersa præparatione. Alij ingredi faciunt æqua proportione sic.

Rec. Floris æris, Aureos quinque, Mell. Aureos 12. Aceti acris aureos 7. Decoquantur, & decocta inspissentur. Aureus valet drach. 1. ſ. Romana. Sed si mauis, lege drach. vel vnc. quia eadem seruatur proportio, & Pharmacopolæ minus dubitabunt. Et certè ponderum apud Latinos, Græcos & Arab. magna est diffidentia. Aliqui addunt Thuris aureos 2. ſ. Sed illud sarcoticum non est apponendum, nisi cùm imperatur, quia magis putrefaceret, quam reficcaret, & cùm imperatur, potius correx, quàm Thus ponendum est.

D. Buranus apud Venetes Chirurgus egregius parabat efficaciss. Ægyptiacum suum ex æquis portibus omnium simplicium.

Vnguentum Apostolorum.

NOmen accipit á numero duodenarió, non quòd vsi sint Apostoli: curabant enim citra medicamentorum vsum, potestate á Deo concessa, cùm dixit, Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Est autem in frequenti vsu ad vlcerum putridorum, id est, sordidorum detersionem. Recipit detergentia, catheretica, & sarcotica. Sic paratur.

Rec. *Terebinthinæ,*
Ceræ albæ,
Resinæ,
Ammoniaci, ana. drach. 14.
Lithargyri, vnc. 1. drach. 1.
a. *Aristolochia longæ,*
Thuris masculi,
Bdellij, ana. drach. 6.
Myrrhæ,
Galbani, ana. drach 4.
b. *Floris Æris,*
Opoponacis, ana. drach. 2.
Olei libræ sint æstate duæ, hyeme tres.

Parandi ratio apud Syluium. Bdellium si molle est: Ammoniacum, Opoponacem, cum Aceto macerabis nocte vna, postridie calefac', mollissimo igne coque: b. *cola iterum & pende; & ponderi horum legitimo Terebinthinam permisce, quæ tam bellè hæc ac cætera comprehendet, vt vix sis erraturus: Lithargyrum autem, in oleo aliquandiu sine igne friatum. Post igni trade; vbi calet, Ceram immitte: Hæc liquata igni aufer; liquores, vt dixi paratos misce, vbi refrixit, reliquorum puluerem paulatim adijce, & Bdellij, si siccius est, quale nobis est adulterinum. Ob componendi & miscendi magnam difficultatem, sæpe ad operis specimen probandis Seplasiarijs imperatur.*

Pro Bdellio vsurpanda est Propolis, vt aliâs monstratum est. Vnguento Apostolorum respondet Craseos magnum Mes. Quare non erit necesse, nisi paratum habere vnguentum Craseos. Primum potius parandum est ad vlcera detergenda & implenda carne.

a. *Aristolochia Clematiti, quia vnguentis idonea, plerunq; docti vtuntur.*

b. *Eius loco hodie omnes rasili viridique Ærugine vtuntur.*

c. *Lachrymæ si impuræ, augendæ sunt.*

Balsamum è Peto efficacissimum ad omnia vulnera in quauis parte corporis; eorundē fluxum cohibens calidum impositum. Fœda item vlcera, pertinacia ad cicatricem perducit. Liuoribus, percussis, ex alto prolapsis auxiliatur; sanguinis grumos dissoluit. Ad fissuras manuum, pedum & mamillarum efficax. Puerorum dolorificis cuticulæ excoriationibus opitulatur. Scabiem, Tineam, equorumq; vlcera curat.

Rec. *Peti viridis contusi, M. 6.*
Olei Hyperici, vnc. 6. coquantur in Balneo.
Olei Amygdal. amari, vnc. 2.
Galbani puri,
Olei è sem. Papaue. albi recentis, ana. vnc. 1. ſ.
Thuris masculi,
Mastiches,
Terebinthinæ Venetæ, ana. vnc. 1.
Æruginis, drach. 2.
Ceræ albæ parum.

Ærugo, Oleum Amygdal. & Papauerinum sub finem addenda. Quo antiquius eo præstantius.

Vnguentum Craseos paruum Mes.

HOc potius dispensandum est, quàm Magnum, quia Vnguento Apostolorum respondet: ob id nulla est eius Apostolorum vnguenti necessitas: Hoc verò ad vlcera detergenda & implenda confert.

Rec. Aristolochiæ,
Iridis,
Sang. drac.
Opoponacis,
Sarcocollæ, ana. vnci. ſ.
Lytharg. leuigati, vnci. 5.
Olei. lib. 1. coquatur Lythargyrum in ol. vſquedum vnio fiat. Cui adde reliqua in tenuem pul. redacta. Fiat vnguentum. Nos autem pro Ammoniaco Opoponacem ſubſtituimus, quòd magis ſit ſarcoticum & conueniens. Neque multùm repugno, ſi Ammoniacum ponatur. Hoc poteſt eſſe vſui pro Vnguento Apoſtolorum.

* *Apoſtolorum Vng. tamen vſu receptum.*

Vnguentum Pompholigos Nicol. Præpoſiti, cuius proportio melior eſt.

ACcepit nomen à Pompholyge, ſed noſtri ex Tuthia, quā vocant, parare ſolent, quæ Spodium eſt Dioſc. & omnium Græcorum: Quare dicendum eſſet Vnguentum ex Tuthia. Sed cùm parùm differat Tuthia, à Pompholyge, non eſt ab hoc recedendum. Illi autem, qui nos præceſſerunt, facilè poterunt excuſari, quòd Pompholygem non agnoſcerent: At nos, qui & agnoſcimus, & haberi ex fornacibus poteſt, vbi funditur æs ad bombardas parandas, & tintinnabula, vel vbi parantur ex ære vaſa culinaria, excuſari non poſſumus. Quare Pharmacopolas hortor, vt ex fornacibus colligant, cùm habere poſſint, quantùm voluerint: eſt enim magis tenuium partium, quàm Spodium, ſiue Tuthia. Sic parabitur.

Rec. Olei Roſ. Omphacini, vnci. 10.
Ceræ albæ, vnci. 5.
Succi granorum Solani, vnci. 3.
Ceruſæ lotæ, vnci. 4.
Plumbi vſti & loti,
Pompholygis, ana. vnci. 2.
Cortic. Thuris, vnc. 1.

Succum fructus ſolani decoque in Oleo ad conſumptionem, cui adde Ceram. Deinde omnibus redactis in puluerē tenuiſſimum, fiat Vnguentum, quo vtimur in cancris, & gangrenoſis vlceribus. Quare oportet illud eſſe bene paratum, ne morſum in parte excitet, neque eam paret ad putrefactionem, vt illud facit, quod á noſtris diſpenſatur: quare danda eſt operá, vt ex Oleo Roſ. Omphacino fiat; quod magis repellit & exſiccat, quàm illud Roſaceum Completum vocatum. Quòd ſi tale non reperiatur; abluatur Oleum, in aqua [a] Peculi Roſ. vel in aqua Myrthi, vel Ceterach, vel Plantaginis, vt illa vis ol. laxatiua, & putrefactiua, ablutione, amittatur: deinde roſas exſiccatas rubras vna decoque in duplici vaſe: & fiat Oleum Omphacino reſpondens; vel ſucco foliorum Oleæ admixto vel decoctis folijs Oleæ, vt Gal. imperauit. Cera alba eſt abluenda, tum ob pul. tum ob Aceti vim, quam accepit in ſua dealbatione. Succus ex fructu vel folijs Solani extrahitur; neque peccat, ſi ex [b] folijs paretur. Ceruſa ob Aceti vim eſt abluenda, & vt amittat aliquam vim emplaſticæ ſubſtantiæ, in aqua pluuiæ, vel fluuiorum, vel Plantag. Plumbum, quia cum ſulphure vritur, abluendū, vt Ceruſa, vt deponat empyreuma; vel lima in tenues partes diuidere oportet, vt diligenter contritum in partes tenues reducatur: nam alia ratione non vritur; quàm vt facilius in pul. reducatur: Minus enim acre eſt quod non vſtum, quàm quod vſtum eſt. Tuthiam noſtri ponebant, quæ antiquorum eſt Spodium, & quia non nouerant Pompholygem; Spodium vſurpabant. Pompholyx [c] cinericula eſt, quæ in parietibus fornacis colligitur: adhæret aliquando vt fuligo: aliquando, vt quæ proximior flammis, tanquam Pumex, vel racemus ex multis ampullis: vnde Botrytis dicitur: ſed id notare oportet, quòd in quibuſdam locis quaſi alba colligitur, vt cinis, vt in fornacibus, in quibus æs funditur, non Auricalchum. In vulgatis exemplaribus (Thus) legitur, vbi legendum (cortex Thuris.) Thus enim putrefacit: cortex autem vlceribus malis conuenit, vt docet Dioſc. Quod paratum eſt hoc modo, tam differt à communi ſcopo, vt homo viuus á mortuo. Hoc Vnguentum vſui eſſe poteſt, pro Vnguento ex Ceruſa, ſed non contrà, ob Acetum. Quare cùm pro vnguento ex Ceruſa eo vti volueris, adde Aceti albi q. ſ.

a *Succedaneum Olei Roſ. Omphacini.*
b *Simul co[?] is quo vnguentum aut Oleum viridius euadat.*
c *Eſt candida leuis fuligines, eo que Germanis. Nihil album vocatur.*

Vnguentum oculis dicatum, vtiliſſimum & efficax, quo vti ſolebant Antuerpiam; canthis modicum immittentes.

Rec. *Lapidis Calaminaris decies excandefacti,*
Aceto vini albi ſepties extincti, & ter aquâ Roſaceâ; deinde in tenuiſſimum pollinem redacti vnci. 13.
Ax: Suillæ ignem non expertæ & per ſetaceum

um à pelliculis mundata septies aquâ pluuiali terque Rosacea lota, vnci. 36.
Simul in Porphyrite aliquot dies lauigantur: tandem adde Caphura trita, drach. 1.
Mellis Hispanici crudi purissimi, vnci. 2.
fiat Vnguentum.

Vnguentum desiccatiuum rubrum Nicol. Prapositi.

POst Vnguentum de Pompholyge, collocari debet Vnguentum desiccatiuum rubr. quod frequentissimè vsurpatur à Chirurgis in erysipelatosis & feruidis vlceribus, & ad cicatrices faciendas.

Rec. Lapidis Calaminaris, siue Cadmiæ,
Terræ Sigillatæ ana. vnci. 4.
Lytharg. auri,
Cerusæ vstæ & lotæ, ana. vnci. 3.
Camphoræ, drach. 1.
Ceræ albæ, vnci. 5.
Olei Rosa.
Myrthini, ana. vnci. 6.
fiat Vnguentum.

In hoc Vnguento tantùm hoc mutauimus, quòd Cerusam vstam & lotam imperauimus, ratione optima, quia magis sicca & rubra redditur. Idcirco rub. vnguentum dictum est, &, vt ad cicatrices & herpetas efficacius sit, lauandum ad empyreuma auferendum. Vritur vt Calcythis, donec Sandaracę vel Minij colorem acquirat. Ceram albam imperauimus, quia magis siccat, & vt magis rub. apparet vnguentum, si ex aba fiat. Oleum Myrthinum pro Violaceo posuimus, quia Violaceum humidius est, quum vt in vlcerum vnguentis ponendum sit, & maximè in eo, vbi omnia refrigerant: quare Myrthinum substituimus. Lapis Calaminaris est Cadmiæ species, ex qua æs rubrum luteum fit. Pro terra Sigillata, vsurpandam esse Argillam, vel Cretam aut Rubricam fabrilem, siue Bolum diximus: Nam terra illa, Spargis, dicta, vel Sigillata, nihil aliud est, quam Argilla collecta in Lemno insula, quæ ob illum lentorem, quem habet, & vim emplasticam insignem, valer ad incrassandas fluxiones, & ad sanguinis fluxus, quæ omnia præstat nostra. Quòd dicunt valere ad pestem; non ad curationem, vt aliqui putant, sed ad præcautionem: Nam cum illa & Bolus Armena vim inspissandi sanguinem habeant, & conturbationem sanguinis impedire possint; pestem impedunt; quæ nihil aliud est, quam cùm sanguinis perturbatio fit; vt nos docuimus in nostro tractatu de Peste, Quare non est nauigandum In Pontum, vt adulteratam Argillam sigillo illo notatam habeamus, cùm Creta idem præstet, quod & terra Sancti Pauli, quã vendunt circulatores in Italia, vel Terra Sigillata: Exsiceant omnes illæ terræ, modicè viscosæ, quod in hoc Vnguento requirimus.

Vnguentum album Rhasis.

MInimo paratur, & eius frequens est vsus, vnde paratum habere semper oportet.

Rec. Ol. communis loti lib. 2.
Cerusæ, lib. 1.

Ceræ albæ, vnci. misce, fiat vnguentum. Oleum abluendum aqua frigida, nisi recens fuerit, miniméq; salitum. Cerusa abluatur necne, nihil interest. Sed quia in affectibus palpebrarum vsurpatur, non malum est, si semel abluatur.

Vnguentum è Cerussa.

S*Vnt qui addunt Vnguento è Cerussa Rhasis Caphura drach. 1. aut drach. 1 s. & Ouorum albumina, quæ refrigerant magis & vnguento albo candorem conciliant.*

Cerussæ parandi ratio, & Æruginis.

Q*Vemadmodum modus parandi rasilem, prima nota Monspeliensium Aeruginem, vino patrio rubro, omnium regionum huic artificio præferendo, laminis æreis rubri coloris aspersis, variat à Dioscoridis Ærugina rasili affuso, pro Vino Aceto; (paratur autem Monspessuli, fictili ventroso vrceo, stratum super stratum, vt artis vocabulum vsurpem, sparsis lamijs æneis substratis & interstratis expressis torculari petiolis, quibus acini totaq́; racemosa vua fulcitur aut suspenditur) sic hodie Plumbeæ tortiles lamina vrceis fictilibus, latioris oris exceptæ, infusis singulis Aceti acerrimi vncijs octo aut nouem; decussatim bacillis aut fissilibus rudissimè ad Ola imum subditis; operimento fictilis tabella tectis; deinde fimo equino calente mersis, per aliquot (circiter 14. plus minus) dies donec laminæ crustis obducantur: Postquam enim Aceti vapida vis laminas exedit, vrceorum ora aperiunt laminasq́; eximunt, quæ malleolis ligneis tandiu flagellantur, donec crustatæ laminæ excussæ sint. Id quod excussum est; vulgus Album vel albedo Plumbi, aut Plumbum album vocant, quo libentius vtuntur pictores, quã Cerusa, quia non mistum & purius est. Versatil bus aut Asinarijs molis ex aqua teritur, capis excipitur, affusa aqua copia. Subsidens album figulinis meta in angustum, co-*

ni instar, desinentibus vasis conformant pyramides quas Cerussam vocant. Margones Cretam miscent, sed dolus pondere detegitur: multò enim Plumbo leuior Creta. Plumbea lamina rursum in vrceos inseruntur, addito nouo Aceto, fimoq; reconduntur. Is labor toties repetitur, donec Plumbum in Cerusam transmutetur. Non est quod medici & Chirurgi sint adeo anxij ablutionis Cerusa ob Acetum: quia Cerussa non fit sine larga ablutione. In ocularibus tamen medicamentis ex Rosacea aut similis medicata ablutio non est noxia.

L. Myreus.

N*Onnulli malefici lucri causâ Vnguentũ hoc pessimè parant; Medicos, Chirurgos & ægros fallunt: ipsis enim insicijs Axungiam. Cretâ permixtam, pro vnguento albo vendunt: hoc mihi euenisse scio, & tanquã expertus loquor, sed quid dicam; Chirurgi aut potius barbitonsores, artis Chyrurgica ignari hac non curant: modo nummos corradant fas est.*

Vnguentum Citrinum.

ACitro nomen accepit, quo vtuntur mulieres ad fucum, & Chirurgi ad siccandum, & cicatrices faciendas, & dealbandas: habet enim aliquam vim detersiuam, & insignem exsiccandi. Difficilè paratur ob præparationis difficultatem, & reliquarum rerum penuriam.

Rec. Borracis, drach. 2.
Camphoræ, drach. 1.
Cotralli albi, vnci. ſ.
Amianthi dulcis, vncl. 1.
Vmbilici marini,
Tragacanthi albi,
Amyli, ana, drach. 3.
Marmoris albi,
Crystalli,
Dentalis,
Entalis,
Olibani albi,
Nitri, ana. drach. 2.
Gersæ Serpentariæ, vnci. 1.
Cerusæ, vnci. 6.

Borracis] *Quia Fuchius legit in exemplaribus Graecas λιθοβοραχιου, id est, lapidis Borrachij, est autẽ lapis* Crapaudine *vocatus, quem putant aliqui reperiri, in Buffone, quẽ* Crapaut, *vocant Galli, Graci φρυνον Rubeta à veperibus rubris dicta à quibusdã Borax, & ab ea Borrachia gemma d^r. Hac Gẽma alba non est sed aliquando versicolor, viridis, cineritia maculis notata, figura Rubetam repræsentat. Illã iniiciendam putant ad detersionem quam forte habet, quod tamen falsum esse vnusquisque experiri potest. Quare Borax e nitrum illud induratum album detergens imponẽdum, quod duplex est. Nigrum & album: album depuratur ex nigro, pingui, & sordido, naturali, & artificiosum aut factitium vocatur.*

Amianthus dulcis] *Dulce expurgandum, nullum tale reperitur dulce; siue Gypsum accipias vt Cordo visum fuit, siue Alumen de plama vocatum, quod magis conuenit, perinde est.*

Borax est duplex, Aliud, quod pingue dicitur, quia nigrum & ad Saponis mollis quasi colorem & consistentiam accedit. Aliud est, album, & ad formam Salis vel Aluminis concretum, & diaphanum, quod arte tale redditur. Est huic arte paratum simile ex sale Alcali & vrina, quod ferruminant aurum, à quo effectu aliqui mediocriter eruditi Chrysocollæ nomen indiderunt, non animaduertentes, Chrysocolam antiquorum colore viridi esse, siue illa sit naturalis, quæ cum lapide Cianeo & fodinis emittitur, siue illa artificialis Galeno ex vrina vel ære: quam speciem Discor. inter species Aeruginis reposuit: Quare nos Borracem Nitri speciem dicemus. Borracem nitrosum vocant Arabes, & a sapore isto, omnia alia, quæ hoc sapore sunt prædita, Boracalia vel nitrosa vocant. Additur *b* Caphuræ drach. 1. quia est fœtida tenuium partium valde: quare facilè penetrat. Magna autem est inter medicos contentio de eius origine & temperatura, quoniam aliqui dicunt esse arboris lachrymam, alij Bituminis candidissimi speciem, alij factitium quidpiam. Ego verò puto aliam naturalem, aliam factitiam ex Mastiche destillata in vrina: Naturalis certè Naphtæ naturam præ se fert, quòd facilè concipiat flammam. De eius ortu nihil certi habeo Verùm de eius temperatura certò possum affirmare calidam esse, & quòd odorata sit, & quodammodo *c* ex Aerea substantia & tenui, ob quam tenuitatem ignem facilè concipit etiam in aqua, quòd forsan aliquos decepit, quòd semen absumeret: inde ab effectu colligunt summè refrigerare: verum illa est secunda operatio, non prima, per accidens, non per se: nam si quando seminis spiritum dissoluit, ob id Venerem extinguit, semine absumpto, vt Ruta, Agnus, Mentha sicca, vt & alia multa calida: Sed videor hic limites instituti transcedere. Hoc enim ad Medicum spectat, non ad Pharmacopœum: Hoc tamen addam, quod Caphura debet ab electuario diatragac. frigid. auferri, quia debet medicamentum istud refrigerare, & humectare, & inspissare: sed illa contrarium

contrarium præstat. A Diamargarito frigido non item, quia illa valet ad cordis iactitationem, siue palpitationem, ad quem affectum hæc compositio multum confert. Præterea offuscatur a Moscho, & alijs odoratis medicamentis, quod non fit in Diatragacantho. Sed hæc satis de Caphura. Hic ponitur quia alba est, & dealbat, vt sulphur, per accidens resoluendo. *e* Corallus siue Coralliũ planta est marina, quæ supra saxa oritur. Multas rad. mittit, sed supra saxi superficiem crasso caudice adsurgit, cortice minus rubro videtur integi rubrum, non album: Quod facit, vt non credam esse florem salis, quo inuestitur: nam & album simili modo vestiretur, cùm in eodem saxo nascatur. Sunt autem tres Coralli species distinctæ colore tantùm, rubrum, album, & nigrum: quorum album vilius est. Rub. vero charius ob multos vsus. Nam mulieres eo ornantur. Pueri in collo vel circa carpum gestant aduersus fascinationes, & Medici ad siccandum, refrigerandum, & contringendum vtuntur frequentissimè. Nascuntur in eodem loco. Nigrum verò vocatur *ἀντιπαθὲς*. Rarò inuenitur, coloréque *f* Hebeni est. Album in hoc vnguento præfertur, quanquam in omnibus alijs remedijs rubro sit inferius, non alia ratione, quam colore: Nam cum hoc non solum ad morborum curationem, sed ad candorem faciei mulieribus inducendum paretur, præfertur album rubro. Differt etiam album, quòd in medio cauitatem habeat, neque solidum sit ob cotyledones siue acetabula, quæ habet frequentia. Siccat, refrigerat, & dealbat, vel maculas cooperit. Quanquam non est negandum ob salsuginem, quam habet paruam, detergere, vt omnia salsa: neque magis refrigerat, quam rubrum, Color qui distinguit speciem, nihil ad temperamentum pertinet. Paratur autem multis modis, pro diuersitate affectuum & partium affectatum. Nam si ad frangendum lapidem, occidendos vermes, vel ad siccanda vlcera interna, vel detersionem oculorum, paretur sine vstione. Verum si ad fluxum ventris, vel si ad ventriculi exsiccationem, vrendum, sed abluendum: nam nisi abluatur, vim calcis habet. Quare & calfacit: qua in re magni nominis Medici frequenter decipiuntur. Ad frangendum calculum, vel potius deturbandum renum calculum datur: tunc in puluer. reducendum, & succo Limonum diluendum: itèm cum vermes occidendi sunt. Si quis plura desideret, Diosc. lib. 5. cap. 139. & 140. legat, & plura apud Plinium lib. 32. cap. 10. Sed quod in Stœchadibus insulis reperiri dicit laudatissimum, & quòd fructum ferat, experientia docet contrarium. Iuxta Album Rhasis collocandum. Quæ enim ex Lythargiro cocto, vel non cocto fiunt, non multum differunt ab vnguentis ex Cerusa, & contra. Sed quia minimo paratur, & vt opinioni veterum consulamus, hic talia vnguenta apposuimus, quibus tamen carere possumus: Nam Triapharmacum putamus parandum, quia longiori tempore paratur, quam Lithargyrum Nutritum, differuntque coctura tantum. *e. Corallus.*

b Florum Nymphea in Græcis exemplaribus legitur, sed facilius & melius Caphura dealbat & siccat.

c Crystallum non fieri ex niue, vel humore concreto cœlesti docet Iulius Solinus cōtra Plinium, qui ex niue & Gelu fieri scribit, 37. Cap. 2.

Vnguentum Resatum D. Mesuæ vsitatum, candidissimi coloris, commendatissimiq; odoris.

Rec. *Ax: Porci recentis mundatæ a pelliculis, operose sine in pila marmorea pistillo ligneo contusæ, & affusa aqua fontana initio, deinde Rosacea, frequenter lotæ, quantum vis; cui adde Rosarum rubearum contusarum tantundem: Infundantur in balneo aut loco calido aliquot dies: Postea coquantur & percolentur. Nouæ Rosæ infunduntur & hic labor repetitur; pistillo ligneo iterum itidemq́, ad candorem teritur.* *f. Lignum magni refert.*

Ad suauissimum odorem conciliandum, Ludouicus Myreus gener meus Pharmacopœus Reginæ Anglobritan: artis suæ peritissimus & nitidissimus affundere solebat aliquot guttulas Olei stillatitij Rosarum, cum aqua simul eluenias.

Magis compositum hoc vnguentum fit additis Caphurâ, Opio, oleis & succis herbarum ex scopo Medici, sed minus suaue redditur.

Rosæ albæ si addantur, Vnguenti candoris gratiam debent, Pharmacopœos fallunt, qui nesciunt, earum succum inficere colore luteo per elegantis ex pauco Alumine.

Vnguentum Pomatum.

Rec. *Axungiæ hædi recentis eadem artis lege Suilla, lota & præparata, lib. 2.*
Pomorum odoratorum, N. 10.
Caryophillorum,
Acori, vulgò Calami ana. drach. 2. ß.
Iridis Florentinæ, vnci. ß.
Cinnamomi,
Nucis Moschatæ, ana. scrup. ß.

Sampsuci,

Sampsuci, drach. 2.
Cyperi longi, drach. ſ.
Lauendula, drach. 1.
Contuſis omnibus efferueant in vaſe duplici, addendo ſub finem Moſchi, q. ſ. Olei Balanini parum ſi durius ſit, aut Ax; Suilla.

Vnguentum Populeum D. Nicolai, cum expoſitione Cordi.

Rec. *Oculorum Populi arboris recentium, lib. 1. ſ.*
Axungia porcina preparate, lib. 3.
Oculi Populi contundantur, & macerẽtur in Axungia, donec ſequentes herbæ colligi queant vere & æſtate.

Rec. *Foliorum Papaueris agreſtis.*
Foliorum Mandragora.
Cymarum Rubi tenerrimarum,
Foliorum Hyoſcyami,
Solani,
Vermicularis,
Lactuca,
Semperuiui maioris,
Bardana,
Violaria,
Scatuncelli, *ana. vnci. 3.*

Herbæ contundantur & miſceantur oculis Populi & Axungia, & dimittantur per dies decem: deinde coquantur ſupra lenem ignem cum vini odorati ſufficienti quantitate, donec vinum conſumatur; poſtea colentur & exprimantur; & expreſſum vnguentum reponatur.

Mandragoræ *folia vbique haberi non poſſunt; ideo duplex pondus foliorum Hyoſcyami ſumendum eſt.*

Vermicularis *vera, eſt Semperuiua minor, linguam non mordicans,*

Bardana *ideſt, Lappa maior, cuius radicem pracipit eſſe accipiendam Nicolaus Alexandrinus.*

Seatuncellum, *reuerà eſt Vmbilicus Veneris ſeu Cymbalaris, & non* Kreütz kraut. *Folia habet pinguia concaua vt Cymbalum, radicem Aro ſimilem: perquam pauci eam cognoſcunt.*

Contra *nimium calorem valet, & temporibus illitum, ſomnum conciliat.*

Triapharmacum ſiue Tripharmacum Meſ.

Recipit Lythargyri auri loti, Aceti, Vini rubri, mordacis. ana. vnci. 6. Olei, vnci. 12. coque lento igne vt Diachylon,

Vnguentum Nutritum.

Ex iiſdem paratur Nutritum, ſed diuerſa proportione, vt

Rec. Lytharg. auri vnci. 2.
Olei communis lib. ſ.
Aceti vnci. 3. vel q. ſ.

Agitentur in mortario, ſenſim oleum & Acetum inſtillando. Si fiat in mortario plumbeo, erit efficacius.

Vnguentum Pſoricum, ſiue Enulatum.

Rec. Rad. Enulæ camp. coctæ in Aceto, & contuſæ lib. 1.
Axungiæ Porci,
Ol. cõmunis, vel Roſati, ana. vnci. 3.
Ceræ nouæ, vnci. 1.
* Argenti viui extincti in Axungia, vel ſucco Limonum,
Tebeꝛinth. lotæ ana. vnci. 2.
Sal. communis puluerizati, vnci. ſ. incorporentur ſimul in mortario, vt decet, fiat Vnguentum.

* *Hydrargyrum illico extingitur ex Terebinthina.*

Nihil autem immutandum fuit. Paratum ſeruetur, quia pſoricum eſt efficaciſſimum, & pro alijs omnibus hoc ſufficit.

Addere ſoleo lib. ſ. Radicum Lappatij acuti & augere doſim Olei, Ax: porci, ana. ad vnci. 4. & Toberinthina ad vnci. 2. drach. 6. aut vnci. 3. Salis ad drach. 6. aut vnci. 1.

Argentum viuum augetur, aut minuitur. Paratur etiam ſine Hydrargyro pro delicatioribus.

Ad pruritum moleſtiſſimum efficatius eſt addita radice Lappatij.

Addi poſſunt vnci. 2. rad. Celidonij maioris. Quidam miſcent vnci. ſ. Hellebori nigri, aut vtriuſque Hellebori, ana. drach. 2.

Vnguentum contra vermes.

Qvanquam Vnguentum Aragon vermes occidat, & deijciat, huius tamen deſcriptionem appoſuimus, vt ſi paratum habere velint, habeant.

Rec. Ol. Amygd. amararum vnci. 1.
Succi foliorum Perſici,
Abſynthij, ana. vnci. ſ.
Farinæ Lupinorum,
Cornu Cerui vſti, ana. drach. 1.
Aloes Succotrinæ,
Fellis Tauri, ana. drach. 2.
Ceræ, q. ſ. fiat Vnguentum.

Melius eſſet ſine Cera & Oleum ex Aceto, ſucco, & felle liquatis, in formam cataplaſmatis

matis reducere. Illa quantitas olei vnc. i. pauca est. Succi si decoquantur, minus efficaces sunt. Nos in hoc succum Absynthij pro materia substituimus, quia Absynthium magis amarum est.

De EMPLASTRIS.

QVibus oporteat Pharmacopolam munitum medicamentis, in vniuersum dictū. Inter quæ, Emplastra enumerauimus; tum quia oportet ea reposita habere, quæ magno artificio parantur, ne si quando egeamus, non rectè parentur, si citò parari cogantur, quæ longo tempore debent parari. Item quæ certi tantùm temporibus parantur, vt Emplastra ex succis herbarum, parata seruari debent. Adde quod diu seruari possunt, nec antiquitate corrumpuntur. Ergo hæc parata habeat, quibus frequentius vtitur.

De Diachylone communi Ioannis Damasceni.

Rec. Muscilag. seminis Fœnigr.
Sem. Lini & radic. Altheæ, ana. lib. 1.
Lytharg. puluerisati, a plumbo & scoria purgati lib. 1. ſ.
Ol. clari, lib. 3.

Lytharg. & Ol. multum & diu in mortario vel labete pistillo ferreo agitentur, & misceantur. Deinde igne lento coquantur, spatula semper agitando, donec liquetur Litharg. & crassescat. Deponatur ab igne & refrigeretur; quo refrigerato, muscilagines leuiter coctæ sensim infundentur, agitando, donec exactè misceantur, & coëundantur. Hanc descriptionem Mes. apposuimus, quæ retinenda est, facilè enim paratur, & satis est efficax ad duros partium tumores, & ad dolores, qui sub costis aut ossibus sunt. nam in alijs ob duritiem dura Emplastra supra partes dolentes externas poni non debent, vt docuit Gal. Auget enim dolorem duritiès Emplastrorū: quare in vnguentum dissolui debent. In hoc Emplast. hoc tantū est animaduersione dignum, Lithargyrum diligentissimè conteri debere, vt facilius liquescat, & permisceatur ol. Purgetur à plumbo & scoria, quia Litharg. ex plumbo conficitur: quare remanet aliquid, quod concoctum non est, & fex siue scoria; quæ partes etiam eandem facultatem habeant, nihilominus liquari & permisceri non possunt. ol. æqualiter, quod desideratur les. Olei antiqui videtur magis conuenire, mediæ ætatis, vel recens, quia magis emollit; antiquum magis digerit. Ex hoc loco rationem parandi Emplastra ex Lithargyrio, & muscilag. intelligetis.

De Emplastro Diachylonis Parui, Mesue.

Rec. Lythargyri vnc. 6.
Ol. a. veteris lib. 1.
Muccag. Psylij, vnc 4.

a. Communis non veteris Rondel.

Muccag. rad. Altheæ, vnc. 2. fiat Emplastrum, vt suprà. Hanc compositionem retinuimus, quia vsus recipit ad maturationem tumorum calidorum, quanquam, vt supra monstratum est, supra tumores calidos Emplastra minus conueniant ob duritiem: quare melius in vnguentum mutabitur, diluendo ol. violaceo. In hoc parando, quæ supra de Lithargyro & de coctura muccaginum, referre oportet. Oleum vetus expungendum, quia cùm frigidis, hoc cōmisceri non debet ol. antiquum indi, quia digerit magis, quam emolliat, vel maturet. Illa enim maturan. quæ temperata sunt, vel calorem caloti nostro similem habent. Quare simpliciter (Oleum) vel communis legendum est.

Emplastrum Diachylum magnum.

Rec. Litharg. tenuissimè puluerisati, & cribellati, vnc. 12.
Ol. Irini,
Chamæmilini,
Anethini, ana. vnc. 8.
Muccag. sem. Fœnigr.
Lini,
Radic. Altheæ,
Ficuum pinguium,
Passularum,
Succi Ireos,
Scyllæ,
Oesipi humidæ,
Glutinis Piscium, ana. vnc. 12. ſ.
Terebinthinæ, vnc. 3.
Resinæ Pini,
Ceræ citrinæ, ana. vnc. 2.

Lythargyrum cum oleo decoquatur lento igne, spatula leuiter agitando, donec coagulentur. Muscilagines nusceantur, vt suprà dictum est, & vbi crassitiem acquisiuerunt, supra marmor imposito, magdaleones formentur. Hæc compositio tàm frequenter vsurpatur à Medicis ad emolliendum, vt nullo modo carere debet Pharmacopola. Quæcunque dicta sunt superius, in alijs obseruanda, & præter illa, hoc quoque animaduertendum, quòd succi Ireos & Scyllæ sub finem imponendi, quos absumere oportet, priusquam Terebint. adijciatur,

adijciatur, quæ etiam diu decoqui non debet, vt nec Oesipus, nec Ichthyocolla, siue gluten Piscium.

Oesipi humida,
Ichthyocollæ, singulorum partes æquales,
Olei Kyrini, & è semine Lini, ana. q. s.
Fiat ex arte Emplastrum aut Ceratum.

Dyachylon cum Gummi & Ireatum.

QVidam supradictis aliqua addiderunt ad aliquas affectiones curandas, vt Iridem,& appellant Diachylon Ireatum ab Iride dictum. Est autem talis proportio.

Rec. Diachylonis communis,lib.1,
Radic.Iridis,vnc 1.

Malaxantur cum oleo Liliorum. Tale est Ireatum. Est aliud, quod appellant Diachylon cum Gummi, ob lachrymas, quæ adduntur, respondens Emplastro è Muccaginibus.

Illud cum Gummi, incerto authore, siue è Muccaginibus apud Præpositum.

Rec. Muscilag.rad.Althex,
Sem.Lini,
Muccag. medianæ corticis Vlmi, & Fœnugr.ana.vnci.4.
Ol.Chamæmeli,
Liliorum,
Anethi,ana.vnc.1.s.
Ammoniaci,
Galbani,
Opoponacis,
Sagapeni, ana.vnc.s.
Ceræ nouæ, a. drach.20. — a. *Cordus habet vnc.15.*
Croci, drach.2.

Terebinthinæ, vnc.2. cum gummi in vino dissolutis fiat Emplastrum.

Illa descriptio est Emplastri è Muccaginibus. Differunt tantum in dosi. Post Emplastra malactica reponendum est Emplastrum Cheroneum, & Oxicroceum, & Emplastrum de Meliloto.

Emplastrum filij Zachariæ Mesuæ, apud Præpositum.

HOc Emplastrum subiunximus, quia sæpè à Rondeletio præscribebatur ad tumores duros scirrhosos hepatis, vteri, musculorum thoracis, abarumq; partium & iuncturarum.

Rec. *Ceræ flauæ,*
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anatis,
Galinæ,
Muccaginum { *Sem.Lini,* *Fœnigraci,* *Rad.Althea,* }

Emplastrum de Meliloto Mesuæ.

Rec. Meliloti,vnc.6.
Florum Chamæmeli,
Seminis Fœnig.
Baccarum Lauri,
Radic Altheæ,
Sampsuci,
Absinthij,ana.drach.3.
Cardamomi,
Sem Apij,
Iridis,
Cyperi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Xylo-Cassiæ,
Ameos, ana,drach,2.s.
Ammoniaci, drach.10.
Styracis Calamitæ,
Bdellij, ana.drach.5.
Terebinth.vnc.1.s.
Ficuum pinguium, numero 12.
Sæui Caprini,
Resinæ, ana,vnc,2,s.
Ceræ,vnc.6.
Ol.Sampsucini, & ol è Spica a. q.s.

Infundantur lachrymæ in aqua, in qua melil. Fœnigr. Chamomilla incocta fuerint Fiat Emplastrum. Huius nominis multæ sunt compositiones, sed variæ: nam alia est apud Nal. alia apud Trallianum. Quia verò illa Mes. comprobata est, illam proposui descriptionem. Hoc autem difficultatis inueni, quòd alij legunt Cardamenum, alij Cardamomum, quanquam vtrunque calfaciat. Non satis constat inter interpretes, quid sit Cardamenum Arabum. Certius erit Cardamomum accipere, quanquã negant illud Diosc.esse, de quo alio loco dicemus. Alij parari sic volunt. Ficus coctas per setaceum mittunt, vt grana separentur. Lachrymas non in decoctione, sed in b. oleo liquant: Deinde Ceram post Terebint. Postquam refrixerit, odorata tenuissimè trita permiscent. Radices Altheæ & ficus vna prius decoquunt.

a. *Nardi Mes. non è Spica Lauendulæ, vt abuti solent Pharmacopæi.*
b. *Alij commodius in Aceto aut vino albo dissoluunt.*

Emplastrum

Emplastrum è Baccis Lauri, Mesuæ.

PErtritus & usu celebratissimi huius Emplastri descriptionem ad tympanitecos subiunximus,

Rec. *Baccarum Lauri, vnc. 2.*
a. Cumini præparati, vnc. 1. ſ.
Myrrhæ,
Mastiches, } *ana. vnc. 1. ſ.*
Olibani,
Cyperi odorati,
b. Galangæ tenuis. } *ana. vnc. ſ.*
C[illegible]s, (aut radicis Zedoariæ)
Mellis liquefacti, q. ſ. Aliqui scitè, quia frustratim diffluntur, Terebinthinam coctam addunt, vt partes facilè adhæreat.
Alij miscent stercus bubulum & Caprinum cum [illegible] exigit.

a. Ad maiorem efficaciam addere solco Cimini [illegible], vnc. 1 ſ. &
b. Galangæ tenuis, vnc. ſ. addidimus, quia desit [illegible] aut non abundamus Cypero rotundo aromatico.

Em[illegible]strum Oxycroceum Nicol. Myrepſ.

Rec. Picis naual.
Cr[illegible]i,
C[illegible]h[illegible]n[illegible]æ,
Ceræ, ana. vnc 4.
Te[illegible]æ,
Gal[illegible]ani,
Amm[illegible]aci,
My[illegible]hæ vel Bdel[illegible]j,
O[illegible]bani,
M[illegible]hes, ana. vn[illegible] 1. [illegible]rach. 3. Parantur au[illegible]em h[illegible]
A[illegible]m & [illegible]um in partes diuidantur, & [illegible] Acet[illegible] per noctem macere[illegible]ur. L[illegible]entur supra ignem, colentur, & [illegible] coc[illegible] ad [illegible]mptionem Aceti. P[illegible]x [illegible], [illegible] li[illegible]elacia, pone Ceram, de[illegible], demum Tere[illegible]inth. paulo post p[illegible]tu[illegible] M[illegible]x, Olibanum, & M[illegible] la semper agitando a princ[illegible]. R[illegible]gerat[illegible] omnibu[illegible]ere C[illegible] superposito malaxentur & fo[illegible], & seruentur in v[illegible]. [illegible] vulgaris, quam retinu[illegible]

E[illegible]um de R[illegible], Iohannis de Vigo.

EM[illegible] hoc [illegible]us[illegible]am ceratum ap[illegible]: quare mallem inter Emplastra col[illegible]care, quàm inter Cerata. Alij in formam Emplastri [illegible]rant sic.

Rec. Olei Chamæmeli,
Anethi,
è Spica,
Liliorum, ana. vnc. 2.
Pinguedinis Porci,
Pinguedinis Vituli, ana. lib. 1.
Euphorbij, drach. 5.
Thuris, drach. 10.
Olei Laurini, vnc. 1. ſ.
Pingue[illegible]. V[illegible]peræ, vnc. 2. ſ.
Ranarum viuentium, numero 6.
Lumbricorum lotorum in vino, vnc. [illegible] ſ.
Succi rad. Ebuli,
Helenij, ana. vnc. 2.
Sch[illegible]nanthi,
Stœchad.
Matricariæ, ana. M. 1.
Vini g[illegible]ſi, lib. 2. vel. q. ſ.
Bulliant omnia ad consumptionem vini. Col. adde Lithargyri auri lb. 1. & diu agitentur, Deinde adde Ceræ citrinæ, q. ſ. Terebint. abietis, vnc. 2. Auferatur ab igne, & adde Styracis liquidæ vnc. 1. ſ. Agitentur fortiter. Postquam refrixerit aliqua ex parte, adde argenti viui extincti in saliua hominis ieiuni, vnc 4. fiat Emplastrum, vt artis est. Hoc Emplastrum recipit quantitatem paruam Argenti viui, quare efficatius redderetur ad omnia, si Argenti viui vnci. 6. reciperet, & Euphorbij, vnc. ſ. Quòd Argentum viuum extinguitur saliua, superstitiosum est & inutile. Sed hac ratione putant emundari venenum: Non enim sequitur, saliua hominis ieiuni est venenum serpentibus: ergo alijs aduersatur. Quod si saliua ad castigationem vsurpari debet, ieiuni esse debet, quia saliua infecta alimentis non seruat vires suas: citissimè Mercurius fugitiuus Practicis vocatus extinguitur, si vnà pistillo cum Terebinthina tribulentur.

Emplastrum de Mastiche

DIspensatur apud nos Emplastrum de Mastiche. Quare visum fuit addere descriptionem, quæ in nullo dispensario reperitur. Oportet huius Emplastri authores fuisse præceptores nostros. * Quia hic [illegible] & correcta est descriptio; nos apposuimus: *L'Obel.

Emplastrum è Mastiche, quo vtebantur Monspelienses meo tempore.

Ad fœtus retentionem, & omnem affe[illegible]um ventriculi à humiditate, cum quadam relaxatione.

Rec. *Maſtiches vnc.4.*
Olibani,
Ladani, ana.vnc.3.
Myrthillorum,
a. Foliorum vel ſeminum Lentiſci immaturorum, ana.vnc.2.
Sumach,
Hypociſtides,
Acatia,
Roſarum,
Boli Armeni, — *ana.vnc.1.*
Tera ſigillata
Mentha ſicca
Abſynthij,
Sampſuci,
Anthos, ana.vnc.ſ.
Gallia Moſchata, drach.2.
Reſina,
Cera alba, ana.lib.3.
Terebinthina, lib.1.ſ.
Picis naualis, vnc.8.
Olei Lentiſcini,
Nardini Meſ. ana.vnc.3.
Miſce, fiat Emplaſtrum ex arte.

Emplaſtrum è Maſtiche Monſpelienſium deſcriptum à D. *Iouberto* non adeò diuerſum; ſed ponderibus varium.

Rec. *Maſtiches, lib.ſ.*
Thuris,
Ladani, ana.vnc.5.
Foliorum Lentiſci,
Myrti,
Myrtillorum, ana.vnc.4.
Sumach,
Berberis,
Hypociſtides,
Acatia,
Roſarum, — *ana.vnc.2.*
Santali rubri,
Boli Armeni,
Terra ſigillata,
Mentha,
Galanga,
Cyperi,
Coriandri, — *ana.vnc.1.ſ.*
Xyloaloes,
Cinnamomi,
Cimini aceto infuſi & toſti
Abſynthij,
Sampſuchi, — *an.vnc.ſ.*
Florum Roſmarini,
Gallia Moſchata,
Terebinthina,
Picis naualis, ana.lib.ſ.
Reſina,
Cera, ana.lib.2.ſ.
Olei Maſtichini,
Nardini, ana.parum.
Fiat Emplaſtrum.

Qui vnum horum habet, poteſt carere Emplaſtro pro matrice.

Neglectos miror Caryophyllos aromaticos quorum ſeſquiuncia aut binæ unciæ addi poſſunt.

Pro Oleo Lentiſcino ſume Olei Maſtichini & Cydonitis in frigidis regionibus quæ Lentiſco carent, ana.partes æquales.

Emplaſtrum diuinum Nicol Præpoſiti.

Rec. *Lithargyri, lib.1.ſ.*
Lapidis Magnetis, vnc.4.
Ammoniaci, vnc.3.
Bdellij, vnc.2.
Galbani,
Myrrha, ana.drach.10.
Olibani, drach.9.
Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochia longæ, id eſt Clematitis.
Viridis æris, ana.vnc.1.
Olei communis, lib.1.ſ.
Cera, vnc.8.

Lithargyrum pulueriżatum in mortario aut lebete oleo permixtum coquatur. Ammoniacum & Opoponax diſſoluantur, & liquentur, & colentur, quæ cocta Lithargyro, & liquefactæ Ceræ miſceantur, ſpatula agitando. Myrrham, Olibanum, Maſtichem, Ariſtolochiam, & Magnetem in pul.redacta tenuiſſim permiſce. Formentur magdaleones. Hoc Emplaſtrum præparandum ob vires egregias & diuinas. Non multùm á Cheroneo differt: quare ſi paratum non habeatur, addendo Ariſtolochiam & Magnetem, ſimile redditur. Ariſtolochia longa vſurpanda eſt, vel rotunda. Pro Bdellio, Propopolis vſurpanda. *Vlceribus malignis vtile.*

Lud. Myrreus.
Emplaſtrum Opodeltoch Germanorum,

Ob inſignes & Diuinas dotes quibus hoc Emplaſtrum Teutonica lingua conſcriptum *pollet, cuius vſus apud ſuperiores Germanos increbruit; operæpretium duxi huic Emplaſtro Diuino ſubnectere & Poſteritati latinè vertere.*

EMplaſtrum vocatum Opodeltoch non immerito habet primarias, tanquam Emplaſtrum

plastrum generale aut vniuersale ad omnia vulnera & fodicatiões, quod (cæteris sanationis causa) omnia accidentia præcauet. Et quamuis laboris & studij multum requirat, in compositione; tamen consideranda cõpensatio, quod eius semi-vncia plus præstet quam decem semlunciæ Emplastri fodicationum, quæ etiamsi secundum meam descriptionem sint bona, huic tamen non conferenda: qui vero huius voluerit esse compos, necesse est plurimum in terum cognitione esse expertum artificem.

Itaque hoc modo para.

Rec. Ceræ Virgineæ, lib. 2.
Terebinthinæ turbidæ lib. 1.
Olei oliuarum, vnci. 3. liquefiant simul & adde
Succi Chelidoniæ,
Succi foliorum Querci,
Succi Saniculæ, & Veronicæ, ana. vnc. 1. f. coquantur ad liquorum consumptionẽ: postmodum adde
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opoponacis, Aceto solutorum, ana. drach. 6.
Succini, vnci. f.
Colophoniæ, vnci. 1. f.
Mastiches,
Mirrhæ,
Olibani,
Sarcocollæ, ana. drach. ʒ: subigentur omnia cum Emplastro rudiculâ mouendo: cum refrigeratum fuerit, misce Lapidis Magnetis præparati, & in tenuissimum pulueremi redacti, vnci. 1. f.
Croci Martis, vnci. 2.
Croci Veneris, vnci. 1.
Tutiæ perpratæ, vnci. 3.
Lapidis Calamin. præparati, vnc. 10.

Hæc omnia tandem cum Emplastro misceantur, & cum propemodum refrigeratum fuerit, adnusce terræ rubiæ Vitrioli dulcis tãtum quantum opus est ad colore ex rubro purpureum inficiendum. Tunc eximè, malaxa & fac magdaleones; reserua vsui.

Ita coquas, vt modicè calefactum, cum vti volueris, mollescat: alias vero cùm frigidum est, non facilè malaxari aut leniri potest, sed vti vitrum frangitur.

Hoc Emplastrum citissimè carnem superfluam supprimit, & ad cicatricem perducit mala præcauendo accidentia.

Præparatio nonnullorum ingredientium à præscriptum Opodeltoch, & primo Magnetis.

Magnes sic præparatur, Recipe Magnetem, redige in minutissimum puluerem: pone in crucibulum, vt ignescat; & sic ignitum in dulcificatum Oleum Martis ad æquales partes infunde, & igni moderato admouẽ donec exsiccetur; sic habebis Magnetem præparatum, cuius vnci. f. plus quam crudi lib. 1. efficiet.

Oleum Martis ad hunc vsum simpliciter sic paratur.

Rec. Aluminis, lib. 1.
Salis communis, vnci. 4.

Destilla aquam, ex qua humectetur Ferrum limatum sæpius in die, & sic rubigine obducetur, quam diligenter ablues, & aquam euaporare sines, vsq; dum oleaginosam habeas substantiam, quę altera destillatione dulcis fit, repetitâ destillatione & euaporatione; Tunc habebis Oleum Martis ad hunc vsum aptum.

Lapis Calaminaris sic præparatur.

Rec. Lap. Calaminarem redactam in tenuissimum puluerem; pone in crucibulum, & candentem & feruidum effunde in ollam optimo Aceto semiplenam, & illico cooperiatur illa, donec Calaminaris extinguatur. Postmodum leuiter & exactè effuso Aceto Calaminarem iterum inijce in crucibulum & ignitum denuò effunde in idem Acetum: postremò tutius ignescat, & refrigeratum vsui serua.

Tutiæ præparatio.

VNo eodemq; modo Tutia vti lapis Calaminaris præparatur: sed loco Aceti qua fœniculi aut Chelidonij sumenda: Nam Tutia aliud nihil est quam fumus seu fuligo adherens ferreis virgis supra furnum in quo cuprum funditur.

Croci Veneris præparatio.

Rec. Cupri laminas tenues, quas immitte in ollam & cum sale communi fac stratum supra stratum: in ignem vt candescat immittantur. Postea effunde Laminas vna cum sale in aquam frigidam, quas Laminas ablues diligẽter ab omni nigredine, & denuo adde recentem salem & in olla ignitas, in frigidam infunde, vti prius latia & hoc reitera

 quanto-

quantoties volueris. Postmodum accipias aquam in qua abluisti Lamiuas Cupri, & adde bonam quantitatem aquæ calidæ, & tandem leniter effunde: inuenies Crocum Veneris in fundo, sanguinis instar ruberrimum, quem optime ablues, donec nulla amplius salsedo percipiatur, & panno lineo optime sicca & diligenter vsui serua.

Croci Martis præparatio.

MVlti faciunt Crocum Martis cum sale; nonnulli cum vrina, aliqui ex Aceto, alij alijs quia ferrum in rubiginem conuertunt; ex qua rubigine postmodum Crocum Martis hoc modo conficiunt: cum ferrum plane in rubiginem conuersum fuerit, indunt in crucibulum & reuerberant, aut iā diu candefaciunt, donec alium colorem ascifcat: hoc autem modo fieri nōn debet, quia sal non separatur illa ratione ideoq; in Medicamentis est inutilis: oportet autem absque omni rubigine, & sine vlla additione salis paretur; quod hoc pacto fiet. Recipe ferrum absque omni rubigine tenuissimè limatum: pone in reuerberatorium longū, & igne fortissimo in quarto gradu reuerbera, per diē & noctem, donec colorem rubrū acquirat; postea exime & cum refrigeratum fuerit, inijce in orcam plenam aquæ, & agita fortiter spatulâ, & celerrime refunde in aliud vas: sic omne ferrum in primi vasculi fundo reperies; quod nondum satis reuerberatum fuerit abijce; id autem quod cum prima aqua transijt serua, & pone ad ignem, & euapora donec siccum fiat. Euapora (inquam) nec refunde, ne forte virtutem stipticam simul amittas. Hic est modus optimus parandi Crocum Martis.

Terram vitrioli sic para.

Rec. Vitrioli quantum voles, inijce in ollam & pone in igneum circulum, vt planè ad rubedinem calcinetur, cum omnino rubrum fuerit, fundatur in aquam; stet per per diē & noctē, postea effunde aquā clarā & aliam affunde, & fac vt ante, idq; toties repete, donec nullam amplius acredinem in ea reperias; sed aqua dulcis remaneat. Tunc exicca, & habebis Terrā vitrioli efficaciorem in vulneribus virtutem habentem, quam Bolus aut terra sigillata.

Lud. Myrreus.

Emplastrum ad Callos pedum efficax, acceptum à C. D. D. Iacobo Cargillo Scotto.

Rec. Gummi Ammoniaci Aceto soluti, vnci. 1.
Vitrioli Romani,
Calcis viuæ, ana. drach. 6.
Viridis Aeris, drach. ß.
Auripigmenti,
Cantharidum, ana. drach. 1.
Ceræ nouæ, vnci. 4.
Olei Chamæmælini &
Euphorbij, ana. q. s. fiat Emplastrum.

Emplastrum Ceroneum Nicol.

Rec. *Picis Naualis,*
Ceræ, ana. vnc. 2. drach. 3.
Sagapeni, vnc. 2.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci, ana. vnc. 1. drach. 3.
Aloes,
Thuris,
Myrrhæ, ana. vnc. 1.
Opoponacis,
Styracis,
Galbani,
Masliches,
Aluminis,
Fænigræci,
Styracis rubræ,
Bdellij, } *ana. drach. 3.*
Lithargyri, drach. 2. ß.
Fiat Emplastrum secundum artem.

Emplastri contra Rupturam prima descriptio.

Rec. Picis naualis,
Aloes, ana. vnc. 3.
Litharg.
Ceræ rubræ,
Colophoniæ,
Galbani,
Ammoniaci, ana. vnc. 2.
Visci quercini, vnc. 6.
Gypsi,
Vtriusque Aristolochiæ,
Myrrhæ,
Thuris, ana. vnc. 6.
Terebinth. vnc. 2.
Vermium terrestrium,
Gallarum,
Vtriusque Consolidæ,
Boli Armeni, ana. vnc. 4.
Sang. Draco. lib. 1.

Extat alia descriptio, quæ dicitur de pelle Arietina Arnaldi de villa noua, ex lib. 2. cap. de Crepatura, quæ magis siccat, & constringit,

git, & melius ordinatur. Magis mihi placet illa descriptio, quæ recipit.

Emplastrum è pelle Arietina Arnaldi de Villanoua.

Rec. Lithargyri auri,
Lapidis Hematitis,
Sang. Draconis,
Boli Armeni,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris,
Lumbricorum terrestrium, ana.drach.ſ.
Picis naualis,
Colophoniæ,
Ceræ albæ & rubr.ana.drach.1,
Rad.Consolidæ maioris, minoris & mediæ, ana.drach.3.
Rof.rubr,
Myrrhæ,
Aloes, ana.drach.4.
Stellæ marinæ combustæ,
Gallarum combustarum,
Aristolochiæ rotundæ, ana.drach.6.
Visci Quercini,
Terebinthinæ, ana.drach.3,
Sang. hominis rufi, lib.1.ſminus quarta.

Conficiatur hoc modo. Pellem Arietinam recenter extractam' seu excorticatam cum pilis coque ad dissolutionem. Collaturæ lib.1.misce Viscum Quercinum dissolutũ, cum spatula stagnea agitetur, deinde Cerã, Picẽ, Colophoniam adde. Ammoniacum, Galbanum dissoluantur in aceto, & colentur. Addatur deinde pul.aliorum; vltimo loco odorata, & quæ minorem calfactionem & calorem ferre possunt. Postremò Terebinth. sanguis permisceantur. Vermes in vino cocti & diligenter triti commisceantur: coquantur, donec non inquinent manus, manibus inunctis oleo Rof.vel Cytoniorum, non Violaceo, vt vulgus facit. Malaxentur, fiant Magdaleones. Ego tantùm mutaui, quòd legit Palleam, Marinam Stellam legendum, quæ est ad id efficacissima. Quòd sanguis hominis rufi legit; censerem potius hominis pituosi legendum, qui sanguinem viscosiorem & tenaciorem habet. Satis siccant alia medicamenra, sed parùm telent: Nam oporteret accipere sanguinem eorum, qui truncantur capite, in quo fluit venalis & arterialis, & sic est satis siccus & viscosus, & hæc satis de Emplastro contra rupturam.

2. *De Cerate è Pelle Arietina, inter Cerata differuimus.*

Emplastrum è Stella marina ad Hernias, præcisos neruos, & musculos glutinandos L'Obelij.

Cum animaduerterem omnes, perpensis Nicolai, Villanouani, & Guidonis Ceratis, aut verius ad Hernias Emplastris variare; & doctissimos quosq, similes descriptiones ex siccantibus aut glutinantibus dare: visum fuit subiungere aliam, qua sæpe feliciter vsus sum, eoq, aliquoties dispensandam procuraui: & haud ita diu est, quod etiam egregius, industrius & fidus vir Thomas a Fossa, siue Fossanus Pharmaceutices apud Middelburgenses Zelandorum callentissimus parauit Optima ferè mistura proportione & corporis moderaturâ, crassitie aut crassamento, vt artis verba vsurpem. constitutum; nonnullarum præscriptionum Rondeletij imitatione, ex copiosis Stellis marinis, loco Paleæ, aut Pila marina, in Cerato siue Emplastro e Pelle Arietina Arnoldi Villanouani: optima lege, ratione & siccandi dote humidas relaxationes, suppositis.

Rec. *Radicum Consolidæ maioris recentium, vnc.18.*
Malsetij. vnc.12.
Radicum Narcissi recentium, vnc.10.

Decoquantur ad mollitiem aut dissolutionem in partibus duabus sufficientis quantitatis vini rubri tertiui, & vna succi Cythoniorum, aut vini Cydonitis, s.quantitate balneo occluso. Refrigeratis; colentur, tundentur, & cribrentur, quibus adde muccaginem, siue Gluten sesquuncia Ichtiocollæ, prius incisæ minutim, infusa itidem balneo & eliquatæ in colatura prædictarum radicum Symphiti maioris, deinde colatum & solidusculè excoctum. Adde vinum si Colamen non sufficit.

Visci aucupatorij è corticibus radicum Agrifolij. vel querno aut Pyrastri Visco parati, vnc.6.

Postea admisceto infrascriptam succatiunculam: quæ

Rec. *Rhois Coriariorum,*
Malicorij, ana.vnc.12.
Radicum Pentaphilli, } *ana.vnc.3,*
Tormentillæ,
Bistortæ arefactarum.
Fabrarum torrefactarum,
Nucum Cupressi,
Myrtyllorum,
Rubiæ tinctorum,
Seminis Nasturtij,
R. Aristolochiæ Clematitis,
Seminis Psyllij, ana.drach.10.

M 3 *Contun-*

Contundantur, leniterq́; efferueant in vini rubri tortiui aut nigri astringentis partibus duabus & vna Aceti Rosati vel succi Cydoniis, Balneo, vitro aut alio vase lapideo, optimè clauso. Omnibus prælis subiectis, discoquantur molli igne in Balneo donec concreuerint Electarij solidi instar. Quibus omnibus adde peractis

Terebinthina clata, vnci. 8. vel 9. ʃ.
Picis naualis, vnci. 15.
Colophonia, vnc. 7.
Galbani,
Ammoniaci dissolutorum in vino,
Myrrha, ana, vnc. 2.
Pulueris Stellæ marina vstulata clibano, vnci. 9.
Pul. Boli albi, vnc. 3.
Pul. Lapidis Calaminaris sexties candefacti & Aceto extincti,
Sanguinis Draconis, ana. vnc. 1. ʃ.
Pulueris Olibani,
Lythargyri aurei loti,
Mastiches,
Sarcocollæ,
Aloës,
Pissasphalti,
Scoriæ ferri aceto præparatæ,
Succi Herniariæ, aut saltem Polygoni extracti ex vino rubro & densati.
Hypocisti, ana, vnc. 1.

Pici prius liquefacta cum Colophonia, adde Terebinthinam, Ichtyocollam Visco permixtam; omnes pulueres paulatim adijciendo assiduéq́; mouendo.

Quandoquidem hoc aut similibus frequentissimè non modo optimi vtuntur Medici in remedijs ad Herniam; verumetiam aduersus varios vteri affectus; eius ligamentorum relaxationem, aliarumq́; partium; renum, venarum, artheriarum, neruorumq́; dilatationes & defluxiones inde natas arcendas, vt in dentium doloribus hanc descriptionem consultò dedi. Quotiescunq́; maiore astrictione opus est, solent boni & præclari practici irrorationes Aceti Rosati (embrocationes vocant) aut irrigationes ante vsum huius Emplastri aut Comitissæ Cerati præscribere: tamen quia acetum neruosum genus infestat, iubeo Chylaria simplicium huius Emplastri ex vino astringente elicienda, diluto aquâ Chalybeatâ, quotiescunq́; calorem veremur: Obijci verò potest, Acetum Rosatum, aut Acetum ex vino atro, crasso, tortiuoq́; paratum, magis astringere, densare & contrahere, quam penetrare. De Aceti verò differentijs & vsu latissimè diximus, Capite de Iride Illustrationum Stirpium, & Aduersariorum altera parte:

Tantum commendatur Filix florida, Osmunda vocata, à posteris, quantum Filix vulgaris à Lucio Apuleo ad vulnera, puerorum ramicem & splenem, tam pota quàm admota. Liberum itaq́; erit, si placet, vnci. 2. aut plures Radicis Osmundæ, si copia adsit; aut alterius, si desit, huic Emplastro inserere,

Emplastrum ad Herniam apud Fernelium, recepit potenter quidem exiccantia, sed pondus, quantitas aut numerus agglutinantium minus est quàm par est ad Peritonei Rupturas, Herniasué (barbarè Crepaturas vocant) agglutinandas: ideo agglutinantium quantitatem & numerum auximus, vt radicis Symphiti & aliorum, additis radicibus Narissi, quæ Dioscoride teste & experientiâ, præcisos neruos illitu glutinant: & vti radices Liliaceæ cum melle detritæ, neruis præcisis, luxatisq́; medentur.

Stella marina Indica reticulata.

Miranda Dædala Natura, inter mille Concharum variorum colorum, Pisciumq́; genera & Zoophyta, elegantissimam Stellam marinam, quintæ à Rondelletio obiter descriptæ congenerem, reducibus ex Orientalibus & Occidentalibus Indis, ad solum natiuum Batauis naucleris nobis largita est, in quinque angulos, ramos aut radios à medio partitam; pedalis & amplioris magnitudinis, prominente medio tergo quatuor digitorum eminentiâ, minimè vt cæterarũ plano; elegantissimè reticulato & multis verruculis per varios & quamplurimos versus asperiusculo: auersa verò parte à medio depresso ore & centro per medium ordinibus quinque gemino situ stellatis, denticellis crebribus, vnà cum lunatis marginibus, stipatis: cætera totaq́; Stellæ facies verruculis conspersa est, ordine pulchro, admirando Naturæ spectatu dignissimo lusu; testaceæ concretionis.

Stellas marinas vti plerasq́; Plantas in vsum reuocauit exercitatissimus in rerum cognitione & summus practicus Rondelletius, ad Hernias sequenti formula Remedij.

Rec. *Emplastri e pelle Arietina, vnci. 4.*
Stellæ marinæ,
Blattæ Byzantiæ
ana. vnci. 1.
Pul. Mastiches,
Gallarum,
Malicorij, ana. vnc. ʃ. malaxentur ex oleo Hyperici.

Foueatur pars sæpe decocto radicum Symphiti

maioris

Stella marina Indica.

maioris, Narcissi, Bistortæ, herbæ Iudaicæ siue Tetrabit, Polygonij, Herniariæ & similibus, vt alibi dicemus. Aluus fluida fit medicamento aut glande; improbantur clysteres.

Emplastrum nigrum Petnones illicò sanans; attritam longo decubitu cutem breui tempore ad cicatricem perducit. Polychrestũ efficax, paucissimis constans.

Rec. *Cerusæ albæ, lib.1.* *Olei seminis Lini, lib.2.* } *coquantur ad duritiem ex arte.*

Emplastrum de gratia Dei. Nic. Præp.

Rec. Terebinthinæ, lib. ß.
Resinæ, lib.1.
Ceræ albæ, vnc.4.
Mastiches, vnc.1.
Verbenæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ, ana M.1. fiat decoctio herbarum in vino albo generoso ad consumptionẽ tertiæ partis. Colaturæ dissolue Ceram, Resinam, Mastichem. *a.* Bulliant, donec incorporentur, & agitentur. Tunc ab igne deponantur, & Terebinthina iniiciatur, agitando cum spatula, & fiat Emplastrum dictum Gratia Dei.

a. D. Ioubertus, Nicolaus, Plantius apud Fernelium, & alij omnes qui sese sequuntur, falluntur, vno ore dicentes, Cera, *Resina & Mastiche coquuntur ad instam consistentiam, aut donec optimé incorporentur, verbis Nicolai innixi.*

Diximus in Oleo Mastichino, Mastichen decoctionem minime ferre, etiamq́, in grumos abire si puluis solum calidior misceatur in antidotis.

Meliores parandi rationes descripsit Syluius hoc modo.

In colatura vini & herbarum, decoquitur Cera & Resina ad colati propè consumptionem: tunc Mastiche additur; Postremò Terebinthina: igne aufert, vbi refrixit, cylindrias fingit magdaleones.

" Alij, inquit, in colato Resinam solam coquunt; " hoc propé consumpto, Ceram addunt; postremò " Terebinthinam extra ignem, & vbi refrigerari " incipit Mastichen *pulueratam miscent.*

" Vterq́ hic modus, quam Nicolai est præstantior, quod Mastiche *coctionem non sustineat ob " essentiæ tenuitatem.*

" Hodie vt albius fiat, addita paulo largiore " Terebinthina trahunt modo Hendiorum.

" Succos colatos per se in Mellis spissitudinem coquerem potius, & deinde cæteris liquatis miscerem, vt Syluius faciendum suadet, in Emplastro de Ianua Nicolai, *ad vulnera & vlcera, quod*

Emplastrum de IANVA.

Rec. *Succorum* { *Apij*, *Plantaginis*, *Betonicæ*, } *ana, lib. I.*
Emplastris, *Ceræ*, *Picis*, *Resinæ*, *Terebinthinæ*, } *ana lib. ß.*

Fiat Emplastrum.
Galli cæteras Nationes excellunt in parandis

Succedaneorum Collectanea L'Obelij aucta & recognita, ex classisis authoribus, imitatione *Rondelletij*, è cuius fragmentis & prælectionibus ferè decerpta fuerunt.

Rondel. CVM *attentiore lectione animaduertissem vulgatum Succedaneorum libellum, quem nonnulli Galeno, alij Paulo acceptum ferunt, scatero mendis, & plerisq; locis mutilum esse: vtpote qui ex Græco in Arabicum, & de Arabico sit denuò Latine versus, aut potius peruersus, à* Mauro *quopiam, vel* Mauro-græco, *qualis fuit & Actuarius: visum fuit, quæcunque Dioscorides, Galenus, Aëtius atq; Paulus literis mandassent, experimentaq; tum veterum tum recentiorum confirmassent, seligere, eaque sic digerere, vt quid alteri cuinis æquipolleat, studiosis in posterum pateret.*

Hunc autem libellum neoterici cuiuspiam esse, vel id plus satis arguit, quòd nonnulla addita inibi sint, quæ Galeni tempore ignota fuere, vti Anacardia, aliaq; complura, nullo tamen ordine aut delectu, ac sine iudicio. Vt, quòd fortè Chamæmelini legerant alicubi, nominis decepti affinitate, Melinum *subdiderunt, quàm inscité nullus est qui ignoret: illud enim laxat & moderatè calfacit, hoc verò refrigerat astringitq́. Eadem ineptia, quòd fortè Cepæam Portulacæ similem legissent illius vires huius facultatibus responsuras putarunt. Itidem Leporē fluuiatilem Cancri loco vsurpari, vel, vt alius quispiam correxit, marinum, indoctè, vt qui ignorasse videatur Cancrum alimentum & antipharmacum esse, Leporem verò vel odore solo vomitorium & venenum. Nec hoc falsum solummodò, at & discriminis plenum, cùm loco Opobalsami Opocarpation substituunt, quod venenum frigidum est Dioscorids, vinoq; vti Cicuta, expugnandum, teste Gal. lib. de Antidotis. Verùm si hîc Carpason legamus, vera fuerit lectio, est enim tenuium partium. Cinnamomo item Behen rubrum respondere nequit. Neque placet ordo seriesq; collationum: nam olea oleis, non resinis aut aquis sunt conferenda, vt, quoad eius fieri potest, sint simillima. Deinde si non licet ex specie proxima, saltem é genere, cùm abundemus probis remedijs. Nec parui facio regionum vbi nascuntur proprietates, veluti Creticarum Plantarum, quas Italicis efficatiores puto; nisi retorrida admodum fuerit æstas; quæ deficiente alimento Plantas tabefacit: tum enim Poliū Italicum aut Stœchas non cedunt Cretico aut è Stœchadibus insulis.*

Imperitia fatua est, substituenda præcipere rariobus inuentu, ea quibus caremus, aut adulterata, vt loco Cinnamomi *, Amomum. Insania itidem, vbi abundamus lactuca, Opocarpatum optare. Licuerit tamen, si quæ sint rarius obuia aut minus trita, eorum loco vsurpare viribus similia, vti Terebinthina vera loco, Lentisci resinam, quia frequentior est.*

Cum autem Succedaneis vti non rarò cogamur, nec enim omne fert omnia solum, nec vbiuis medicamenta oportuna occurrunt: (ruri enim ἀγροικῶς sine facilè parabilibus vtendum: & cùm medicamenta necessaria ad repentinos casus ad manum minimè sint, præsentibus vtendum) eligenda erunt quæ nostris simplicibus substitui possunt, vt Galenum fecisse legimus, cui Euphorbium cùm ad spicula, aculeos & infixa eximenda deesset, ex aluearijs Propolim pro Euphorbio felicè successu vsurpauit.

Succedaneorum verò vsus hodie magis est necessarius quàm vnquam fuit; cùm multis quæ antiquis in regionibus suis exortiuis & exorticis diues & vber prouentus sufficiebat, hodie careamus, tum supposititia Hebræorum & mercatorum vafro ingenio adulterata transuehantur; quæ si reijcienda, alia substituere necesse est. Ad hæc pleraq; prisca simplicia medicamenta exoleta antiquitùs notissima & vsitatissima, hodie ignorantur.

Permulta Arabibus excogitata & vtiles inuenta compositiones, efficacissimaq; remedia in vsum recepta, quorum simplicia barbarie vocum nobis prorsus ignota sunt. Quid enim nominibus illis barbaris significare voluerint, nescimus; aut illis caremus. At in Succedaneorum delectu & vsu, pessima illa medicorum consuetudo meritò reijcienda, quæ iam à multis annis inualuit, magno ægrotantium incommodo; quæ in compositione re-

mediorum

mediorum omnia quæ commendata sunt vel ad morbum, vel ad partē affectam, vel aliquod symptoma, congerunt temere; & cum omnia similia vsurparunt, haud habent amplius quod pro ea herba aut medicamento substitui possit. Quòd si vna, duabus, vel tribus herbis contenti essent; nunquam succedaneo destitueretur pharmacarius. Sin autem quantitas necessaria foret; pro manipulo adde duos, pro duobus tres vel quatuor. Hinc duo consequentur commoda; certior medicamenti operatio, facilior & citissima præparatio; pluribus remedijs & succedaneis summo artis Medicæ ornamento abundabit medicus, cui iterare, immutare, supponere pharmaca licebit, & plura quam vulgus Medicorum & Clinicæ facere. Vt si in suo decocto Boraginem præscribas; ea si defuerit, Buglossum agreste substituere vel contra: si Scariola desit, succum substituere vel syrupum licebit: si Cichorium, Dens leonis, vel Endiuia: si Chamæpitys, Chamædrys substituatur, si desit, vel contra. Sed quid faciet, si omnia congerantur in vno eodemq; medicamento? certè nihil aliud erit, quam poeticum illud chaos.

Illud Villanouani ante oculos voluant, vbi in promptu habentur simplicia, dolum esse siquis cōpositis vtatur.

A praua igitur consuetudine recedant, & illos tanquam scopulos vitent: caueant item malos auaros, improbos, indoctos, impudentes pharmacarios, & Circulatores, qui nummi & lucri rapaces farraginem medicamentorum etiam semiputridorum inter se pugnantium collaudant. Quidam hoc faciunt vt copiam ostentent, vel ignorantia, vel superbia; & aliqui docti, ne videantur in remediorum cognitione minus exercitati.

Blaces quidam Medicastri impostores nobiles, populares agyrtæ, histrionesq; Hippocratici, Auroinè Aureoli Theophrasti aselli, (cuius tamē documenta vix summis degustarunt labris, quique magistri pudent, quemque neque agnoscere, neq; tutari audent, ne apud doctos & vulgus, ob circulatorum, qui falsò discipulos Theoph. se gloriantur, illusiones & techinas male audiant) ementitam, irrationalem garrulam pertinacem perfrictæ frontis impudentiam mordicus nouam philosophiam effuciunt, oblaterant & pro sua ostentant; Panaceá fœdá unicá fine decocto parato ex omni confusa herbarum etiamq; deleteriarum, nullius delelectus, inter se ex diametro pugnantium, malignâ & infaustá syderatione collectarum farragine, addita Sená, Cinnamomo, Sacchare & huiusmodi ad saporis gratiam, pro vniuersali omnium humorum anili medicatricum & obstretricum cohorti notissimo, freti & contenti, ad omnes morbos, quos Aristotelicis & Hipporaticis sectatoribus incurabiles iactitant, à se viginti quatuor horarum spatio percurari posse illicò vtique & vbiuis pollicentur; impostura, supinâ audacia & gnatonica adulatione, nullis interdictis aquis noxijs & quibus morbi fouentur edulijs.

Huiusmodi sanè homines potius scutica digni, quàm papyri & temporis iacturâ in describendis illorum ineptijs, mendacijs & imposturis: In illos sanè Reges, leges, & Medicorum celeberrima collegia deberent animaduertere, & ex Republica propellere; doctos autem viros fouere & erigere; qui proh dolor hodie multis locis pereunt, & haudquaquam ab improbis & indoctis logodædalis seamnidicis discernuntur.

Porrò cùm sint quædam compositiones vtiles priscis medicis excogitata, experientia & ratione receptæ & comprobata, nonnulla succedanea inuestigare, agnoscere, & sufficere oportet, vt parari possint nobilissima pharmaca, quæ ea ratione minimè excludenda & reijcienda: cùm non tanta infœlicitate succedanea quædam illis non inferiora interdum æquè bene expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

SVCCEDANEA, QVANTVM FIERI potest, eiusdem sint generis & speciei.

Rondel. *Herba pro herba.*
Radix pro radice.
Flos pro flore.
Semen pro semine.
Succus pro succo.
Lachryma pro lachryma.
Resina pro resina.
Muccago pro muccagine.
Metallum pro metallo.
Lapis pro lapide.
Terra pro terra.
Pix pro pice.
Axungia pro axungia.
Medulla pro medulla.
Auis pro aue.
Serpens pro serpente.
Pars animalis pro parte.

COMPOSITIO PRO COMPOSITIONE.

Puluis pro puluere.
Trochiscus pro Trochisco.
Opiata pro opiata.
Electuarium pro electuario.
Pilulæ pro pilulis.
Eclegma pro eclegmate.
Tabella pro tabella.
Confectio pro confectione.

Conseruatio

Conservatio pro conservatione.
Syrupus pro syrupo.
Emplastrum pro emplastro.
Oleum pro Oleo; sive simplex, sive compositum.
Unguentum pro unguento,

Theorema Universale vel Commune.

Medicamentum quod substitui debet, sive internis, sive externis convenire debet.
- *Viribus occultis, manifestis, & consistentia.*
- *Sit etiam simile in*
  - *Sapore,*
  - *Odore,*
  - *Ætate,*
  - *Natalitijs & regione.*
  - *Natura & temperamento.*

Nonnulla in externis remedijs supponuntur; quibus in internis uti non licet: ut succus Carpathi substitui potest pro Lactucæ succo in externis: cùm tamen venenum sit, non introsumitur.

Non totum simplex; sed aliquæ partes substituuntur.

Ut Muccago seminis Psyllij pro muccagine seminis Cydoniorum: non totum semen, quia pars interior temperamento differt à muccagine, & venenata putatur. Neque etiam Cydonium malum convenit pro semine suo; quia viribus & consistentia differt.

Formulæ quædam in quibusdam remedijs sibi mutuo succedunt, ut

Conservatio, pro syrupo eiusdem simplic, fructus, floris, vel radicis.

Conservatio Capillorum Veneris, pro syrupo in opiata substitui potest: Sed in syrupi consistentia non potest, quia remedij formula non patitur.

Pro liquidis liquida substitui debent: quare deficiente syrupo, aqua vel herbæ decoctum substituatur.

In quibusdam conditis supponere licet syrupum conservationis; quia in syrupo conservantur. Ut syr. Conservationis Citri, pro syrupo è corticibus Citri. Syr. Conservationis radicis Buglossi, pro Syrupo e Buglosso.

Emplastris item pro unguentis uti licet; & contra, modo pars affecta asseniatur, ut Emplastro filij Zachariæ, pro unguento Resumptiuo; & Resumptiuo pro emplastro. In thoracis verò affectibus, nisi dissoluantur aut malaxentur, non utendum, quia emplastra imposita dilatationem costarum & respirationem impediunt.

Emplastrum è Cerusa, pro unguento albo, nisi inflammatio prohibeat; quæ neque dura, neque gravia ferre potest.

Varia alia medicamenta pro alijs substituere licet, modò vires correspondeant.

Pilulæ pro confectionibus: & confectiones pro pilulis, ut

Hiera simplex pro Pilulis de Hiera & Benedicta; & contrà.

Et pro pilulis pituitosis; Electuarium Diacarthami; de Citro solutiuum.

Pro biliosis, Electuarium de succo Rosarum, & contra, observata cuiusque quantitate. Hieræ & similium Electuariorũ doses augendæ, ob mellis molem, quæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro Elegmate, si lambendo assumi debeat, ut

Syr. Iniubarum pro Lohoch sano & experto.
Syr. è Papavere, pro Diacodio.

Pulvis pro trochisco, & contrà, ut

Diarhodon pro trochiscis diarhodon.

Trochisci è Squilla, pro eclegmate è Squilla aucta vel imminuta quantitate pro ratione, indicatione morbi, & scopo medici.

In simplicibus partes aliquando religiosè non observantur. ut

Turbith pro Agarico trochiscato, & contrà. Hic simplex pro composito ponitur, vel compositum pro simplici.

Pro Agarico, Colocynthis in minori quantitate. Carthami duplum & triplum pro Agarico, & contrà.

Difficile tamen inventu simplex medicamentum substituendum. quod verè undequaque omnique ex parte conveniat, ut testatur Avicennas in suo canone; ubi vix reperies duo simplicia medicamenta, aliorum facultate similium penuria, substitui tutò possint. Quod cùm difficillimum foret, ille aliquando duo, interdum tria, pari pondere & mensura, nonnunquam duplicato & triplicato, addita quinta aut octaua parte alterius medicamenti quæ omnino simile temperamentum obtineant, aut eandem consistentiam, crassitiem, tenuitatem partium, & proprietates occultas.

Varius in compositionibus est medicamentorum usus,

Vel ob calorem, frigus, humiditatem, siccitatem; in principio primi, in medio & primo gradus, & sic de alijs.

Vel ob partium tenuitatem, vel crassitiem, lentorem, saporem, colorem: quare id quod temperamento respondent, sæpe dissidet crassitie vel tenuitate partium; vel alia facultate, ut pro Asaro Acorum substituendum censent. At in omni operatione non convenit, non enim omnia potest

Acorus

Acorus quæ Asarum. Vrinas quidem & menses ciet: (quare in vreticis tantum supponendum) vomitum verò excitare, aquasque educere, vti Asarum, minimè valet.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchusa substituitur: Sed si ob colorem Anchusa opus sit, vt in vnguentis, Hyacinthus non conueniet.

Eius verò loco Lacca supponitur, vel brasilia, Santala rubra, Lacca pictorum, vel Coccos baphica. Assa dulcis pro fœtidâ non conceditur propter odorem, vt Auicennas substituit in affectibus vteri, quia odore iucundo vterum sursum alliceret sequitur enim odorata, fugit fœtida.

Propter saporem quædam vsurpantur; sed non conueniunt vndequaque.

Pro Sacchara Mel & Manna substitui poterit in quibusdam remediorum formulis, vt in medicamentis laxantibus: minimè autem in adstringentibus, quia Manna ventrem soluit magis quam Saccharum vel Mel.

Muccus vtilis est in fluxu sanguinis, & ob lentorem vsurpatur Fœnumgræcum, quod muccaginem reddit, sed calidam: ideo in sputo sanguinis reijciendа, quemadmodum in externis remedijs, vt Ophthalmia, in qua oui albumen præfertur quidem in principio & incremento: in statu verò & declinatione muccago Fœnigræci commendatur.

Quæ supponuntur, non in omni formula remedij substituuntur, vt

Myrrha pro Bdellio in pilulis & vnguentis.

Sed in pilulis è Bdellio nullo modo conceditur, quia sanguinis fluorem & hæmorrhoidarum, vt menses Myrrha, elicit.

In substitutis igitur hæc obseruare oportet, vt suppositicium in locum adulterati genuini penuria; eadem efficiat quod ipsum genuinum præstabat.

Vt si calfaciebat, refrigerabat, humectabat vel siccabat, adstringebat, vel laxabat, vel concoquebat.

Pro Absynthio simpliciter dicto in compositionibus Græcorum, Seriphium vel Santonicum.

Pro Absynthio è Ponto vel Tauro monte, Romanum,

Pro Romano, illius loci vbi habitas.

Hoc licet in omnium herbarum delectu præstare, quæ sunt alicuius regionis finitimæ, vel saltem simillima assumas. Cuiusmodi est Craux *vulgò Gallo-prouinciæ, siue Creta, vbi Thymus nostras angustifolius & Epithymus optima & copiosissima.*

Secundo loco herbæ regionum humidarum, modò æstas siccior fuerit, in locum calidarum substitui possunt. Quod fecisse Galenus docet in præparatione Theriaces.

Pro Macedonico Petroselino, Petroselinum alterius regionis.

Sed regionis similitudinem obseruare oportet; nam regio auget vel minuit medicamenti efficaciam & bonitatem.

Pro Iride Illyrica; Venetam sumemus, &

Pro Africana Florentinam.

RADICES.

Pro
- *Rhapontico, Radix Centaurij maioris, vel nostri Rhabarbari magna, siue Rhabarbarum ad alios vsus prius infusum & expressum. Rhabarbarum torrefactum improbatur à multis propter empyreuma.*
- *Zingibere; Costus, & contra, vel Helenium, & Pyrethrum.*
- *Costo;* Pyrethrum.
- *Aristolochia longa: Rotunda, & contra: vel vna pro omnibus.*
- *Acoro, Calamus aromaticus officinarum, & contra.*
- *Acoro in laxantibus & cientibus vrinas & menses: Radix Asari.*
- *Asaro quando purgare & vomitum ciere opus est; Elleborus, semen Genistæ & Raphani, vel hæc tria simul.*
- *Galanga; Cyperus rotundus, & contrà.*
- *Calamo odorato Libani: Schœnanthum: calamus siue Acorus officinarum: si ad odorem solum, Santalum citrinum officinarum.*
- *Althæa, radix maluæ hortensis, vel syl.*
- *Asparago altili, Corruda imminuta quantitate, quia acrior & efficacior.*
- *Rusco, Radix Asparagi, & contrà.*
- *Cortice radicis Capparis, Cortex radicis Tamarisci, Sambuci, Ebuli, Populi & Lauri.*
- *Apij, Petroselini, vel Macedonici.*
- *Gentiana, medietas Asari & radicis Capparis.*
- *Turbith, Thapsiæ radix, siue Turbith Mesuæ, Agaricus trochiscatus, vel Colocynthis minore dosi.*
- *Zigibere, Mechin.*
- *Serpentaria, Iarus, Dracunculus.*
- *Lapatho, Oxalidis radix.*
- *Rhabarbaro ad laxandum, succus Rosarum.*
- *Rhabarbaro ad astringendum, Hydrolapathi radix, vel Galangæ maioris, si calore opus est, si refrigeratione, radix Bistortæ*
- *Nardo: Nardi species.*
- *Secacul: radix pastinacæ marinæ.*
- *Folliculis Senæ, duplex foliorum.*

SVCCEDANEA QVANTVM FIERI POTEST SINT SIMILIA omni ex parte, viribus, genere, & specie, ut,

Omnes Dauci species.	*Hederæ, excepta Hederula terrestri.*
Intibi,	*Rutæ,*
Adianthi,	*Seseli,*
Condrillæ,	*Apij.*
Hieracij,	*Rosmarini,*
Rumicis,	*Marrubij,*
Absinthij (pro Absinth. Auicenn: Polium substituit.)	*Leucoij,*
	Orcheos,
	Malua,
	Polygoni maris & fœminæ.
Abrotoni,	
Sideritidis,	*Symphyti,*
Aconiti,	*Tribuli,*
Veratri,	*Rubi,*
Anagallidis,	*Equiseti,*
Anchusa,	*Urticæ,*
Anemones,	*Tithymalorum,*
Asparagi,	*Mercurialis,*
Brassica,	*Heliotropij,*
Calamintha,	*Origani,*
Cepa,	*Aristolochia,*
Chelidonij,	*Valeriana,*
Costi,	*Bituminis,*
Nardi,	*Picis Resina,*
Betæ,	*Alij,*
Bliti,	*Porri,*
Iuniperi,	*Plantaginis,*
Sabinæ,	*Panacis,*
Cedri,	*Pastinacæ,*
Rhamni Diosc.	*Lychnidis*
Myrti,	*Conisæ,*
Piperis,	*Nymphææ,*
Cyclaminis,	*Anthemidis,*
Ranunculi,	*Verbasci.*

Et denique omnes, nisi quid proditum inbibeat, ut de Clematide; quarum alteram urere, ventrem laxare, bilem, pituitam trahere scribit Dioscor.

Prior verò alui profluuia & dysenterias sedat.

Sic Cucumis agrestis, & satiuus; pepo & colocynthis, sed hæc paucis euenire solent.

De partibus etiam obseruandum: Nam aliqua facultatibus differunt, ut Radix Medij menses decocta sistit per aliquot dies sumpta: Semen autem in vino sumptum menstrua pellit.

Iuniperi fructus introsumuntur; ramenta verò occidere produntur.

Coriandri herbæ succus interficere creditur: semen verò medicatum.

Qua ratione medicos minimè uniuersalibus, sed potius particularibus niti præstaret: Nam eorum plerumque est maxima differentia quæ eadem esse putantur.

Sume igitur

Pro folio Indo & Malabathro; folia Citri, (Macis aut Spica sumitur ab alijs) Canellæ vel Malabathri vulgaris.

Pro folijs Lauri, Citri folia.

Papaueris albi, Solani folia; Paueris nigri minore quantitate, vel folia Hyoscyami albi.

Lactuca Scariolam, & contra.

Cichorio syluestri; Dentem leonis.

Pro Eupatorio, Asarum & media pars Absinthij.

Pro Strutio, Nux Vomica & tertia pars Piperis Auicen:

Pro Dictamni prima specie; secundam, tertiam, vel Pulegium Ceruinum.

Calamentha montana prima; secundam, & tertiam. Sic de similibus.

Chamæpity; Chamædryn, & folia Eupatorij.

Malua syluestri; hortensem.

Malua arborescente; Althæam.

Thlaspi, Nasturtium.

Mentha: Balsamitam.

Pulegio Regali; Ceruinum & contrà.

Lepidio Pauli Æginetæ, Drabam, vel Iberida, vel Nasturtium.

Phyllitide; Asplenium siue Scolopendrium, Ceterachue, & contrà.

Folijs Oleæ vel Lentisci } *Folia* { *Nucum Iuglandis, Cupressi, Pini, vel Pinastri.*

Folijs Myrti { *Baccas Myrti, vel Iuglandis nuces immaturas.*

Follijs Oleastri: Oleæ folia.

Follijs Terebinthi, Lentisci folia.

Myrto alba; nigram & contrà.

Folijs Myrti; folia Pyri syluestris, Sumachi, Lentisci, Cotinos, Sorbi, Cydoniorum.

Thymo. Saturciam, vel Origanum.

Ruta syl. Rutam domesticam siccatam maiori quantitate; vel contra.

Spica Lauendula; Lauendula species hortenses.

Adiantho, Saluiam vitam, Polytrichum, Adiantum nigrum Plin. In Asthmate violæ par pondus cum medietate Glycyr.

Telephio: Portulacam.

Portulaca; Umbilicum Veneris.

Folijs Sambuci, Ebuli, & contrà.

Betonica; Verbacam.

Melissa, Corticem Citri, Marrubium, & contrà.

Apio

Apio montano; domesticum siccum in maiori dosi.
Cepea, Portulacam.
Nardo montana; Nardum Gallicam.
Philyrea folijs, Oleæ folia, & contrà.
Folijs Caprifici, Ficus domesticæ folia, & contrà.
Thymbra: Thymum vel Serpillum.
Pro prima specie Calaminthæ, secunda, pro secunda, tertia.
Coriandri folijs, Petroselini hortensis folia, in externis remedijs tantum.
Hypomarathro altero: Coriandrum vel Petroselinum domesticum.
Folijs Dauci, Pastinacæ agrestis vel domesticæ folia.
Conisa prima: secundam.
Conisa secunda: tertiam maiori quantitate & siccatam.
Sanguinalis fœminæ folijs; folia maris, & contrà.
Hippuride prima: secundam, & contrà.
Semperuiuo maiore: paruum Vmbilicum Veneris, & contrà.
Folijs Labruscæ: domesticæ vitis folia minus culta.
Chamælea: Thymelæam, Chamæpityn primam Diosc. Laureolam.
Alsinæ folijs: Helxines folia, & contrà.
Vite alba: nigram, & contrà.
Bubonio, siue Inguinaria: siue Astere Attico, Antirrhinum, & contrà.
Folijs Sabinæ: folia Cupressi, Iuniperi & Cassiam.
Pro Hyperico, pondus Schœnanthi.
Semperuiuo, Suc. Lactucæ & Solani.
Colocynthide, triplum. Cucum: Asinini.
Doryenio: Mandragoram, & contrà.
Dragantio: Ari.
Folijs Abietis: Populi folia.
Erysimo: Erucam, & contrà.
Folijs Hippolapathi, Lapathi folia.

Folijs Piceæ: folia Pini.
Lathyridis folijs, Tithymali folia.
Libanotide sterili, folia Libanotidis coronariæ.
Lepidij folijs: Nasturtij folia.
Nymphæa alba: luteam, & contrà.
Sorbi folijs, Mespili folia, & contra.
Oxyacantha vera: Pyrastrum.
Folijs Pepli: Tithymali folia.
Pityusæ folijs: Tithymali folia.
Polygoni maris folijs, fœminæ folia.
Filice fœmina: marem.
Seride: Condrillam.
Smyrnio: Apium aut Petroselinum.
Solani hortensis: Halicacabum.
Symphiti Petræi folijs; aliorum folia.
Pro *Beta alba; nigram.*
Pro *vnius speciei Tithymali foliis: folia aliorum in laxando.*
Pro *Tragorigano; Origanum, & contra.*
Pro *foliis Tribuli terrestris in refrigerando; folia aquatici; non in humectando.*
Pro *Hypecoi foliis, folia Papaueris.*
Pro *Verbasci vnius foliis, aliorum folia.*
Pro *Spica Indica, Syriaca; Valerianæ montanæ radix.*
Pro *Viticis foliis & semine; Rutæ folia & semen.*
Pro *Seridis foliis; Lactucæ folia.*
Pro *Buglosso siue Boragine latifolia; Buglossum angustifolium.*
Pro *Soncho leui, Sonchum asperum, & contra.*
Pro *Fumaria; Senam.*
Pro *Hyssopo, Origanum, Sampsachum.*
Pro *Hyperico, Androsemum, Ascyrum, Schœnanthum.*
Pro *Stœbe Diosc. Stœben herbariorum, Iaceam, Scabiosam, Pastoriam bursam, Bellides, & Gnaphalia.*
Pro *Halyca, Auenæ ptisanam totam.*
Pro *Amylo, farinam Siliginis siccam.*

TABVLA PRIMA *RONDELLETII*, REFERENS CAPSVLAS RADICVM ET CORTICVM.

5	COSTVS.		Cinnamomũ ſiue offic. caſſia tenuis.	Cortex internus nucis moſchatæ.	Aſarum.	
4	Zedoaria.	Calamus odoratus.	Caſſia ſiue offic. cinnamomum craſſum	Nux moſchata	Schœnanthũ.	pro Cortice Thuris.
3	Zerumbet.	Galang. maior	Phu	Macis	Spica Nardi	Cortex Pini
2	Mequin	Galang. minor	Anthophylli	pro Folio Malabathri	Spica Celtica	Cort: Lentiſci
1	Pro Zingibere	Cypero	Caryophyllis			

Cortic. Quercus	Cortic. Maligranati.	Cortic. myrobal. Citrinarum.
Ilicis	Cortex nucis Iuglandis	Kebulatum
Suberis		Indarum
		Emblicarum
		Bellericarum

Rondelletius.

In hac tabella primum repoſuimus Zinziber, quia frequentius eo vtimur quám Mequin (quod ſpecies eſt Zingiberis) ſi fortè alterum pro altero ſumatur, nihil inde mali ſequetur: Zerumbet, Zedoariam & Coſtum in vltimis capſulis repoſuimus, quia eis minus frequenter vtimur. Hoc modo medicamentis diſpoſitis multo minori negotio medicamenta parabuntur, vt quæ in compoſitionibus ſimul ponuntur, ſimul inueniantur. Adde quòd hæc medicamentorum diſpoſitio, ἀντιβαλλόμενα indicabit. Nam quæ in prima Capſula ponuntur, pro ſecunda poni poſſunt, & è contrá diminuto pondere. Cum dicimus quantitatem augeri, nolumus duplum ſubſtitui; quia hæc medicamenta non ſunt duplo fortiora, quamquam pro Cinnamomo duplum Caſſiæ iuſſerint antiqui ſubſtitui: nam ſi medicamenta ſint adeò imbecilla, ſatius eſt eis non vti, quám duplo pondere ſubſtituere ea: nam moles medicamenti augetur, & vis aliorum medicamentorum minuitur. Vt omnia medicamenta ordine digerantur, oportet locum in multas claſſes diuidere, & in vna claſſe partes ſuperiores atque inferiores. In iiſdem claſſibus diſtinguenda erunt medicamenta calida, frigida, ſicca & humida, tam ſimplicia quàm compoſita.

CAPSVLA RADICVM SECVNDA.

5	Coſtus dulcis Arabum		
4	Tuſſilago	Ariſtolochia	
3	Helenium.	Clematitis	
2	Iris Florentina	Ariſtolochia longa	Hermodactylus
1	Pro radice Iridis Venetæ	Ariſtolochiæ rotundæ	Aſphodeli

Pro {
Aſaro, Acori pars media, ſexta Amomi,
Acoro, pondus Cimini cum 3. parte Ariſtolochiæ.
Ariſtoloch. rotun. Zurumbet pondus æquale.
Ariſtolochia longa, Zurumbet pondus æquale & medietas Piperis.
Ciclamine, æquale pondus Ariſtolochiæ & ſexta ſeminis Citri & Mentaſtri.

CPPSVLA RADICVM TERTIA.

5	Graminis						Glycyrrhizæ
4	Aſparagi			Staphiſagriæ			Tuſſilaginis
3	Ruſci	Oenanthes	Ariſtolochiæ omnis	Bryoniæ	Zedoariæ	Cyperi	Helenij
2	Petroſelini rad.	Rubiæ maioris	Aſari	Pyrethri	Coſti	Galangæ minoris	Venetæ radix.
1	Pro Apio	Pentaphyllo	Cappari	Mequin	Zingibere	Galanga craſſa	Iride Florentina

Pro {
Gentiana, medietas Aſari & radicis Capparis.
Polypodio, Epithymi medium pondus
Teſticulo vulpis, Satureia, & è contra.

quantoties volueris. Postmodum accipias aquam in qua abluisti Lamiuas Cupri, & sdde bonam quantitatem aquæ calidæ, & tandem leniter effunde: inuenies Crocum Veneris in fundo, sanguinis instar ruberrimum, quem optime ablues, donec nulla amplius salsedo percipiatur, & panno lineo optime sicca & diligenter vsui serua.

Croci Martis præparatio.

MVlti faciunt Crocum Martis cum sale; nonnulli cum vrina, aliqui ex Acero, alij alijs quia ferrum in rubiginem conuertunt; ex qua rubigine postmodum Crocum Martis hoc modo conficiunt: cum ferrum plane in rubiginem conuersum fuerit, indunt in crucibulum & reuerberant, aut tã diu candesaciunt, donec alium colorem asciscat: hoc autem modo fieri nõn debet, quia sal non separatur illa ratione ideoq; in Medicamentis est inutilis: oportet autem absque omni rubigine, & sine vlla additione salis paretur; quod hoc pacto fiet. Recipe ferrum absque omni rubigine tenuissimè limatum: pone in reuerberatorium longũ, & igne fortissimo in quarto gradu reuerbera, per diẽ & noctem, donec colorem rubrũ acquirat; postea exime & cum refrigeratum fuerit, inijce in orcam plenam aquæ, & agita fortiter spatulâ, & celerrime refunde in aliud vas: sic omne ferrum in primi vasculi fundo reperies; quod nondum satis reuerberatum fuerit abijce; id autem quod cum prima aqua transijt serua, & pone ad ignem, & euapora donec siccum fiat. Euapora (inquam) nec refunde, ne forte virtutem stipticam simul amittas. Hic est modus optimus parandi Crocum Martis.

Terram vitrioli sic para.

Rec. Vitrioli quantum voles, inijce in ollam & pone in ignem circulum, vt planè ad rubedinem calcinetur, cum omnino rubrum fuerit, fundatur in aquam; stet per per diẽ & noctẽ, postea effunde aquã clarã & aliam affunde, & fac vt ante, idq; toties repete, donec nullam amplius acredinem in ea reperias; sed aqua dulcis remaneat. Tunc exsicca, & habebis Terrã vitrioli efficaciorem in vulneribus virtutem habentem, quam Bolus aut terra sigillata.

Lud. Myrreus.

Emplastrum ad Callos pedum efficax, acceptum à C. D. D. Iacobo Cargillo Scotto.

Rec. Gummi Ammoniaci Aceto soluti, vnci. 1.
Vitrioli Romani,
Calcis viuæ, ana. drach. 6.
Viridis Aeris, drach. ʃ.
Auripigmenti,
Cantharidum, ana. drach. 1.
Ceræ nouæ, vnci. 4.
Olei Chamæmælini &
Euphorbij, ana. q. ʃ. fiat Emplastrum.

Emplastrum Ceroneum Nicol.

Rec. *Picis Naualis,*
Ceræ, ana. vnc. 2. drach. 3.
Sagapeni, vnc. 2.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci, ana. vnc. 1. drach. 3.
Aloes,
Thuris,
Myrrhæ, ana. vnc. 1.
Opoponacis,
Styracis,
Galbani,
Mastiches,
Aluminis,
Fœnigraci,
Styracis rubræ,
Bdellij, } *ana. drach. 3.*
Lithargyri, drach. 2. ʃ.
Fiat Emplastrum secundum artem.

Emplastri contra Rupturam prima descriptio.

Rec. Picis naualis,
Aloes, ana. vnc. 3.
Litharg.
Ceræ rubræ,
Colophoniæ,
Galbani,
Ammoniaci, ana. vnc. 2.
Visci quercini, vnc. 6.
Gypsi,
Vtriusque Aristolochiæ,
Myrrhæ,
Thuris, ana. vnc. 6.
Terebinth. vnc. 2.
Vermium terrestrium,
Gallarum,
Vtriusque Consolidæ,
Boli Armeni, ana. vnc. 4.
Sang. Draco. lib. 1.

Extat alia descriptio, quæ dicitur de pelle Arietina Arnaldi de villa noua, ex lib. 2. cap. de Crepatura, quæ magis siccat, & constringit,

git, & melius ordinatur. Magis mihi placet illa descriptio, quæ recipit.

Emplastrum è pelle Arietina Arnaldi de Villanoua.

Rec. Lithargyri auri,
Lapidis Hematitis,
Sang. Draconis,
Boli Armeni,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris,
Lumbricorum terrestrium, ana.drach.ʃ.
Picis naualis,
Colophoniæ,
Ceræ albæ & rubr.ana.drach.1,
Rad.Consolidæ maioris, minoris & mediæ, ana.drach.3,
Rosʃ.rubr.
Myrrhæ,
Aloes, ana.drach.4.
Stellæ marinæ combustæ,
Gallarum combustarum,
Aristolochiæ rotundæ,ana.drach.6.
Visci Quercini,
Terebinthinæ, ana.drach.3,
Sang. hominis rufi, lib.1.ʃminus quarta.

Conficiatur hoc modo. Pellem Arietinam recenter extractam' seu excorticatam cum pilis coque ad dissolutionem. Collaturæ lib.1.misce Viscum Quercinum dissolutũ,cum spatula stagnea agitetur, deinde Cerã, Picẽ,Colophoniam adde. Ammoniacum,Galbanum dissoluantur in aceto, & colentur. Addatur deinde pul.aliorum; vltimo loco odorata, & quæ minorem calfactionem & calorem ferre possunt. Postremò Terebinth. sanguis permisceantur. Vermes in vino cocti & diligenter triti commisceantur: coquantur, donec non inquinent manus, manibus inunctis oleo Rosʃ.vel Cytoniorum, non Violaceo, vt vulgus facit. Malaxentur, fiant Magdaleones. Ego tantùm mutaui, quòd legit Palleam, Marinam Stellam legendum, quæ est ad id efficacissima. Quòd sanguis hominis rufi legit; censerem potius hominis pituosi legendum,qui sanguinem viscosiorem & tenaciorem habet. Satis siccant alia medicamenta, sed parùm refert: Nam oporteret accipere sanguinem eorum, qui truncantur capite, in quo fluit venalis & arterialis, & sic est satis siccus & viscosus, & hæc satis de Emplastro contra rupturam.

2. *De Cerato è Pelle Arietina, inter Cerata differuimus.*

Emplastrum è Stella marina ad Hernias, præcisos neruos, & musculos glutinandos L'Obelij.

Cum animaduerterem omnes, perpensis Nicolai, Villanouani, & Guidonis Ceratis, aut verius ad Hernias Emplastris variare; & doctissimos quosq́, similes descriptiones ex siccantibus aut glutinantibus dare: visum fuit subiungere aliam, qua sæpe feliciter vsus sum, eoq́, aliquoties dispensandam procuraui: & haud ita diu est, quod etiam egregius, industrius & fidus vir Thomas a Jessa, siue Jossanus Pharmaceutices apud Middelburgenses Zelandorum callentissimus parauit: Optima sanè mistura proportione & corporis moderaturà, crassitie aut crassamento, vt artis verba vsurpem, confectum; nonnullarum præscriptionum Rondeletij imitatione, ex copiosis Stellis marinis, loco Palea, aut Pila marina, in Cerato siue Emplastro e Pelle Arietina Arnoldi Villanouani: optima lege, ratione & siccandi dote humidas relaxationes, suppositis.

Rec. *Radicum Consolida maioris recentium, vnc.18.*
Malinij. vnc.12.
Radicum Narcissi recentium, vnc.10.

Decoquantur ad mollitiem aut dissolutionem in partibus duabus sufficientis quantitatis vini rubri tortini, & vna succi Cydoniorum, aut vini Cydoniis, s. quantitate balneo occluso. Refrigeratis; colentur, tundentur, & cribrentur, quibus adde muccaginem, siue Gluten sesquiuncia Ichtiocolla, prius incisa minutim, infusa itidem balneo & eliquata in colatura prædictarum radicum Symphyti maioris, deinde colatum & solidiusculè excoctum. Adde vinum si Colamen non sufficit.

Visci aucupatorij è corticibus radicum Agrifolij. vel querno aut Pyrastri Visco parati, vnc.6.

Postea admisceto infrascriptam succasiunculam: que

Rec. *Rhois Coriariarum,*
Malicorij, ana.vnc.12,
Radicum Pentaphilli, Tormentillæ, Bistortæ arefactarum. Fabrarum torrefactarum, Nucum Cupressi, Myrtyllorum, } *ana.vnc.3.*
Rubiæ tinctorum,
Seminis Nasturtij,
R. Aristolochia Clematitis,
Seminis Psyllij, ana.drach.10.

Contundantur, leniterq́ efferueant in vini rubri tertiui aut nigri astringentis partibus duabus & vna Aceti Rosati, vel succi Cydonitis, Balneo, vitro aut alio vase lapideo, optimè clauso. Omnibus prælis subiectis, discoquantur molli igne in Balnee donec concreuerint Electarij solidi instar. Quibus omnibus adde peractis

Terebinthina clata, vnci. 8. vel 9. ſ.
Picis naualis, vnci. 15,
Colophonia, vnc. 7.
Galbani,
Ammoniaci dissolutorum in vino,
Myrrha, ana, vnc. 2.
Pulueris Stellæ marinæ vstulatæ clibano, vnci. 9.
Pul. Boli albi, vnc. 3.
Pul. Lapidis Calaminaris sexties candefacti & Aceto extincti,
Sanguinis Draconis, ana. vnc. 1. ſ.
Pulueris Olibani,
Lythargyri aurei loti,
Mastiches,
Sarcocollæ,
Aloës,
Pissasphalti,
Scoriæ ferri aceto præparatæ,
Succi Herniariæ, aut saltem Polygoni extracti ex vino rubro & densati.
Hypocisti, ana. vnc. 1.

Pici prius liquefacta cum Colophonia, adde Terebinthinam, Ichtyocollam Visco permixtam; omnes pulueres paulatim adijciendo assidueq́ mouendo.

Quandoquidem hoc aut similibus frequentissimè non modo optimi vtuntur Medici in remedijs ad Herniam; verumetiam aduersus varios vteri affectus; eius ligamentorum relaxationem, aliarumq́ partium; renum, venarum, artheriarum, neruorumq́ dilatationes & defluxiones inde natas arcendas, vt in dentium doloribus hanc descriptionem consultò dedi. Quotiescunq́ maiore astrictione opus est, solent boni & præclari practici irrorationes Aceti Rosati (embroeationes vocant) aut irrigationes ante vsum huius Emplastri aut Comitissæ Cerati præscribere: tamen quia acetum neruosum genus infestat, iubeo Chylaria simplicium huius Emplastri ex vino astringente elicienda, diluto aquâ Chalybeatâ, quotiescunq́ calorem veremur: Obijci verò potest, Acetum Rosatum, aut Acetum ex vino atro, crasso, tortiuoq́ paratum, magis astringere, densare & contrahere, quam penetrare. De Aceti verò differentijs & vsu latissimè diximus, Capite de Iride Illustrationum Stirpium, & Aduersariorum altera parte:

Tantum commendatur Filix florida, Osmunda vocata, à posteris, quantum Filix vulgaris à Lucio Apuleo ad vulnera, puerorum ramicem & splenem, tam pota quàm admota. Liberum itaq́ erit, si placet, vnci. 2. aut plures Radicis Osmundæ, si copia adsit; aut alterius, si desit, huic Emplastro inserere.

E*Mplastrum ad Herniam apud Fernelium, recipit potenter quidem exiccantia, sed pondus, quantitas aut numerus agglutinantium minus est quàm par est ad Peritonei Rupturas, Herniasuè (barbarè Crepaturas vocant) agglutinandas: ideo agglutinantium quantitatem & numerum auximus, vt radicis Symphiti & aliorum, additis radicibus Narissi, quæ Dioscoride teste & experientiâ, præcisos neruos illitu glutinant: & vti radices Liliaceæ cum melle detritæ, neruis præcisis, luxatisq́ medentur.*

Stella marina Indica reticulata.


M*Iranda Dædali Natura, inter mille Concharum variorum colorum, Pisciumq́ genera & Zoophyta, elegantissimam Stellam marinam, quinta à Rondelletio obiter descripta congenerem, reducibus ex Orientalibus & Occidentalibus Indis, ad solum natiuum Batauis naucleris nobis largita est, in quinque angulos, ramos aut radios à medio partitam; pedalis & amplioris magnitudinis, prominente medio tergo quatuor digitorum eminentiâ, minimè vt cæterarũ plano; elegantissimè reticulato & multis verruculis per varios & quamplurimos versus asperiusculo: auersa verò parte à medio depresso ore & centro per medium ordinibus quinque gemino situ stellatis, denticellis crebribus, vnà cum lunatis marginibus, stipatis: cætera totaq́ Stellæ facies verruculis conspersa est, ordine pulchro, admirando Naturæ spectatu dignissimo lusu; testacea concretionis.*

Stellas marinas vti plerasq́ Plantas in vsum reuocauit exercitatissimus in rerum cognitione & summus practicus Rondelletius, ad Hernias sequenti formula Remedij.

Rec. *Emplastri e pelle Arietina, vnci. 4.*
Stellæ marinæ,
Blattæ Byzantiæ
ana. vnci. 1.
Pul. Mastiches,
Gallarum,
Malicorij, ana. vnc. ſ. malaxentur ex oleo Hyperici.

Fouatur pars sæpe decocto radicum Symphiti maioris

Stella marina Indica.



maioris, Narcissi, Bistortæ, herbæ Iudaicæ siue Tetrahit, Polygonij, Herniaria & similibus, vt alibi dicemus. Aluus fluida fit medicamento aut glande; improbantur clysteres.

Emplastrum nigrum Perniones illicò sanans; attritam longo decubitu cutem breui tempore ad cicatricem perducit. Polychrestũ efficax, paucissimis constans.

Rec. *Cerusæ albæ, lib. 1. Olei seminis Lini, lib. 2.* } *coquantur ad duritiem ex arte.*

Emplastrum de gratia Dei. Nic. Præp.

Rec. Terebinthinæ, lib. ß.
Resinæ, lib. 1.
Ceræ albæ, vnc. 4.
Mastiches, vnc. 1.
Verbenæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ, ana M. 1. fiat decoctio herbarum in vino albo generoso ad consumptioné tertiæ partis: Colaturæ dissolue Ceram, Resinam, Mastichem. a. Bulliant, donec incorporentur, & agitentur. Tunc ab igne deponantur, & Terebinthina inijciatur, agitando cum spatula, & fiat Emplastrum dictum Gratia Dei.

a. *D. Iowbertus, Nicolaus, Plantius apud Fernelium, & alij omnes qui sese sequuntur, falluntur, vno ore dicentes, Cera, Resina & Mastiche coquuntur ad iustam consistentiam, aut donec optimé incorporentur, verbis Nicolai innixi.*

Diximus in Oleo Mastichino, Mastichen decoctionem minime ferre, etiamq́; in grumos abire si puluis solum calidior misceatur in antidotis.

Meliores parandi rationes descripsit Syluius hoc modo.

In colatura vini & herbarum, decoquitur Cera & Resina ad colati propè consumptionem: tunc Mastiche additur; Postremò *Terebinthina: igne aufert, vbi refrixit, cylindrias fingit magdaleones.*

' Alij, inquit, in colato Resinam solam coquunt;
' hoc propé consumpto, Ceram addunt; postremò
' Terebinthinam extra ignem, & vbi refrigerari
' incipit Mastichen *puluerataм miscent.*

' Vterq́; hic modus, quam Nicolai est præstantior, quod Mastiche *coctionem non sustineat ob*
' essentia tenuitatem.

' Hodie vt albius fiat, addita paulo largiore
' Terebinthina trahunt modo Henidiorum.

' Succos colatos per se in Mellis spissitudinem coquerem potius, & deinde cæteris liquatis miscerem, vt Syluius faciendum suadet, in Emplastro de Ianua Nicolai, *ad vulnera & vlcera, quod*

Emplastrum de IANVA.

Rec. Succorum { *Apij,* *Plantaginis* *Betonicæ,* } *ana, lib. 1.*

Fiat Emplastrum.

Galli cæteras Nationes excellunt in parandis Emplastris.

Ceræ, *Picis* *Resinæ,* *Terebinthinæ,* } *ana. lib. ſ.*

Succedaneorum Collectanea L'Obelij aucta & recognita, ex claſsiſis authoribus, imitatione *Rondelletij*, è cuius fragmentis & prælectionibus ferè decerpta fuerunt.

Rondel. CVM *attentiore lectione animaduertiſſem vulgatum Succedaneorum libellum, quem nonnulli Galeno, alij Paulo acceptum ferunt, ſcatere mendis, & pleriſq; locis mutilum eſſe: vtpote qui ex Græco in Arabicum, & de Arabico ſit denuò Latinè verſus, aut potius peruerſus, à* Mauro *quopiam, vel* Mauro-græco, *qualis fuit & Actuarius: viſum fuit, quæcunque Dioſcorides, Galenus, Aëtius atq; Paulus literis mandaſſent, experimentaq; tum veterum tum recentiorum confirmaſſent, ſeligere, eaque ſic digerere, vt quid alteri cuinis æquipolleat, ſtudioſis in poſterum pateret.*

Hunc autem libellum neoterici cuiuſpiam eſſe, vel id plus ſatis arguit, quòd nonnulla addita inibi ſint, quæ Galeni tempore ignota fuere, vti Anacardia, aliaq; complura, nullo tamen ordine aut delectu, ac ſine iudicio. Vt, quòd fortè Chamæmelini legerant alicubi, nominis decepti affinitate, Melinum ſubdiderunt, quàm inſcitè nullus eſt qui ignoret: illud enim laxat & moderatè calfacit, hoc verò refrigerat aſtringitq;. Eadem ineptia, quòd fortè Cepæam Portulacæ ſimilem legiſſent illius vires huius facultatibus reſponſuras putarunt. Itidem Leporē fluuiatilem Cancri loco vſurpari, vel, vt alius quiſpiam correxit, marinum, indoctè, vt qui ignoraſſe videatur Cancrum alimentum & antipharmacum eſſe, Leporem verò vel odore ſolo vomitorium & venenum. Nec hoc falſum ſolummodò, at & diſcriminis plenum, cùm loco Opobalſami Opocarpaſion ſubſtituunt, quod venenum frigidum eſt Dioſcorid. vinoq; vti Cicuta, expugnandum, teſte Gal. lib. de Antidotis. Verùm ſi hîc Carpaſon legamus, vera fuerit lectio, eſt enim tenuium partium. Cinnamomo item Behen rubrum reſpondere nequit. Neque placet ordo ſerieſq; collationum: nam olea oleis, non reſinis aut aquis ſunt conferenda, vt, quoad eius fieri poteſt, ſint ſimillima. Deinde ſi non licet ex ſpecie proxima, ſaltem è genere, cùm abundemus probis remedijs. Nec parui facio regionum vbi naſcuntur proprietates, veluti Creticarum Plantarum, quas Italicis efficatiores puto; niſi retorrida admodum fuerit æſtas; quæ deficiente alimento Plantas tabefacit: tum enim Polium Italicum aut Stœchas non cedunt Cretico aut è Stœchadibus inſulis.

Imperitia fatua eſt, ſubſtituenda præcipere rarioribus inuentu, ea quibus caremus, aut adulterata, vt loco Cinnamomi, *Amomum. Inſania itidem, vbi abundamus lactuca, Opocarpatum optare. Licuerit tamen, ſi quæ ſint rarius obuia aut minus trita, eorum loco vſurpare viribus ſimilia, vti Terebinthina vera loco, Lentiſci reſinam, quia frequentior eſt.*

Cum autem Succedaneis vti non rarò cogamur, nec enim omne fert omnia ſolum, nec vbiuis medicamenta opportuna occurrunt: (rari enim ἀποχεσῶδε ſine facilè parabilibus vtendum: & cùm medicamenta neceſſaria ad repentinos caſus ad manum minimè ſint, præſentibus vtendum) eligenda erunt quæ noſtris ſimplicibus ſubſtitui poſſunt, vt Galenum feciſſe legimus, cui Euphorbium cùm ad ſpicula, aculeos & infixa eximenda deeſſet, ex aluearijs Propolim pro Euphorbio felici ſucceſſu vſurpauit.

Succedaneorum verò vſus hodie magis eſt neceſſarius quàm vnquam fuit; cùm multis quæ antiquis in regionibus ſuis exortiuis & exoticis dites & vber prouentus ſufficiebat, hodie careamus, tum ſuppoſititia: Hebræorum & mercatorum vafro ingenio adulterata tranſuehantur; quæ ſi reijcienda, alia ſubſtituere neceſſe eſt. Ad hæc pleraq; priſca ſimplicia medicamenta exoleta antiquitùs notiſſima & vſitatiſſima, hodie ignorantur.

Permulta Arabibus excogitata & vtiles inuenta compoſitiones, efficaciſſimaq; remedia in vſum recepta, quorum ſimplicia barbarie vocum nobis prorſus ignota ſunt. Quid enim nominibus illis barbaris ſignificare voluerint, neſcimus; aut illis caremus. At in Succedaneorum delectu & vſu, peſſima illa medicorum conſuetudo meritò reijcienda, quæ iam à multis annis inualuit, magno ægrotantium incommodo; quæ in compoſitione remediorum

mediorum omnia quæ commendata sunt vel ad morbum, vel ad partē affectam, vel aliquod symptoma, congerunt temere; & cum omnia similia vsurparunt, haud habent amplius quod pro ea herba aut medicamento substitui possit. Quòd si vna, duabus, vel tribus herbis contenti essent; nunquam succedaneo destitueretur pharmacarius. Sin autem quantitas necessaria foret; pro manipulo adde duos, pro duobus tres vel quatuor. Hinc duo consequentur commoda; certior medicamenti operatio, facilior & citissima præparatio; pluribus remedijs & succedaneis summo artis Medicæ ornamento abundabit medicus, cui iterare, immutare, supponere pharmaca licebit, & plura quam vulgus Medicorum & Clinica facere. Vt si in suo decocto Boraginem præscribat; ea si defuerit, Buglossum agreste substituere vel contra: si Scariola desit, succum substituere vel syrupum licebit: si Cichorium, Dens leonis, vel Endiuia: si Chamæpitys, Chamædrys substituatur, si desit, vel contra. Sed quid faciet, si omnia congerantur in vno eodemq; medicamento? certè nihil aliud erit, quam poeticum illud chaos.

Illud Villanouani ante oculos voluant, vbi in promptu habentur simplicia, dolum esse si quis cōpositis vtatur.

A praua igitur consuetudine recedant, & illos tanquam scopulos vitent: caueant item malos auaros, improbos, indoctos, impudentes pharmacarios, & Circulatores, qui nummi & lucri rapaces, farraginem medicamentorum etiam semiputridorum inter se pugnantium collaudant. Quidam hoc faciunt vt copiam ostentent, vel ignorantia, vel superbia; & aliqui docti, ne videantur in remediorum cognitione minus exercitati.

Blaces quidam Medicastri impostores nobiles, populares agyrta, histrionesq́, Hippocratici, Aureiuè Aureoli Theophrasti aselli, (cuius tamē documenta vix summis degustarunt labris, quique magistri pudent, quemque neque agnoscere, neq; tutari audent, ne apud doctos & vulgus, ob circulatorum, qui falsò discipulos Theoph. se gloriantur, illusiones & technas mali audiant) ementitam, irrationalem garrulam pertinacem perfrictæ frontis impudentiam mordicus nouam philosophiam effuciunt, oblaterant & pro sua ostentant; Panaceā fadā vnicā sine decocto parato ex omni confusa herbarum etiamq́, deleteriarum, nullius delelectus, inter se ex diametro pugnantium, malignā & infaustā syderatione collectarum farragine, addita Senā, Cinnamomo, Sacchiaro & huiusmodi ad saporis gratiam, pro vniuersali omnium humorum anili medicatricum & obstetricum cohorti notissimo, freti & contenti, ad omnes morbos, quos Aristotelicis & Hippocraticis fatē stoeribus incurabiles iactitant, à se viginti quatuor horarum spatio percurari posse illicò vtique & vbinis pollicentur; impostura, supina audacia & gnatonica adulatione, nullis interdictis aquis noxijs & quibus morbi foueantur edulijs.

Huiusmodi sanè homines potius scutica digni, quàm papyri & temporis iactura in describendis illorum ineptijs, mendacijs & imposturis: In illos sanè Reges, leges, & Medicorum celeberrima collegia deberent animaduertere, & ex Republica propellere; doctos autem viros fouere & erigere; qui proh dolor hodie multis locis pereunt, & haudquaquam ab improbis & indoctis logodædalis scammdicis discernuntur.

Porrò cùm sint quædam compositiones vtiles priscis medicis excogitata, experientia & ratione recepta & comprobata, nonnulla succedanea inuestigare, agnoscere, & sufficere oportet, vt pa- rari possint nobilissima pharmaca, quæ ea ratione minimè excludenda & reijcienda: cùm non tanta infœlicitate succedanea quædam illis non inferiera interdum æquè benè expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

SVCCEDANEA, QVANTVM FIERI potest, eiusdem sint generis & speciei.

Rondel. *Herba pro herba.*
Radix pro radice.
Flos pro flore.
Semen pro semine.
Succus pro succo.
Lachryma pro lachryma.
Resina pro resina.
Muccago pro muccagine.
Metallum pro metallo.
Lapis pro lapide.
Terra pro terra.
Pix pro pice.
Axungia pro axungia.
Medulla pro medulla.
Auis pro aue.
Serpens pro serpente.
Pars animalis pro parte.

COMPOSITIO PRO COMPOSITIONE.

Puluis pro puluere.
Trochiscus pro Trochisco.
Opiata pro opiata.
Electuarium pro electuario.
Pilulæ pro pilulis.
Eclegma pro eclegmate.
Tabella pro tabella.
Confectio pro confectione.

Conseruatio

Conseruatio pro conseruatione.
Syrupus pro syrupo.
Emplastrum pro emplastro.
Oleum pro Oleo; siue simplex, siue compositum.
Unguentum pro unguento.

THEOREMA VNIVERSALE VEL COMMVNE.

Medicamentum quod substitui debet, siue internis, siue externis conuenire debet.
- *Viribus occultis, manifestis, & consistentia.*
- *Sit etiam simile in*
- *Sapore,*
- *Odore,*
- *Ætate,*
- *Natalitijs & regione.*
- *Natura & temperamento.*

Nonnulla in externis remedijs supponuntur; quibus in internis uti non licet: ut succus Carpathi substitui potest pro Lactucæ succo in externis: cùm tamen venenum sit, non introsumitur.

Non totum simplex; sed aliquæ partes substituuntur.

Ut Muccago seminis Psyllij pro muccagine seminis Cydoniorum: non totum semen, quia pars interior temperamento differt à muccagine, & venenata putatur. Neque etiam Cydonium malum conuenit pro semine suo; quia viribus & consistentia differt.

Formulæ quædam in quibusdam remedijs sibi mutuo succedunt, ut

Conseruatio, pro syrupo eiusdem simplic., fructus, floris, vel radicis.

Conseruatio Capillorum Veneris, pro syrupo in opiata substitui potest: Sed in syrupi consistentia non potest, quia remedij formula non patitur.

Pro liquidis liquida substitui debent: quare deficiente syrupo, aqua vel herbæ decoctum substituatúr.

In quibusdam conditis supponere licet syrupum conseruationis; quia in syrupo conseruantur. Ut Syr. Conseruationis Citri, pro syrupo è corticibus Citri. Syr. Conseruationis radicis Buglossi, pro Syrupo e Buglosso.

Emplastris item pro unguentis uti licet; & contra, modo pars affecta assentiatur, ut Emplastro filij Zachariæ, pro unguento Resumptiuo; & Resumptiuo pro emplastro. In thoracis verò affectibus, nisi dissoluantur aut malaxentur, non utendum, quia emplastra imposita dilatationem costarum & respirationem impediunt.

Emplastrum è Cerusa, pro unguento albo, nisi inflammatio prohibeat; quia neque dura, neque grauia ferre potest.

VARIA ALIA MEDICAMENTA PRO ALIIS SVBSTITVERE licet, modò vires correspondeant.

Pilulæ pro confectionibus: & confectiones pro pilulis, ut

Hiera simplex pro Pilulis de Hiera & Benedicta; & contrà.

Et pro pilulis pituitosis; Electuarium Diacarthami; de Citro solutiuum.

Pro biliosis, Electuarium de succo Rosarum, & contra, obseruata cuiusque quantitate. Hieræ & similium Electuariorũ doses augendæ, ob mellis molem, quæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro Elegmate, si lambendo assumi debeat, ut

Syr. Iniubarum pro Lohoch sano & experto.
Syr. è Papauere, pro Diacodio.

Puluis pro trochisco, & contrà, ut
Diarhodon pro trochiscis diarhodon.

Trochisci è Squilla, pro eclegmate è Squilla aucta vel imminuta quantitate pro ratione, indicatione morbi, & scopo medici.

In simplicibus partes aliquando religiosè non obseruantur. ut

Turbith pro Agarico trochiscato, & contrà. Hic simplex pro composito ponitur, vel compositum pro simplici.

Pro Agarico, Colocynthis in minori quantitate. Carthami duplum & triplum pro Agarico, & contrà.

Difficile tamen inuentu simplex medicamentum substituendum, quod verè undequaque omnique ex parte conueniat, ut testatur Auicennas in suo canone; ubi vix reperies duo simplicia medicamenta, alterum facultate similium paritatem, substitui tutò possint. Quod cùm difficillimum foret, ille aliquando duo, interdum tria, pari pondere & mensura, nonnunquam duplicato & triplicato, addita quinta aut octaua parte alterius medicamenti quæ omnino simile temperamentum obtineant, aut eandem consistentiam, crassitiem, tenuitatem partium, & proprietates occultas.

Varius in compositionibus est medicamentorum usus.

Uel ob calorem, frigus, humiditatem siccitatem; in principio primi, in medio & primo gradus, & sic de alijs.

Vel ob partium tenuitatem, vel crassitiem, lentorem, saporem, colorem: quare id quod temperamento respondent, sæpe dissidet crassitie vel tenuitate partium; vel alia facultate, ut pro Asaro Acorum substituendum censent. At in omni operatione non conuenit, non enim omnia potest

Acorus

Acorus qua Asarum. Urinas quidem & menses eiet: (quare in vreticis tantum supponendum) vomitum verò excitare, aquasque educere, uti Asarum, minimè valet.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchusa substituitur: Sed si ob colorem Anchusa opus sit, vt in vnguentis, Hyacinthus non conueniet.

Eius verò loco Lacca supponitur, vel brasilia, Santala rubra, Lacca pictorum, vel Coccos baphica. Assa dulcis pro fœtidâ non conceditur propter odorem, vt Auicennas substituit, in affectibus vteri, quia odore iucundo vterum sursum allicere: sequitur enim odorata, fugit fœtida.

Propter saporem quædam vsurpantur; sed non conueniunt vndequaque.

Pro Saccharo Mel & Manna substitui poterit in quibusdam remediorum formulis, vt in medicamentis laxantibus: minime autem in adstringentibus, quia Manna ventrem soluit magis quam Saccharum vel Mel.

Muccus vtilis est in fluxu sanguinis, & ob lentorem vsurpatur Fœnumgræcum, quod muccaginem reddit, sed calidam: ideo in sputo sanguinis reijcienda, quemadmodum in externis remedijs, vt Ophthalmia, in qua oui albumen præfertur quidem in principio & incremento: in statu verò & declinatione muccago Fœnigræci commendatur.

Quæ supponuntur, non in omni formula remedij substituuntur, vt

Myrrha pro Bdellio in pilulis & vnguentis.

Sed in pilulis è Bdellio nullo modo conceditur, quia sanguinis fluorem & hæmorrhoidarum, vt menses Myrrha, elicit.

In substitutis igitur hæc obseruare oportet, vt suppositicium in locum adulterati genuini pannaria; eadem efficiat quod ipsum genuinum præstabat.

Vt si calfaciebat, refrigerabat, humectabat vel siccabat, adstringebat, vel laxabat, vel concoquebat.

Pro Absynthio simpliciter dicto in compositionibus Græcorum, Seriphium vel Santonicum.

Pro Absynthio è Ponto vel Tauro monte, Romanum,

Pro Romano, illius loci vbi habitas.

Hoc licet in omnium herbarum delectu præstare, quæ sunt alicuius regionis finitima, vel saltem simillima assumas. Cuiusmodi est Craux *vulgò Gallo-prouinciæ, siue Creta, vbi Thymus nostras angustifolius & Epithymus optima & copiosissima.*

Secundo loco herba regionum humidarum, modo æstas siccior fuerit, in locum calidarum substitui possunt. Quod fecisse Galenus docet in præparatione Theriaces.

Pro Macedonico Petroselino, Petroselinum alterius regionis.

Sed regionis similitudinem obseruare oportet; nam regio auget vel minuit medicamenti efficaciam & bonitatem.

Pro Iride Illyrica; Venetam sumemus, &

Pro Africana Florentinam.

RADICES.

Pro

- *Rhapontico, Radix Centaurij maioris, vel nostri Rhabarbari magma, siue Rhabarbarum ad alios vsus prius infusum & expressum. Rhabarbarum torrefactum improbatur à multis propter empyreuma.*
- *Zingibere; Costus, & contra, vel Helenium, & Pyrethrum.*
- *Costo;* Pyrethrum.
- *Aristolochia longa: Rotunda, & contra: vel vna pro omnibus.*
- *Acoro, Calamus aromaticus officinarum, & contra.*
- *Acoro in laxantibus & cientibus vrinas & menses: Radix Asari.*
- *Asaro quando purgare & vomitum ciere opus est; Elleborus, semen Genistæ & Raphani, vel hæc tria simul.*
- *Galanga; Cyperus rotundus, & contrà.*
- *Calamo odorato Libani: Schœnanthum: calamus siue Acorus officinarum: si ad odorem solum, Santalum citrinum officinarum.*
- *Althæa, radix maluæ hortensis, vel syl.*
- *Asparago altili, Corruda imminuta quantitate, quia acrior & efficacior.*
- *Rusco, Radix Asparagi, & contrà.*
- *Cortice radicis Capparis, Cortex radicis Tamarisci, Sambuci, Ebuli, Populi & Lauri.*
- *Apij, Petroselini, vel Macedonici.*
- *Gentiana, medietas Asari & radicis Capparis.*
- *Turbith, Thapsiæ radix, siue Turbith Mesuæ, Agaricus trochiscatus, vel Colocynthis minore dosi.*
- *Zigibere, Mechin.*
- *Serpentaria, Iarus, Dracunculus.*
- *Lapatho, Oxalidis radix.*
- *Rhabarbaro ad laxandum, succus Rosarum.*
- *Rhabarbaro ad astringendum, Hydrolapathi radix, vel Galangæ maioris, si calore opus est, si refrigeratione, radix Bistorta.*
- *Nardo: Nardi species.*
- *Secacul: radix pastinacæ marinæ.*
- *Folliculis Senæ, duplex foliorum.*

Succedanea

SVCCEDANEA QVANTVM FIERI POTEST SINT SIMILIA omni ex parte, viribus, genere, & specie, vt,

OMnes Dauci species.
Intibi,
Adianthi,
Condrillæ,
Hieracij,
Rumicis,
Absinthij (pro Absinth. Auicenn: Polium substituit.)
Abrotoni,
Sideritidis,
Aconiti,
Veratri,
Anagallidis,
Anchusæ,
Anemones,
Asparagi,
Brassicæ,
Calamintha,
Cepa,
Chelidonij,
Costi,
Nardi,
Betæ,
Bliti,
Iuniperi,
Sabinæ,
Cedri,
Rhanni Diosc.
Myrti,
Piperis,
Cyclaminis,
Ranunculi,
Hederæ, excepta Hederula terrestri.
Rutæ,
Seseli,
Apij,
Rosmarini,
Marrubij,
Leucoij,
Orcheos,
Malua,
Polygoni maris & fœminæ,
Symphyti,
Tribuli,
Rubi,
Equiseti,
Vrticæ,
Tithymalorum,
Mercurialis,
Heliotropij,
Origani.
Aristolochiæ,
Valeriana,
Bituminis,
Picis Resinæ,
Alij,
Porri,
Plantaginis,
Panacis,
Pastinacæ,
Lychnidis
Conisa,
Nymphæa,
Anthemidis,
Verbasci.

Et denique omnes, nisi quid proditum inhibeat, vt de Clematide; quarum alteram vrere, ventrem laxare, bilem, pituitam trahere scribit Dioscor.

Prior verò alui profluuia & dysenterias sedat.

Sic Cucumis agrestis, & satiuus; pepo & colocynthis, sed hæc paucis euenire solent.

De partibus etiam obseruandum: Nam aliquæ facultatibus differunt, vt Radix Medij menses decocta sistit per aliquot dies sumpta: Semen autem in vino sumptum menstrua pellit.

Iuniperi fructus introsumuntur; ramenta verò occidere produntur.

Coriandri herbæ succus interficere creditur: semen verò medicatum.

Qua ratione medicos minimè vniuersalibus, sed potius particularibus vti præstares: Nam eorum plerumque est maxima differentia quæ eadem esse putantur.

Sume igitur

Pro folio Indo & Malabathro; folia Citri, (Macis aut Spica sumitur ab alijs) Canellæ vel Malabathri vulgaris.
Pro folijs Lauri, Citri folia.
Papaueris albi, Solani folia; Paueris nigri minore quantitate, vel folia Hyoscyami albi.
Lactuca Scariolam, & contra.
Cichorio sylüestri; Dentem leonis.
Pro Eupatorio, Asarum & media pars Absinthy.
Pro Strutio, Nux Vomica & tertia pars Piperis Auicen:
Pro Dictamni prima specie; secundam, tertiam, vel Pulegium Ceruinum.
Calamentha montana prima; secundam, & tertiam. Sic de similibus.
Chamæpytij; Chamedryn, & folia Eupatorij.
Malua syluestri; hortensem.
Malua arborescente; Althaam.
Thlaspi, Nasturtium.
Mentha: Balsamitam.
Pulegio Regali; Ceruinum & contrà.
Lepidio Pauli Æginetæ, Drabam, vel Iberida, vel Nasturtium.
Phyllitide; Asplenium (siue Scolopendrium, Ceteráchue, & contrà.

Folijs Oleæ vel Lētisci } *Folia* { *Nucum Iuglandis, Cupressi, Pini, vel Pinastri.*

Folijs Myrti { *Baccas Myrti, vel Iuglandis nuces immaturas.*

Follijs Oleastri: Oleæ folia.
Follys Terebinthi, Lentisci folia.
Myrto alba; nigram & contrà.
Folijs Myrti; folia Pyri syluestris, Sumachi, Lentisci, Cotinot, Sorbi, Cydoniorum.
Thymo. Satureiam, vel Organum.
Ruta syl. Rutam domesticam siccatam maiori quantitate; vel contra.
Spica Lauendula; Lauendulæ species hortenses.
Adiantho, Saluiam vitam, Polytrichum, Adiantum nigrum Plin. In Asthmate violæ par pondus cum medietate Glycyr.
Telephio: Portulacam.
Portulaca; Vmbilicum Veneris.
Folijs Sambuci, Ebuli, & contrà.
Betonica; Verbacam.
Melissa, Corticem Citri, Marrubium, & contrà.

Asplo

Apio montano; domesticum siccum in maiori dosi.
Cepea; Portulacam.
Nardo montana; Nardum Gallicam.
Philyreæ folijs, Oleæ folia, & contrà.
Folijs Caprifici, Ficus domesticæ folia, & contrà.
Thymbra: Thymum vel Serpillum.
Pro prima specie Calaminthæ, secunda, pro secunda, tertia.
Coriandri folijs, Petroselini hortensis folia, in externis remedijs tantum.
Hypomarathro altero: Coriandrum vel Petroselinum domesticum.
Folijs Dauci, Pastinacæ agrestis vel domesticæ folia.
Conisa prima: secundam.
Conisa secunda: tertiam maiori quantitate & siccatam.
Sanguinalis fœminæ foliis, folia maris, & contrà.
Hippuride prima: secundam, & contrà.
Semperuiuo maiore: paruum Vmbilicum Veneris, & contrà.
Folijs Labruscæ: domesticæ vitis folia minus culta.
Chamælea: Thymelæam, Chamæpityn primam Diosc. Laureolam.
Alsinæ folijs: Helxines folia, & contrà.
Vite alba: nigram, & contrà.
Bubonio, siue Inguinaria: siue Astere Attico, Antirrhinum, & contrà.
Folijs Sabinæ: folia Cupressi, Iuniperi & Cassiam.
Pro Hyperico, pondus Schœnanthi.
Semperuiuo, Suc. Lactucæ & Solani.
Colocynthide, triplum. Cucum: Asinini.
Doryenio: Mandragoram, & contrà.
Draguntio: Ari.
Folijs Abietis: Populi folia.
Erysimo: Erucam, & contrà.
Foliis Hippolapathi, Lapathi folia.
Folijs Piceæ: folia Pini.
Lathyridis folijs, Tithymali folia.
Libanotide sterili, folia Libanotidis coronariæ.
Lepidij folijs: Nasturtij folia.
Nymphæa alba: luteam, & contrà.
Sorbi folijs, Mespili folia, & contra.
Oxyacantha vera: Pyrastrum.
Folijs Pepli: Tithymali folia.
Pityusæ folijs: Tithymali folia.
Polygoni maris folijs, fœminæ folia.
Filice fœmina: marem.
Seride: Condrillam.
Smyrnio: Apium aut Petroselinum.
Solani hortensis; Halicacabum.
Symphiti Petræi folijs; alterius folia.
Pro *Betu alba; nigram.*
Pro *vnius speciei Tithymali foliis: folia aliorum in laxando.*
Pro *Tragorigano; Origanum, & contra.*
Pro *foliis Tribuli terrestris in refrigerando; folia aquatici; non in humectando.*
Pro *Hypecoi foliis, folia Papaueris.*
Pro *Verbasci vnius foliis, aliorum folia.*
Pro *Spica Indica, Syriaca; Valerianæ montanæ radix.*
Pro *Viticis foliis & semine; Rutæ folia & semen.*
Pro *Seridis foliis; Lactucæ folia.*
Pro *Buglosso siue Boragine latifolia; Buglossum angustifolium.*
Pro *Souchoi leui, Sonchum asperum, & contra.*
Pro *Fumaria; Senam.*
Pro *Hyssopo, Origanum, Sampsuchum.*
Pro *Hyperico, Androsæmum, Ascirum, Schœnanthum.*
Pro *Stœbe Diosc. Stœben herbariorum, Iaceam, Scabiosam, Pastoriam bursam, Bellides, & Gnaphalia.*
Pro *Halyca, Auenæ ptisanam totam.*
Pro *Amylo, farinam Siliginis siccam.*

CAPSVLA RADICVM SECVNDA.

5	Costus dulcis Arabum		
4	Tussilago	Aristolochia	
3	Helenium.	Clematitis	
2	Iris Florentina	Aristolochia longa	Hermodactylus
1	Pro radice Iridis Venetæ	Aristolochiæ rotundæ	Asphodeli

Pro {
Asaro, Acori pars media, sexta Amomi,
Acoro, pondus Cimini cum 3. parte Aristolochie.
Aristoloch.rotun. Zerumbet pondus æquale.
Aristolochia longa, Zerumbet pondus æquale & medietas Piperis.
Ciclamine, æquale pondus Aristolochia &. sexta seminis Citri & Mentastri.

CPPSVLA RADICVM TERTIA.

5	Graminis						Glycyrrhizæ
4	Asparagi			Staphisagriæ			Tussilaginis
3	Rusci	Oenanthes	Aristolochiæ omnis	Bryoniæ	Zedoariæ	Cyperi	Helenij
2	Petroselini rad.	Rubiæ maioris	Asari	Pyrethri	Costi	Galangæ minoris	Venetæ radix.
1	Pro Apio	Pentaphyllo	Cappari	Mequin	Zingiberis	Galanga crassa	Iride Florentina

Pro {
Gentiana, medietas Asari & radicis Capparis.
Polypodio, Epithymi medium pondus
Testiculo vulpis, Scmenis, & e contra.

CAPSVLA RADICVM QVARTA.

3	Cucumeris agrestis	Centaurei minoris	Polypodij	Ellebori vtriusque		
2	Asphodeli	Suc.Rosarum	Turbith	Ebuli	Asari	Hermodactylorum
1	pro rad.Gentianæ	Rhabarbari	Agarico	Hermodactyli	Cyclaminis	Asphodelorum.

CAPSVLA RADICVM QVINTA.

3		Rad. Buglossi vtriusque	Maluarum	Thapsi barbati	Spondylij	Radix Vlmi
2	Passulæ	Behen rubuni	Bismaluarũ	Bistortæ	Pancratij	Consolidæ minoris
1	Pro rad. Glycyrrhizæ.	Pro Behen albo	Liliorum	Quinque folij	Squillæ	pro rad.Consolidæ ma.

Behem vtrumq; *L'Ob.*]

CVm radice Behem albi & rubri destituamur, necessario Succedaneo vtendum. In Cordi dictis medicaminibus, vt Diamoscho dulci & amaro Mesuæ & alijs similibus, radices vtriusq, Buglossi substituenda.

In Medicamentis ad Venerem: Horminum, Satyria, Scincus vel radices Pastinacæ satiuæ & syluestris Dioscoridis, siue Dauci syluestris Galeni & Officinarum, Actuarij exemplo qui eas Behen substituit in Diasatyrio. De his plura, in Plantarum obseruationibus, aut Illustrationibus nostris. & Aduersariorum altera parte.

De Ben siue Balano Myrepsico in Aduersarijs egimus, pag.414.

CAPSVLA RADICVM SEXTA.

5		Corticis rad. Lauri	Asari	Staphidis agriæ	Behen rubri
4		Cort.rad. Sãbuci & Ebuli	Ari	Clematitidis alterius siue Flammulæ	Behen albi
3		Fraxini, vel Populi	Serdentariæ	Rad.Dentillariæ	Boraginis
2	Rubiæ minoris	Tamarisci	Raphani agrestis	Pyrethri	Buglossi
1	Pro rad.Rubiæ maioris	Cortice rad. Caparis	Cortic. Sambuci		Glycyrrhizæ

TABVLA

TABVLA SIVE CAPSVLA SEMINVM.

1	2	3	4
Pro sem. *Cucurbitæ*	Melonum	Citrulli	Cucumeris
Lactucæ	Portulacæ	Endiuiæ	Scariolæ
Violarum	Papaueris albi	Papaueris nigri	Hyoscyami
Bombacis	Maluæ, Bismaluæ	Psyllij	Cydoniorum
Lini	Fœnugræci	Lauendulæ	Keyri rubri vel Citrini

CAPSVLA LIGNORVM.

5	Citrinum	Xylobalsamum	Scobs Buxi
4	Rubrum	Surculi Lentisci	Ebenum
3	Pro Santalo albo	Aspalathus	Guiacum
2		Ligno Aloes	Echinæ radic.
1			Salsaparilla

PVRGANTIVM.

	1. pro Scammonio	2. Diacridij	3. *Colocinthis*		4. Ammoniacum
	Sena	Semen Carthami	Folia Brassicæ marinæ		3. *Sal* gemmæ
	Folijs Scammonij	Thymelææ	Chamæleæ		2. Sal Petræ
	Semine Hederæ	Sem. Asari	Sem. Genistæ		1. pro Sale nitro

4					Coccus Cnidius	
3	Thymus	Chrysocolla, vel fortè Chrysolith.	Elleborus albus	Alhandal	Semen Cataputiæ	Rhaponticum
2	Epithymus	Lapis Armenus.	Niger	Diacridium	Rad. Tithymali	Myrobalanis
1	Pro Cassitha	Lapide Lazuli	Colocynthide	Scammonio		Rhabarbaro

Polypodium	Rhabarbarum	Chamelæa	Esula
Turbith album	Lapathio	Thymelæa	Turbith
Turb. cineritio		Brassica marina	Polypodio

SEMINVM.

5	Capita Papaueris	Acetosæ					
4	Semen Mãdragoræ	Portuacæ	Citrulli				Semen violarũ
3	S. Hyoscyami	Scariolæ	Melonum	Bismaluæ	Fœnugræci		Cnici
2	Papaueris nigri	Endiuiæ	Cucumeris	Maluarum	Lini	Psylij	Vrticæ
1	S. Papaueris albi	Lactucæ	Cucurbitæ	Bombacis	Sesami	Cydoniorũ.	

SEMINVM.

5	Cumini	Pastin. syl.	Rutæ agrestæ			
4	Carui	Pastinacæ domesticæ	Rutæ domesticæ	Sinapi	Semen contra vermes	S. Paliuri
3	Fœniculi dulcis	Petroselini	Ammeos	Erucæ	Caulium	Hyperici
2	Anisi	Apij	Seseli Aethiopici & Pelopouensis.	Thlaspi	Rapæ agrestis	Milij Solis
1			Seseli Massiliensis	Nasturtij	Rapæ domesticæ	Alkekengi

SEMINVM.

Piper longũ	Cardamomi maioris	
Piper album	Cardamomi minoris	Granorum Paradisi
Pipere nigro		Cubebarum

3	Berberis	Sorbarum
2	Vuarum immaturarũ	Mespillorum
1	Spinæ albæ	Cornorum

Pro { semine Myrti, Berberis, & contra. Napi, Rapi. Carthami Vetica, vel Agaricus non Trochiscatus.

Pro { Mandragore, Cicutæ. Semine Asari, Semen Genistæ.

SEMINVM ET FRVCTVVM.

5	Genistæ	Acetosæ	Gallarum	Cytini	Vua Corinthiaca		Ficus
4	Asari	Citri	Sumach	Balaustiorum	Passulæ mundatæ	Tamr-Indi	Sebesten
3	S. Hederæ	Berberis	Myrtillorũ	Cortic. [illegible] granati	Dactyli	Prunis acidis	Iuiubæ
2					Pruna dulcia		Passulis mundatis
1					Ficubus.		

CAPSVLA FLORVM.

3	Oenãthes	Cichorei	Nymphææ luteæ	Sambuci Abrotani	Corticum Gl[illegible]	Saluiæ	
2	Myrti	Buglossi vulgaris	Nymphææ albæ	Meliloti	Balaustiorum	Stœchadis	Genistæ
1	Flor. b. Rosarum	Buglossi latifol. siue Boraginis	*Violarum*	Chamæmeli fol: *Chamæ*: flos.	*Cytini*	Anthos	*Sambuci*

3	Leucoij		Flo. Cichorei		Spicæ, vulgo *Aspic*
2	rubri	Flo. Tamarisci	Flor. Intubi domestici		Lauendulæ
1	Leu. lutei	Flor. Genistę			Flor. *Saluiæ*

DE SVCCIS.

PRo Acaciæ succo; succus Prunellorum probatur, & Rhois Diosc.

Dioscorides succum Hypocistidis substituit: verùm aliquantò magis adstringit & siccat, si in antiquorum pharmacis recipiatur.

Pro Opio, Meconium, vel succus Lactucæ syl. vel domestica, quantitate maiori. Sem: Hyoscyam: triplum & Mandrag. duplum.

Pro Absynthij succo; Abrotoni, Eupatorij, vel Centaurei minoris vtriusque; vel Agerati.

Pro *succo Absynthij* Pontici, *nostratis Romani succus; differt tantùm regione, vt Macedonicum á* Pontico. *In externis remedijs, Santonicum & Marinum; vel ablutum leuiter in internis concedatur.*

Pro Opobalsamo; Stacte, i. styrax liquida non adulterata, vel oleum Myrrhæ. In suffusionibus ad digerendum; Oleum Spicæ Lauendulæ, quod æquè tenuium est partium: sed impari mensura.

Pro Glycyrrhizæ succo; infusum & decoctum eiusdem, vel succus vuarum passularum, vel vinum coctum, siue sapa.

Pro *Lycio; Amurca.*

Pro *Citri succo; Limonum.*

Pro *Thymelea; Chamelææ succus.*

Pro *Cyclaminis: Iridis.*

Pro *Omphacij; Rhois, & contra.*

Pro *Alcè; Absynthij succus.*

Pro *Semperuiui: Cotyledonis succus & contrà. vel Solani, Lactucæ.*

Pro *Sangui e Draconis; Laccam substituit Auicennas in omnibus operibus suis.*

Pro Elaterio; succus Cucumeris agrestis aliquantùm coctus.

Pro Sapa; vinum dulce, & contra.

Pro Licio; Gentianæ succus in vlceribus.

Pro aqua fontana; fluuiatilis.

Pro aqua pluuia, fluuij potius quàm fontana, contra quàm Galenus præcipit in Diacodio, quia composita est partim ex pluuia, partim ex fontibus.

DE LIQVORIBVS. ET LACHRYMIS.

PRo Opobalsamo, Stacte siue Myrrha liquida natura vel arte parata: Liquor Terebinthi.

Non { *Opocarpathum, vt auctor Succedaneorum præcipit.* / *Oleum Laurinum.* / *Liquor Myrti.* }

Non semen Myrti, & Zedoariæ, vt præceptores nostri statuerunt. Pro Carpobalsamo semen Lentisci vel Terebinthi, cuius multæ sunt species. Cubeba in minori dosi; vel Terebinthi partes duæ, vna Cubebarum.

pro Cedria { *Oleum è ramentis Iuniperi paratum per descensum.* / *vel Gummi Iuniperi.* }

Pro Xilobalsamo, surculi Lentisci.

Pro Oleæ lachryma, G. Elemni.

Pro Galbano, Sagapenum.

Pro Sagapeno, Gum: Cedri, Pini, *vel Opopanacis medium.*

Pro Ammoniaco, Propolis, siue sordes Alueariorum.

Pro Myrrha: Bdellium, vel succus Smyrnij, vel Apij.

Pro Opopanace; Ammoniacum, vel Galbanum, vel Bdellium, maximè cùm emollire volumus. Gal. vsus est Propolis *in externis.*

Pro *Manna thuris, cortex cui adhæret aliquid thuris.*

Pro *Thure, Mastiche & resina pini sicca.*

Pro *Styrace, Benzoinum.*

Pro *Terebinthina, Mastiche.*

Pro *Mastiche, Abietina resina indurata aut frixa: vt docet Diosc.*

Pro *Cupressina, Laricina.*

Pro *Abietina, Resina* Pini.

Pro Pice, *Resina* Pini *cocta.*

Pro *Pice liquida;* Pix *Oleo dissoluta, vel pix ex oleo Iuniperi liquefacta.*

Pro *Pissaphalto, pix & Bitumen.*

Pro *Mumia, pissaphaltum.*

Pro *Asphalto,* Petroleum, *vel Gagates, & contrà. Et carbones petrai è terra visceribus, quibus fabri ferrarij vtuntur.*

Pro *Lacca, Myrrha.*

{ Pro *Adipe Vrsi, Vulpis.* / Pro *Adipe Anseris, Anatis vel Gallinarum* / Pro *Adipe Capi, Gallinæ.* }

DE MINERALIBVS.

PRo Antiimonio, plumbum vstum, & contrà. Auicen. & Stannum *vstum.*

Pro *Lythargyro, plumbum vstum,* M*olybdena.*

Pro Plumbo, *Stannum.*

Pro *flore æris, ærugo.*

Pro *Spodio, Antispodium, ex Myrto Lentisco, Olea, Oleastro, malo Cydonio, vel Cornu cerui vstum.*

Pro *Pompholyge, Spodium Diosc.*

Pro Cadmia; Lapis calaminaris.

Pro Sandaraca Græcorum, Auripigmentum & contrà,

Vnguentum

Vnguentum Comitissæ Guil. Variegnana.

A *Rondelletio* neglectum fuit, quia non magna arte paratum, ex adstriugentium farragine, quæ satis respondet Emplastro contra rupturam Plantij apud Fernelium. Sed quia quotidiani vsus est, eius descriptionem suo loco omissam hìc dedi.

Rec. Corticis mediani Castanearum,
Glandium Quercus arboris (videtur legendum cum Andernaco) ad differentiam, Glandis Suberis, Ilicis aut aliarum glandiferarum arborum: Non multum tamen refert, etiamsi assumantur integri Glandes cum corticibus suis & Cupulis, vt aliqui solent.
Gallarum,
Myrtillorum,
Equiseti,
Corticum Fabarum, (aliqui non ineptè Fabas integras)
Acinorum Vuæ Labruscæ,
Sorborum siccorum,
Mespillorum immaturorum sicc:
Foliorum Pruni syl: (alij radicis cortices)
Rad. Celidonij, (alij melius Bistortæ siue Britannicæ,) ana. vnc. 1. ſ.
Contunduntur, & decoquuntur ex aqua vel decocto Plantaginis q. ſ. Deinde percolatis Ceræ nouæ (albæ potius) vnciæ octo, in Olej Myrtej 4. lib. 2. ſ. liquefactæ, abluuntur frequenter: Et tandem sequentes pulueres insperguntur.
2. *Alij Myrtei & Mastichini, ana. lib. 1. ſ.*

Rec. Cortic: mediani Castanearum,
Glandium Quercus,
Gallarum, ana. vnc. 1.
Cineris Ossium cruris Bubuli,
Myrtillorum,
Acinorum Vuæ Labruscæ, aut alterius omphacitis,
Sorborum aut Mespillorum immaturor. siccorum, ana. vnc. ſ.
Pastillorum è Succino vnc. 2.

Medicorum iussu Lud: Myreus *in Germania hoc Emplastrum Comitissæ vocatum, vt sequitur parabat, omissis confusis repetitis simplicibus.*

Rec. Corticum Glandium,
Granatorum,
Foliorum Quercus,
Equiseti,
Myrtyllorum,
Gallarum,
Cort: Fabarum,
Gygartorum Granatorum,
Mespillorum,
Sorborum,
Cortic: Capparorum,
Cortic: rad: Prui syl.
Rad. Tormentillæ ana. drach. 3.
Contunduntur & percoquantur.
Ex colatura ablue,
Ceræ nouæ vnc. 2. ſ.
Olei Mastichini,
& Myrtej, ana. vnc. 4. & ſ.
Postremò adde
Pul. restrictiui, vnc. 1. ſ.
Trocis. è Curabe, vnc. 1.

Pul. restrictiuus.

Rec. Gygartorum Vuæ Labruscæ, vnc. 1. ſ.
Gran: Myrti,
Sumach,
Florum Granatorum,
Nucis Cupressi,
Gallarum immaturarũ, ana, vnc. 1, ſ.
Boli Arm. præpa:
Sang. Draconis,
Terræ sigil. ana. vnc. ſ.
Licij,
Hypocistidis, ana. drach. 2. scrup. 1.
Succi Acatiæ, drach. 5.
Succini albi,
Mastiches,
Thuris, ana. drach. 2. fiat Puluis.

Emplastrum Dia-Chalciteos Chirurgorum, siue Palmeum Galeni, frequentissimi vsus, omissum suo loco,

Rec. AX. Suillæ veteris, lib. 2,
Olej veteris, & Lythargyri loti, ana. lib. 3.
Chalcitidis vstæ, vnc. 4. Coque & moue spatula parata ex viridi recentique succulento pinnati folij, crassiore neruoso caule aut pede Palmæ caudici proximo.

Monspelienses apud quos Palma crescit, inter coquendũ turiones aut tenerrima Palmæ addunt.: Reliqua Gallia quæ Palma caret, Ligustrũ substituit. Rondelletius succum vel decoctum præcisum Tapsi Barbati commendabat vná cum floribus, arthryticis doloribus demulcendis efficax; sed Emplastri candore derogatur.

Quidam Chalcitidem vrunt, terunt, lauant ex eodem decocto.

Septentrionales spatula Salignea vtuntur.

N 5 Deus

Pagina vacatura implendæ sequentia addita.

Ben, siue Balanus Myrepsica fructus est fistici similis, descriptus Aduersariorum pag. 414.

Quia videmus multos falsos & anxios esse, nosque metipsos nescire quid Behen vtrumque Arabum sit, paucis quale debet esse & quibus polleat viribus indicabimus.

Behem, Behenium interpretatur Auerrhoes:

Serapio duas statuit species, album & rubrum; Venam vtramque esse ait (*Venas* autem radices vocat) magnitudine Pastinacæ paruæ radicibus pares quarum quædam tortuosæ sunt: Deferuntur ex Armenia: odor eius bonus est, & in eis est viscositas quædam. *Vtraque* calida & humida, augmentumque faciunt in semine.

Auerroes] calidum & humidum esse, stomachum calfacere, instrumenta spermatis temperare, fortificare virtutem concupiscibilem coitus, præstare sperma, & contra melancholicos humores valere ait.

Rhasis Behen rubro easdem facultates ascripsit.

Ben & Behem *Arabica cùm sint medicamenta, ab Arabibus petenda vtriusq; notio & differentia.*

Difficile est iudicare quid velint Arabes per Hermodactylum, nam vox est æquiuoca: aliud apud Arabes, aliud apud Græcos denotans. Græci Pentaphyllum vocant vt Dioscorides testatur. Arabes radicem albam durum per Hermodactylos innuunt: cuius nulla reperitur rubra.

Pharmacopolæ radices albas & rubras pro Behen vtroq; distrahunt: Sed notis & conditionibus facultatū a Serapione traditis, minimè conueniunt: sunt namq; maiores Pastinacæ paruæ, inodoræ neq; ad odoriferæ, ideo reijcienda. Adde quod etiamsi tales essent; cum ex Armenia deferantur, sicciores sunt, non humidæ: quare neque melancholicum humorem castigare, vt *Auerrhoes* vult, quia non humectant; neque etiam sperma augebunt, vel Venerem promouebunt, deperdito humido radicali: humectando enim siccitatem melancholici humoris castigant; corpus alunt, semen augent.

Anguillara & Itali Behen albū & rubrum Daucum satiuum & agrestem Diosc. & Gal. esse statuerunt, vt in Stirpium Illustrationib diximus. Consule Galenum.

Cùm non constet quid per Hermodactylum velint, cùmque vtriusque Behen radices non sint genuinæ, necessariò Succedaneo vtendum.

In { Pulueribus Cordialibus, vt Diamosci & aliorum, radices vtriusque Buglossi loco Behen sumendæ.
In medicamentis ad Venerem, Horminum: vel radices Pastinacæ & Agrestis Diosc, vt Actuarius fecit in Diasatyrio, in quo radicibus Dauci domestici & agrestis vsus est. }

Diasatyrion Actuarij Diasatyrijs Mesuei & Nicolai, quæ sæpe à Pharmacopolis confunduntur præferendum.

COnstat testium Satyrij viridis, rad. Dauci satiui & syl. Nucis Indicæ, Pistachiorum, Nucis Pineæ repurgatæ, singulorum drachmis duodecim:

Zingiberis Caryophyllo uni, seminis Anisi, Erucæ, singulorum drachmis quinque: Cinnamomi, Stinci, Bulbi seminis, singulorum sicilico (*id est drachmis duabus*) & sesquiscrupulo: Moschi, siliquis septem id est gr. 42. Mellis sesquilibra.

Mel homines salaciores reddit quàm Sacchar, ita Rondelletio teste.

Radices Satyrij, Dauci, tam satiui quam agrestis, priuatim & seorsim tunduntur, collectæq; in vnum, mollusculo igni paululum feruescunt: Rursum Pistachia & Pineæ nuces tusæ & adiectæ

iectæ rigantur, dum aliquam crassitudinem conceperint : deinde sublato ab igne vase, tusæ & cribratæ species adduntur : postremò Moschus cum exiguo liquore, quem stillantes Rosæ remiserunt, inseritur. Modus, cochleare est, ex vino dulci.

Pollet contra vesicæ & renum imbecillitatem : ijs etiam auxilio est, qui vrinam reddere nequeunt: Venerem mirum in modum stimulat; eamque certa de causa cessantem haud segniter restituit.

Diasatyrion D. Mesuæ.

Rec. *Secacul albi & mundi, & elixati in decocto cicerum quorum prima aqua in qua decoquebantur, sit effusa. lib.1.*

Testiculorum vulpis, vnc.8.

Radicis Raphani, vnc.3.

Radicis Luph plani, vnc.2.

Terantur hæ tres radices posteriores, & infundantur super eas lactis bubuli aut ouilli tantum, vt lac duos digitos emineat, adijciendo

Olei Sesamini,

Butyri recentis non saliti, ana.vnc.4.

Coquantur cum facilitate vsque ad consumptionem lactis. & donec omninò remollita sint radices, & habeant instam spissitudinem instar pultis crassioris : nam si aqueum quod in lacte & radicibus est, non consumatur, situm contrahit hoc medicamentum.

Postea affunde omnibus hisce prædictis Radicibus,

Mellis despumati optimi, lib.6.

Succi Caparum recentium, lib.1.

Coque omnia simul ad perfectam decoctionem, deinde ab igne depone, & insperge subsequentium specierum minutissimum puluerem.

Caudatum Scinci cum renibus & sumine vnc.1.

Seminis Erucæ, *Zinziberis,*

Beben albi, *Beben rubri,*

Linguæ auis [id est, seminis Fraxini arboris,]

Seminis Nasturtij, *Cinnamomi,*

Piperis longi, *Seminis Baucia,*

Seminis Napi, *Pulpæ seminis Asparagi maximè recentis, ana.drach.4.*

Confice cum eis: vltimò verò adijciantur subsequentia. * *Pinearum mundatarum. lib.1.*

Fisticorum, (i.Pistaciorum mundatorum) vnc.10. * *Cerebellorum passerum, vnc.2,*

Confice & misce omnia optimè, & aromatiza cum Moschi boni, drach.1.

RADICIS Raphani, videlicet satiui, quam vocamus *Rettich.*

LVPH planum] Duplex est Luph (id est, Serpentaria) crispum scilicet & planum; Crispum folia habet diuisa & crispa. Planum verò lata & plana veluti Aron, vnde vtrique nomen inditum est; Vulgò autem apud nos caremus *Luph*, id est, vera Serpentaria : ideò eius loco accipiendæ sunt radices herbæ quam Aron vocant. *Cordus.*

P. C. SCHOL.

Testiculi Vulpis hoc loco] Cordus hic Orchin cum Satyrione confundit, vt ritè inquit Franciscus Alex: Quare Orchios dictio delenda est.


VALET *ad erectionem virgæ, multiplicat sperma, & desiderium coëundi.*

DEus Opt. Max. Medicos pios, synceros, dociles, liberales, in omnes charitatem exercentes & mansuetos nobis largire dignetur, qui in primis Iehouæ, deinde *Hippocratis* Diuinis legibus delectentur, de ijs noctu diuq; meditentur: quorum, virtutis amore & proximi vtilitate, oblectatio omninò sit in cognitione Morborum, præscribendi, præparandiq; Medicamentorum suorum legitima ratione, vt has semitas & tramites, seruis suis Pharmacarijs & Chirurgis edoceant, quò fideliter se in officio gerere queant, ediscantque secundum artis præcepta Antiquorum & Nuperorum optima, nitida, efficacissima Pharmaca, Medicorum & ægrotorum

ægrotum blando leuamine, componere, (horum namque sordida & empyrica famelica, & perquam ignara pars, hæc nescia; empyricis crassæ Mineruæ, nullius delectus, fallacibus triuialibus Medicaminibus, muliercularum & vulgi Unguentis & Ceratis, assueta;) qui quidem se plura archana scire in arte gloriantur, quàm Medici, & ab illis neque doceri, neque illos admittere volunt, ne detegatur illorum elata & crassa asinina ignorantia. Huiusmodi populares Medicastri & Medicarrices Lenæ, pluris fiunt apud plebeos, quàm plerique doctissimi Medici aulici apud Reges; quorum conditionis miserebatur *Rondelletius*, inquiens: Reges, Principes, & Magnates Medicis solis curandis non committuntur; sed Cardinales, Equites, Nobiles, & mulieres clinicæ omnes. sitam proferunt sententiam, empyricis gaudentes; optimos quosuis Medicos à vera curandi ratione reuocant, & timorem incutiunt; quare ne incusentur aut calumnientur, nihil præscribere audent, nisi quod à magnatibus aulicis & sagacibus mulierculis, etiamque á vilissima empyrica turba probatur. Cor vel mens Medici pij & docti MANVS DEI cùm sit; cognoscit & curat morbos, cùm Deus vult; est enim instrumentum, quod *Manu Dei* regitur. Sic sunt res humanæ: eruditi perstringuntur, & pessundantur.

Succurre Iehoua, iam veraces ex filijs hominum defecere.

FINIS.



Epigramma in Opera nouissima L'Obelij.

Scripserat (heu nostri dispendia maxima secli!)
Plantarum Historiam Salomon Rex inclytus olim:
Huic æui damno ingenti nostratis, vt omni
*Succurras studio, doctus L'*Obelius *omnem*
Ætatem insumpsit: magnis Deus adfuit ausis,
Simplicium nemo facies, viresq; reclusit,
Clarius aut melius Composita Pharmaca nemo
Tam docta miscere manu, Formasq; vetustas
Emendare; nouis artem ditare repertis
Edocet: ista sequens dignoscet rectius ætas;
Nostrâ hac, sordescit Virtus, contemnitur, alget.

Fran: Heringius D. Medic. Collegij Medici Londinensis Socius, amoris & amicitiæ causa Mnemosynon posuit.



LONDINI
Excudebat prælum Thomæ Purfootij 1605. Id. Aprilis.

Cum gratia Priuilegij Reuerendissimi Domini *Ioannis* Archiepiscopi Cantuariensis; cuius iussu subscripsit *Hadrianus Sarauia.*

DILVCIDAE SIMPLICIVM MEDICAMENORVM EXPLICATIONES, & STIRPIVM ADVERSARIA,

Perfacilis vestigatio, luculentaque accessio ad Priscorum, præsertim *DIOSCORIDIS* & Recentiorum *Materiæ Medicæ* solidam cognitionem.

Methodo exquisitissima, a notioribus summisque classium generibus ad vltimas vsque species digesta.

Authoribus PETRO PENA & MATTHIA *De* L'OBEL. *Medicis.*

Quibus

Accessit ALTERA PARS, cum prioris

ILLVSTRATIONIBVS, CASTIGATIONIBVS,

AVCTARIIS, RARIORIBVS aliquot PLANTIS.

Selectioribus REMEDIIS,

SVCCIS MEDICATIS & METALLICIS, Medicinæ Thesauris,

OPII, OPIATI antidoti, decantissimiq; Chymistarum & Germanorum LAVDANI OPIATI formulis,

Opera & studio eiusdem Matthiæ de L'Obel.

Reliqua suis locis designantur.



LONDINI. 1605. Idibus Aprilis.

Ex Typographia Thomæ Pursootij.




Tveatvr Vnita Devs.



Suauissimâ Concordiâ dissotiationem coniunxit.

Præsentem monstrat quælibet Herba Deum.



Mendæ præcedentis pag.

Lege linea 17. decantatissimi.
Deme linea 7. distinctionem.

ANTIQVISSIMAE ET NOBILISSIMAE Nitiobrigum Academiæ, Regiis Professoribus, *cæterisq; bene-meritis Præceptoribus Monspeliacis,*

Operis argumentum & emolumentum.



ETSI quædam fatalis Orci filia feritas, diris extremæ deformitatis exemplis iamdudum istic grassata, tantam stragem mortalium, imò & virtutum vastitatem fecerit, vt non tantùm *V*rbes & Academias ferè vbiq; Galliarum studiosis hominibus, sed etiam studiosos ipsos officiosâ grataq; humanitate exhauserit: tamen istius vrbis, gentis & soli amœnissimi, vestriq; & commilitonum amoris, & collatæ in nos beneficentiæ suauissima recordatio, tantum & tamdiu apud nos viguit, dum non modò non ingratos esse iuuisset; sed etiam fecisset audaces. Quippe varijs & celebribus in *A*cademijs & Regionibus Europæ multum & diu versatos nos, tum Præceptoribus Medicis & Philosophis eruditissimis vsos, vestra tandem Schola exceptos, ea nos accuratione & exercitatione de integro excoluit, vt minimè operæ positæ postea vnquã pœnituerit. *C*umq; inter studiorum oblectamenta, Herbariam cognitionem veluti condimenta quædã lautiora ieiunioris aut asperioris Medicæ Physicæ haberemus, eoq; nihil ferè herbarũ in Italia, Germanijs, & reliquis Gallijs, aut finitimis regionibus, vel inspectione vel sciscitatione inexploratũ reliquissemus: tamen posteaquã pari vel maiore sedulitate Narbonã tum Mediterraneã & montanã, tum Maritimã varijs item rusticationibus lustrassemus, multas deesse cæteris regionibus, quæ huic abundè familiares essent, nec paucas superesse cognoscendas ijs doctissimis vestigatoribus, qui multas nos docuissent, comperimus. Enimuero si delitias & diuitias plantarũ, quæ Narbonensi agro cis transq; Rhodanum *L*yguribus & Pyrenæis alpinis vtrinq; maritimis contermino virent, cum plerisq; Septentrionis, vel ipsis Italiæ tractibus quis conferat, hæc saltus & pascua, illas aut deserta loca putet: Norbonenses autem præfecturas, amœnitate & varietate feraci Elysia vireta dicat: illis quidẽ sparsim multa & rara, sed hic tum eadem, tum longè plurima & lætiora etiam in montis & conuallis ambitu pusillo, quasi vno Europæi Orbis compendio, occurrunt. Tanta inibi agri ætherisq; consensio & auræ blanditiæ eas fouent, vt montes Meridianas ab æstu, conualles autẽ Septentrionales alsiosas à frigore, vindicent: vt nec iam aliò cupiat *A*pollo suam sacrosanctam Musarũ *A*sclepiadarum *A*ganippen, aut Montem illum Pelion olim celeberrimum, quàm Montem Pelium translatam. Quare qui iam tum multa lectione, rerum exercitatione & vestra indagine, hasce plantas diligenter coaceruassemus, præsertim quas nondum in literas missas rebamur, veriti communem biennio pòst sequutam naufragam tempestatẽ, atque auidi noscendi, num plures vestratibus & rariores alerent *A*quilonæ plagæ, quæ minus videntur notæ fuisse antiquis Botanicis, huc in portum tranquillitatis, easdem nosq; vnà commodum subduximus: vbi rursum singulis annis tam multas consequuti sumus, partim hic oriundas, partim satas, etiamque ex vtrisque Indijs & *A*fricis inuectas, vt earũ numerus penè altero tanto, vel Theoph. Diosc. & Plinij, vel Matthioli & Dodo: qui vt postremi omnium hanc familiam ditarunt, ita primam laudem meriti sunt, copias superarint. Et igitur mundi senecta cùm in *P*hilosophiæ sinu vestrum omniũ interitum, imò & bonarũ artium πανωλεθρίαν penè eluxissemus, quò iacturam tam excellentiũ mercium, & dispendia temporum lucrifaceremus, lubuit quantum vspiam habuissemus & meminisse potuissemus vulgatiorum & rariorũ herbarum deintegro recensere, easq; institorũ more, quasi in paginis dati & accepti suis popularibus ex aduerso aggregare: quod genus cõmentarij *Cicero* ADVERSARIA vocat, quia tumultuariè & è re nata eò recens acceptæ debiti portiones potius congerantur quàm digerantur, ex quibus postea codices absoluti conficiunt. Quo quidẽ nomine, neutiquã nouandi, aut cuiquã aduersandi, sed potius modestiæ causa & calumniæ eludendæ, vobis hæc muneri mittere maluimus, aut potius vestratia remittere & remetiri beneficia, ἐγκύκλιον vt ferunt Charitum leges, quã absolutum opus profiteri. vnde futurũ speramus, siquidẽ vobis vacat (debet autẽ vacare & placere) vt ista Aduersaria, siue opũ non modò Norbonensiũ, sed vtriusq; orbis congeries, in codices nitidos vestris perspicacioribus iudicijs redigantur, nec parum gratiæ à vestra dignitate consequantur. *Nominis occasio.*

Cæterùm ne huius naturæ partis, quàm πολύχοον iure *T*heophrastus vocat, immensitas, Tyronibus metum vel laborem nimium afferret, nève nescio quis Caprimulgus, institutum, res, aut ordinẽ, potius quàm flores aut fructus in hoc opere carpat, monendus est benignus lector, nos summo studio habuisse, vt quàmplurima paucissimis cõmodissimè diceremus. Proinde *Aduersariorum* voce nouas veteribus additas plantas, & nouum ordinẽ quadantenus innuimus. Qui ordo vtiq; sibi similis & vnus progreditur, ducitq; à sensui propinquioribus, & magis familiari- *Institutum.* *Ordo vniuersalis.*

hus

Iconum emodulatæ proportiones.

Methodus pecularis.

Etyma. Natales.

bus ad ignotiora & compositiora; modumq; siue progressum similitudinis sequitur & familiaritatis, quo & vniuersim & particulatim, quantum licuit per rerum varietatem, & vastitatem, sibi responderet. Sic enim ordine, quo nihil pulchrius in cælo aut in sapientis animo, quæ longè latèque disparata sunt, vnum quasi fiunt magno verborum, memoriæ & cognitionis compendio, vt *Aristoteli* & Theophrasto placet. *V*erùm, si idem quod illis, nobis hic contingat, nempè vt quam instituissent methodum, non potuerint vsquequaque sequi; operis inscriptio & turbulenti huius æui quo hæc apparabamus, fluctuatio nos excusatos habeat, apud eum sanè, qui nouit tantò plus habere perplexitatis tantum negotium, quanto veniæ minus. Quamuis dum reliquarum stirpium, quæ hic non habentur, quasque plurimas per superiorem calamitatem huc ex Gallijs accersere non licuit, Icones εἰς τὸ κάλλος arguta manu & emodulata ad plantarum ipsarum magnitudines & effigiaturas proportione (quam alij picturæ solœcismis crebrò deformant, dum herbulas æquè magnas ac arbores & fructices pingunt) delineantur & exsculpuntur, datur opera in appendice, ne quemquam huius lectionis peniteat, Quin eum pudeat potius pœnituisse, nec vidisse domi & vno intuitu, sibi nusquam visa aut lecta, quæ multis mensibus aut annis pauci vix videre potuerunt. Et quia plantarum duplex est cognitio, altera nempe de facie exterior, altera virium, quasique interior: illam huic anteuertere oportere monet *Philosophi* opera, imò ipsa Natura. Neque enim potest quis vllam certam cognitionem sibi arrogare eorum simplicium quæ nunquam aspexit. Proinde nos primùm cuiusque nomenclaturam, vt quæ non raro ipsam rem aptè notat, è Græcis præsertim, enucleare conati sumus: obiter regionem, & in ea seorsim natales; illam Geographiam, hanc Corographiam vocant; pressius quã quisquam auctor antehac, designamus: vt quasuis plantas, quo loci, quando & à quo ipsi nancisci, vel amicos rogare mittendas, vbicunque tandem nostri orbis, vel Indiarum illæ oriuntur, scire possemus. Descriptiones autem inter congeneres & similimas, dissimilitudinis, collationis, & similitudinis ope, breuiores semper, emendatiores plerunque & faciliores aptauimus, non tam antiquorum historiæ, quàm iteratæ inspectioni & ex viuis ipsis plantis expensioni, quã penes ius est & norma rectè & verè describendi. Sed vires parcius & consultò eatenus attigimus, quantum vel ad cognoscendum, vel ad probandum quampiam vnam plantam satis videbatur, Aristotelem nempè in alio, & Theophrast. in simili instituto, imitati. Nam recentiores quidã, qui Commentatoris nomine turgent, potius videntur suum fastum, quàm plantas vianive eas noscendi describere. Nec ex locis natalitijsve seriem historiarum inire, vt doctissimus & candidissimus scriptor Dodonæus cœpit, sinunt plantæ plurimæ, quæ tum aridis, tum humentibus & riguis erumpunt, vt Cardamine in vinetis, vijs & riguis: Lapatium vtrunque, vtrobique, aut vbique: quædam in montibus pariter & conuallibus, vt Eryngia, *C*alamenthum, Polium, & alia quàmplurima. Et quod in primis obseruatu dignum, quæ iugis montium regionum calidiorũ proueniunt, eadem in planis, syluosis vel depressis regionum Septentrionalium exeunt. Græcorum verò autorum exstant potius Indices Alphabetici, quàm Simplicium Methodi, præterquàm opus Diosc. & fragmenta *C*ratevæ, ex quibus illi vires & verba mera exscripsisse videntur: vtinam notas non neglexissent; aut eo pudore fuisset Plinius, quo diuinus Senex, qui se parum in Stirpium cognitione profecisse, professus est: aut Dioscoridem diligentius legisset. Dioscoridea tamen methodus, optima quidem illa, illis qui iam diu nouerunt plantas: verum ad cognitionem compendiosam, *διάγνωσιν* inspectionéve, quam tantoperè laudat Diosc, comparandam, minus est accommoda. Diuersis quippe libris eiusdem speciej & similitudinis plantas distrahit, quas alioqui vno intuitu fere discas: veluti Cucumerem syluestrem à satiuo, Colocynthides, siue Cucurbitulas, ab esculentis Cucurbitis, Thapsiam à ferulaceis, Crocum à Colchico, Scammonium & Soldonellam, à volubilibus, Sisymbrium à Mentha, Hieracia à *C*hondrillis, & quàmplurima passim: tametsi alicubi volens á sese desciuit, sequutus, quam nos hic adumbramus, Methodum, vt in Portulacis, Semperuiuis & alijs,

Tyrones proinde monemus & rogamus, vt rej herbariæ totius Medicatricis certissimæ vtilissimæ, iucundissimæ, etiam minima quæq; explorent, persuasumque habeant, in istis Dej diuinijs, *nihil vspiam esse despicabile aut indignum* homine Philosopho, cui vni hæc ille condidit, voluitq;, vt est in sacra pagina, *Nos sanari herbis, non verbis, ne sapientiæ suæ opera irrita forent.* Nec putent Tritico, *V*ino, Lacte, & Melle, olusculo, aut herbulis etiam contemptissimis, non posse corpora æquè sanari atque ali: Neue Aristippos quosdam sericatos, vndulatos, auri & auræ popularis, quàm penitioris eruditionis siticulosiores, audiant, quos pudet hæc serò doceri, & discere seriò, arduiq; laboris tædet. Vosq; Præceptores clarissimi, impendiò oramus, *vt multorum annorum, regionum & virorum doctissimorum* Aduersaria hæc, non secus ac peregrini aut hostes expendatis, foueatis autem, concinneris, & augeatis vt parentes: nosque sicubi nolentes lapsi sumus (imò quia sæpè sumus) benignè moneatis. Nec enim laudem venamur, duntaxat culpam vel inuidiam deprecamur: vester cæterò amor, beneq; sibi animi nostri conscij, quos multi anni, multa peregrinatio, studia, omniumq; rerũ arctissima necessitudo amicitia deuinxit, nobis abundè præmium & precium sunt futuri. LONDINI, *pridie Domini Natalitij.*

PETRI PENÆ ET MATHIÆ DE LOBEL.

STIRPIVM ADVERSARIA NOVA.

Graminis omne Genus.



Γρωστις quasi agrestis diceretur planta nec satiua aut serenda Græcis scitè nuncupata fuit: vtpote quæ ruri vbique sponte quouis anni cardine, cœlo, solo & sidere luxuriet: eius namque perennis prouentus feracitatis restibilis, nec minus immensæ vtilitatis quantùm toto orbe exstat terrarum, virore ornat amœno, & veluti gradatim sese propagando amicit decore, vnde Latinis Gramen deflexum putatur. Triticeo generi, vt cognata, & similis, sic perinde varia & nobilitate proxima. Quin differentiæ magis conspicuæ è radice, spicata coma, folio & flore sunt ducendæ: quas etiam cunctas partes & differentias (quia varias tritici species æmulantur, déque mutua inter se collatione faciliùs discernuntur & discuntur) aptius fore duximus nominibus & notis quamque suis, vel nunimas quasq; prosequi, quas natura pecori quidem vescendas, sed homini vni non modo vtendas, adeóque priùs cognoscendas, peperisset. Nullum enim vel despicatissimum illius operum, nostra, id est, mortalium Philosophantium indignum cognitione & admiratione ducendum, summus Philosophus in libro, De partibus animalium, luculenter docuit, eiusque alumnus Theophrastus in Plantarum historijs.

GRAMEN.
- *Vulgatius pratense*
  - *Maius,*
  - *Minus,*
  - *Minimum,*
  - *Rabinum vel Rauisium Montanum,*
  - *folijs vetonicæ Garyophyllata,*
- *Caninum,*
  - *Longius radicatum,*
  - *Bulbosum, nodosum,*
  - } *Officinarum.*
- *Harundinaceum scabrum, equinex Babylonium aut Cilicium.*
- *Harundinaceum leue, & pilosum nemorum Ischemum, , fortè Plinij.*
- *Harundinaceum striatum album.*
- *Harundinaceum Marinum.*
- *Ischemon vulgare.*
- *Parnasi hederaceo, aut Chelidonij folio, & Plinij Aizoi effigie gramma suis locis.*
- *Manna esculentum.*

GRAMEN PRATENSE MAIVS VVLGATIVS.

FOENVM. *Gramen vulgo notum. Trag. Epitomes Folio. 207.*

EST igitur quàm quod notissimum gramen pratense dictum, vulgo notum, & Fœnum quādo aruit vocatum, exilioribus radicum cirris seu pullis capillamētis, & creberrimis cespitem summum sugens, humúmque perreptans & tegens, densissimo & numeroso foliorum triticeorum stipatu: culmos pedem & cubitum altos surrigens, tenues geniculatos, læues: lanosa, sparsa & magis harundinem Vallatoriam imitante spica fastigiatum. Eius semine in horreis è spicis excusso & collecto vtimur complures Medici ad obstructiones viscerum, calculum, potu, admotúque ad discusionem pertinacium tumorum, & flatuum, tametsi officinis vsu ignoto.

VARIETAS

MINVS.

Iſtud idem quod fundit Montanus, vel decliuis incultus, exuctus & aridior ager, vt pabulo gratius & vtilius velleri, ſic multò delicatius, minus, & ſemine efficacius eſt.

MINIMVM.



Aliud etiam in ſabuletis ſquallidis, & vinetis glareoſis Norbonæ ſæpius viſitur, omnium minimum: perpuſilla radice, capillacea, alba, calamulis etiã capillamentis ſimilibus, eleganti purpura lucẽtibus, gramini Iſchæmo vocato non diuerſis, ſed ſpica mollicella, latiore, ſericea, ſpecioſa.

RABINVM vel RAVISVM montanum, folijs vetonicæ garyophyllatæ.

Saginæ & lactis vbertati omnium laudatiſsimum: Montium accolæ opiliones Sabaudi & Heluetij Rabis vel Rabinũ vocãt, quaſi præſtantius & præcipuum gramen dicas, (vt quaſi Robus in Triticeo genere) Folijs eſt craſsioribus, carnoſioribus, breuioribus ad Tunicẽ vetonicam propiùs accedẽtibus, Mõtoſis vdis Angliæ & Heluetię familiare.

GRAMEN CANARIVM, Medicatum Officinarum.

Germanis,	graſʒ.	*Italis*	Gramigna.
Anglis,	quych gras.	*Gallis*,	dent de chien.

Extat figura. folio 345. apud Dodoneum, apud Mathiolum 999.

ET iſtud perquam cognitum, ſed in aruis & ſatis, non pratis, vt plurimum, frugibúſq; haud parum incommodũ: eóque ſementem facturi raſtris Septembri, etiamq; primo Vere, manibus runcandum præcipiunt coloni. Prolixioribus, craſsioribúſque radicibus implexis, candidis, guſtanti dulcioribus, geniculatis, longè latéque ſubtus tellurem ſerpit: minus numeroſam ſobolem promit foliorum triticeorum & harundinaceis minorum, egeniculatis calamulis, rigidioribus, craſsioribus & longioribus, vti & folia, quàm pratenſis: flore item ſpicato, minus tamen lanuginoſo, aſperiore ſemine, totáq; planta magis veſca dulcis & frumentacea, vſibúſq; Medicis receptiſsima, pręſertim radix, quæ reſerat viſcerum farctus & renum, citra calefactionem, lumbricóſq; huius ſtillatitia interimit, nempe pabulo humorum putridorum fraudatos.

GRAMEN BVLBOSVM, NODOSVM.



Rarius aliquantò iſtud, minúſq; pleriſq; Europæ regionibus vſu cognitum: Lemmano autem Lauſanæ finitimis aruis & ſegetibus plurimum. Frequẽtiſsimum etiam Sabaudiæ & Angliæ, vbi idem efficaciſsimum experiuntur Medici eruditiſsimi quidam, Londinenſes præſertim. Cuncta prorſum ei canino gramini ſimilia ſunt, ſi huic glandulas teretes, rotundas, guſtu dulces, radicis anfractibus hærentes, demas, aut illi addas.

CALAMA

CALAMAGROSTIS vel HARVNDINACEVM forte BABYLONIVM.

PRATIS vdis, ſed ſtrigoſis, macilentis & ſabuloſis neglectis familiare graminis genus iſtud, quod apprimè Babylonio reſpondet, ac quã Caninũ gramen altero anto maius eſt, calamis & folijs rigidioribus, ſcabris, quibus ad harundinẽ valatoriam non parũ accedit, nec pabulo cedit, niſi multum eſuriant & penuria melioris admodum laborét veterina, nec eo greges veſcũtur, quippe, quibus non modo ingratiſsimum (*agre & Saur*, ſeu acidum, Rura vernaculè dicunt) verum etiam maciem, ſitim & tabem conciliare creditur, linguam & œſophagum vulnerat & arctat, ſanguinem in ventriculum elicit, vnde tumefactio, inflammatio & mors plerumq;. Quod ſi Babylone fuit enatum, vbi id maleficij pernicie adſerre proditur, ſiccius & rigidius, grex verò imbecilior & aluo duriore, minus mirum illius eſu iumenta illic enectum iri. Sic enim videas interdum iumẽtorum labra & fauces cruore manantia & ſauciata, quæ cum reliquo ſtramine pe fœnicecia, huius aut cõſimilia harundinacea folia eſitarint: mediæ itaque inter harundinem & gramen eſt naturæ, figuræ, Radice geniculata, alba, promiſsiore & longo reptatu vagata, compreſsiore tamẽ & craſsiore, Canario gramini ſimili, ſed valatorium æquante. Spicata, Panici aut Sorgi comoſa lanugine.


GRAMEN HIRSVTVM NEMOROSVM,

Iſchæmum videtur Plinianum.

MONTOSIS & opacis ſyluis Pedemontium & Lugdunenſis Galliç lubens prouenit, duplo quàm Caninum maioribus folijs, mollioribus, & deorſum reflexis milij, pilis & ſetacea lanugine multum hirtis, pallentibus. In ſeſquicubitali calamo geniculato, floribus canini graminis, ſimilibus, maioribus, albidioribus, ſed radice exilibus fibris & capillamentis barbata, pratenſis graminis. Iunio & Auguſto, nec niſi nemoroſis floret.

HOLOSTIVM quidam docti amici, ſed imbecilla coniectura, augurabantur. Longè verius coniecturi ſi ἰσχαιμον Plinianum dixiſſent: è terra quippe ait in terram ſerpit milio ſimilis, foliis aſperis & lanuginoſis, in nares farcitur. At recentores aliud gramen ſubdendum docuère ἰσχαιμον, de quo mox. HOLOSTIVM. *Iſchæmum, Pli. libr. 25. cap. 8.*

GRAMEN SVLCATVM vel STRIATVM album.



COLITVR iſtud in Belgio & Angliæ, ſyluoſis autem, montoſiſq; Sabaudiæ & Galliæ Allobrogæ ſponte naſcitur, milij potius folijs, ſed vt cannæ Valatoriç rigidis, mucronatis: lõgitudinem mediam glaucam, complures candidæ venæ vel lineæ argenteæ inſigniunt: culmos & Panici ſylueſtris vel canini erigit. Radix puſilla, fibroſa, albida, pratenſis graminis.

GR. MARINVM HARVNDINACEVM maximum.

NORBONÆ littoreis vadis quà vndæ æstusq; æquoris illiduntur, præsertim ad Aquas Marianas & Peraus, proximè piscatorum attegias; gramen istud etiam harundinis æmulum, & vtriusque particeps naturæ, plurimum reperitur: verum luculentioris magnitudinis, è radicibus quidem ternas quaternasuè vlnas prolixis, digitum crassis multis flexilibusq; subter sabuleta, vbi Eringiū, reptantibus: geniculatis, cādidis, gustu & figura prorsum canini graminis, sed paucioribus anexis fibrillis. Calami verò & stipulæ geniculis & folijs superiori similibus donantur; Sed procerioribus & commosis lanosisq; inter harundnem & caninum gramen; floribus in auras, ineunte hyeme, euolantibus.

ISCHÆMON vulgare.
CRVS Galli, DACTYLON PLINIO,
& Aculeatum, an Scirpus Tragi?
Sanguinella & Capriola Italis.

Inter Icones. Trag fol. 209.

VINETA Galloprouinciæ & Norbonæ isto scatent nonnullis æstatibus; exiguum est gramen, florum tamen elegantia, & viticulorum cognitu dignum. Sunt namq; purpureo nitido hianthino lucidi calamuli, geniculati, surrecti, singuli, in quinas senasvè exiles florum spicatas caudicellas, vel pannosas propagines, cyperidis modo, digitatim sparsi; aut potius graminis Mannæ vocati; Radice & folijs graminis pratensis minimi, sapore subdulci, sed astringente, & exsiccante; vndè potuit coniectura arripi Ischæmi Pliniani, à quibusdam non parum eruditis Medicis, vt Rondelletio & Assatio præceptoribus exercitatissimis.

Leoniceno pes Corui siuè coronopus

PARNASIVM hederaceum.

PARNASIVM verò Dioscoridi memoratum gramen, & sic dictum magis vti videtur, propter pastionem salubrem & opimam, quam propter similitudinis comparationem, quia facie longè alia (folio nempè hederaceo & flore albo est) proximè chelidoniam minorem & Cochleaream, cognitionis facilioris, & nostri instituti causa, relegamus. Alioqui possi quis ex vulgi vsu Burgundiacum fœnum dictum, Cytisum, aliaq; loti & trifolij genera paulo laudatissima, gramina vocare; & huc aduocare; eadem prorsus ratione, & consuetudine plebeia: quæ ansam dedisse etiam Plinio videtur enumerandi quædam AIZOI VRENTIS effigie gramina, quorum alterum medeatur Paronychijs vnguium, & canium excressentiis in digitis, eoq; DACTYLON vocetur.

Gramina Plin. Aizoi effigie. Dactylon.

Alterum verò in parietinis & tegulis nascens, cui etiam caustica vis, & sistendo vlceribus quæ serpunt apta. Quæ vtramque Illecebram, siuè Aizoi quartam speciem, ita repræsentant, vt nulli paulum versato, non liquidò constet, eandem plantam propter margines viarum aridiores, atque in parietinis spontè nascentem, designatam à Plinio.

Qui an Dioscorideū Cilicium gramen non descriptū, nisi quod boues inflāmat intellexerit, coniectari licet; asserere non item nostri est instituti: Id autem interfuit illius magni Senēsis apud Dioscoridem, in quem tamen, operâ sui similis, & adeò ieiuna ad plantas noscitandas & discernendas est; vt nisi, quia veluti quispiam putidus pedotriba, Pliniana loca incondiè & inscitè aceruat; satius duxissemus de Graminis & Tritici vaga & varia historia quempiam Auernum aratorem, quam istum commentatorem consuluisse. Ne nihil tamen egisse videatur hoc capite, ad Leonicenum & Ruellium à se repræhensos nos amandat; & gramine Parnasio nouo (vt sunt pleraque omnia Cortusiana) nos donat; nec tantillum descriptionis dat: Et cum Ischæmum, seu vulgatam sanguinariam, cum gramine Mannæ eādem asseuerat, non parum dubios animi relinquit istos anxios herbarum exploratores amicos nostros, qui putarant potius esse congenerem quam eandem: nulli enim cibo cedit illa.

Apud Mathiol. fol. 1001.

GRAMEN MANNÆ esculentum,

Germanis Himmels dean & Hymmels dau.

NON aliundè quam hinc auspicari frugum historiam quisquam potuit, commodiore notione & naturæ imitatione; cuius mirificus ordo & scita varietas, à gramine ad Triticum & harundinacea per cognationes & gentilitates gradum fecit, intermediæ & pro-

Pictura elegans in Mathi. 1000.

promiſcuæ naturæ; cuiuſmodi eſt graminis Cerealis huius, Dimmels deau, à Septentrionalibus dicta planta, id eſt, CÆLESTE MANNA, ſeu Ros. Eſt hæc ſanè adeo ſimilis Iſchæmo vulgari, vt cultu duntaxat diſtare videantur: habitior quippè tantum tota, radice fibroſiore, latioribus folijs, & calamis minus rubellis, plures ſpicatos ſtilos gerentibus; ſemine in glumis magis conſpicuo, exiguo tamen albido & compreſſo orizæ guſtu. In pultibus, iuſculiſque pinguibus incoctum, non diſpari gratia eſitant Germani Alpini, qui ſemen iſtud Manna cælicum vocant, ſerunt & colunt.

FRVMENTVM, aut eſt Triticum aut Zea.

TRITICI GENERA.

- TRITICVM, *ſiue Robus, Robur, vel Rubeus. Siligo.*
  - SECALE *& varietas.* — *Vernum*, *Autumnale.*
- *Trimeſtre ſiue Setanium, ſeu Pentamium, id eſt, quinque menſium.*
- HORDEVM, *& varietas.* — *Autumnale, Vernum, Nudum, Spontaneum ſpurium.*

ZEA.

- *Zea Spelta, ſiuè Typha.*
- *Zea Theophr. præſtantior & mutica.*
- *Zeopyrum.*
- *Zea Olyra, ſeu Arinca mediæ bonitatis,*
- *Zea Briza, valdè degener, & vltimæ notæ, pecori potius quam homini pabulo.*
- AVENA, — *Satiua, Sterilis, Bromos, Nuda.*

TRITICVM.



STIRPIVM nobiliſsima & mortalium ſorti vtiliſsima, vt qua animantium princeps homo, vitã trahit, TRITICVM eſt: ſic vti videtur latinè dictum, quia molis teratur, Grecæ autem πυρὸς ab acutie, aut ſimilitudine cum fructu nnm nonnullorum gygartis, nucleis & granis, quæ πυρῆνε dicerentur. Σῖτος autem quaſi cibus dictus, quæ tamen vox vniuerſo cerealium generi congruit. Sic etiam Frumentum à fruendo dixere priſci, qui Triticum in quamplurimas differentias diſtraxerunt; cognomines regionibus ſuis & exoticis, vndè illud aduectum fuiſſet, ſolo, cælo, ſatu, cultu & induſtria varium, cæteroquin ſpecie, & natura re apſe vnum.

Eſt namque annua planta canini graminis folijs, ſed pratenſis radice, multo notiſsima; ſpicis ſeminum feraciſsimis; cuius etiamnum coloni binas vel ternas agnoſcunt differentias, à coloris, alijſque bonitatis notis quæſitas: quæ Varroni & Columellæ ROBO aut ſaltem SILIGINI, & Setanio reſpondeant. Primæ dotis & præſtantiſsimum Eutopæis, hodiè piſtorum ſuffragio notum, & in panificia receptum; videtur illud quod è quibuſdam Ciliciæ atque Corſicæ mercatis, Lucam & Genuam venum aſportatum meminimus: Non ita tumidum, ſed ſolidum, flauum, graue & ſiccius manſuque minimum muſcidum, ſed friabile & nitidum, è ſolo letiore & pingui minime vliginoſo, ſed flatibus & ſolibus ſiccioribus obuerſo, cuiuſmodi etiam quibuſdam Hyſpaniæ Beticæ, & Norbonæ aruis enatum vidimus. Iſtud mirum, ni Varronis & Columellæ ſit primę commendationis ROBVS. Nec enim priſcorum ſedulitatem in colenda annona neglectui habuiſſe, tam excellentis frumenti ſementem, & propagationem fas eſt credere: tantò minus noſtrę ætatis auidam, ad gulæ cupedias comminiſcendas ſatagentiam huius adeò parabili cibi vſum, fructum non repetituram putandum, etiam ſi in vltimos orbis receſſus (vndè multò minoris momenti, quamplurima accerſit grana & aromata) antiquis abrepta fuiſſet: Sed hæc mutatio cum eſt frugibus & fructibus quæ veſcendo ſunt, valdè ROBVS.

conſueta(vt pomis,pyris,peponibus & melonibus)tum maximè triticeo generi: cuius ſemen & idem fructus triticum iſtud cum ſit, ſpeciem quidem ſeruat,ſed qualitates ſaporis,odoris,coloris,aliáſque affectiones aſciſcit,aut exuit:prout fuerit ager,imber,ſuccus,flatus,cultus,ſol. Itaque ROBVR, ROBVS, vel RVBEVS non ſuo ſolo ſatus abit in SILIGINEM, id eſt, TRITICVM, deterius pondere,colore,etiamque pollinis robore. Eiuſmodi eſt in vniuerſa fermè Gallia, Germania, Belgia, Anglia & Septentrione: quod tamen optimum quidem illud, ſed quaſi proles nonnihil degener illius præſtantiſsimi habendum. Iſtud tamen noſtras feracius & vberius, illud pauciores culmos,minuſque grauidas ſemine ſpicas ſegete fert: ac facilè videre eſt, quam non omnis omnia tellus ferat ſimilia: Etenim Scotiæ agri nonnulli glareoſi triticum annuum ſpatium,vel menſes tredecim, propter hyemis ſæuitiam,fotum & educatum edunt, ex quo panis longè excellentiſsimus pinſitur. At illud cuius Oſtlandi, ſeu eorum vicini Septentrionales Orientales,Antuerpiam, maximam quotannis vim & comeatum, venum nauibus important,minus lautum atque cādidum conſlat panem:tametſi penè ſub iiſdem cæli ſegmentis vtrunque enatum ſit:ſed iſtud vliginoſo & depreſſo aruo. Illud autem ſubactiore,glareoſo, decliuiore, & magis perflato: cuiuſmodi quod ex ſolo Hyſpanico ſqualido vidimus aduectum in Belgio pellucidum, Rubellum,rutilum,ſed adeo durum, vt quia vix molis frangi poſſet à Flandris mercatoribus ſperneretur. Quapropter id duntaxat fuerit diſcriminis inter ROBVM & SILIGINEM, quod hæc minus excocta ſuccóque blennoſo & craſſo, ROBVS verò elaboratiore tenuiore & magis grato adoleuit.

SILIGO. Triticum. Effigies apud Math. 391. Robus & Siligo differūt.

ESTANIVM Gr. TRIMESTRVM.

Flandris, Sommer teruen. *Gallis,* Bled de Mars.

ITIDEM ab vtroqne horum non ſpecie,ſed imbecilliore quadamtenus conſtitutione, TRIMESTRVM triticum,quod SETANIVM Græci vocant, differt: Eius quippè ſolutior craſsis & corporatura,celerius germine & culmo proficit, ſubque equinoctium Vernum ſatum, ante Autumnale cùm diutiſsimè cunctatur, ſpicam maturat: Nec quia neutiquam perferre hyemis rigores potis ſit, ſatio in vernum teporem differtur, vt autumant: Sed quod amiſſa tempeſtiua Autumni ſementis occaſione, propter vel imbres aliauè incommoda,huius ſerotina ſatio ſubſidium venit agricolis. Huius in Galliæ Norbonenſis montoſis ſatio multa, vbi TREMES quaſi TREMESTRE vocatur. Franci verò MARTIVM dicunt,à menſe cognomine,quo ſeritur. Septentrionales Sommer teruen,hoc eſt,æſtiuum triticum,nuncupant. maturat enim æſtate ineunte Meridionalibus,ideo Trimeſtre vocatū. Septentrionalibus verò exeunte, idcircò PENTAMINVM ſeu quinque menſium poteſt dici: non perindè tamen aut delectat, aut reficit huius eſus,minuſque vberè prouenit. Fœlicius longè exiturum, & vberius ſi eodem quo reliqua duo genera tempore aruo mandaretur: Nam quodlibet triticum vbiuis gētium, & quolibet anni vertentis momento ſatum, germinabit & proueniet, & adoleſcet modò ſuperuentu frigoris,aut ardoris non enecetur.

TREMES.

SECALE.

{ *Gal.* Seigle. *Germ.* Rogge. *Anglis.* Rye. }

NOTIVS & vſitatius quam gratius plebeculæ frumentum iſtud, quo inuitæ fruuntur,faménque arcent multæ Europæ regiones, atque quantum à Siligine vincitur bonitate,tantum accedit grani ſimilitudine, magnitudine, nuditate: nigrius tamen & longius & anguſtius iſtud. Inter glumas è ſpicis, per maturitatem pendulis ariſtæ horrent,cuiuſmodi ſiliginis: non perindè vt hordei rigidæ, ſcabræ,pungentes in culmis ſenis ſeptenisque ſiligineis multo procerioribus, ſed gracilioribus tenerioribus, & internodia terna aut quina habentibus. Radice item triticeæ non diſsimili: E ſatione faciunt differre coloni.

Figura apud Math. fol. 402.

Serunt

Serunt quippe vtroq; equinoctio, & AVTVMNALE quidem istud robustius, maius & habitius dicunt; VERNVM vere seu Martio satum, minore stipula culmo, spica, grano, & ad alendum efficatia. Vtriusq; alioquin pollen & farina panificio & Byeris, seu Zythis apud Belgas, Antuerpianos pistores, & ciues Siliginis anonam & commeatum supplet, nullum enim granum propter solum sabulosum & macillentum (quale amat) ibi frequentius crescit aut panificio cedit. ex quo tamen multa & sedula subactione, & pedum proculcatione, massam, panesq; non adeo ingratos stomacho pinsunt; Aluo tamen arctiori, non incommodus acerosus hic panis, & medicamentis etiam oportunus. Siquidem laxioribus cerebri meatibus & continuis defluxionibus est præsidio, panis vel pollen ex aceto & oleo rosaceis, & nuce moschata vnà subactis. Huius paleæ & corticum arantiorum decoctum muliercularum frequenti experimento flauum, & nitidum efficit capillitium. *varietas.* *Vernũ Autum nale.*

HORDEVM.

SVMMA duo fuisse videntur apud Antiquos Segetis fastigia { *Siligo & Hordeum.* } quorum illud, de quo iam dictum fuit, quia ruffum rutilumuè esset πυρρὸν siue πυρὸν vocarunt, isti cui multa opera essent secernendæ glumæ, κριθὸν, quasi secretum aut separatum nomen fecere. Notissima illa quidem ac præ cæteris omnibus cerealibus vtilissima, & quarum cætera sint quasi abortus, aut illarũ degeneres fœtus, naturæq; mixtæ ex siligine & hordeo: Quin hordeũ ipsum nonnullis visum Siligo Spuria. Hæc enim maximas subit mutationes, non specificas, sed accidẽtarias, seu aduentitias, nempè magnitudinis, coloris, saporis, aristis, glumis & alijs affectionibus. Eapropter discussa illorum vaga, & magnoperè confusa recensione, mox hic non minus perplexam Zearum, Auenarum, affiniumq; segetum, quæ vitia, & præuaricationes illorum vocantur, excutiemus historiam paucis & perspicuis. *Effig. Math, 395.*

Vniuersæ Europæ, & multo vsui notissimum hordeum, κριθὴν dixerunt Græci. Septentrionales & Germani, Geersten: Angli, Barly: Orge, Galli: cuius magna etiam varietas, magnitudine, colore, spica, gluma, versu, satione, prouentu & vsu. Nam culmis procerioribus è grano pleniore, maiore coloreq; rubello prouenit. Sed insignior differentia est in glabritie, nuditateuè grani. Siquidem oritur hordeum, aut folicello pertinaci adhæsu granũ sepiente, aut leuiore gluma & exutu facili, cuiusmodi est illud gen', quod nudũ vocatur vulgo. Notissimũ nostras, quod à sementis occasione In { AVTVMNALE & VERNVM. } diuiditur. Quippè illud pinguiori veruacto, vel restibili mandant, eoq; corpulẽtius, maiúsq; stipula & spica euadit. Vernũ verò, vt minore perficitur spatio, sic minus granum, minusq; alens è graciliore tum stipula, tum spica promit: proportione quadã cum siligine trimestri. Alimentis & medicatis cibis plurima commendatio: deglubitum maxima vi vænũ fertur hodiè è Germania superiore in Belgicam, Angliãq; Septentrionales plagas, nudatũ glumis & acere, quod MVNDATVM vocant. Reliquæ Galliæ officinæ, ligneo pistillo affusa feruida pauca mortarióq; inditũ hordeũ leniter tundendo tunicis palleaceis exuit, mundunq; vocitat ad Ptysanam, sorbitiunculas, aliasq; pulticulas, ægris non parum accõmodas factitandas. Est istud mansu suauius, albidum, pellucidum, & transparens, minusq; vtrunq; quam triticum viscidum, minusq; vel calidũ, vel pingue. Eoq; pleureticis & Hepaticis multo vtilius. Nã potionibus diurnis diuturnisq; temetis, Cuiusmodj Galliæ quædam pars inferior aut Germania, Rusçia, Flandria Anglia, Hybernia, Moscouia Nortuegia, & Suetia potat, cæteræq; gentes ad Septentrionem, non exuitur: sed triduum integris granis maceratur ad MAVTH confectionem. Vt in Byerã, Zytho, Curmi & cæteris temetis latius dicturi sumus. *AVTVMNAle, Vernum.* HORDEVM *Mundatum.* MAVTH.

HORDEVM SPONTANEVM SPVRIVM.

IN Belgij, Angliæ, & Franciæ aggeribus, mæniis dirutis & parietinis colligũt, ludibundi pueri in manipulos segetem hanc, qua vapulãt mutuo, atq; verrũt quasi scopis asseres, Mulierculæ etiam hac non secus atq; secalis & maioris Hordei. Vulgo SOVCRION quod flauius est stipula & spica, lixiuio maceratis crinem flauum efficiũt; fibrosa, pusilla hordei radice, pluribus in imo folijs gramineis, cubitum altæ plures stipulæ assurgunt, SOVCRION

spica aristisque fastigiatæ hordei prorsum; sed molliusculæ, minores & grano cassæ, vti auena notha aut Ægylops; ad cuius cognominem morbum Ægylopem dictum valere scimus: Sed longè magis straminis cineres ad ædemata podagrica.

ZEARVM HISTORIA.

SPELTHA. apud Math. 398 VALDE quam vagum ζεας vel Zeæ nomen, & perplexæ notionis fuit; latiusque multò olim patuit quam hodiè, SPELTHA vel SPEAVTRA huius ætatis, quæ id nominis duntaxat vni frumenti generi largitur, aceroso multum glumoso, leuiore, & aristis horrido pauci alimenti, non tamen praui succi nec insueti: apud Italos Insubres, Genuenses, Longobardos, Sabaudos, Galloprouinciales, & vascones; qui serunt propter varietatem grani & agri: nec nisi potioris grani penuria vescuntur. Hæc planè videtur TYPHA CEREALIS vocata, quam Germani welsche weysen, & Romische Kern dicunt, Peregrinum & Romanum Triticum vel far; quia indidem allatum. Est siquidem tenui calamo, & vt plurimum singulari spica, multis & prælongis hordei non dissimilibus armata aristis scabris & rigidis, quibus Ægyneta scitè præcipit narium interna vasa punctim lacessenda ad sanguinem in quartanariis eliciendū. Granum autē languidius, & exilius multò, multiplicique scabriore & membraneo pertinacius hærente folliculo arctè inuolutum. Longius à tritici natura recedens, quam Zea mutica aut Olyra. At

ZEA THEO. THEOPHRASTI & ANTIQVORVM ZEÆ fermè eadem laus & commendatio, atque Siliginis. Quippè tritico simillima, firmissima, copiosissima, è multiplici & alta radice, culmo numeroso & alto fruticat; nec vllis valatur aristis spica, grano multis folliculis incluso, læuissimo & cunctis animantibus iucundo, læti pinguisque soli alumna, & olim Græciæ solius vernacula; postea regionibus multis expetita & sata. Vndè facilè discas nostratem SPEAVTRAM multum abhac Theoph. abesse, & tamen congenerem, aut potius degenerem Zeam esse, Quantûque Zea à præstantiore siligine, tantûdem hanc à Zea melioris notæ defecisse: Sunt enim, & possunt esse mutationes cōplures & familiares inter SILIGINEM, ZEAM & HORDEVM, propter cōmunia seminis & essentiæ principia interiora; atq; foris multiplicem euentum: vt consulti Rusticæ rei norunt. Quapropter cum ex Dioscoride tres sint Zeæ differentiæ, (illi enim est OLYRA è ZEIS) satis liquet, ætatem Theophrastum sequutam, latiore huius nominis significatu vsam; & complexam non solum ZEOPYRVM, sed etiam OLYRAM TYPHAM, & BRISAM, præter illam primi meriti Zæam. Idcirco si rem adeò dissipatam & perplexam, quis pressa & facili designatione digerere & perstringere queat, adhunc modum tentandum.

ZEOPYRVM siue TRITICOSPELTHVM.

HORDEVM Nudum vulgo vocatum. HVNC proximè locum vendicat Zeopyrum triticum; cui nomen conflatum ex tritico & Zea, quia effigie sit inter Zeam & siliginem vel robum, mediæ. Stipula siquidem culmo, spica & aristis Zeæ est: granum autē simplici gluma & solutu facili amictum: sed longius minusque quam triticum ventriosum & plenum etiam in hortis satum, quale habuimus his duobus annis; Speltæ vulgari colore & cuticula nonnihil ad secale accedente, gustu minus quam cōmunis hordei suaui, non tamen ingrato. Vtilitas, vt copia, rarior.

ZEA THEOPH.

ZEA Theophrasti omnium secundum siliginem præstantissima; est admodum affinis Siligini, nec nisi perpusilla varietate distans, non tamen eadem prorsus; nam veterina esu siliginis crepant, aut torminibus intereunt, quibus tamen Theophrasti Zea iucunda & commoda. Huic mutica nec vallata aristis spica donata est; glumis tamen tuniceis occlusa.

OLYRA.

Siligo Tragi, seu far candidum. {Ger. Ammelkorn.

Trag. ico. 194. DEINCEPS Olyra subdenda, quæ Zea Herodoto vocatur; panificiisque apta habetur. Hanc Germani, quia pollinis perquam boni & candidi sit, in AMYLVM soluūt, &

& Ammelkorn, id est, Amyleum triticum vocant; putántque nonnulli, propter huius in panificio candorem & suauitatem Siliginem esse priscorum, vel Setanium, verum secus est.

TYPHA, an SPELTHA?

SEQVITVR Typha; cognata & hæc Tritico; sed Theophrasto monente, cæteris multò læuior quam Zea, nec pinguis fæcundique soli, sed soluti & macillentioris seges. Hanc nostrates, vti fermè auenam alternis serunt annis, non veruacto, sed etiam defesso agro; Speltamqve vocitant: Admodùm acerosо, scabro, squallido & arrido grano, minimi ponderis, & eiusdem fermè cum auena indicaturæ apud colonos, quare Olyra deterior, Briza autem melior & læuior videtur.

BRIZA. {*Ger.* S. Pitters Rozn.

ZEARVM vt sic loquamur, deterrima videtur Briza, βρίζειν enim est onerare, aggrauare, & quasi veterno sopire: Quod huius panis esu euenire testatur Galenus post Muesiteum Medicum. Typhæ culmo & spica simillima, grano folliculis incluso ex fusco russescente; panem acerosum, atrum, improbum, olidum, perquam ingratum dant. Germani istud St. Pitters Rozn, & Eynkorn, dicunt: nec dubium quin Zeæ species sit, id est, Speltha; tametsi nonnulli inficiantur, qui aristis carere dicunt. Quod superius contigere vniuerso triticeo generi, monuimus; sic etiam quandò degenerant fœtere; saltem Zeæ vitium esse, eoq; hisce accensendum, per criticos herbarios nobis liceat. *Dodo. 313.*

AVENA VESCA & STERILIS.

βρόμος {*Germ.* & *Flandr.* Dauer. {*Ital. Biana.* *Anglis.* Oetes.

NISI in hordeum, quod rarius, aut Zeam, quod frequentius fit, desciuerit Siligo, in vitium illud segetum primum ac minus cæteris malū abit, quæ auena latinis, Græcis autem βρόμος vocatur: non à fœtore, sed potius quia veterina eā multa vescantur, vel à fragore, sonituuè quem seges matura minimo tacta flatu, edit. Frugum generi siquidem colatur accensenda; sin neglecta inculta, aut semine fuerit vidua, tunc βρόμος erit, edendo inepta, & qua de Virgilius Steriles Dominantvr Avenæ, canit. Proindéque hasce secreuit Dioscorides, vtque vsu essent diuerso, tametsi genere & figura non diuersa; vtriq; enim vt nomen sic facies & natales eadem. Sed minore, graciliоreq; pedali stipula, apiculisque stamineis delicatioribus, minimè mordacibus, comosa effigie Bromo Sterili; semen fermè euanidum, in tuniculis fermè vacuis. Sed Bromo Avenævè frugi proceriora crassioraq; calamus & setacei apices tunicis prognati; semen plenum secali simile, sed arctius, longius & acutius; colore interdum pullo, alias nigro, sæpisimè albicante, & admodum per messes caduco. Vniuersæ Galliæ, Germaniæ, Italiæ, equis est laudatißimum pabulum granum. At in Anglia huius locò panes fabaceos plerique omnes dant: Iumentaque auenæ esu minus bellè habere, aut labores ferre persuasi sunt: Tametsi bonā habeant auenam, qua in Wallia, quæ Cambria est occidua Angliæ pars, panes & placentas ex hac exuta glebis nō prorsum respuenda sæpius esitauimus. Pultes illic etiam ex farinæ polline aut flore, cuiusmodi meminimus in Heluetia atque Germaniæ Alsatia: potionibus etiam accommodant integram; vel farinam, decoctis aluum siccantibus & astringentibus. *Mathi. 401.* *Bromos.* *Dodo. 346.*

AVENA NVDA.

NON procul ab amæno Tamesi quà Londinum præterlapsus est, atque in Cantia Angliæ patent alicubi planities nudata auena cōsitæ; cuius omnia similia, si granū quod colore ad Speltham, & nudatum hordeum siuè Zeopyrum accedit, exceperis. Mirum quantùm, cuniculis hæc seges placeat. Parant ista fruge tabefacta aqua macerando, optimam ceruisiam; nam suauior aliquantò & vescendo gratior hæc est, nequedum valdè frequens.

ÆGI-

ÆGYLOPS.
PHOENIX, ſiue Hordeum murinum, & Lolium rubrum.
LOLIVM.
VSTILAGO.
MELAMPYRVM an Alopecuros Pli:
PSEVDOMELANTHIVM.

ÆGYLOPS.

Min⁹ verè Mathiolo Ægylops altera figu: 1206 & prima autem falſò Bromos.

NOMEN obtinuit à morbo perquam difficili curatu, cui medicationem pollicetur Ægylops, affectio notans proximè oculi vtriuſuis magnum canthum, cauernulam, vel ſinuoſum vlcuſculum, aut abſceſſum. Permultā ferunt Ægylopem ſegetes triticeæ & hordeaceæ agri Norbonenſis & Galloprouinciæ, æſtuoſis & glareoſis marginibus, qualem Dioſcorides docet: herbulam ſeſquipalmū, binoſque palmos altam, fóliis triticeis, exilibus, ſpica exigua, breui, duo plurimum, interdum tria grana gerente, glumis amicta ſtriatis, & ariſtis ſinguli grani ex apice, nō ſpica emergentibus: hordeacea grana, radicė triticea puſilla. Hac nulla propior genuinę Ægylopi, cui morbo potiùs fieri cępto, quam iam longiùs progreſſo, non ſemel periclitati ſumus profuiſſe. Exiccat enim aſtringendo citra calefactionem multam. Potui cereali etiam addita ſemina, cerebrum temulentum faciunt.

PHOENIX, Latini hordeum murinum.

Fol. 346. Hiſtoria Dodo.

LOLIVM Rubrum.

DICTA Phœnix fuiſſe videtur, quemadmodum Phœnicopteros auis à colore Phœniceo, puniceóue, quaſi flammeo, eóque vocant Flamment iſtam auem Norbonenſes maritimi, nam cum radices, exiguaque folia & viticulos Tritici vel Ægylopis habeat, ſpicam obtinuit rubello colore, purpuraſcentéue ex fuſco nitentem, alterno ſitu glumas hærentes habentem, & prorſum lolij ſimiles: vndè nonnulli RVBRVM LOLIVM vocitarunt. Et niſi multum fallimur, eſt hæc Plinianum HORDEVM MVRINVM, folio hordeaceo breuiore, anguſtiore: ſpica lolio ſimilis. Rami digitorum ſenum radicem circundant: In aruis & tegulis, recens illitis, trita & vino pota præclarè menſes ciet: quod nobis hactenus incompertum, non enim fuimus auſi experiri, veriti nè capiti dolorem moueret, aliaque incommoda temulentiæ faceret, cuiuſmodi nouimus Lolium facere ſolitum: Præſertim apud Prouinciales, Delphinates. Repertu & cognitu hæc facilis, Germaniæ, Angliæ, & Galliæ.

αἴρα καὶ θύαρος.
Gal. Yuraye.

LOLIVM, & temulentum triticum.

Figu. apud Dod 320.

AIραν vocarunt Græci vt coiectura fert παρὰ τοῦ αἴρεσθαι, quod eſt efferri & attolli, vel ſurſum rapi: rapitur quippe in cerebrum lolij vapida nocua aura, atque dementiæ affinem tenebricoſam vertiginem, temulentiámque efficit. Quo quidem maleficio vel infimæ plebeculæ notum, & inuiſum plus ſatis eſt, præſertim Galloprouinciæ, Norbonæ, & paſsim in reliqua Gallia, vbi *yuraye*, quaſi ebrioſa vel inebrians vocatur. Quippe etiam in Nortmania, Belgio, & Anglia, non ſolum pani mixta farina, ſed multo magis Cerealibus potionibus, *Ale* & *Byere* addita, & feruefacta, torpore & temulento veterno cerebrum opprimit, & opacat, reliquáque membra torpida reddit. At foris admotum, eiuſdem ex axungia depſitum cataplaſma, eadem pellit incommoda, doloréſque diuturnos artuum & pericranei ſoluit. Spica ſimiliòr nulli quam phœnici, vt ſirè Dioſcorides monet: eóque qui alterutram norit, ambas nouerit. Granum in dura tunica: ſtipula, radix, & reliqua tritici, vel ſecalis ſunt: eóque ea in opinione, qui ex Theophraſto eſt Senenſis, vt hæc tritici peſtis, rurſum in triticum redire ſolita ſit; vt verum dicit, ita ineptum & Phyſices imperitum ſe prodit; quum de Hippocrate hiſtoriam, è Plinio exemplum ſexus humani mutati adducit. Quippe neque ad rem facit hic ſexus mutatio, & in plantis ſexuum diſtinctio non vera, ſed metaphorica & figurata doctis meritò cenſetur: igitur res vera, ratio improba. Nullus enim non nouit hic defeciſſe Lolium à tritico, nec in fœminam abiiſſe, ſed in vitium quodpiam, aut aliam ſegetis ſpeciem: calidius enim & ſiccius eſt lolium, reliquo quolibet frumento, improbum

bum alendo, præsertim homini, tritico autem planè contrarium natura. Hoc enim homini salubre, veterinariæ autem nex plerũque. At lolium hisce, vti neque alitibus gallinis nocet nihil, illi tamen plurimum: quare specificæ differentiæ sunt, non maris aut fœminæ, vt blaterabat Commentator. Quinetiam Adamus Leonicerus, Germanus Botanicus minimè malus.

VSTILAGO.

{ *Germ.* *Fland.* Brant. { *Gal. Brusture.*

NON è deprauatis humi granis, sed ambustis culmorum fastigiis, quæ iam spicari cœperant, istud vitium oritur, quòd ideo Brandt Germani, & vstilaginem recētiores dicunt: *Brusture* Galli, apud quos, inter siliginem, secale & auenas, frequens oritur. Dum enim in floris atque granorum spe adhuc est spica tenera, si compluta madidáque imbre fuerit, ac repentè sole feruidiore arefacta, iam vitium istud sterile fit, nullius in Medicina commodi comperti: cognitu tamen facile, quia culmis, foliis & radice est siligineis, vel auenaceis: Spica autem puluerulento situ fusco, aut atro obducta, quæ illico, quasi defloresceret in puluerem ambustámue teredinem cariosam, fatiscit. *Historia. Dodo. 321.*

CRATÆGONON.

CRATÆGOS, vel Cratægon arbor est, qua de inter Mespila dictum. Crategonum verò herba Cerealis videtur, & affinis melampyro, cuius vsus & esus, semen viuidum & genitale redderet, id enim τὸν γόνον κρατεῖν, est semen robore acuere, & quasi viribus imbuere. Nullius venit in mentem plantæ, cui aptiùs quadrarent notæ, quàm ei, quæ propter similitudinem recentioribus, alterum MELAMPYRI genus putatur. In Syluosis collibus, & deuexis, vmbrosis, Norbonæ, Angliæ, Sabaudiæ, & Pedemontis passim multa æstate fruticat, cubitum, sesquicubitúmque plusculis, & geniculatis germinibus, in alas multas diuisis, eufrasiæ ritu: sed multò crassioribus & maioribus, quas ab imo totas folia melāpyri, seu tritici vaccini vocati, vel luteæ cristæ gallinaceæ dictæ, psyllii aut linariæ ambiunt: Flores in summis herbacei ex luteo, calaticulis minoribus, quam Albæ digitalis, sed similiter digestis, & vt melampyri aut linariæ effigiatis. Semē in folliculo exiguo milio non dispari, cuius odor & sapor acre nonnihil testantur, vti & folia siccata. Ac tametsi videatur hic locus lacunosus & hians, tamen istud semen in pollinem pultémque ductum, esse Veneris incentiuum, & seminis genitalis quasi fermentum quoddam & cotem, non abs re reor. *MELAMPYrum alterum Neotericorum.*

MELAMPYRVM an ALOPECVROS PLI,

Triticum Vaccinum Dodo.

Germa. Kuweyssen. id est, *Pabulum vaccinum.*

Melampyrum perpusillum luteum.

Vit & hæc species, hic addenda, vt pote nō descripta aut depicta familiaris Galloprouinciæ segetibus. Dodrantem aut sesquiunciam vix superat: tota facie superiorem præfert, sed flos illi luteus, & folia altius diuisa, Coronopo propiora.



roxima facie triticum vel pabulū r tota, & consimilibus cristæ Galle Plinius Alopecorum fecit: folia ordine, tamen stellatim oriuntur: purascentibus ex cœruleo, deinde m marcescentibus, inter quos glunora, & nigriora. lo grata & innocua, & in quam *Histori. Dodo. 320.*

PSEV-

bus ad ignotiora & compositiora; modumq; siue progressum similitudinis sequitur & familiaritatis, quo & vniuersim & particulatim, quantum licuit per rerum varietatem, & vastitatem, sibi responderet. Sic enim ordine, quo nihil pulchrius in cælo aut in sapientis animo, quæ longè latèque disparata sunt, vnum quasi fiunt magno verborum, memoriæ & cognitionis compendio, vt Aristoteli & Theophrasto placet. Verùm, si idem quod illis, nobis hic contingat, nempè vt quam instituissent methodum, non potuerint vsquequaque sequi; operis inscriptio & turbulenti huius æui quo hæc apparabamus, fluctuatio nos excusatos habeat, apud eum sanè, qui nouit tantò plus habere perplexitatis tantum negotium, quanto veniæ minus. Quamuis dum reliquarum stirpium, quæ hic non habentur, quasque plurimas per superiorem calamitatem huc ex Gallijs accersere non licuit, Icones εἰς τὸ κάλλος arguta manu & emodulata ad plantarum ipsarum magnitudines & effigiaturas proportione (quam alij picturæ solœcismis crebrò deformant, dum herbulas æquè magnas ac arbores & fructices pingunt) delineantur & exsculpuntur, datur opera in appendice, ne quemquam huius lectionis peniteat. Quin eum pudeat potius pœnituisse, nec vidisse domi & vno intuitu, sibi nusquam visa aut lecta, quæ multis mensibus aut annis pauci vix videre potuerunt. Et quia plantarum duplex est cognitio, altera nempe de facie exterior, altera virium, quasique interior: illam huic anteuertere oportere monet Philosophi opera, imò ipsa Natura. Neque enim potest quis vllam certam cognitionem sibi arrogare eorum simplicium quæ nunquam aspexit. Proinde nos primùm cuiusque nomenclaturam, vt quæ non raro ipsam rem aptè notat, è Græcis præsertim, enucleare conati sumus: obiter regionem, & in ea seorsim natales; illam Geographiam, hanc Corographiam vocant; pressius quã quisquam auctor antehac, designamus: vt quasuis plantas, quo loci, quando & à quo ipsi nancisci, vel amicos rogare mittendas, vbicunque tandem nostri orbis, vel Indiarum illæ oriuntur, scire possemus. Descriptiones autem inter congeneres & similimas, dissimilitudinis, collationis, & similitudinis ope, breuiores semper, emendatiores plerunque & faciliores aptauimus, non tam antiquorum historiæ, quàm iteratæ inspectioni & ex viuis ipsis plantis expensioni, quã penes ius est & norma rectè & verè describendi. Sed vires parciùs & consultò eatenus attigimus, quantum vel ad cognoscendum, vel ad probandum quampiam vnam plantam satis videbatur, Aristotelem nempè in alio, & Theophrast. in simili instituto, imitati. Nam recentiores quidã, qui Commentatoris nomine turgent, potius videntur suum fastum, quàm plantas viamve eas noscendi describere. Nec ex locis natalitijsve seriem historiarum inire, vt doctissimus & candidissimus scriptor Dodonæus cœpit, sinunt plantæ plurimæ, quæ tum aridis, tum humentibus & riguis erumpunt, vt Cardamine in vinetis, vijs & riguis: Lapatium vtrunque, vtrobique, aut vbique: quædam in montibus pariter & conuallibus, vt Eryngia, Calamenthum, Polium, & alia quàmplurima. Et quod in primis obseruatu dignum, quæ iugis montium regionum calidiorũ proueniunt, eadem in planis, syluosis vel depressis regionum Septentrionalium exeunt. Græcorum verò autorum ex ant potius Indices Alphabetici, quàm Simplicium Methodi, præterquàm opus Diosc. & fragmenta Crateuæ, ex quibus illi vires & verba mera exscripsisse videntur: vtinam notas non neglexissent; aut eo pudore fuisset Plinius, quo diuinus Senex, qui se parum in Stirpium cognitione profecisse, professus est: aut Dioscoridem diligentius legisset. Dioscoridea tamen methodus, optima quidem illa, illis qui iam diu nouerunt plantas: verum ad cognitionem compendiosam, διάγνωσιν inspectionéve, quam tantopere laudat Diosc. comparandam, minus est accommoda. Diuersis quippe libris eiusdem speciej & similitudinis plantas distrahit, quas alioqui vno intuitu ferè discas: veluti Cucumerem syluestrem à satiuo, Colocynthides, siue Cucurbitulas, ab esculentis Cucurbitis, Thapsiam à ferulaceis, Crocum à Colchico, Scammonium & Soldonellam, à volubilibus, Sisymbrium à Mentha, Hieracia à Chondrillis, & quàmplurima passim: tametsi alicubi volens à sese desciuit, sequutus, quam nos hic adumbramus, Methodum, vt in Portulacis, Semperuiuis & alijs.

Iconum emodulatæ proportiones.

Methodus peculiaris.

Etyma. Natales.

Tyrones proinde monemus & rogamus, vt rej herbariæ totius Medicatricis certissimæ vtilissimæ, iucundissimæ, etiam minima quæq; explorent, persuasumque habeant, in istis Dej diuinis, *nihil vspiam esse despicabile aut indignum* homine Philosopho, cui vni hæc ille condidit, voluitq;, vt est in sacra pagina, *Nos sanari herbis, non verbis, ne sapientia sua opera irrita forent*. Nec putent Tritico, Vino, Lacte, & Melle, olusculo, aut herbulis etiam contemptissimis, non posse corpora æquè sanari atque ali: Neue Aristippos quosdam sericatos, vndulatos, auri & auræ popularis, quàm penitioris eruditionis siticulosiores, audiant, quos pudet hæc serò doceri, & discere seriò, arduiq; laboris tædet. Vosq; Præceptores clarissimi, impendiò oramus, *vt multorum annorum, regionum & virorum doctissimorum* Aduersaria hæc, non secus ac peregrini aut hostes expendatis, foueatis autem, concinnetis, & augeatis vt parentes: nosque sicubi nolentes lapsi sumus (imò quia sæpè sumus) benignè moneatis. Nec enim laudem venamur, duntaxat culpam vel inuidiam deprecamur: vester cæterò amor, beneq; sibi animi nostri conscij, quos multi anni, multa peregrinatio, studia, omniumq; rerũ arctissima necessitudo amicitia deuinxit, nobis abundè proximum & precium sunt futuri. LONDINI, *pridie Domini Natalitij*.

PETRI PENÆ ET MATHIÆ DE LOBEL.

STIRPIVM ADVERSARIA NOVA.

Graminis omne Genus.



ΑΓΡΩΣΤΙΣ QVASI AGRESTIS DICERETVR planta nec satiua aut serenda Græcis scitè nuncupata fuit : vtpote quæ ruri vbique sponte quouis anni cardine, cœlo, solo & sidere luxuriet : eius namque perennis prouentus feracitatis restibilis, nec minus immensæ vtilitatis quantùm toto orbe extat terrarum, virore ornat amœno, & veluti gradatim sese propagando amicit decore, vnde Latinis Gramen deflexum putatur. Triticeo generi, vt cognata, & similis, sic perinde varia & nobilitate proxima. Quin differentiæ magis conspicuæ è radice, spicata coma, folio & flore sunt ducendæ: quas etiam cunctas partes & differentias (quia varias tritici species æmulantur, déque mutua inter se collatione faciliùs discernuntur & discuntur) aptius fore duximus nominibus & notis quamque suis, vel minimas quasq; prosequi, quas natura pecori quidem vescendas, sed homini vni non modo vtendas, adeóque priùs cognoscendas, peperisset. Nullum enim vel despicatissimum illius operum, nostra, id est, mortalium Philosophantium indighum cognitione & admiratione ducendum, summus Philosophus in libro, De partibus animalium, luculenter docuit, eiusque alumnus Theophrastus in Plantarum historijs.

GRAMEN.
- *Vulgatius pratense*
  - *Maius,*
  - *Minus,*
  - *Minimum,*
  - *Rabinum vel Rauisium Montanum,*
  - *folijs vetonicæ Garyophyllata,*
- *Caninum,*
  - *Longius radicatum,* } *Officinarum,*
  - *Bulbosum, nodosum,* } *Officinarum,*
- *Harundinaceum scabrum, equinex Babylonium aut Cilicium.*
- *Harundinaceum leue, & pilosum nemorum Ischæmum, , fortè Plinij.*
- *Harundinaceum striatum album.*
- *Harundinaceum Marinum.*
- *Ischæmon vulgare.*
- *Parnasi hederaceo, aut Chelidonij folio, & Plinij Aizoi effigie gramina suis locis.*
- *Manna esculentum.*

GRAMEN PRATENSE MAIVS VVLGATIVS.

FOENVM. Gramen vulgo notum. Trag. Epitome Folio. 207.

EST igitur quàm quod notissimum gramen pratense dictum, vulgo notum, & Fœnum quãdo aruit vocatum, exilioribus radicum cirris seu pullis capillamẽtis, & creberrimis cespitem summum sugens, humúmque perreptans & tegens, densissimo & numeroso foliorum triticeorum stipatu: culmos pedem & cubitum altos surrigens, tenues geniculatos, læues: lanosa, sparsa & magis harundinem Vallatoriam imitante spica fastigiatum. Eius semine in horreis è spicis excusso & collecto vtimur complures Medici ad obstructiones viscerum, calculum, potu, admotúque ad discussionem pertinacium tumorum, & flatuum, tametsi officinis vsu ignoto.

VARIETAS

MINVS.

Istud idem quod fundit Montanus, vel decliuis incultus, exuctus & aridior ager, vt pabulo gratius & vtilius velleri, sic multò delicatius, minus, & semine efficacius est.

MINIMVM.



Aliud etiam in sabuletis squallidis, & vinetis glareosis Norbonæ sæpius visitur, omnium minimum: perpusilla radice, capillacea, alba, calamulis etiã capillamentis similibus, eleganti purpura lucẽtibus, gramini Ischæmo vocato non diuersis, sed spica mollicella, latiore, sericea, speciosa.

RABINVM vel RAVISVM montanum, folijs vetonicæ garyophyllatæ.

Saginæ & lactis vbertati omnium laudatissimum: Montium accolæ opiliones Sabaudi & Heluetij Rabis vel Rabinũ vocãt, quasi præstantius & præcipuum gramen dicas, (vt quasi Robus in Triticeo genere) Folijs est crassioribus, carnosioribus, breuioribus ad Tunicẽ vetonicam propiùs accedẽtibus, Mõtosis vdis Angliæ & Heluetię familiare.

GRAMEN CANARIVM, *Medicatum Officinarum.*

Germanis,	grasʒ.	*Italis*	Gramigna.
Anglis,	quych gras.	*Gallis,*	dent de chien.

Extat figura. folio 345. apud Dodoneum, apud Mathiolum 999.

ET istud perquam cognitum, sed in aruis & satis, non pratis, vt plurimum, frugibúsq; haud parum incommodũ: eóque sementem facturi rastris Septembri, etiamq; primo Vere, manibus runcandum præcipiunt coloni. Prolixioribus, crassioribúsque radicibus implexis, candidis, gustanti dulcioribus, geniculatis, longè latéque subtus tellurem serpit: minus numerosam sobolem promit foliorum triticeorum & harundinaceis minorum, egeniculatis calamulis, rigidioribus, crassioribus & longioribus, vti & folia, quàm pratensis: flore item spicato, minus tamen lanuginoso, asperiore semine, totáq; planta magis vesca dulcis & frumentacea, vsibúsq; Medicis receptissima, præsertim radix, quæ reserat viscerum farctus & renum, citra calefactionem, lumbricósq; huius stillatitia interimit, nempe pabulo humorum putridorum fraudatos.

GRAMEN BVLBOSVM, NODOSVM.



Rarius aliquantò istud, minúsq; plerisq; Europæ regionibus vsu cognitum: Lemmano autem Lausanæ finitimis aruis & segetibus plurimum. Frequẽtissimum etiam Sabaudiæ & Angliæ, vbi idem efficacissimum experiuntur Medici eruditissimi quidam, Londinenses præsertim. Cuncta prorsum ei canino gramini similia sunt, si huic glandulas teretes, rotundas, gustu dulces, radicis anfractibus hærentes, demas, aut illi addas.

CALAMAGROSTIS vel HARVNDINACEVM forte BABYLONIVM.


PRATIS vdis,ſed ſtrigoſis,macilentis & ſabuloſis neglectis familiare graminis genus iſtud,quod apprimè Babylonio reſpondet,ac quã Caninũ gramen altero anto maius eſt,calamis & folijs rigidioribus, ſcabris, quibus ad harundinẽ valatoriam non parũ accedit,nec pabulo cedit, niſi multum eſuriant & penuria melioris admodum laborẽt veterina,nec eo greges veſcũtur,quippe,quibus non modo ingratiſsimum (*agre & ſaur*, ſeu acidum,Rura vernaculè dicunt)verum etiam maciem,ſitim & tabem conciliare creditur,linguam & œſophagum vulnerat & arctat,ſanguinem in ventriculum elicit, vnde tumefactio, inflammatio & mors plerumq;. Quod ſi Babylone fuit enatum, vbi id maleficij pernicie adferre proditur,ſiccius & rigidius,grex verò imbecilior &aluo duriore, minus mirum illius eſu iumenta illic enectum iri. Sic enim videas interdum iumẽtorum labra & fauces cruore manantia & ſauciata,quæ cum reliquo ſtramine pe fenicecia, huius aut cõſimilia harundinacea folia eſitarint: mediæ itaque inter harundinem & gramen eſt naturæ, figuræ, Radice geniculata,alba, promiſsiore & longo reptatu vagata, compreſsiore tamẽ & craſsiore,Canario gramini ſimili,ſed valatorium æquante.Spicata, Panici aut Sorgi comoſa lanugine.

GRAMEN HIRSVTVM NEMOROSVM, Iſchæmum videtur Plinianum.

MONTOSIS & opacis ſyluis Pedemontium & Lugdunenſis Galliç abens prouenit, duplo quàm Caninum maioribus folijs,mollioribus,& deorſum reflexis milij, pilis & ſetacea lanugine multum hirtis,pallentibus.In ſeſquicubitali calamo geniculato,floribus canini graminis,ſimilibus,maioribus,albidioribus,ſed radice exilibus fibris & capillamentis barbata, pratenſis graminis. Iunio & Auguſto, nec niſi nemoroſis floret.

HOLOSTIVM quidam docti amici,ſed imbecilla coniectura,augurabantur. Longè verius coniecturi ſi ἰσχαιμον Plinianum dixiſſent : è terra quippe ait in terram ſerpit milio ſimilis,foliis aſperis & lanuginoſis,in nares farcitur. At recentores aliud gramen ſubdendum docuère ἰσχαιμον, de quo mox. *Holostivm. Iſchæmum, Pli. libr. 25. cap. 2.*

GRAMEN SVLCATVM vel STRIATVM album.



COLITVR iſtud in Belgio & Anglia, ſyluoſis autem, montoſiſq; Sabaudiæ & Galliæ Allobrogæ ſponte naſcitur,milij potius folijs,ſed vt cannæ Valatoriæ rigidis,mucronatis: lõgitudinem mediam glaucam,complures candidæ venæ vel lineæ argenteæ inſigniunt : culmos & Panici ſylueſtris vel canini erigit. Radix puſilla,fibroſa,albida,pratenſis graminis.

GR. MARINVM HARVNDINACEVM maximum.

NORBONÆ littoreis vadis quà vndæ æſtuſq; æquoris illiduntur, præſertim ad Aquas Marianæ & Peraus, proximè piſcatorum attegias; gramen iſtud etiam harundinis æmulum, & vtriuſque particeps naturæ, plurimum reperitur: verum luculentioris magnitudinis, è radicibus quidem ternas quaternaſuè vlnas prolixis, digitum craſsis multis flexilibus ſubter ſabuleta, vbi Eringiû, reptantibus: geniculatis, cădidis, guſtu & figura prorſum Canini graminis, ſed paucioribus anexis fibrillis. Calami verò & ſtipulæ geniculis & folis ſuperiori ſimilibus donantur; Sed procerioribus & commoſis lanoſiſq; inter harundinem & caninum gramen; floribus in auras, ineunte hyeme, euolantibus.

ISCHÆMON vulgare.
CRVS Galli, DACTYLON PLINIO,
& Aculeatum, an Scirpus Tragi?
Sanguinella & Capriola Italis.

Inter Icones. Trag fol. 209.

VINETA Galloprouinciæ & Norbonæ iſto ſcatent nonnullis æſtatibus; exiguum eſt gramen, florum tamen elegantia, & viticulorum cognitu dignum. Sunt namq; purpureo nitido hyanthino lucidi calamuli, geniculati, ſurrecti, ſinguli, in quinas ſenaſvè exiles florum ſpicatas caudicellas, vel pannoſas propagines, cyperidis modo, digitatim ſparſi; aut potius graminis Mannæ vocati; Radice & folijs graminis pratenſis minimi, ſapore ſubdulci, ſed aſtringente, & exſiccante; vndè potuit coniectura arripi Iſchæmi Pliniani, à quibuſdam non parum eruditis Medicis, vt Rondelletio & Aſſatio præceptoribus exercitatiſsimis.

Leoniceno pes Corui ſiuè coronopus

PARNASIVM hederaceum.

PARNASIVM verò Dioſcoridi memoratum gramen, & ſic dictum magis vti videtur, propter paſtionem ſalubrem & opimam, quam propter ſimilitudinis comparationem, quia facie longè alia (folio nempè hederaceo & flore albo eſt) proximè chelidoniam minorem & Cochleaream, cognitionis facilioris, & noſtri inſtituti cauſa, relegamus. Alioqui poſsit quis ex vulgi vſu Burgundiacum fœnum dictum, Cytiſum, aliaq; loti & trifolij genera populo laudatiſsima, gramina vocare; & huc aduocare; eadem prorſus ratione, & conſuetudine plebeia: quæ anſam dediſſe etiam Plinio videtur enumerandi quædam AIZOI VRENTIS effigie gramina, quorum alterum medeatur Paronychiis vnguium, & canium excreſſentiis in digitis, eoq; DACTYLON vocetur.

Gramina Plin. Aizoi effigie. Dactylon.

Alterum verò in parietinis & tegulis naſcens, cui etiam cauſtica vis, & ſiſtendo vlceribus quæ ſerpunt apta. Quæ vtramque Illecebram, ſiuè Aizoi quartam ſpeciem, ita repræſentant, vt nulli paulum verſato, non liquidò conſtet, eandem plantam propter margines viarum aridiores, atque in parietinis ſponte naſcentem, deſignatam à Plinio.

Qui an Dioſcorideũ Cilicium gramen non deſcriptũ, niſi quod boues inflãmat intellexerit, coniectari licet; aſſerere non item noſtri eſt inſtituti: Id autem interfuit illius magni Senẽſis apud Dioſcoridem, in quem tamen, operã ſui ſimilis, & adeò ieiuna ad plantas noſcitandas & diſcernendas eſt; vt niſi, quia veluti quiſpiam putidus pedotriba, Pliniana loca incondite & inſcitè aceruat; ſatius duxiſſemus de Graminis & Tritici vaga & varia hiſtoria quempiam Auernum aratorem, quam iſtum commentatorem conſuluiſſe. Ne nihil tamen egiſſe videatur hoc capite, ad Leonicenum & Ruellium à ſe reprehenſos nos amandat; & gramine Parnaſio nouo (vt ſunt pleraque omnia Cortuſiana) nos donat; nec tantillum deſcriptionis dat: Et cum Iſchæmum, ſeu vulgatam ſanguinariam, cum gramine Mannæ eãdem aſſeuerat, non parum dubios animi relinquit iſtos anxios herbarum exploratores amicos noſtros, qui putarant potius eſſe congenerem quam eandem: nulli enim cibo cedit illa.

Apud Matthiol. fol. 1001.

GRAMEN MANNÆ eſculentum,

Germanis Himmels deau & Hymmels dau.

NON aliundè quam hinc auſpicari frugum hiſtoriam quiſquam potuit, commodiore notione & naturæ imitatione; cuius mirificus ordo & ſcita varietas, à gramine ad Triticum & harundinacea per cognationes & gentilitates gradum fecit, intermediæ & pro-

Pictura elegans in Maths. 1000.

promiſcuæ naturæ; cuiuſmodi eſt graminis Cerealis huius, Dimmels deau, à Septentrionalibus dicta planta, id eſt, CÆLESTE MANNA, ſeu Ros. Eſt hæc ſanè adeo ſimilis Iſchæmo vulgari, vt cultu duntaxat diſtare videantur: habitior quippè tantum tota, radice fibroſiore, latioribus folijs, & calamis minus rubellis, plures ſpicatos ſtilos gerentibus; ſemine in glumis magis conſpicuo, exiguo tamen albido & compreſſo orizæ guſtu. In pultibus, iuſculiſque pinguibus incoctum, non diſpari gratia eſitant Germani Alpini, qui ſemen iſtud Manna cælicum vocant, ſerunt & colunt.

FRVMENTVM, aut eſt Triticum aut Zea.

TRITICI GENERA.

TRITICVM, *ſiue Robus, Robur, vel Rubens. Siligo.*
SECALE *& varietas.* { *Vernum, Autumnale.* }
Trimeſtre ſiue Setanium, ſeu Pentamium, id eſt, quinque menſium.
HORDEVM, *& varietas.* { *Autumnale, Vernum, Nudum, Spontaneum ſpurium.* }

ZEA.

Zea Spelta, ſiuè Typha.
Zea Theophr. præſtantior & mutica.
Zeopyrum.
Zea Olyra, ſeu Arinca media bonitatis,
Zea Briza, valdè degener, & vltima nota, pecori potius quam homini pabulo.
AVENA, { *Satiua, Sterilis, Bromos, Nuda.* }

TRITICVM.



STIRPIVM nobiliſsima & mortalium ſorti vtiliſsima, vt qua animantium princeps homo, vitã trahit, TRITICVM eſt: ſic vti videtur latinè dictum, quia molis teratur, Grecæ autem πῦρος ab acutie, aut ſimilitudine cum fructuum nonnullorum gygartis, nucleis & granis, quæ πυρῆνες dicerentur. Σῖτος autem quaſi cibus dictus, quæ tamen vox vniuerſo cerealium generi congruit. Sic etiam Frumentum à fruendo dixere priſci, qui Triticum in quamplurimas differentias diſtraxerunt; cognomines regionibus ſuis & exoticis, vndè illud aduectum fuiſſet, ſolo, cælo, ſatu, cultu & induſtria varium, cæteroquin ſpecie, & natura re ipſe vnum.

Eſt namque annua planta canini graminis folijs, ſed pratenſis radice, multo notiſsima; ſpicis ſeminum feraciſsimis; cuius etiamnum coloni binas vel ternas agnoſcunt differenrias, à coloris, alijſque bonitatis notis quæſitas: quæ Varroni & Columellæ ROBO aut ſaltem SILIGINI, & Setanio reſpondeant. Primæ dotis & præſtantiſsimum Europæis, hodiè piſtorum ſuffragio notum, & in panificia receptum; videtur illud quod è quibuſdam Ciliciæ atque Corſicæ mercatis, Lucam & Genuam venum aſportatum meminimus: Non ita tumidum, ſed ſolidum, flauum, grauè & ſiccius manſuque minimum muſcidum, ſed friabile & nitidum, è ſolo letiore & pingui minime vliginoſo, ſed flatibus & ſolibus ſiccioribus obuerſo, cuiuſmodi etiam quibuſdam Hyſpaniæ Beticæ, & Norbonæ aruis enatum vidimus. Iſtud mirum, ni Varronis & Columellæ ſit primę commendationis ROBVS. Nec enim priſcorum ſedulitatem in colenda annona neglectui ROBVS. habuiſſe, tam excellentis frumenti ſementem, & propagationem fas eſt credere: tantò minus noſtrę ætatis auidam, ad gulæ cupedias comminiſcendas ſatagentiam huius adeò parabili cibi vſum, fructum non repetituram putandum, etiam ſi in vltimos orbis receſſus (vndè multò minoris momenti, quamplurima accerſit grana & aromata) antiquis abrepta fuiſſet: Sed hæc mutatio cum eſt frugibus & fructibus quæ veſcendo ſunt, valdè

consueta (vt pomis, pyris, peponibus & melonibus) tum maximè triticeo generi: cuius semen & idem fructus triticum istud cum sit, speciem quidem seruat, sed qualitates saporis, odoris, coloris, aliásque affectiones ascíscit, aut exuit: prout fuerit ager, imber, succus, flatus, cultus, sol. Itaque ROBVR, ROBVS, vel RVBEVS non suo solo satus abit in SILIGINEM, id est, TRITICVM, deterius pondere, colore, etiamque pollinis robore. Eiusmodi est in vniuersa fermè Gallia, Germania, Belgia, Anglia & Septentrione: quod tamen optimum quidem illud, sed quasi proles nonnihil degener illius præstantissimi habendum. Istud tamen nostras feracius & vberius, illud pauciores culmos, minusque grauidas semine spicas segete fert: ac facilè videre est, quam non omnis omnia tellus ferat similia: Etenim Scotiæ agri nonnulli glareosi triticum annuum spatium, vel menses tredecim, propter hyemis sæuitiam, fotum & educatum edunt, ex quo panis longè excellentissimus pinsitur. At illud cuius Ostlandi, seu eorum vicini Septentrionales Orientales, Antuerpiam, maximam quotannis vim & comeatum, venum nauibus important, minus lautum atque cādidum conflat panem: tametsi penè sub iisdem cæli segmentis vtrunque enatum sit: sed istud vliginoso & depresso aruo. Illud autem subactiore, glareoso, decliuiore, & magis perflato: cuiusmodi quod ex solo Hyspanico squallido vidimus aduectum in Belgio pellucidum, Rubellum, rutilum, sed adeo durum, vt quia vix molis frangi posset à Flandris mercatoribus sperneretur. Quapropter id duntaxat fuerit discriminis inter ROBVM & SILIGINEM, quod hæc minus excocta succóque blennoso & crasso, ROBVS verò elaboratiore tenuiore & magis grato adoleuit.

SILIGO. Triticum.

Effigies apud Math. 391.

ROBVS & Siligo differūt.

ESTANIVM Gr. TRIMESTRVM.

Flandris, Sommer terwen. *Gallis,* Bled de Mars.

ITIDEM ab vtroque horum non specie, sed imbecilliore quadamtenus constitutione, TRIMESTRVM triticum, quod SETANIVM Græci vocant, differt: Eius quippè solutior crassis & corporatura, celerius germine & culmo proficit, subque equinoctium Vernum satum, ante Autumnale cùm diutissimè cunctatur, spicam maturat: Nec quia neutiquam perferre hyemis rigores potis sit, satio in vernum teporem differtur, vt autumant: Sed quod amissa tempestiua Autumni sementis occasione, propter vel imbres aliauè incommoda, huius serotina satio subsidium venit agricolis. Huius in Galliæ Norbonensis montosis satio multa, vbi TREMES quasi TREMESTRE vocatur. Franci verò MARTIVM dicunt, à mense cognomine, quo seritur. Septentrionales Sommer terwen, hoc est, æstiuum triticum, nuncupant. maturat enim æstate ineunte Meridionalibus, ideo Trimestre vocatū. Septentrionalibus verò exeunte, idcircò PENTAMINVM seu quinque mensium potest dici: non perindè tamen aut delectat, aut reficit huius esus, minusque vberè prouenit. Fœlicius longè exiturum, & vberius si eodem quo reliqua duo genera tempore aruo mandaretur: Nam quodlibet triticum vbiuis gētium, & quolibet anni vertentis momento satum, germinabit & proueniet, & adolescet modò superuentu frigoris, aut ardoris non enecetur.

TREMES.

SECALE.

{ *Gal.* Seigle. *Germ.* Rogge. *Anglis.* Rye. }

NOTIVS & vsitatius quam gratius plebeculæ frumentum istud, quo inuitæ fruuntur, faménque arcent multæ Europæ regiones, atque quantum à Siligine vincitur bonitate, tantum accedit grani similitudine, magnitudine, nuditate: nigrius tamen & longius & angustius istud. Inter glumas è spicis, per maturitatem pendulis aristæ horrent, cuiusmodi siliginis: non perindè vt hordei rigidæ, scabræ, pungentes in culmis senis septenisque siligineis multo procerioribus, sed gracilioribus tenerioribus, & internodia terna aut quina habentibus. Radice item triticeæ non dissimili: E satione faciunt differre coloni.

Figura apud Math. fol. 402.

Serunt

Serunt quippe vtroq; equinoctio, & AVTVMNALE quidem istud robustius, maius & habitius dicunt; VERNVM vere seu Martio satum, minore stipula culmo, spica, grano, & ad alendum efficatia. Vtriusq; alioquin pollen & farina panificio & Byeris, seu Zythis apud Belgas, Antuerpianos pistores, & ciues Siliginis anonam & commeatum supplet, nullum enim granum propter solum sabulosum & macillentum (quale amat) ibi frequentius crescit aut panificio cedit. ex quo tamen multa & sedula subactione, & pedum proculcatione, massam, panesq; non adeo ingratos stomacho pinsunt; Aluo tamen arctiori, non incommodus acerosus hic panis, & medicamentis etiam oportunus. Siquidem laxioribus cerebri meatibus & continuis defluxionibus est præsidio, panis vel pollen ex aceto & oleo rosaceis, & nuce moschata vnà subactis. Huius paleæ & corticum arantiorum decoctum muliercularum frequenti experimento flauum, & nitidum efficit capillitium. *varietas.* *Vernũ* *Autumnale.*

HORDEVM.

SVMMÆ duo fuisse videntur apud Antiquos Segetis fastigia { *Siligo &* *Hordeum.* } quorum illud, de quo iam dictum fuit, quia ruffum rutilumuè esset πυῤῥον siue πυρρον vocarunt, isti cui multa opera essent secernendæ glumæ, κριτον, quasi secretum aut separatum nomen fecere. Notissima illa quidem ac præ cæteris omnibus cerealibus vtilissima, & quarum cætera sint quasi abortus, aut illarũ degeneres fœtus, naturæq; mixtæ ex siligine & hordeo: Quin hordeũ ipsum nonnullis visum Siligo Spuria. Hæc enim maximas subit mutationes, non specificas, sed accidẽtarias, seu aduentitias, nempè magnitudinis, coloris, saporis, aristis, glumis & alijs affectionibus. Eapropter discussa illorum vaga, & magnoperè confusa recensione, mox hic non minus perplexam Zearum, Auenarum, affiniumq; segetum, quæ vitia, & præuaricationes illorum vocantur, excutiemus historiam paucis & perspicuis. *Effig. Math. 395.*

Vniuersæ Europæ, & multo vsui notissimum hordeum, κριθὴν dixerunt Græci. Septentrionales & Germani, Geersten: Angli, Barly: Orge, *Galli*: cuius magna etiam varietas, magnitudine, colore, spica, gluma, versu, satione, prouentu & vsu. Nam culmis procerioribus è grano pleniore, maiore coloreq; rubello prouenit. Sed insignior differentia est in glabritie, nuditateuè grani. Siquidem oritur hordeum, aut folicello pertinaci adhæsu granũ sepiente, aut leuiore gluma & exutu facili, cuiusmodi est illud gen⁹, quod nudũ vocatur vulgo. Notissimũ nostras, quod à semẽtis occasione In { AVTVNMNALE & VERNVM. } diuiditur. Quippè illud pinguiori veruacto, vel restibili mandant, eoq; corpulẽtius, maiúsq; stipula & spica euadit. Vernũ verò, vt minore perficitur spatio, sic minus granum, minusq; alens è graciliore tum stipula, tum spica promit: proportione quadã cum siligine trimestri. Alimentis & medicatis cibis plurima commendatio: deglubitum maxima vi vænũ fertur hodiè è Germania superiore in Belgicam, Angliãq; Septentrionales plagas, nudatũ glumis & acere, quod MVNDATVM vocant. Reliquæ Galliæ officinæ, ligneo pistillo affusa feruida pauca mortarióq; inditũ hordeũ leniter tundendo tunicis palleaceis exuit, mundunq; vocitat ad Ptysanam, sorbitiunculas, aliasq; pulticulas, ægris non parum accõmodas factitandas. Est istud mansu suauius, albidum, pellucidum, & transparens, minusq; vtrunq; quam triticum viscidum, minusq; vel calidũ, vel pingue. Eoq; pleureticis & Hepaticis multo vtilius. Nã potionibus diurnis diuturnisq; temetis, Cuiusmodj Galliæ quædam pars inferior aut Germania, Ruscia, Flandria Anglia, Hybernia, Moscouia Nortuegia, & Suetia potat, cæteræq; gentes ad Septentrionem, non exuitur: sed triduum integris granis maceratur ad MAVTH confectionem. Vt in Byera, Zytho, Curmi & cæteris temetis latius dicturi sumus. *AVTVMNAle, Vernum.* HORDEVM *Mundatum.* MAVTH.

HORDEVM SPONTANEVM SPVRIVM.

IN Belgij, Angliæ, & Franciæ aggeribus, mæniis dirutis & parietinis colligũt, ludibundi pueri in manipulos segetem hanc, qua vapulãt mutuo, atq; verrũt quasi scopis asseres, Mulierculæ etiam hac non secus atq; secalis & maioris Hordei. Vulgo SOVCRION quod flauius est stipula & spica, lixiuio maceratis crinem flauum efficiũt; fibrosa, pusilla hordei radice, pluribus in imo folijs gramineis, cubitum altæ plures stipulæ assurgunt, SOVCRION

spica aristisque fastigiatæ hordei prorsum; sed molliusculæ, minores & grano cassæ, vti auena notha aut Ægylops; ad cuius cognominem morbum Ægylopem dictum valere scimus: Sed longè magis straminis cineres ad ædemata podagrica.

ZEARVM HISTORIA.

SPELTHA.

apud Math. 398

VALDE quam vagum ζεας vel Zeæ nomen, & perplexæ notionis fuit; latiusque multò olim patuit quam hodiè, SPELTHA vel SPEAVTRA huius ætatis; quæ id nominis duntaxat vni frumenti generi largitur, aceroso multum glumoso, leuiore, & aristis horrido pauci alimenti, non tamen praui succi nec insueti: apud Italos Insubres, Genuenses, Longobardos, Sabaudos, Galloprouinciales, & vascones; qui serunt propter varietatem grani & agri: nec nisi potioris grani penuria vescuntur. Hæc planè videtur TYPHA CEREALIS vocata, quam Germani welsche weysen, & Romische Terue dicunt, Peregrinum & Romanum Triticum vel far; quia indidem allatum. Est siquidem tenui calamo, & vt plurimum singulari spica, multis & prælongis hordei non dissimilibus armata aristis scabris & rigidis, quibus Ægyneta scitè præcipit narium interna vasa punctim lacescenda ad sanguinem in quartanariis eliciendũ. Granum autẽ languidius, & exilius multò, multiplicique scabriore & membraneo pertinacius hærente folliculo arctè inuolutum. Longius à tritici natura recedens, quam Zea mutica aut Olyra. At

ZEA THEO.

THEOPHRASTI & ANTIQVORVM ZEÆ fermè eadem laus & commendatio, atque Siliginis. Quippè tritico simillima, firmissima, copiosissima, è multiplici & alta radice, culmo numeroso & alto fruticat; nec vllis valatur aristis spica, grano multis folliculis incluso, lænissimo & cunctis animantibus iucundo, læti pinguisque soli alumna, & olim Græciæ solius vernacula; postea regionibus multis expetita & sata. Vndè facilè discas nostratem SPEAVTRAM multum abhac Theoph. abesse, & tamen congenerem, aut potius degenerem Zeam esse, Quantũque Zea à præstantiore siligine, tantũdem hanc à Zea melioris notæ defecisse: Sunt enim, & possunt esse mutationes cõplures & familiares inter SILIGINEM, ZEAM & HORDEVM, propter cõmunia seminis & essentiæ principia interiora; atq; foris multiplicem euentum: vt consulti Rusticæ rei norunt. Quapropter cum ex Dioscoride tres sint Zeæ differentiæ, (illi enim est OLYRA è ZEIS) satis liquet, ætatem Theophrastum sequutam, latiore huius nominis significatu vsam; & complexam non solum ZEOPYRVM, sed etiam OLYRAM TYPHAM, & BRISAM, præter illam primi meriti Zæam. Idcirco si rem adeò dissipatam & perplexam, quis pressa & facili designatione digerere & perstringere queat, adhunc modum tentandum.

ZEOPYRVM siue TRITICOSPELTHVM.

HORDEVM Nudum vulgo vocatum.

HVNC proximè locum vendicat Zeopyrum triticum; cui nomen conflatum ex tritico & Zea, quia effigiej sit inter Zeam & siliginem vel robum, mediæ. Stipula siquidem culmo, spica & aristis Zeæ est: granum autẽ simplici gluma & solutu facili amictum: sed longius minusque quam triticum ventriosum & plenum etiam in hortis satum, quale habuimus his duobus annis; Speltæ vulgari colore & cuticula nonnihil ad secale accedente, gustu minus quam cõmunis hordei suaui, non tamen ingrato. Vtilitas, vt copia, rarior.

ZEA THEOPH.

ZEA Theophrasti omnium secundum siliginem præstantissima; est admodum affinis Siligini, nec nisi perpusilla varietate distans, non tamen eadem prorsus; nam veterina esu siliginis crepant, aut torminibus intereunt, quibus tamen Theophrasti Zea iucunda & commoda. Huic mutica nec vallata aristis spica donata est; glumis tamen tuniceis occlusa.

OLYRA.

Siligo Tragi, seu far candidum. { Ger. Ammelforn.

Trag. ico, 194.

DEINCEPS Olyra subdenda, quæ Zea Herodoto vocatur; panificijsque apta habetur. Hanc Germani, quia pollinis perquam boni & candidi sit, in AMYLVM soluũt,

&

& AMMELKORN, id eſt, Amyleum triticum vocant; putántque nonnulli, propter huius in panificio candorem & ſuauitatem Siliginem eſſe priſcorum, vel SETANIVM, verum ſecus eſt.

TYPHA, an SPELTHA?

SEQVITVR Typha; cognata & hæc Tritico; ſed Theophraſto monente, cæteris multò læuior quam Zea, nec pinguis fœcundique ſoli, ſed ſoluti & macillentioris ſeges. Hanc noſtrates, vti fermè auenam alternis ſerunt annis, non veruacto, ſed etiam defeſſo agro; SPELTAMQVE vocitant: Admodùm aceroſo, ſcabro, ſquallido & arido grano, minimi ponderis, & eiuſdem fermè cum auena indicaturæ apud colonos, quare Olyra deterior, Briza autem melior & læuior videtur.

BRIZA. {*Ger.* S. Pitters Korn.

ZEARVM vt ſic loquamur, deterrima videtur Briza, βρίζειν enim eſt onerare, aggrauare, & quaſi veterno ſopire: Quod huius panis eſu euenire teſtatur Galenus poſt Mueſiteum Medicum. Typhæ culmo & ſpica ſimillima, grano folliculis incluſo ex fuſco ruffeſcente; panem aceroſum, atrum, improbum, olidum, perquam ingratum dant. Germani iſtud St. Pitters Korn, & Eynkorn, dicunt: nec dubium quin Zeæ ſpecies ſit, id eſt, Speltha; tametſi nonnulli inficiantur, qui ariſtis carere dicunt. Quod ſuperius contigere vniuerſo triticeo generi, monuimus; ſic etiam quandò degenerant fœtere; ſaltem Zeæ vitium eſſe, eoq; hiſce accenſendum, per criticos herbarios nobis liceat. *Dodo. 313.*

AVENA VESCA & STERILIS.

βρωμος {*Germ.* & *Flandr.* Hauer. {*Ital.* *Biana.* / *Anglis.* Otes.

NISI in hordeum, quod rarius, aut Zeam, quod frequentius fit, deſciuerit Siligo, in vitium illud ſegetum primum ac minus cæteris malū abit, quæ auena latinis, Græcis autem βρωμος vocatur: non à fœtore, ſed potius quia veterina eâ multa veſcantur, vel à fragore, ſonituuè quem ſeges matura minimo tacta flatu, edit. Frugum generi ſiquidem colatur accenſenda; ſin neglecta inculta, aut ſemine fuerit vidua, tunc βρωμος erit, edendo inepta, & qua de Virgilius STERILES DOMINANTVR AVENÆ, canit. Proindéque haſcè ſecreuit Dioſcorides, vtque vſu eſſent diuerſo, tametſi genere & figura non diuerſa; vtriq; enim vt nomen ſic facies & natales eadem. Sed minore, graciliorerq; pedali ſtipula, apiculiſque ſtamineis delicatioribus, minimè mordacibus, comoſa effigie BROMO STERILI; ſemen fermè euanidum, in tuniculis fermè vacuis. Sed BROMO AVENÆVÈ frugi proceriora craſſioraq; calamus & ſetacei apices tunicis prognati; ſemen plenum ſecali ſimile, ſed arctius, longius & acutius; colore interdum pullo, alias nigro, ſæpiſsimè albicante, & admodum per meſſes caduco. Vniuerſæ Galliæ, Germaniæ, Italiæ, equis eſt laudatiſsimum pabulum granum. At in Anglia huius locò panes fabaceos plerique omnes dant: Iumentaque auenæ eſu minus bellè habere, aut labores ferre perſuaſi ſunt: Tametſi bonā habeant auenam, qua in Wallia, quæ Cambria eſt occidua Angliæ pars, panes & placentas ex hac exuta glebis nō prorſum reſpuenda ſæpius eſitauimus. Pultes illic etiam ex farinæ polline aut flore, cuiuſmodi meminimus in Heluetia atque Germaniæ Alſatia: potionibus etiam accommodant integram; vel farinam, decoctis aluum ſiccantibus & aſtringentibus.

Mathi. 401. *BROMOS.* *Dodo. 346.*

AVENA NVDA.

NON procul ab amæno Tameſi quà Londinum præterlapſus eſt, atque in Cantia Angliæ patent alicubi planities nudata auena cōſitæ; cuius omnia ſimilia, ſi granū quod colore ad Speltham, & nudatum hordeum ſiuè Zeopyrum accedit, exceperis. Mirum quantùm cuniculis hæc ſeges placeat. Parant iſta fruge tabefacta aqua macerando, optimam ceruiſiam; nam ſuauior aliquantò & veſcendo gratior hæc eſt, nequedum valdè frequens.

ÆGI-

ÆGYLOPS.
PHOENIX, ſiuè Hordeum murinum, & Lolium rubrum.
LOLIVM.
VSTILAGO.
MELAMPYRVM an Alopecuros Pli:
PSEVDOMELANTHIVM.

ÆGYLOPS.

NOMEN obtinuit à morbo perquam difficili curatu, cui medicationem pollicetur Ægylops, affectio notans proximè oculi vtriuſuis magnum canthum, cauernulam, vel ſinuoſum vlcuſculum, aut abſceſſum. Permultā ferunt Ægylopem ſegetes triticeæ & hordeaceæ agri Norbonenſis & Galloprouinciæ, æſtuoſis & glareoſis marginibus, qualem Dioſcorides docet: herbulam ſeſquipalmũ, binoſque palmos altam, folijs triticeis, exilibus, ſpica exigua, breui, duo plurimum, interdum tria grana gerente, glumis admiſta ſtriatis, & ariſtis ſinguli grani ex apice, nõ ſpica emergentibus: hordeacea grana, radicē triticea puſilla. Hac nulla propior genuinę Ægylopi, cui morbo potiùs fieri cępto, quam iam longiùs progreſſo, non ſemel periclitati ſumus profuiſſe. Exiccat enim aſtringendo citra calefactionem multam. Potui cereali etiam addita ſemina, cerebrum temulentum faciunt.

Min⁹ verè Mathiolo Ægylops altera figu: 1206 & prima autem falsò Bromos.

PHOENIX, *Latini hordeum murinum.*

DICTA Phœnix fuiſſe videtur, quemadmodum Phœnicopteros auis à colore Phœniceo, puniccōue, quaſi flammeo, eóque vocant Flamment iſtam auem Norbonenſes maritimi, nam cum radices, exiguaque folia & viticulos Tritici vel Ægylopis habeat, ſpicam obtinuit rubello colore, purpuraſcentéue ex fuſco nitentem, alterno ſitu glumas hærentes habentem, & prorſum lolij ſimiles: vndè nonnulli RVBRVM LOLIVM vocitarunt. Et niſi multum fallimur, eſt hæc Plinianum HORDEVM MVRINVM, folio hordeaceo breuiore, anguſtiore: ſpica lolio ſimilis. Rami digitorum ſenum radicem circundant: In aruis & tegulis, recens illitis, trita & vino pota præclarè menſes ciet: quod nobis hactenus incompertum, non enim fuimus auſi experiri, veriti nè capiti dolorem moueret, aliaque incommoda temulentiæ faceret, cuiuſmodi nouimus Lolium facere ſolitum: Præſertim apud Prouinciales, Delphinates. Repertu & cognitu hæc facilis, Germaniæ, Angliæ, & Galliæ.

Fol. 346. Historia Dodo.

LOLIVM *Rubrum.*

Ἄιρα καὶ θύαρος.
Gal. Yuraye.


LOLIVM, *& temulentum triticum.*

AIRAM vocarunt Græci vt coiectura fert παρὰ τοῦ ἀείρεσθαι, quod eſt efferri & attolli, vel ſurſum rapi: rapitur quippe in cerebrum lolij vapida nocua aura, atque dementiæ affinem tenebricoſam vertiginem, temulentiámque efficit. Quo quidem maleficio vel infimæ plebeculæ notum, & inuiſum plus ſatis eſt, præſertim Galloprouinciæ, Norbonæ, & paſſim in reliqua Gallia, vbi *yuraye*, quaſi ebrioſa vel inebrians vocatur. Quippe etiam in Nortmania, Belgio, & Anglia, non ſolum pani mixta farina, ſed multo magis Cerealibus potionibus, *Ale* & *Byere* addita, & ferueſacta, torpore & temulento veterno cerebrum opprimit, & opacat, reliquáque membra torpida reddit. At foris admotum, eiuſdem ex axungia depſitum cataplaſma, eadem pellit incommoda, doloréſque diuturnos artuum & pericranei ſoluit. Spica ſimiliòr nulli quam phœnici, vt ſitè Dioſcorides monet: eóque qui alterutram norit, ambas nouerit. Granum in dura tunica: ſtipula, radix, & reliqua tritici, vel ſecalis ſunt: eóque ea in opinione, qui ex Theophraſto eſt Senenſis, vt hæc tritici peſtis, rurſum in triticum redire ſolita ſit: vt verum dicit, ita ineptum & Phyſices imperitum ſe prodit; quum de Hippocrate hiſtoriam, è Plinio exemplum ſexus humani mutati adducit. Quippe neque ad rem facit hic ſexus mutatio, & in plantis ſexuum diſtinctio non vera, ſed metaphorica & figurata doctis meritò cenſetur: igitur res vera, ratio improba. Nullus enim non nouit hic defeciſſe Lolium à tritico, nec in fœminam abiiſſe, ſed in vitium quodpiam, aut aliam ſegetis ſpeciem: calidius enim & ſiccius eſt lolium, reliquo quolibet frumento, improbum

Figu, apud Dod 320.

Melampyrum perpusillum luteum.

FVit & hæc ſpecies, hic addenda, vt pote nõ deſcripta aut depicta familiaris Galloprouinciæ ſegetibus. Dodrantem aut ſeſquiunciam vix ſuperat: tota facie ſuperiorem præfert, ſed flos illi luteus, & folia altius diuiſa, Coronopo propiora.



bum alendo, præsertim homini, tritico autem planè contrarium natura. Hoc enim homini salubre, veterinariæ autem nex plerũque. At lolium hisce, vti neque alitibus gallinis nocet nihil, illi tamen plurimum: quare specificæ differentiæ sunt, non maris aut fœminæ, vt blaterabat Commentator. Quinetiam Adamus Leonicerus, Germanus Botanicus minimè malus.

VSTILAGO.

{ *Germ. Fland.* Brant. { *Gal. Brusture.*

NON è deprauatis humi granis, sed ambustis culmorum fastigiis, quæ iam spicari cœperant, istud vitium oritur, quòd ideo Brandt Germani, & vstilaginem recẽtiores dicunt: *Brusture* Galli, apud quos, inter siliginem, secale & auenas, frequens oritur. *Historia. Dodo. 321.* Dum enim in floris atque granorum spe adhuc est spica tenera, si compluta madidáque imbre fuerit, ac repentè sole feruidiore arefacta, iam vitium istud sterile fit, nullius in Medicina commodi comperti: cognitu tamen facile, quia culmis, foliis & radice est siligineis, vel auenaceis: Spica autem puluerulento situ fusco, aut atro obducta, quæ illico, quasi deflorescerett in pulueremt ambustámue teredinem cariosam, fatiscit.

CRATÆGONON.

CRATÆGOS, vel Cratægon arbor est, qua de inter Mespila dictum. Crategonum verò herba Cerealis videtur, & affinis melampyro, cuius vsus & esus, semen viuidum & genitale redderet, id enim τὸν γόνον κρατεῖν, est semen robore acuere, & quasi viribus imbuere. Nullius venit in mentem plantæ, cui aptiùs quadrarent notæ, quàm ei, quæ propter similitudinem recentioribus, alterum MELAMPYRI genus putatur. *MELAMPYrum alterum Neotericorum.* In Syluosis collibus, & deuexis, vmbrosis, Norbonæ, Angliæ, Sabaudiæ, & Pedemontis passim multa æstate fruticat, cubitum, sesquicubitúmque pluscũlis, & geniculatis germinibus, in alas multas diuisis, eufrasiæ ritu: sed multò crassioribus & maioribus, quas ab imo totas folia melãpyri, seu tritici vaccini vocati, vel luteæ cristæ gallinaceæ dictæ, psyllii aut linariæ ambiunt: Flores in summis herbacei ex luteo, calaticulis minoribus, quam Albæ digitalis, sed similiter digestis, & vt melampyri aut linariæ effigiatis. Semẽ in folliculo exiguo milio non dispari, cuius odor & sapor acre nonnihil testantur, vti & folia siccata. Ac tametsi videatur hic locus lacunosus & hians, tamen istud semen in pollinem pultémque ductum, esse Veneris incentiuum, & feminis genitalis quasi fermentum quoddam & cotem, non abs re reor.

MELAMPYRVM an ALOPECVROS PLI,

Triticum Vaccinum Dodo.

{ *Germa.* Kuweyssen. id est, *Pabulum vaccinum,* { *Fl.* Peertsblommen

HVIC quæ plurima & noxia inter segetes oritur, proxima facie triticum vel pabulũ vaccinum, Kuweyssen Germanis dictum, sed maior tota, & consimilibus cristæ Galli floribus, magnis, spicatis, vti cauda vulpina, eóque Plinius Alopecorum fecit: folia osyridis latiora vel rubiæ, quæ tametsi dispari magis ordine, tamen stellatim oriuntur: *Histori. Dodo. 320.* exigua & dura radix, floribus colore primulum purpurascentibus ex cœruleo, deinde dehiscentibus, luteo, cœruleóque permixtis in virorem marcescentibus, inter quos glumosæ siliculæ duo grana cohibent loliacea, triticis minora, & nigriora.

Vitium est tritici, & comes importuna, vaccis pabulo grata & innocua, & in quam triticum minus laudatum abiisse videtur.

PSEVDOMELANTHIVM.

{ Germa. Raden & Kornroſʒ.
Fland. Coırnroofen & negelbloemen,
Italis. Gittone.
Gallis. Nielle des bledz.

Mathio. effigies Fol. 798. PORRO ſui generis eſt Pſeudomelanthium vocatum, nam tritico permixtum atque farina in panificio veſca eſt: ſolia piloſa, pſyllii latiora, breuiora, caules rectos, proceros, piloſos, in ſummo caliculis oblongis donatos, qui quaternis, quinisue mucronatis, exilibus vnguiculis, flores maluæ colore & modo ambientes. Semen copioſum fuſco pullóue colore foris, intus albido.

RELIQVA CEREALIA.

- Oriza
- Milium
  - Vulgare
  - Indicum Plinianum, ſeu Mais Occidentalium.
  - Sorgo.
  - Panicum.
  - Panicum ſylueſtre.
  - Panicum Cœruleum Indicum vnde forte Indum Dioſcoridis.
- Phalaris.
- Phalaris pratenſis minor.
- Lithoſpermum Plinianum.

ORIZA.

{ Italis. Riſo.
Germ. Reiſʒ.
Flan. Rÿps.
Gall. & Anglis, { Ris. }

Mathiol. 403. VT ſemen ex India primum fuit allatum, ſic & indidem nomen adſcitum videtur, ORIZON Theophraſtus, Dioſcorides verò ORIZAN, Noſtrates trunca voce Ris vel Riſo Italis vocarunt. Notiſsimum illud Aſiæ & Europæ, ſed vnius duntaxat generis nobis viſum in Prouincia Norbonenſi & Hyſpania, ſed maximo prouentu in agri Mediolanenſis depreſsis, & patenti planicie vdi agri, quem tamen euripis & illicibus à flumine è lacu Maior vocato ductis, crebriùs, quoties opus vident, rigant: alioqui nullam aut caſſam ſegetem laturum, vt mirum ſit tam ſiccum & exuctum granũ, tam palluſtrem & humentem optare ſundum, bonum alimentum & lautum ſuggere, etiámque valetudini prodeſſe poſſe. Huius meſsis ſerotina eſt circa æquinoctiũ Autumnale, quippe matureſcit æſtiuis ſolibus multis: eóque Septentrionales, tametſi humentes magis reſpuit tractus, vtpote alſioſos. In ariſta flexuoſa, ſed rigidula ſpicatim alterno ſitu inſunt grana, ſubflauo folliculo, acutis ſeu anguloſis ſtriis in longitudine donata: quo cum ſibi ſupernè hærentibus ariſtis mordacibus, exuta grana, candida, pellucida, dura & multò pultibus gratiora, atque candidiora quouis præſtantiſsimo tritico ſiligineo. Culmi hordeacei ſeſquicubitales & cubitales, radix tritici: at ſolia potiùs milii aut hordei quam porri nobis (ni multum labat memoria) viſa in Longobardicis & Hetruſcis campis latiſsimis & vliginoſis, atque in Prouincia Galla. Eapropter Mathiolus Senenſis, ſequutus videtur eos, qui ex Plinio ORIZAM hodie ignotam, radice Gemmeæ rotũdiratis, flore purpureo, foliis carnoſis porri ſimilibus, & latioribus, altitudine cubitali, cum noſtrati vulgata Oriza inſcitè confuderunt. Illud porrò radicis rotundæ RISVM, fortè ſit illud, quod Romanis inuidebat iam rũ Aſia, & Syria Barbara, iureiurando adigere ſolita meſſores & inſtitores, ne prius quam excoxiſſent, vlli venderent, veriti ne ſemen in alias regiones communicaretur, quæ ſemina ſic coctione exanimata, munere

ORIZA Plinii.

accepta, nos metipſos non raro fefellerunt. Plurimum & optimum alimentum ſufficit probè lacti incoctus ſaccharo & amygdalo noſtratis Oryzæ pollen, eóq; ſanguinem & ſemen auget, quod non dubius animi ille Senenſis efferet ſi in Mauritania vel Hiſpania egiſſet, vbi etiam ex Oryzæ macerato lacte frumento deſtillant liquorem, limpidum primò, deindè oleoſum habent, nec parũ ſuauẽ, nec minus exhilarãtẽ ſpiritus & inebriantẽ, quàm ipſum (quo illi abſtinent, vel carent) vinum. Etiam eius pabulo mirè delectantur & dociles fiunt Aphri Elephantes.

Κέγχρος, *MILIVM VVLGARE.*

Flandris, Hirs *ſeu Milie.*
Italis, *Miglio.*
Germanis, Hirſen.
Gallis, Millet.

GRÆCE à minutis ficuſi granis ſeu gygartis numeroſiſsimis, quæ κεγχραμίδες vocantur, dictum videtur. Latinè verò quaſi milleſimum ferat granum: eſt enim tantæ feracitatis, vt granum ſingulum ternos reddere ſextarios feratur. Niſi potiùs dictum putet quis quia communi nomenclatura Græci μελίνην vocarunt, tum Panicum, tum Milium authore Varrone. In Hetruria & Norbonenſi Gallia, primo Vere ſerunt, metúntque tertio ferè menſe póſt. Solum pingue, limoſum & glebam glutinoſam, & aërem tepidiorem amat: ab radice fibroſa Panici ternos quaternóſque culmos binum, triúmue cubitorũ altos, hirſutos harundinaceos porrigit: foliis & comoſa fœtura, faciéq; ſumma quadantenus oryzæ, ſed longè maiore & magis ſparſa fœtura iubata, comam harundinaceam imitante, & grauida puſillis granis, leuiore tunica tectis Phalaridis aut Lini, ſed rotundioribus, minoribus, magiſque lubricis, quæ tamen facilè friata, inque pollinem redacta panes, lagana, placentáſque cõflant, grauia concoctúque difficilia, & mandendo glutinoſa, atque ingrata, niſi mox quum cocta fuerint edantur. Eóque Venetijs, calentia adhuc eſitant & vœnũdat plebecula in compitis, addito elogio recentis à clibano vel furno caliditatis. Sed ſeu recens, ſeu vetus eſt, vtiqne compactæ compendio & ponderoſæ molis, prauũque ſuccum & multò ſiligine ac oryza deterius alimentum ſuggerit, vel quibuſuis Carbonarijs, opilionibúſque Tiriolenſibus Iudicibus, nedum Galeno: quos illic cum percontaremur, num vera ſcripſiſſet Mathiolus, nimirum eos poſſe victitare, niſi pane miliaceo, vel polenta lacte incocta, nos ridebant, & Commentatori ſimilem victum perpetuum & lautitias optabant, & ioco addebant, ſe non poſſe quidem perdurare, vt quorum res, pecuniáue neutiquam potis eſſet meliores emere panes. Auiculæ iſto non ſecus ac Phalaridis, Lini & Canabini ſeminibus victitant, vt Canariæ Philomelæ, Linottæ vndè aui nomen, & κεγχρίδι fortè à milio illi auiculæ, quam Galli *Quercereau* vocant. Siccat tenuitate multa, pauco aut nullo eſt calore, eóque cerebri fluxionibus valdè accommodum. Itidem ad fluxiones artuum, flatúſque inteſtinorum magno leuamento. Torrefactis ſalis manipulis duobus ferreo cochleari vel imbrice, addunt milij tantundem, ſed ſubducto ab igni cochleari, nè vratur milium, quod calore & contactu ſalis vel furfuris, dum remiſcentur vnà crepat, medullámque candidam tumidam, Aniſi aut Carui conditi parem, ſimilem, & concolorem adeo excludit, vt pueris ſpecie tragematis ſacchariti illudat. Ex ſaccis linteis excepta, calida admouentur, etiam partibus delicatioribus, torſionibus vexato abdomini, lateri, denique cuilibet ad humorem craſsiorem impactum digerendum. *Mathiol. 405.*

MILIVM INDICVM PLINIANVM ſeu MAIS Occidentalium, Frumentum Turcicum, vulgò.

Flandris, Turckſkoren.

FRVGVM maxima & perquam ſpecioſa hæc noſtro orbi inquilina, indè à Neronis principatu in Italiam inuecta, iamque noſtra ætate magis oblectationi quàm Panificio ſata & culta, Turcicumque frumentum, tum vulgo tum doctiſsimo Fuſchio nuncupata eſt. Quem tamen perbonum doctorem, cum alias non ſemel, tum

hic potiſsimum immerentem lapſus incuſat commentator Senenſis: quòd iſtud Milium perperàm triticum appellarit, vt pote non ex Turcica allatum, ſed ex Occidentatibus Indis primum aſportatum. Atqui cum huius deliniationem, proceritatem & fœcunditatem ſcitè Plinius adumbret, cuius æuo nulli Europæorum nota fuit aut peruia Occidua India, perperàm illius primum allatum fuiſſe commentatoris Chronographia ſtatuit: quare rectiùs naucleri qui ex Aſia Turcica maiore, Indiis finitima aduexiſſent, Turcicum vocarunt. Radice, folijs, & floribus eſt planè Milij, ſed multo maioribus atque culmis procerioribus, ſeptenûm, octonûmue pedum, harundinaceis, rigidis, digitum & pollicem craſsis, geniculatis & medulla farctis denſa, candida, cuiuſmodi ſaccharinæ harundinis, è cuius medio, inter geniculorum & foliorum ſinum ſe prodit Cylindrea effigie Typhæ claua craſsiore, ſed breuiore, tunicea & tenui vagina operta, in qua conduntur grana Piſi magnitudine, compreſſa & denis plurib. e verſibus rectis ſcitè & arctè ſtipata, colore purpurea, interdum fulua, nonunquam alba & fuſca: quorum varietate flores vtique concolores miliaceis ſimiles reſpondent, in ſummóque culmo nutant nullo indidem prodeunte grano, raro naturæ luxu, quæ non vt pararet vmbram fœturæ, ſed vt oſtento ſpectatorem oblectaret, eoſdem caſſos ſemine feciſſe videtur, quod rarò alijs in frugibus animaduertas. Aprili & Maio triduo maceratum ſemen (vti cœtera duriora grana) compluto mandant aruo, ſcrobibúſque depreſsis infodiunt & opcriunt, non ſecus ac Piſa, & Fabas rurales. Maturat Auguſto & Septembri in Anglia. Pcrunianum MAIS verò ferunt; qui illic fuerunt, ferme toto vertente anno poſſe & ſeri, & meti. Eſt quod, trimeſtri, bimeſtríque aut ſex hebdomadarum ſpatio maturat, prout terræ & ætheris fert temperies, nec diſpar ſementis facilitas in Aſiaticis Orientalibus Indiis. Eſt huius MAIS panis, vt miliaceus, grauis & gratus minimè ventriculo: præſiccus enim & terreus, alimentoſi ſucci expers longè noſtrati ſiligineo bonitate inferior, quem Phronęa illi genti apparauit, vt ſimiles haberent labra lactucas. Mouendo puri, faucibus, ſaliua & manſu ſubigunt quidam: dulcedinem quandam inſulſam percipias & gluten, quo, occluſis calori natiuo ſpiraculis, facilius & citius pus fit.

SORGHI ITALIS & GALLIS.

EST etiam Sorgha re & nomine Indicum Milium huic affine, & indidem aduectum, ſed vt minus ſpecioſum, ita frequentius multò in Italia, præſertim vbi ſecus viam, & tuguriola ruſtica: inter Patauium & Ferrariam, videas hanc ſegetem Septembri meſsibus aptam, quam Vergiliarum ortu ſeuerint. Similiter ſuperiori harundineis quaternis, quinîſue, medulla farctis aſſurgit culmis hominis proceritate, gracilioribus aliquantò, fuſcis, geniculis tuberoſis, ſuperioris folijs mucronatis, ſed ſummitatibus ſpicata faſtigia Panico maiora inſunt, quæ poſt delapſos flores luteos, grana oblongæ rotunditatis, ſubrubra, canabis, milij maiora duplò, & duplici tunica inuoluta promũt. Miſelli illic coloni pertæſi operæ & longioris moræ, qua egent cœteræ fruges, ſorgam ſerunt ad panẽ faciendum, aut columbis & pullis alendis. Concinnant etiam ſcopas huius areſactis rectioribus & rigidioribus, exilibus ſummis viticulis, aut virgis, ad veſtes pannoſq; quoſlibet verrendos in Italiæ & Galliæ varijs locis.

Extat apud Do. de frug. pag. 17.

PANICVM.

ἔλυμος & μέλινος: *Italis*, *Panico*.
Germanis, Phenich & Heydelphenich.
Flandris, Panichkoren.
Gallis. Paniz ou Panic.

Mathiol. 406.

Ἔλυμον & μέλινον vocarunt Græci, vndè & Milium Latini authore Varrone: fuit enim promiſcua nomenclatio, Milij & Panici propter communes tum naturas tum vſus. Eſt quippe ſpecies milij, ſed Panicum dictum à glomeroſis tuberoſíſue quaſi racemis, in paniculam, ſiue conicam ſpicam hirſutam, nutantem, palmum & ſeſquipalmum longam aggeſtis: Miliaceis, ſed exilioribus, numeroſioribúſq; multo granis, multáque

multáque tunica obſitis concoloribus, interdum albis, fuſcis, interdum ex pallido luteis: folia item Miliacea, mucronata in culmis firmis harundinaceis denſè geniculatis quinûm, ſenúmue pedum. In Gallia & Vaſconia vltima, etiámque Belgicæ Galliæ hortis, ſed fœlicius in ſoluto & ſabuloſo aruo, ſiccioréque & tepidiore Climate: Nullius ferè commodi hodie, nec Officinis, nec Panificio: eſt enim præſicci, macillenti, & leuioris, vt ſic dicam, alimenti, eóque auiculis ad cibum erogatur, non ſecus atque Phalaridis & ſyluestris iam deſcribendi, ſpicæ.

PANICVM SILVESTRE.

DISTAT noſtrate Syluestre vocatum, inter Italiæ & Norbonæ rudera, & vrbium areas plurimum oriri ſpontè ſolitum, non ſolum cultu, ſed etiam ſpica peculiari, nec in turbonem collecta, ſed minore multò & alterno ſitu ſummo cauli hærente, Perſicariæ, aut Potamogetonis ſimilitudine. Cœtera verò facies multum præ ſe fert Panicum, ſtipula, folio, culmo, radice, & internodiis: omnia non diſsimilia, tametſi longè minora, eóque Panici recepto nomine herbariorum donata, vſu hodiȩ neglecta.

PANICVM COERVLEVM INDICVM
vnde fortè INDVM DIOSCORIDIS.



QVID poſsit in plantarũ ortum & educationem æther, aër, & tellus, vel hęc luculenta, ſi quæ alia planta, luculento exemplo erit: cuius ſemen recens ex Indijs acceptum, & ſummæ humanitatis, & ſummi admiratoris ſtirpium, generoſi Ioannis Brancionis Mechlinienſis munere acceptum, à nobis Monſpellij hortis ſatum Martio menſe, antè Auguſtũ harundinaceos culmos, quales cannæ ſaccharatæ, hominis proceritate erexit: craſsiores digito, medulla fungoſa pallente farctos, rectos, geniculatos, qui proximè radicem (quam pro ſui magnitudine minorem, & ferme Panici prioris magnitudine habet) cœruleo, eleganti, nitido purpuraſcunt, vti etiam in ſummo cylindreę ſpicę vel coni ſupernè retuſo faſtigio, ad effigiem Indici MAIS, ſeu Milii Turcichi; nitent ſtamineis apiculis florum ex cœruleis dilutis & gemmulis, grano denſè elegantérque ſtipatis, oblongis, teretibus, cœruleis, auenæ nudatæ ſimilibus quadantenus, minoribus, copioſiſsimis. Folia harundinacea, medius ſecundum longitudinem neruus percurrit, lata medio tenus internodia inuoluentia: guſtus miliaceus, vſus nullus, quia inter rariſsimas fruges rara hæc.

PHALARIS.

φάλαρις {*Flandris & Germanis*} Spaenſch ſaet ꝛ Saet van Canarien.

Dodo. foli. 317. NON modò è Canarijs Saccharinis & Hiſpanijs, ſed etiam Norbonenſi agro, via ad Magalonem propè ſegetes ad pontem, Phalaridem veram, eiúſque enatum ſemen fœliciter in Belgio & Anglia habuimus: quò inſtitores Canarijs Philomelis pluſquam ſaccharatas & mellifluas cātilenas modulantibus alendis vœnum aſportant ſeminis magnam vim: Seſamo paulò maius & concolor, aliquantò depreſsius, & minus quàm lini ſemen: in ſpicatis culmis, & glumis acerosis, æqualibus: cubitales ſunt culmi, geniculati, folijs & radice hordei, aut potiùs, vti tota facies, Zeæ. Alimento eſt, & nōnulli panes pinſendos curant, eſitántque ad calculum farctúſque veſicæ.

PHALARIS PRATENSIS MINOR.

Trago Ægylops Pli.

Inter Icones Hiero. Tra. 204 QVo modo & quantum diſtat gramē pratenſe minimū à canino gramine, tantū hæc à Phalaride: quippe non in ſegetibus, ſed herbidis pratenſibúſque Germaniæ, Galliæ, Angliæ oritur, gracilioribus ac fuſcis ex ſanguineo lucidis ſtipulis, ſeſquipalmaribus, interdum & pedalibus, per ſumma in ſericeis capillamentis ſparſim copioſas glumas geſtantibus, nitidas, ex atro fuſcas, & ſemina ſuperioris phalaridis duplo minora: folia item & radix minimi graminis vel Iſchæmi.

LITHOSPERMVM PLINIANVM, *ſiue Maius.*

LACHRYMA IOB *ſeu Chriſti.*



GAlloprouinciæ & Norbonēſia vireta, præſertim Cœnobiorū, nondū inteſtinis bellis efferuentibus euerſa, hanc plantam ſedulò colere ſolita erant, ſeminis lapidei cauſa: quo traiecto filo preculas ſunditabant & ſupputabant. Et etiamnum ad calculum Renum & Veſicę ſaburram, polline & decocto præſidium vulgatum. Rotundum, leuiter altera parte turbinatum, altera nonnihil depreſſum, Staphylodendri baccæ haud diſsimile, magnitudine Ciceris: nitore, lęuore, candore, colore Lithoſpermi maioris Dioſcoridis: ſed duritie ſilicea, & lithoſpermo multò pertinacius: præſertim quod è Creta, Syria, atque Rhodo allatum, & ſpontè natum erat: medulla intus pauca, guſtu emplaſtico: noſtratis autem folia Orizæ, milij, vel puſillæ harundinis, palmum & ſeſquipalmū longa, digitū lata, ſurrecta: ſtatim ab radice Tritici culmeos cauliculos, geniculatos, rotundos, cubitum altos complexa: quorum è ſingulo ſinu ſingulæ barbulæ (vt hîc Plinius ait) ſeu panniculæ miliaceæ prodeunt, ſeménque continent magnitudine ciceris, duritie lapidis, vt idem deſcribere pergit Plinius. Cuius ſi quis exactiùs verba perpendat, & cum vtroque comparet Lithoſpermo, facilè animaduertat vtrumque ab eodem deſignatum, ſed (qui illi penè fatalis lapſus, vt de Chryſanthemo monuimus) in vnam deſcriptionem conflatum. Primū Διόσπυρον, id eſt Iouis triticum indicat triticeis aut harundineis ſimilem, aut congenerem: herba quinquūcialis, folijs rutæ duplò maioribus, ramulis ſurculoſis, craſsitudine Iunci, quæ ex vtriuſque deliniatione mixta ſunt. Sed poſt addit lapillos magnitudine Ciceris, duritie lapidis, cādore & rotunditate margaritarum, cauernulas habent qua pediculis hærent: quæ poſtrema prorſum Lachrymæ Iobeæ quadrant, neutiquam Dioſcoridis Lithoſpermo. Quod licuit illi quāplurimis in agro Romano locis videre: haud ſanè tam ſtupēda mirabilitate, ſi vulgo cognitū Miliū ſolis intellexiſſet: eóque dicit, ſibi non hærentē, ſed vulſam viſam plantam in Italia creſcere, puta hortis. In Creta optima, nimirū natiuo ſolo: quin tantus decor veluti cādicantibus margaritis: cæteráq; inibi verba, neutiquā deformi & triſti Lithoſpermo congruant, ſed Lachrymæ Iobæ longè hilariore & iucundiore aſpectu:

quibus

quibus intus inest semen (vt idem dicit) & subtus cauernulæ, neutiquam cōmuni. Muttit hic Rapsodus Senensis, & superiùs in Fuschium ineptit, & superiore volumine nobis Phalaridem vorarat.

ἀλωπέκουροι *THEOPH.*
Cauda vulpis Monspelliensium.



HERBAM quam caudis Vulpinis similem & cognominem factam dicit Theophrastus, cùm de superiorum collatione, tum verò de ista Philosophi deliniatione, notissima est, frequénsque maritimis ad Magalonam Aquas Marianas, & Monspellio propinquioribus. Pedé alta tota planta, albicans tenui canicie & triticeis culmis, folijs, geniculis & radicibus exilibus. Speciosiorem tamen ex flauo pallentem, paleo colore molliorem, & densa lanugine obductā, pilis delicatioribus & longioribus in Vulpinam caudam, etiam vulgi illic suffragio & nomenclatura, eleganter efformatam habet, qualē & vndè Theophrastus nomen mutuo habuisse dixit: sapore frumentaceo insipido. Huius autem non vsquequaq; accuratus interpres Plinius, videtur στελέφουρος (quam Melampyrum Belgij hariolamur) loco Alopecurū accepisse: vti descriptio liquidò docet. Nam quòd nonnulli Plantaginem, etiam alij ortigen acceperint, non propterea plantago sit statim censenda, vt monuimus, varijs adducti exemplis in Stœbe: sunt enim nomenclationes vulgi incertæ, nisi certioribus stabiliantur coniecturis.

Lib.7, capi. 10.
BELGARVM.
Melampyrum.
Pli. στελέφουρος.

HOLOSTEVM DIOS. floribus albis vel ὁλόστεον *Æginetæ.*

HERBVLA sit oportet tota tenella & graminea holostium, sic contraria notione dicta tota ossea, quasi nihil duri osseiue haberet: sic etiam Græculi τὰ γλυκέα id est dulcia fella contrario significatu, vt quæ sint amarissima, vocant: sic etiamnum vulgus Iuam moschatam, & Vnguem odoratum dictitat. Duæ verò sunt plantæ gramineæ, quarum altera perperam à Doctis: altera non malè forsan à nobis, proponuntur. Quāplurimis Galliæ, Belgiæ, & Angliæ locis incultis, & viarum marginibus, exiles, tenellos videas & humi caducos, per interualla geniculorum, bina folia gramineis breuiora, acutiora, habentes cauliculos: floribus lacteolis Ornithogali, & Morsu gallinæ minoribus: vtriculos, Lini seminis, aut Anagallidis similes relinquentibus: Radicibus stamineis, albidis geniculatis prolixè per terram vagantibus, gramineis multò exilioribus, quibus tamē etiam hodie abutuntur quamplurimi Angli Pharmacopœi, graminis loco & ignoratione. Hanc Lutetiani Parisienses præceptores iamdiu holostium opinati sunt.

Perperam Fusc. Gramen. Ico: 74.

HOLOSTIVM ALTERVM.



SED enim nostra hęc multò breuioribus & crebrioribus gramineis vix palmeis viticulis, & folijs exit Coronopi diuisura, in superiore ambitu ex fusco virentibus, delicatioribus fermè, vt Capillarium, sparsis. Radix tenuissimis cirris, & capillis pluribus Adianthi veri, ternos & quaternos digitos prolixa, pulla & albicans fuscedine. In Norbonæ ad Veganium, & propè Lugdunum, etiámque in Alsatia Germaniæ vidimus, saxosis & incultis sterilibúsque collibus. Gustu exiccat & adstringit, grata satis & cuiusdam lentoris non immunis. Quare multò certius quis hanc verum holostium profiteatur, quàm SERPENTINAM vernaculè vocatam & Mathiolo Holostium putatam, cuius radix adeò non est capilli tenuitatem assequuta, quod vult Dioscorides,

SERPENTINA.
Est apud Mathiol. Fol. 494.

rides, vt craſsicie lignoſa & fuſca minimum digitum fermè craſſa manifeſtò conſpiciatur. Reliquáque planta capitulis & ſemine plantaginis: non molicella aut tenera, ſed durior, rigidiorque, quàm vt holoſtio datum ſit. Folia illi iuncea, anguſta, crebra, in terram procumbentia.

HOLOSTIVM MONSPELLIENSE



Nec quam Monſpellienſes Holoſtium ſuſpicabantur probāda, propter eandē planè radicis cōtrariam notā. Eſt enim (tametſi alba) lignoſa, craſſa, Iuæ aut Cotulæ, aut Cichorii æqualis, ſurculoſa, ſtatim folia Pſyllii aut Coronopi non inciſa tamen, albicātia, complura, & nōnihil lanugine piloſa emittens. Viticulis etiam & floribus Coronopi vel Plantaginis, ſed albidis. In Monſpellienſibus aridis oliuetis, & non procul ab aruis viáque Boutoneti proxima frequens oritur. Exiccat & hæc nonnihil, adſtringit, terreo ſapote, ſubſalſo, ſaliuam ciente.

PHALANGIVM an MOLY PLI.

φάλαγγιον.

Non rectè Dod. Moly. Fol. 348 Non ſine diſpendio noſtræ cognitionis, & tædio conquiſitionis omiſſa ſunt folia Phalangii, in Dioſcoridis Pliniique deliniatione. Cui tamen multùm diúque, vt nonnihil quod bellè quadraret, nanciſcetemur, a nobis elaboratum eſt. Lugduni in collium accliuibus ad Rhodanū, non procul ab arce noua Lucernæ portæ, & Pedemontis Taurino, Eridanóque flumini collibus vicinis planta eſt gramineis folijs latioribus, pallidioribus, caulem imum cubitalem & ſeſquicubitalem amplexis, ab vno ortu exeuntibus & reflexis, radice exili, fibroſa: plures puſillos ramos in ſummo promens, quibus ex pediculis flores aptantur candore & diuiſura Lilij, ſed crebriore Aſphodeli pares, nec abſimiles. Semen anguloſum pericarpio Lini, aut Aſphodeli occluſum, ſed multò minus. Varijs Londini & in Belgio hortis colitur, nominéque Phalangij donatur. Multò ſanè aptiùs quàm Moly, ſeu Dioſcoridis, ſeu Plinij, vt nonnulli voluerunt non indocti: nullo enim bulbo, ne quidem atra radice præditum eſt, vt cœtera taceamus.

PHALANGIVM CRÆTÆ Salonenſis.

Dvm Monſpellio Galloprouinciæ Maſsilęam luſum iremus, cumplures commilitones per Cretam, glareoſiſue, & fuſas planicies Salonæ, quæ vocantur *Craux de Salon*, alteram non diſsimilē huic copioſam collegimus, niſi magnitudine differentem, quæ pedem vix æquabat: & folio minore quidem, ſed craſsiore, rigidiore multò, ad Garyophyllatā accedente. Iunio flos, & ſemen Auguſto fundebat ſimilia, ſed minora.

PHALANGIVM. H. TRAGI.

Phalangivm verò ſingularis iudicij Tragi, non Lilij flore, ſed potiùs papposo flore quopiam vit[illegible]r Iunci, cui item folio, caule pedem alto, totóque habitu accedit, quò etiam referemus.

PHALANGIVM MATHIOLI.

Mathio. 833. Commentatoris Senenſis verò Phalangium pictum, vti pleraque alia, nec deſcriptum nobis, nec multis doctioribus nuſquam viſum, (fortè nec Mathiolo) qui quaſi mutus foret, ſculptori munus commentandi relinquit. Multus alioqui hic & alibi, in ex Ruellio & Plinio iamdiu pertritis locis vel interpretatiouibus conferruminandis.

ARVN-

ARVNDINES

- *Arundines*
  - *Saccharina Indica*
    - *Saccharum.*
    - *Sacchari purgandi ratio.*
    - *Saccharum* { *Candum candidum.* / *Candum violaceũ venetorum* }
    - *Arundinis Indicæ siuè Sacchareæ mel, & Sal Indum Æginetæ.*
    - *Mel apum.*
    - *Oleomel.*
    - *Manna, Ros seu Drosomeli vel Aereomeli, & Melsaccharum.*
    - *Manna*
      - *Israelitarum.*
      - *Brianſonnensis.*
      - *Calabriensis.*
  - *Vallatoria aquatica seu Phragmites harundo.*
  - *Δόναξ Satiua nostras.*
  - *Fistula, vel Syringa & scriptoria.*
  - *Nastos seu farcta, Toxica Theoph.*
  - *Aulitis seu tibicinaria fœmina.*
  - *Calamus odoratus Libani.*
  - *Cannacorus, Canna Indica Neotericorum.*

HARVNDO SACCHARINA INDICA.



ON modó effigie, quę illicò Miliũ vel Panicũ intuenti offert, sed etiam natura & vsu hunc proximè locũ sibi vendicant Harundines: vt quarum radicibus tusis arefactis & in farinam molitis, etiamnum hodie nonnullæ gentes panem nõ insuauem conficiunt. Quinetiã gramineo est sapore, etiam nostratis arundinis radix. Et ea quæ Saccharum fundit delicias lautitiásque, tum culinæ, tum Pharmacariæ vtiliorné an similior Miliaceis sit incertum est, idcirco hanc illis proximè subdere consilium est, Medius siquidem inter Miliaceas atque Arundinaceas videtur hic Saccharatus Calamus, nobilissimus hodie & orbi Europęo iã multis ad Mediterraneũ Oceanumque tractibus inquilina: vt Hyspanicis, Lusitanię, atq; amœnissimis Olbię in Galloprouincia viretis, non procul, & ex aduerso Stœchadibus insulis, quem virentem inibi & alibi habuimus, & in Belgio meminimus. Septenum octonúmue pedum calamos pollice crassiores, densis geniculis, fungosa, perquam dulci, succulentáque medulla obfarcta albida promit. Folia binos cubitos ęquant, angustiora tamen Donacis, scabra &



secundum longitudine striata, numerosa: Stolones harundinibus cęteris concolores, complures amplectētia, angustioa quàm ea sunt, quibus Saccharatæ Metæ inuolutę passim apud institores cernūtur. Comoso flore, & quadātenus Sorgi. Radix ad Cannæ radicem accedit, sed dulciore, succulentiore, minúsque lignosa: vndè germinula erumpunt sationi oportuna, resecta. Panguntur etiam taleæ imæ radici abscissę, atque bellè primò proficiunt in Gallia & Belgio, sed hyemis ęguicia enecantur, humentis soli, sed tepidioris aëris & auræ alumnæ atque amasiæ. Laticem hæc dat prorsum incomparabilis vtilitatis esui potuíque, secundæ atque aduersę valetudinis cuiuis ætati, sorti, & regioni plusquam mel merum, & meras cupedias. Nec tamen Indico hodie prima laus, tametsi ex India primùm in citeriorem Asiam, Rhodum, Cyprum, aliáque non pauca loca trāsmisissent. Nam hodie Canarium & Maderense longè omnibus suauitate & candore excellit: quippe tametsi quod Genuam, Massilæam ex India, Alexandria, & alijs Aphricæ emporijs, Liburnicis Venetias asportant, sæpius excoctum, candore marmoreo Canariū prouocat: multò tamen suauitate & dulcedine gratissima superatur. Dum enim lixiuio illo acriore, quasi sapone ex calce parato, fęculentioris, nigriorísque pinguedinis sordes eluuntur & absterguntur, vber dulcedinis gratioris perit, atque nescio quid rancidæ acrimoniæ inuritur: vndè bilis gignitur, & sanguis vritur, caput grauatur. Quod quilibet nosse potest ex esu vsúque Thomæi rubri vocati Sacchari, ex cognomine insulæ, sub ipso fermè Æquatore sitæ. Antuerpiam enim & Londinum Angliæ, vbi desęcare solent quidam industrij artifices, si gustes adhuc impurum & rubrum, multò suauius & dulcius reperias, quàm excoctum, lixiuiáque & cortinas expertum. Et quia, qua purius reddant industria, cœlant Pharmacopœorum plebem: lubitum est hic monere. In Cortinā seu ahenum, sacchari Thomæi, vel alterius quantum volunt, immittunt. Lixiuij fortis sola ex calce viua parati, iustum modum, & quod ebullitioni, despumationíque suffectum sit, affundunt: tum agitatione, scopulísque spumas tumidas multorum albuminum ouorum sensim affundunt, vicissim despumando, & rursum instillando, donec fistulam plenam mellea & sordidiore pinguedine, despumādo exemerint. Tunc probè lympidum & fuluum factum syrupum, lixiuio nondum absumpto, transmittunt per cilicium, colum, vel stamen, quo inibi festucas, quisquiliásque relinquant. Tum feruet denuo, donec expirarit in vaporem lixiuium. Quòd si (vt ferè fit) feruens saccharum impetu, artifice inuito, labrum effusione, & ebullitione superet, non aquam: nam sic (vt illi loquūtur) decoqueretur, recrudescerétue: sed butyri momentum illicò addunt, atque actutū resident vndantes spumæ. Iam è syrupo ad duritiem excoctum, saccharum in nolas, infūdibuláue figlina vasa, (Veneti ęnea) quibus subtus in angustiore loco inest foraminulū, priùs fontana imbutas, Saccharo adhuc calente, opplent, eodem obturato foraminulo: recundúntq; promo, cella, aut Hypocausto ficciore, tepidiore cumque indurerit. Metæ ordine dispositæ latiorem basim inducunt, luto ex figlina fusca aut pulla terra & aqua calida subacto dilutiore, loricam latam duorum triumuè digitorum. Quæ crusta vti partim loci, partim sacchari tepore siccò & bibaci; aruerit, demitur, noua apponitur: bis tèrue repetūt: sed singula in mutatione fusi mucronem in foramimulum immittūt, vt faciliùs effluat crassamentum pinguius, & sordidius, quod Syrupum vulgo vocant, Gallis *Melasse*: qua quidam improbiores pharmacarij, suos stercoreos syrupos cōdunt. Postremò bis aut tertiò ex Metis erutum fontana liquefaciunt: rursúmque in Metas infuso, reserant subtus foramen, supernéque lutum addunt, cuiusmodi diximus.

SACCHARVM CANDVM.

NOSTRI etiam est candoris impertiri discendi cupidis modum, quo Veneti Candum saccharum efficiunt. Primæ notæ, seu finissimi vocati Sacchari accipiunt vicenas tricenásue libras, pauca aquula fontana, vt liquescat, faciunt: & nè multum in multa aqua bulliat (nam flauesceret) & quia parum aquæ inest illicò in crassum syrupum abit. Tuuc arundinaceos bacillos, aut ridicas pusillas, quas prius cancellatim, decussatímque ad ollæ imum, & latera aptarint, mersa saccharo syrupóue calente, & vas paulò superius, quàm medio tenus oppleute, multum inuolutum bombace densa, vas cella, aut officina calefacta reponunt super assere, semimense aut viginti post diebus aperiunt os, & nōdum concretum syrupum prius effundunt, repente affusa calida, ad syrupi eluendam pinguedinem.

guedinem. Qua denuo & illicò affusa, reponunt quouis calidiore, aut quouis alio loco: etfractóq; eodem die aut biduo vase, pellucidi candoris crystallinas bacillis aggestas habent glebas, multò durißimas, quas citiùs vres, quàm liquefacies igni, nisi liquore addito.

CANDVM VIOLACEVM.

PVRPVREVM Violaceum æquè pellucidum, sed pulcherrimum, nec minus vtile, solis Venetis, dum illic ageremus, notum, sic paratur. Sumito, exempli gratia, facchari finißimi ℔.vi. liquescant & bulliant quàm fieri potest paucißima aqua, donec ad tabellarum electuarium crasßitiem deducatur. Tunc affusis vncijs 24. expreßionis coactæ, cōpendiosæ, & recens eductæ ex frigida & violis contusis: aut potiùs violacea stillaticia (ne vires colórue deleatur) recrudescat, seu (vt illi loquuntur) decoquatur, vt recedat ad syrupi superioris simplicis Candi crasßitiē. Festucis olla, & eodē loco & modo paretur elegantißimum Violaceum. Dum saccharo percocto miscetur Violarum dilutum, vel expreßio purpurea, qualem diximus, addendo aliquot guttas succi Limonum, viuidiorę colore & limpidiore diaphano placebit.

Denique vtilißimum simul atque fragrantius, curauimus parandum, additis drachmis duabus Iridis candidißimæ lacinia inuolutæ, quæ amica societate, solita est Violæ fragrantiam & gratiam, tum addere, tum excitare, nec parum sic Arteriacis commodi adferre. Sic decet nitidum Pharmacopœum parare, nec perpetuò, quasi misellus foret seruitor, Seraphico Vercellēsi radiato Apollini auscultare, qui imperat vas cōdendum & obruendū sterquilinio, vt fermentando & putrefaciendo (fortè & ipse persuasus à Theophrastinis stercoreis Philosophis) suaues imbibat penitus fragrantias & vapores, stercoreósque adsciscat spiritus.

Multa scitæ elegantiæ etiam è saccharo conflantur, loricantur, condiuntur, & cōcinnantur dulciaria & tragemata & gulæ blandimenta: quibus quia prolixiora, supersedemus, consultò prolixitatis hostes perennes: nedum vt Triuiales, prolixásq; lites huc adducamus ex Ruellio, Manardo, Fuschio & alijs, Senensis exemplo. Vt quid enim quærunt tamdiu & blatiunt tam multa, notum ne fuerit Antiquis saccharum? Sanè fuit, etiā Dioscoride & Galeno antiquiori Theophrasto, huiúsque præceptori Philosopho. Ait enim Theophrastus mel arundinibus Indicis excipi: eadem ferme etiam Aristoteles. Quod porrò vlteriùs tumultuantur & sciscitantur num illi vsi fuerint saccharo hodierno? ex historia in promptu responsum: Galenus φασὶ, id est, inquiunt dicit, oriri scilicet in Indicis harundinetis Mel saccharum vocatum: igitur auditione magis, quàm exploratione norat. Et Paulus facetè censet inter sales SACCHAR, SALEM INDVM sapore dulci, saccharum innuens, dentibus vt sal fragile. Quinetiam Plinius, quasi valdè rarum, nec adeò alimentosum vel familiare foret nostro corpori, inquit sumi quantitate nucis castaneæ aut auellanæ. Eóque primò è Græcis Actuarius, Medicatos succos saccharo excepisse, noménque Iosacchari, Rhodosacchari commentus fuisse putatur. *Sal Indum.*

At Dioscorides paucis litem dirimet: Salis in modum concretum, & dentibus fragile saccharum, in India, & fælicis Arabiæ arundinibus, quod aqua solutum, potui, stomacho vtile. Sed addit καλεῖται, id est, vocatur: vtpote cuius nō valdè certus erat: quia vsum tantum nondum ars locupletarat. Vocarant quippe rem minus notam propter dulcedinem Mel: quemadmodum sal Ægineta, propter concretionem duram, lucidam, fragilem, & candorem. Rimas namque anulæ harundines, præ senio, aut turgidæ, agūt, excludúntque succum saccharatum pauciorem, sed solidum, & salis aspectu, quale vulgatum arte excoctum saccharum, etiámque vt Candum. Quia verò admodum paucum & exoticum, minus erat notum, vsúque receptum: quod neutiquam mirandum, cum Manna roridum, Lariceúmque, Europæ multis locis familiare, illis penè fuerit prætermissum: quia nondum commodum experimento auditionéue compererant.

Norbonensis Varro & Strabo, etiamtum ex radicibus succum premi suauißimum, ex arundine arborea non nimis magna.

Strabo arundines Indicas gignere mel sine apibus: Igitur si μελίττης seu apis non est pensum, non erit mel, seu melissæ excrementum, sed plantæ: quam eiúsue laticem, Sacchar Indi vocarunt.

Et Seneca à nobis facit: Inueniri in India Cannas, quarum humor pinguis, dulcísue, in

in mel abeat. Et sapor cannarum fermè omnis dulcis, radicis præsertim. Fluxiones sistit suffitu Saccharum. Et nostrate Candum, etiámque vulgatum abstergit, oculísque prodest, vti tempore Dioscoridis faciebat Spontaneum: quare idem esse nulli controuersum. Nec hodie foret ignotum illud Antiquorum: cum vniuersa pateat per Mediterraneum & Oceanum Æthiopicum Arabia & India.

MEL APVM COMMVNE.

SACCHARO nobilitate, vtilitate & origine proximum mellis nectareus liquor: quem largita videtur Phronęa populis fermè omnibus, presertim apud quos facchari arundo nullo nequidem mangonio, cultu viuere quit. Eadem vtriusque natura, ortus & ferme modus videtur. Verū mel calidius, acrius, aëreum, magísque igneum & spirituosum: vnde tantopere prodesse senio confectis & calori languido, Democratis exemplo fertur. Nec abs re sanè, quippe vini saccharique vigorem, vitam & efficacitatem mel meritò complexum esse quis dicat: MVLSA enim, vbi aquæ plurimum, mellis non multum, diuturna intestináque mellis ebullitione, in vinum vicinúmue saporem multò vtilissimū abit. Et Pannonica seu Polonica Moscouitarúmque potionum MEDA vocata, atque Cambricorum Anglorum METEGLIN, suauiora sunt, & salubriora non paucis optimis vinis. Quarum quidem vsum, quàm scimus certò profuturum Meridionalibus, tam lubenti animo illis hic impertimur: quæ sic habet.

MVLSA.

MEDA.

Rec. Mellis boni Lib. 20.
Aquæ pluuiæ, fluuiatilis vel fontanæ Lib. 120.
Bulliant despumando ad Libr. 80.

Quibus semifrigefactis, inditis in vas vinariū, addantur fermēti panis, vel Alæ, vel Byeræ acidioris vnciæ. vi. vel quod satis sit excitandę ebullitioni & defœcationi. Et vnà de licinia vel nodulo hæc suspendantur metganturque, nec fundum tamen tangant arromata.

Rec. {
Cinamomi,
Granorum paradysi,
Piperis,
Zingiberis,
Garyophyllorum crassius contusorum } *an drach. ij.*
Florum sambuci Man. 1. in dolium mersorum.

Sinantur in cella vinaria tepente per hyemem: estate verò in sole maneant 40. dies, vsquedum adsciscat vineum saporem & exuat dulcorem ingratiorem mellis. Qui vinum colore ementiri cupiunt, panni Tornesolis (nomen sonat heliotropium purpureum verrucarium) Lib. S. addunt. Nonnulli efficacius & gratius, addita vini tertia parte, teddunt. Hæc si quis, non vt quotidiano potū, sed quasi medicato vtatur, multum commodi percipiet, tum ad febres quartanas, tum ad cachexias, & ad morbos cerebri, quibus potus vini perniciosus, vt Epilepsiæ & Analepsiæ: adq; noxas aquarum corrigendas, vbi hę multas putridas febres excitare solitæ sunt: eóq; Troglodytæ, propter multos fructus aqueos, & putres aquas plurimo, tāmetsi feruida in regione sint, vescuntur pipere.

METEGLIN.

CAMBRICVS etiam ille potus Metegla, non patrio (vti putant illi) sed Græco nomine dictus, vt multò salubrior parari potest, ita multò dignior qui Transmarinis innotescat: est namque altera liquida & limpida Septentrionis THERIACA. Eadem proportione fermè miscetur mel & aqua, adduntúrque despumatis herbæ siccatæ quamplurimę, fermè numero sexagenę, bulliūntque diutissimè ad dimidias, interdum ad tertiam partem. Quò fit (vt cōtra quàm ferunt vulgata Pharmaciæ documenta) diurna coctione herbacei viroris & saporis exuat fastidium, adipiscatúrque vegetiorem, & quasi tertiam quandam peculiarem alendi vim, & gratiam saporis Maluatici vini æmulam, nec minus duratione perennem. Triennij enim & quadriennij colore, crasi, & sapore maluatici vel Muscati Meteglam non rarò illic bibimus. Quotidiano hæc senibus

potui

potui placet,& plurimùm prodest: nec adeò temulentiam vertiginosam, sed amœniorē facit. Multò aptior foret & vtilior,si Medici Docti Instituto,quilibet sibi accommodam parandam curaret.

Quibusdam naturis,etiam hepate calidioribus,mel ieiuno sumptum ventriculo,multùm conferre scimus,& compertum(secus quam vulgò videatur) maiore copia & satietate ingestum crudum purum Anglicum plus prodesse, quàm moderatè sumptum Hispanicum, optimum putatum. Quippe acrius Atticum, Norbonense, vel Hispanicum crudum, facilius in bilem abit, magis sanguinem adurit, & minus ventrem subducit, nec perindè recens hîc habetur. Minus speciosum ac delicatum Anglum: sed quibusdã, præsertim saltibus & pascuis,vbi lana commendatior,lectum,vernum aut æstiuum,biliosa excrementa inferius extergendo pellit, & aciei oculorum prodesse putatur. Venetias & Veronam ad Theriacæ confectionem delata sæpius Græca famigeratissima,Attica & Hyblæa mella gustauimus, fuluiora & puriora, sed minùs candida Norbonensi aut Hispanico : quæ duo tamen celebriora apud Francos, Germanos, Belgas & Anglos, adeóque multò cariora.

TVRONES NORBONENSIBVS.

Italis, Amigdalato.

ISTO Norbonenses Pharmacopœi parant placentulas niuei candoris Turones illic vocatas, ad alendum tabidos, & expectorandum crassos pulmonũ farctus, simul suaues & vtiles: vtiliores tamen futuras Anglis & alijs ad Septentrionem populis, etiámq; PIGNOLATO dicto medicatiores. Nam Italis valdè quàm elegans & marmoreum niueum PIGNOLATVM (hodie ex puluerato finissimo saccharo, & postea albuminibus & modica rosacea, & succo Limonum subacto, & donec summum contrahat candorem,atque pelluciditatem, agitato : pineis lotis, & siccatis furfuribus & absterfis,additis, & remixtis omnibus,viuido sed pusillo, puróque in igne exiccatis, & in duritiem coctis,in morcellos digitum longos, conflatur) tametsi prodest & alit, tamen minus intrò subit aut incidit & abstergit arteriæ vel viscerum muccosos farctus, quàm ex melle & amygdalis parati Turones, qui sic fiunt. PIGNOLATVM

{ *Mellis primæ notæ & purissimi Libræ sex.*
{ *Albumina ouorum sex.*

In pelui tamdiu frigida pistillò ligneo agitantur, donec lacteum candorem assequantur.. Tunc prunis cinere obrutis, ne vrantur aut nigrescant, sedulò versando pistillo ad suppositoriorum crassitiem iam fragilem coquuntur.Tum addũtur dulcium amygdalarum integrarũ deglubitarum furfuribus torridis tostarum vnciæ,quantas excipere moles iam Pignolati specie potest. Calentes super Nebulis(quæ crustula sunt)extensæ ducuntur in placentulam, vnciam crassam,latiore superficie,quam acie adhuc calentes in rhombos dispescunt,Medico volente,interdum adduntur puluisculi gemmei, coralli, crystalli aut aliorum.

MANNA ARABVM TERENIABIN

Drosomeli. Aereomeli & Melisaccharum: Manhu.

Δροσόμελι.

POSTRIDIE quam Ioua largitus esset victum Plebi Israeliticæ, complutáque fuisset humus, & conspersa rotundo semine Coriandri simili, minuto, albo, gustu mellitæ placente, aut specie Bdellij : ex quo districto mola,panes factitabant sapore libi ex oleo: Gens Israelitica mirabunda, cum primum hæc cœlestia, & nusquam antea visa munera fuisset conspicata, cœpit dicere : MAN-HV, id est quid nam istud ? Cuius nominis vestigia remansisse apud posteros Indicat Mannæ Thuris Libani Palestinæ montis nomen: cuius similitudo cum illo Bdellio simili Mannæ nonnulla esset: vndè etiam verisimile La-

MANNA è RAMIS LARICIS.



tinis deductum nomen Manum, quod bonum interpretatur perbonus Latinitatis autor Marcus Varro. Et indidem putandū Medicatum istud Manna, quo de hic iam agemus, dictū fuisse recentioribus Græcis & Latinis. Eximium sanè Naturæ opus, ac mirabilitatis plenum: nec valdè antiquis notum: indicio est quòd paucis & vacillantibus verbis illius meminerint, nec quantæ esset ad purgandum salubritatis monuerint. Theophrastus siquidē ex Hesiodo & Aristotele succum mellitum ex æthere quercub⁹ siue Robori illapsū putat, qualē Galenus prouētu portentosō è Libani arboribus excussis memorat: & Celsus SYRIACVM MEL vocat: qui omnes persuasi fuisse videntur (præterquam expertentissimus senex Hippocrates, qui non aëreum sed CEDRINVM MEL vocat) nihil aliud esse Manna istud, quàm roridū ex humo in æthera subuectum interdiu, vi & calore Siderum, vapidū spiritum, qui reduce nocte occursans frigori liquor refluus & quasi stillatitius factus, arbores, tellurémque rursum, horis antelucanis præsertim irroret. Quam opinionem, vt improbare nolumus: ita etiam sequi, nescio quo modo, renuit animus. Quæ nam tenuitatis tantæ, partim aqueæ, partim aëreæ, cuiusmodi ros esse videtur, destillatitia, illico vel imbecillis Auroræ radijs difflari in auras solita, posit in grumos masticheos, gummosos, farinaceos, emplasticos, solidos & densos abire? Quin Manna etiam calidiuscula est, grauis ac pinguis, & solutu non adeò facilis. Imò soluta, liquori calido non vti mel, aut saccharum, mixta, perstat, sed plurima quasi aqueū respuens liquorē resinę gummi, & Caphuræ factitię modo rursum coit, & collecta vasis lateribus hæret. At imbrium cœlestium proles nix, grādo, pruina, gelu, ros, omnia frigida, neutiquam pinguia, sed facillimè vel calore, vel humore soluuntur, nec quicquam pinguis vestigij relinquunt. Quare suspicio magna est Manna non aëreum rorem, qui refrigerando, temperandóque diurnum æstum natura comparatus fuit: sed succum vaporémque viuificum cuilibet tum arbori, tum herbæ insitum iam per soles tēpestiuos & genitabiles maturitatem assequutum, qui extillans expiránsque interdiu trans latentes corticis superficieiq; meatus, in auras à sole feruido dissipatur: noctu verò ros consuetus illabens sese cum isto permiscet, atque ne dissipetur, partim obstat, partim seipsum vna fermentat, inque amicam naturam vnà coëunt, ac demum quippiam con-flant

Lib. 5. Histori. animal:

MEL CEdrinum. *Hippo. Succus Mellitus Theoph. Syriacum Mel Celsi.*

ſtant mediæ inter mel & Saccharum naturæ. Quod quiſpiam MELISACCHARVM vocare poſsit. Iſtud noſtrum paradoxum confirmat eorum diligentia Pharmacopœrum, qui ramos magnos præſciſſos Laricis & Fraxini,inque vinariam cellam, quo æſtatis tempore Manna colligi ſolitum eſt,aſportatos,Manna poſtero die, tametſi non perinde nitidum, conſpectum ſibi affirmabant. Quod etiam minùs mirum videatur illis, qui ſciunt RORI COMMVNI deciduo purgatoriam vim ineſſe, non a ſe, ſed foliis herbarum, quæ abluuntur & abſterguntur ab illo. Sic Braſsicæ foliis & Roſarum rorem exceptum detergente,nitroſo & laxante ſucco magis lubricare certũ.Eapropter conſulto huic infundunt Roſas nonnulli ad ſyrupum Roſarum ex infuſionibus. Quare cum quilibet obſeruare poſsit poſt ramos & truncos auulſoſue ſurculos, vel etiam radices Laricis, Pineæ, Iuniperi, & aliarum gummoſarum aut tediferarum arborum gummi, Lacrymas & micas etiamnum in ſuperficie congeri atque concreſcere, quas ideò propter ſimilitudinem Manna Thuris Græci, Ruſtici autem Norbonenſes Metaphorice in Iunipero & Teda glaciem, Galli Vernicem vocant, poterit ſecum perpendere idem Larici, Ornogloſſo, Amygdalæ, Prunis ac aliis quamplurimis vſu venire poſſe.Quin quod de œleomelite Norbonenſi diximus in Olea Æthyopica magis fulciatur hæc perſuaſio, alioqui & rara obſeruatio eſt, neque à quoquam recentiorum literis prodita, quin potiùs à nonnullis quaſi fabula foret excepta,nec ipſimet aſſentiri recenſioni auſi eſſemus, niſi oculis manibúſque id comperiſſimus in Prouincia Norbonenſi maritima,non procul Monſpellio vrbe tam lauta quàm nobili. Melisaccharum. Ros cœleſtis.

ELÆOMELI.

EX olea arbore vulgari perquàm amara tota & ingrata, cortice, caudice, fructu nondum ſale condito,emanare MANNA verè melleum, non ſolum colore, ſapore, ſed etiam duratione incorruptũ experti ſumus.Habemus namq; partim iam duodecim ab hinc annis collectum à Rondelletio præceptore aliquot vncias, partim à nobis quinque ab hinc annis,cum eo nos duxiſſet Stephanus Barrallius Monſpellienſis Dioſcorides vocatus, atque in tenellis ramis & ſtipitibus Olearum arborum tam inſolitas diuitias affatim nos latere monuiſſet. Tunc enim rimoſis è corticibus, partim ſcalpello ſauciatis,ſatis excepimus non modò ad explorandum,ſed etiam amicis impartiendum. Verùm non niſi propemodum pene matura oliua ac nigricante vel purpuraſcente, quam Nouembri & ingruente Hyemis ſœuitia decerpunt, quiſquam reperiet mel iſtud: vt nos plebecula monebat, quæ interdum tantam copiam ramis aggeſtam ſe vidiſſe vna aut altera die ante vel poſt D.Catherinæ feſtum aiebat, vt auiditati explẽdę pueri & mendici eò certatim confluerent. In proximis vinetis pone fanum fune-cinctorum Franciſcanorum, via ad Latrenſem portam, etiam nonnihil emanabat, & plurimum ferebatur Lunellæ extillare, præſertim ſectis maioribus truncis, è quibus initio melle liquidior latex glutinoſus effluebat, poſtea inibi reſidens aliquamdiu frigore denſior euadebat, atque non tam mel quàm Manna verum præ ſe ferebat ſpecie, guſtu, ſapore, concretione omnium comilitonum iudicio qui deguſtarant, inter quos Iacobus Vtenhouius Gandauenſis generoſus, & multarum literarum Medicus doctiſsimus. Quin iam dum hæc proderemus, cum multi alij deguſtarunt & mirati ſunt,tum Medici ſingularis eruditionis, vniuerſæque materiæ medicæ conſultiſsimi D.Pariſienſis Drouetus,& D.Penius Anglus.

An cum Arabes exſcribunt fortè de Galenico Manna rorido,quo cõpluerat arbores Libani atq; lapides Iuppiter, hallucinantur nominis & naturę affinitate,interpretati nempe quę Græci antiqui de latice illo mellito ſuauique rore antelucano, qui inſtar ſudoris expirantis, partim è puro ſudóque aëris ambientis madore, partimque ex potiore genitabiliq; cuiuſq; arboris & herbæ ſaliua gutticellas lympidas & prædulces in arborũ folijs & herbarum conſtituit: vnde mellis apum ortum & naturam facilè quis aſſequetur?Sanè ſic videtur, nec enim manna illud ſordidũ,gũmoſum,granatum, quiſquilijs ar-

arborum mixtũ,in ramis lapidibúſq; diu deliteſcens, non Sole Caniculæ feruido, aut imbribus ita facilè liqueſcere ſolitũ cuiuſmodi mãna intelligunt Arabes,idẽ cũ rore ęthereo. Eapropter Grecorum Stillatitiã aëreúmue rorem mellitum illum tenuem, neutiquam Manna Iudæum Arabicúmue putamus,ſed grana iſta Maſtichina pellucida,ſolita è ramis folijſque arborum elabi præ copia, rotũditate & lubricitate granorum,ſuccuſſatione & ventorum impetu, qui montes crebriùs perflant, ſícque colligi in montoſis ſyluoſis humi, & ideo putaſſe quoſdam inſtar grandinis è Cœlo manaſſe. Iſtud noſtrate porrò nos quaſi vtriſq; naturæ cinnum & particeps plurima arborum genitabili ſaliua ſuaui & madore,qui cuilibet ineſt pro ſua natura plantæ varius,conflatum putamus. Cui dũ occurrit noctis periodus anteculana frigidiuſcula, quemadmodum tunc coacto in Æthere vel aëre vapore aqueum facit R O R E M vocatum, ſic in arboris ſuperficie cogendo & addenſando expirantem per latentes poros mellitam exhalationem, ſiſtit inibi manna.

Ros.

M A N N A *quomodo fiat.*

Ficuum maturatio.

Quę eadem cauſa efficit, vt ficus ſuos fructus noctu maturare verè dicatur, non propter quem apud Plutarchum Graculi Lunæ afferębant calorem πεπληνὸς, quippe illi noctu ſilente æquè benè maturitatem aſſequuntur. Sed quia ficulneus cortex, laxæ cum ſit texturæ, vti tota arbos, facilè Solis radios admittit, qui ſpiritum calorémque inſitum lacteo liquori diſsipant interdiu, vnde concoctioni officitur: at noctu hîc non difflatur, eóque maturitati impenditur totus, quam celeriùs & perfectiùs abſoluit,niſi propter laxitatem arboris & lactei ſucci vbertatem nimiã obruatur,vt in ficu Ægyptia euenit, quæ ideo non niſi vulneribus ſaucia maturat quia plus iuſtò obruebat lac alimentúmue quod per vulnus effluxit.

M A N N A *Iſraelitarum qualis.*

Nec diſpar modus opúſque mellificij: vt enim efficit ex rore aut cum rore & ſucco benigno arboris, natiua inſitáque vis Manna, ſic ex vtroque è floribus decerpto, ſuo calore & ſpiritu conficit apicula ſedula, etiamque aliæ volucellæ inſectæ,carpto in truncis arborum humore, quem percoquant in mel album ſaccharo ſimile, ſiue Stercus ſuauiſsimum, quod etiam Hiſpanus à Vega magni nominis Medicus ſibi viſum narrat. Non enim rore ſolo caduco, ſed ſuaui, odoratóque vapore, & plantæ tenuiſsimo ſuccò, quem ſuis ſibi inteſtinis fouet apis, conſit mel. Nam qui poſsit ros Stillatitiúſue imber aut vapor in Ceram, Propolidem,fæcéſque quot continent faui abire? Quin mel grauius multò oleo, vino,aqua, lacte, ſanguine, quorum æmulatur aut ſuperat dulcedinem. Quin amarum mel, improbum, venenatum, ex Abſinthio, Erica,Oleandro & aliis. Cur non potiùs è foliis Iuglandis, aut quercus hauriat apicula, vbi plus nectarei & dulcis roris,quàm è florum aridis calyculis? Niſi quia vbi optimus eſt aër, inibi optimum mel,modò Stirpes ſint natura aptæ mellificio, ſugántque è ſolo probum alimentum. Sed hæc latiùs in Larice & Fraxino.

Hebręum Germanicũ notũ,& Rabbinam admodum callentem Philoſophię habuimus, qui Manna iſtud purum & Maſtichinũ vocatum affirmabat eſſe idem cum ſuo Iſraelitico, Bdellii ſpecie,Coriandri granis ſimile, melleo ſapore, quale etiamnum eſt in Paleſtina, Syria & Arabia. Porro, nobis obiectantibus illius ſupercœleſtes vires, portenta, & putredinem: Reſpondebat Iouam cunctipotentem pro eo ac ferebat ſua voluntas, vſum & fruitionem Mannæ illis largitum fuiſſe, qualem,quantum & quamdiu illi viſum fuit: téque ab ſe condita vti ſolitum ad ſuam oſtendendam ſiue gloriam, ſiue munificentiam, præter & ſuper naturæ leges ratas. Sic quoque M A R A C H perquam amarum

M A R A C H

& ſalſum edulcuit iniecto ligno: & Arabicus ſinus quaſi medius ſectus, vadum fecit proli Iouæ, hoſtes vero obruit: Solis orbita curſum inhibuit & æquor montibus innatauit.

Brianſonnenſis

Maſtichina igitur vel Granata vocata,quę hodie ex orientis Emporijs Venetiis & Genuæ proſtat,optima. Nec tamen ſpernenda Brianſonẽſis ad Galloprouinciæ & Allobrogum alpes prouenire ſolita, qua vniuerſa fermè vtitur Gallia, modò delectus nitidioris,putioris, candidioris, & recentioris grani habeatur, qualem illic nos effractis è larice ſurculis copioſam habuimus, quæ nec doſi,guſtu & effectu purgandi nihil planè cedere illi exoticæ videtur, & multò minoris emitur, minoréque mangonij ſuſpicione: blan-

blandè namque educit biliosa è primis venis & Iecore, éque pulmonibus pituitosa, veluti Lariceus liquor, Terebinthina Veneta vocata. Hac igitur, si illius Syriacę purę copia desit, aut CALABRIENSIS, vtendū ab vncia I.S. ad vncias 3. Calabriensem tamē hodie perpaucam, aut nullam inueniri, quidam institores qui illinc veniebant, planéque defiisse conquerebantur.

ARVNDO VALLATORIA.

OMNIVM Vallatoria notissima, vbiuis Regionum vdis humentibus marginum vallis lacunis & scrobibus aruorum, aggerum & mœniorū tesquis, & attegiis, rusticanisque tectis multùm accommoda: sic & sepiendis tutandisque satis. Multiè radice grammineа, geniculata, prolixiùs reptante, marini graminis graciliores exeunt culmi recti, ex pallore pulli, concaui: alterno pullulatu folia emittēte graminea, miliaceis longiora, scabriora, firmiora: spicas fert Milii modo sparsas, lanosa, mollique cesarie nutantes & purpurascentes, maiores & elegantiores, cassidum plumas imitantes, quæ ventis hybernis abripiuntur, nullo comparente seminum vestigio, radice namque etiam combusta & eruta, seipsam denuò instaurat. Equidem quam noua depacta, albida, dulcis prolixa, & vti diximus graminea: quare scita consequutione gramineis & triticeis subduntur hic arundinacea.

Δόναξ *DONAX SATIVA NOSTRAS.*

NON parum frequens hæc hortis & Satis Galloprouinciæ & Norbonæ, vbi colos ad nendum & clatras fenestris Rustici mulierculis factitant, flectúntque ad fornices topiarias, aliaque viretorum ornamenta, adque fulciendas vites humi depangunt. Similes istius sunt tubi illius Vallatoriæ, sed proceritas & crassities magnam æquat hastam: densissimis geniculis, è quorū acetabulis vel cauernulis basis latioris prodit neruus medio tenus ambiens calami ferme spatium, intergenicula. Acori vel Schenæ radix prolixa, tuberosa geniculis multis, latè huc & illuc subtus humum porrecta, albida foris intúsque dulcis gustanti. Ex qua vsta Arabum Spodium paratur Pharmacopœis quamplurimis, tametsi vt non necessariò, ita non magno commodo: quando melius nec difficilius ex Myrtho aut Cithonio arbore, oleaue (vti monuerat in Antispodio Dioscorides) conficerent. Longè tamen grauius delinquunt qui loco Palmæ foliorum teneriorum harundinis huiusce subdunt radices: namque harum facultas ex alto cum vel spicula euellere prodatur, calida etiam authore Dioscoride sit, planè Palma contraria sit huic oportet, cuius ad frenandā cohibendámque Chalcytidis vehementiam addita folia videntur. Verum isti audaculi, quid intersit foliane harundinis, quæ fortè quadrarent, an radices addas, quæ prorsum aduersantur scopo, supino fastu malunt nescire quàm discere. *Spodium Antispodium.*

FISTVLA vel STRINGA, & SCRIPTORIA.

EADEM cum Donace harundine hæc est, vt cernere est in Galloprouinciæ & Corsicæ vdis & pinguibus prope vrbes locis, compactiore est carne, minore & pollicem vel indicem digitum æquante crassitie, octonum denúmque pedum, radices & folia non disparia, Pueris etiam quæsiti calami ad maiuscula characterum crura delinianda: & hæc vti superiores duæ, caua.

NASTOS seu FARCTA, TOXICA Theophr.

RARIOR hęc Europæis, nota tamen iam diu harundo mediterranei & Tyrrheni maris mercatibus: vbi interdum à naucleris emunt senes, robustiores & adultiores Stolones, quibus scipionibus siue labantis vestigii fulcris vtuntur: leues nan q; sunt elegantes & robustæ. Exiliores Stolones verò Scythæ Asiatici & Syrij aptant ad iacula: quos emptos à quodā Pictauo circulatore Alexādro vocato hábemus exiles, leues, politus enodes prorsum, rectos, solidos, nec graues, colore cæsio pullo & purpurascēte nitentes. Ionbertus Monspelliensis habuit, ni fallit memoria, perquam solidam & elegantem, puto ex Aphricæ Argyera, non Alepo.

AVLITIS SEV TIBICINARIA fœmina.

TAMETSI fœminam hanc nuncuparit Dioscorides, tamen putamus nos à nostratibus vulgatis, non nisi textura delicatiore carnéue solidiore distare, proindéque tubulam magis esse sonorum læuiorem & nitidiorem, cuius delectus penes aulędos & tibicines esto.

INDICA FLORIDA.

EXOTICÆ elegantiæ pulcherrima planta hæc, ambiguæ inter Cannas & Acorum naturæ & figuræ. Ea ex semine Indiæ Occiduæ amicis in Belgio, deinde nobis Monspellij in horto lætos flores, Augusto ineunte, dedit: colos purpurę miniatę nitidus & vegetus: figura & magnitudo, numerus & habitus florum Gladioli, in ferulaceo vel harundinaceo bicubitali & tricubitali caule, læuore herbaceo, crassitie digiti minimi, quem circa geniculos ambiunt folia alternò & Acori vel Cannæ, situ & ritu, magnitudine & effige hellebori albi adultioris. Radices Cannæ nostratis siue Donacis vel acori palustris æquant, è quibus prima foliorũ eruptio per eleganti volumine Hellebori albi erũpentis simulacrum ostentat. Rarissima in Italia & Gallia & Anglia etiámque Belgio vbi tametsi quotannis nouo ex India aut Lusitania semine ab elegantiæ amasiis sata, tamen nec semper floret, nec frigus ferre potis est. Idcirco commodi medici adhuc ignoti: sed cui locus hic merito relictus, quo ad Acorum, plantasque consimilis vultus viam institutam pergeremus.

ACORVS.

- *Acorus Dioscor.*
- *Acorus palustris.*
- *Acorus Aquitanicus.*
- *Galanga* { *Maior.* / *Minor.* }
- *Iris Domestica Florentina.*
- *Iris Illyrica.*
- *Iris syluestris.*
- *Iris maritima Norbonensis an Medium Diosco.*
- *Perpusilla saxatilis Iris Norbonensis acaulis ferme.*
- *Xyris.*
- *Zingiber.*
- *Terra Merita, Curcuma Officinarum.*
- *Costus* {
  - *Arabicus candidus leuis* } *Zingiberis effigie.*
  - *Syriacus buxeus grauis* } *Zingiberis effigie.*
  - *Indicus leuis niger.*
  - *E Moluca cortice rugoso.*
  - *E Moluca lignosus.*
  - *Officinarum duplex* { *Dulcis* / *Amarus* }
  - *Math: spurius suo loco.* }
- *Zedoaria* / *Zurumbet* } *herbæ.*
- *Zedoaria Thora in Napellis.*
- *Zurumbet arbor in comestaneis.*
- *Arnabo Pauli.*
- *Mamiras Paul, In Doronicis.*

ACO-

COnditur etiam & proſtat in Officinis alia radix Mechinum hodie dicta Zingiberi cognata, à quo nec maturitate, aut improbitate differt, vt parum verè ſcripſerunt, ſed potius ſpecie & concretione (caret quippe fibris & filamẽtis) perſpicuitate, fuſcedine, ſoliditate, & acriore guſtu, nec teredine exedi ſolita.



Mechini rara varietas.

NEc vnquam nobis viſa antea hęc quam iconę exhibemus Mechini ſpecies, nuper adferri cœpta, cuius Morganus noſter aliquot emit libras. Vulgatũ Zingiberem aut Mechinum refert, ſed elegãtiore aſpectu, colore Mechini, cortice Zingibers albi, ſed ſquãmatim geniculato, & ferè articulato veluti Doronicum: aſpectu pellucido: guſtu, quàm Zingiberis multò acriore, & ſicciore, carie nõ exeſa.

ACORVS DIOS: & Ἄκορος *THEOPH.*
Officinis falsò Calamus.



NVNCVPARVNT itaque sic plantam hanc quia τοὺς κόρας siue pupillis aciei oculorum caliginosæ mederetur, vti cognatæ Zingiberis radices faciunt. Nam Ἀκορισίλλα Theoph: Veneris mirificè incentiua longè alia est. Acorum verò verum esse istam radicem odoram & geniculatã,& longè ab vtraque Galanga dissidere, etiam caculæ officinarum sciunt, nedum viri eruditi, quorum factũ opera, vt non solum innotuerit, sed etiã adeo vsu recepta sit, vt pudor sit denuò illos rationum aceruos euoluere. Nec hodie Itali, Galli, Germani consultissimi rei herbariæ, alio vtuntur quàm isto è Transyluania Moscouiticisq; tractibus Venetias, Antuerpiam, aliaq; celebriora Emporia asportato: vbi nõ rarò etiamnum folijs integris visitur Iridis æmulis, cuiusmodi à Dioscoride descriptus fuit. Eapropter minimè multis opus fuit verbis ad discernendũ à Calamo aromatico has easdem radices, quas etiam perperã Calamum officinæ statuêre: non enim modò odore cæterisque facultatibus, sed etiam natura & effigie tota dissident. Nec enim Acoro Arundinis, sed Iridis caulis inest, gracilior & longior tamen: at Calamus non modò caui tubi harundinaceo caule donatur, sed assulatim frangitur. Porro cum hanc radicem ignotam tum Calamo suffecissent (vt fit meliorum penuria & ignoratione) demum proregem quasi Regem agnouerunt & tutati sunt. Quam pertinaciam etiamnum fouent plerique Salgamarij, potiùs quàm Pharmacopœi cæcitate impudenti, sed non tanta infœlicitate. Quippe æquè bene explet ista radix interdum descriptionis pollicitationes atque genuinus Calamus: intenso namque est odore, & præsentissimis ad muliebres morbos viribus.

Effig: scitè Mathiol. 21.

Acori veri, Galangæ vtriusque, & Calami aromatici discrimẽ.

ACORVS NOSRAS PALVSRIS
Germa. Gelb wasser Lelien, *id est Lilium aquaticum luteum.*

Mathiol. 22.

VVLGARIS nostratis haud aspernendæ aut vires vel vsus vt quidam minus verè tradunt, qui primore lingua, non intimo gutture hanc explorarũt, cui aliquid acrimoniæ gustando semper inurit, non quidem illico prima impressione, sed aliquanta cunctatione. Idem experiaris in Phyllo Mõspelliensi aliisq; plantis, quarum vis calefaciens multa terrea mole est sopita. Nam tametsi illi odor fermè nullus, calor remissus, tamen alijs dotibus multos ad morbos peregrino præferenda: plus namque roboris & caloris addit ventriculo, partibusq; finitimis, quàm illa quæ suo feruore dissipat potius innatum calorem atque vires insitas populatur. Qui igitur illi nonnihil gratiæ conciliãt, Garyophyllis non secus ac Iuglandes, traiiciunt, at neutiquam cõtemnendum experiuntur.

Propter Aco. aut Galanga quam Iridi, propter radicis vim astrictoriam.

ACORVS AQVITANICVS.

PLVSCVLIS abhinc annis eruta fuit quædam Acori species in agro Tholosano, quam Pharmacopœi pro Schina & venditare & venũdare ausi fuêre: quia facie esset haud ita dissimili, sapore fermè nullo, eòque Apio affini. Radice crassiore, densiore quã Schinæ aut Galangæ, concolore, prædura, frangẽti contumace, lignosiore quam Schine, prælonga, tuberosis geniculis cincta: Harundinacea effigie Antuerpiam, Londinúmque delata Chynam emẽtita, propter quandã similitudinẽ, quæ multos Medicos in stultam lætitiam coniecit, ratos se in Gallia Schinam inuenisse, ad luis Venereæ apparatum. Sed Acorũ non Schinam gustus & euentus patefecit: astrictionis namque plurimum habet, tota est crassæ, inertisque facultatis, nihil leuitatis emplasticæ, vti Schina. Morbo Neapolitano curando ineptissimam norunt, qui frustra sæpius experti sunt: tametsi ad vlcera mala & strumas, non desint illi suæ dotes.

Illas autem radices prægrandes, turbinatas, Americi orbis Schinam superioribus annis ementitas, in caput de apio seruamus.

GALANGA VTRAQVE.

γαλάγγα.

NISI Gallatium Acorum, qui cæteris authore Dioſcoride anteit, deprauarit in Galangæ ſiue Galaugæ flexum Arabica ſcola, vt quæ ſpeciem Acori Galangam fortè putarit, ignorani hanc fuiſſe antiquis Græcis neceſſum fateamur. Cum autem è proximo ſermone authorúmque deſcriptione Acorum noſtrum eſſe Antiquorum genuinũ liquet, tum diuerſum eſſe ab vtrauis Galanga maiori & minuta Officinis dicta, vtriuſque radices perpendẽti perſpicuũ illicò fit. Acorus namque albida, odora & amaricans etiam monente Galeno, effractúque facilis, eoque vt colore, ſic concretione ſimilior Iridis, quam vtrauis Galanga: quia ex fuſco intus foriſque ruffeſcit, nec tundendo facilè cedit, acriore quidem ſapore & aromatico ſed minimè amaro, magis aſtringente, minúſque proinde vires vicarias Iridis ad muliebres affectus exerente, qualem optant Dioſcorides, Galenus & cæteri claſsici. Quibus an notæ fuerint vtriuſuis Galangæ radices, vt incertum, ita nobis perſuaſum eſt iamdiu Acoro aut Iridi congenerem eſſe, nempe Acori paluſtris vulgaris radices habere, folia autem Iridis aut Xyridis nigricantia anguſtiora tamen. Alebant hanc, non multis ab hinc annis, horti Patauini & Veneti, vbi plurimum nobis viſum virentem meminimus. Nec multo póſt à fideliſsimis & peritiſsimis herbarijs accepimus hanc eandem è Syriæ montibus euulſam, vbi vulgo Iris putatatur & nominatur, propter arctam foliorum potiùs ſimilitudinem, quàm radicis colorem, odorem, aut efficaciam: aſtringendo namque roborat, vt Acorus paluſtris, nec tenuitate partium quanta eſt in Iride & Zingibere eſt, ſine aſtrictione pollet, præſertim maior Galanga, quam hic intelligimus.

GALANGA MINOR.

ALIOQVI minutam ſiue minorem, quam vocant Officinæ, an ſit Cyperi ſpecies potiùs quàm Galangæ aut Acori difficile ſit ſtatuere. Nam tametſi radices aſpectu, duritie, odore, ſapore & nonnihil figura Cyperum longum præferant (quo quidem inſtitorum fraude adulteratur, & permutatur) tamen folia ſi ſunt Myrthi (vt quidam Indicorum ſimplicium exploratores affirmant) non parum ab vtroque illorum etiámque maiore Galanga diſsidebit, quam alioqui viribus, odore, ſapore, colore & nomine proximè æquabat, ac fortè ſuperabat. Hanc tamen, vt & Zedoariam, Chinarum Emporia in reliquam Aſiæ Indiam, Europámque occiduam mittunt: maiorem verò Iaua trans Æquatorem ditiſsima Inſula Liburnicis in Septentrionem redituris venundat: vndè veriſimile ſit, aut diuerſas putatas fuiſſe Arabibus, aut nõ admodũ notas Auicennæ & Serapioni, vtpote Græcos ſequutis, ac propterea eos (vt ſolent de rebus peregrinis,parúmque notis) caput duplex de ea inſtituiſſe: interdum duo admodum diuerſa ſimplicia in vnum caput miſcuiſſe, veluti vbi Cancamum hiſtoriæ de Manna intexuit, geminato errore, & quia Cancamum è cœlo defluere, & quod in Sorbum excipi dixit, quæ de Manna, non Cancamo, ramis fraxini vel Ornogloſsi, non ſorbi excepta intelligenda videntur.

IRIS DOMESTICA, FLORENrentina, Illyrica.

PRISCA gens horum florum conſpicata amœnam varietatem coloriam & variegatam cœleſtis Iridis æmulam, quæ opacæ luridæ nubis obice, Soli obuerſo luminis repercuſſu occurſans æthera pingit, plantam Iridem vocauit: ſic & Latini, Græca nimirum origine quibus ἶρις etiámque ἱερὶς, οὐρανία & θαυμαςὴς dicitur, id eſt, ſacra cœleſtis atque admirabilis, qualem arcum fœderis poſt diluuium à IEHOVA ſancti narrat diuina pagina. Hodie hanc tametſi admodum frequentem, tamen cunctæ ferme gentes deprauatè vocitant, Germani enim Gilgen, Schwertel Flandri, Itali,

li, Hiſpani Lilium, Galli etiam *Glayeul*, propter arctam florum ipſorum inter ſe cum Lilio & Gladiolo ſimilitudinem. Quod idem vſu veniſſe Poëtis & impoſuiſſe Hiſtoricis in Hyacinthis & Liliis dicetur, de quorum tamen collatione facilè noſcitur Iris, & ab iiſdem diſcernitur, ſolijs acutioribus, rigidioribus & latioribus quàm Acori, aut Gladioli. Florum autem oræ diductiores hianteſque magis, magiſque reflexa foliola, ſena vt plurimùm, quæ alternatim in anſulæ ſpeciem curuantur, introque flexa ſtaminum fibrillas condunt aliquot, quibus marcidis, æſtate media ferè, ſiliqua Xyridis aut Acori paluſtris non diſpari, anguloſo item ſemine erui, ſed minore, ſe prodit. Radice viuada, plantæ quippe ſemper virentis, plena, ſolida, albida, multas in propagines per ſummum ceſpitem fuſa: amaro, vehementi, acriori & feruidiore, dum recens eſt, guſtu, vt & purgandi vi, quam arida facta prorſum amittit, multùmque feruoris ingratique ſaporis remittit, & odoratior, eóque commendatior euadit, præſertim TVSCA, ſiue FLORENTINA, hodie primam laudem merita. Quæ plurima in Mediterraneis, non procul Florentinis montibus eruitur, multum temperie agri & ætheris ad Illyricos tractus accedentibus, adeóque pręſtantior ILLYRICA HABETVR: nam hæc nonnihil ruffeſcit, minúſque nitida, cuiuſmodi vtuntur Veneti. Florentina verò candidior & elegantiore aſpectu, ſuauioréque odore viſitur. Neutra tamen illic flaccida, rugoſa, rancida, fuſcáue aut muſcida inſolatu fit, vt noſtras, præſertim Septẽtrionalis, cuius ſuccum Hydropicis propinant Medicelli lectione practicorum freti quidam: incertum maiore ne cruciatu an incommodo ægros vexent. Ac tametſi Galenus Illyricæ palmam ſtatuerit, tamen cum idem ſanxerit: vnde quodlibet ſimplex, in ſuo genere quo eſt fragrantius, eo præſtantius eſſe, de eius ſententia Florentinæ poſtponet quis Illyricam, à cuius bonitate tantum abeſſe Aphricanum, quantum animal vegetum à ſuo cadauere idem dixit: eapropter videtur hæc Natalitiis gaudere neque admodum feruidis vt Aphricæ, neque ita frigidis vt Septentrionum: ſed montoſis temperatis & riguis, cuiuſmodi ex Hiſpania hodie valdè odoratam laudatiſsimam ferunt, & ad fluminum crepidines canit Nicander Naronianam Illyricæ non maritimæ, ſed Septentrionalioris, & riguæ à flumine Macedoniæ, ſic vocato.

Iris Florentina.

ILLYRICA

Multiplicem igitur ſortitur varietatem, non modò viribus, vt diximus, ſed etiam magnitudine, odore & potiſsimùm florum colore. Cuius multiplicis venuſta miſtura, non modò in diuerſis plantis, ſed etiam in vnius dumtaxat floribus ſpectanda venit. Elegantiæ ſiquidem hortenſis amantes non modo purpuream (quæ vbiuis fermè Europæ ruri oritur, omniúmque frequentiſsima viſitur) ſed etiam quaſdam floribus candidis, liliaceis alunt, non item luteam, vt quidam doctus putat, ratus vulgarem aureis floribus vbique in pratis Acorum eſſe Iridem, cuius radices, vt idem Doctus Belga ait, rãtopere aſtringunt, & planè Iridis facultatibus aduerſantur, vt neutiquam futilis author literis mandarir, haſce vel duntaxat appenſas appreſſáſque corpori quemlibet ſanguinis fluxum ſiſtere: quare maluimus nos Acoro aut potiùs Galangis, quibus figura & viribus cognatior, reddere.

VARIETAS

IRIS SYLVESRIS.

IN ODORÆ duæ irides, quas Syluestres vocant recentiores, minùs obuiæ ſunt, minúſque multò aromatica dote commendabiles. Hortenſi ferme eadem, niſi quia rota gracilior, harum quæ plurimum ſquallidis ſaxorum marginibus ſponte oritur, cultaque retinet ſpeciem qua diſtat à ſatiua, etiam ſapore ingrato, odore nullo in ſubalpinis Lygurum & Taurinenſium paſsim occurrit, nec vlla poteſt eſſe earum, quas commendat Plinius ſeu Illyrica, ſeu alia.

IRIS MARITIMA NORBONENSIS
an Medium Dioſcori.

NEVTIQVAM triuialis venuſtatis eſt hæc altera quam verbis & typis hîc appictam damus, primùm in Nitiobrigum maritimis & ſabuletis herbidis nobis lecta, diúque D. Aſſatio Monſpellienſi medium putata, riguis herbidis cis lacũ non procul



ab oppido Frôtignana ex aduerso montis Ceti multa, nec vsquam alibi vniuersæ Galliæ aut Italiæ facilis repertu, nisi maritimis illic: quare num in Germania etiam reperiatur aut Heluetia, fides penes recẽtiores esto, quibus malo assentiri, quàm tantilla de re rixari, tametsi radicis erutæ recénsque effractæ nullum vnquam olfecerimus Armeniaci mali odorem, qualem illi inesse ait Commentator. Radix, caulis, folium, siliqua & semen, Iridis illi, sed minora, minúsque aromatica, saltem quibus locis natalitiis nobis obseruata est, nempè vt plurimum humidis & incultis. Flores tamen Calendis Iunijs aptiùs Xyridem colore & figura foliolisque minùs repandis exprimunt. Sapor illi feruidus, amarus, tenuitas multa, quam etiam medicis experimentis compertam habemus.

PERPVSILLA SAXATILIS IRIS *acaulis fermè.*



MINIMA & rarissima omniũ etiam Norbonensis hæc: radicis plexu, substãtia dẽsa & colore Illyricæ non absimilis, caule vero nullo, præsertim natalitiis, folio latiusculo, rigido, mucronato, palmum alto, cuiusmodi Gladioli: flore, semine siliqua, Xyridis fœtidæ. Hęc mox quam è terra assurgit Chameleontis albi modo pusilla humilisque remanet, proindéque nonnullis Chameiris nuncupanda videtur. Plurima oritur in agro Norbonensi, locis aridis & saxosis, secus specum illam sesquimiliare Monspellio dissitam, via qua Frontignanam itur, in cuius cautibus & rupium commissuris frequens adolescit prope Ferulam.

XYRIS siue IRIS ἀγρία THEOPH.

Matht. fig. 991

ETIAMQVE Xyridem ob folij similitudinem quasi rasorium cultrum aut nouaculam dixère appositè prisci: est quippe folium ancipiti nouaculæ similius, acutiore acie, & tenuiore rigidioréque quàm Gladiolus & Iris mucrone. SPATVLA FÆTIDA VVLGO dicta, quam seueriores isti notarum exactores, cum improbant, indicant se nec multas plantas vernaculis natalibus eruisse, neque virium periculum multum fecisse. Dum enim nescio quid coloris & magnitudinis desiderant in radice & flore, non meminerunt vtrãuis harum, vt plerasque alias, facilè nonnihil non ita magna de causa mutari. Etenim si Iridis rãdices & flores colore, magnitudine, densitate, bonitate & odore adeo variant, vt cum Florentina si nostram componas, longè aliam colore & odore putes, quid ni posit tantilla mutatio Xyridi contingere, quæ etiamnum omnibus vulgò vocitatur Iris: quemadmodum olim Theophrasto ἀγρία Iris dicta fuit? Quin Illyricæ & Sclauonicæ radix subrussa, nostrati pulla & cineritia: Hetruscæ autem candida, eximia fragrantia, nostras vero ingrata ferme fætet: & vbi πλατύτερα folia & cacumine acutiora dicit Dioscorides, innuit medium folij latius, aut ventriosius, summum verò multo angustiore mucrone, cuiusmodi prorsum Spatulę nascentis spontè quibusdam præsertim Galloprouinciæ & Angliæ, vbi quàm vberrima, prope vda prata & littoreos maris aggeres inspicere licet. Eamque si conferas ruri enatæ Iridi in parietinis & siccis glareosis, angustiore obseruabis folio: & caules etiam cubito maiores, plures, glabri, teretes, crassitie mediocri per media folia recti assurgunt: floresque in summo promunt Iridis Syluestris, ternis foliolis surrectis, nec reflexis, purpura saturiore Violæ Martiæ, & in medio venis nonnullis luteis, & phœniceis apparentibus Iunio & Augusto in Anglia. Siliquis, item Iridis

SPATVLA Fœtida.

triquetris, trináque carina dehiſcentibus: quando maturuit ſemen, quod rubrum, nitidum, rotundum, gemina fecundum longitudinem ſerie, conditur in ſiliquarum membraneis loculis, aut pręſepiolis, vti in Pæonia, Orobi, vt quidam ex Oribaſio legunt, aut fabæ, non vulgaris noſtratis, ſed antiquæ & Dioſcorideæ, quæ multò minor, & noſtrate rotundior fuiſſe probatur à doctis. Radix (facilis enim & frequens mutatiuncula μακρὰν in μικρὰν) parua, geniculata, fibris multis donata & Iridi concolor, ſimilis aut fuſca. Ea vi & acrimonia prædita, tametſi Cotulam aut cimices oleat, vt multorum noſtræ ætatis Medicorum monumẽtis & experimentis conſtet ea pręſtare, quæ Dioſcorides Xyridi reddidt. Quin non modò Iridi ſimilis facie, ſed & viribus anteit, tum ad vlcera, oſſáque deſquammanda, tum intro ſumpta decocto aut ſucco, vehementius lotium ciet, & ſudores, ſed pharingem adurit fermè. Si multa decocto bibatur, vomitum excitat, & tormina ventris, vti Iris facit. Guſtauimus acre, & quod in Angliæ maritimis ad Brumam ferme vſque in ſiliquis pendulis hiantibus viſitur.

ζιγγίβερι ZINGIBER.

Gall.	Zingembre.
Ital.	*Gengeuo.*
Ger.	Jngber.
Flan.	Gengeber.
Ang.	Genger.
Hiſpa.	Gengiure.

Est etiam Zingiber, aut Gingiber vt in Plinii codice legitur, herba & nomenclamẽtura Barbara, antiquitati viribus quã facie notior: vt cuius Dioſcorides reliqua deſcriptione ſuperſedens, radicellas dumtaxat paruas, vt Cyperi memorat, cui tamen nec ſimiles admodum, & multò maiores ſunt, nec pendulæ Cyperidis ritu, ſed Iridis modo implexæ. Iamque plebeculæ vbique gentium notiores & vſitatiores, quã vt fuſiore egeant Hiſtoria. Verùm reliquam effigiem, quæ eſt tota Iridis aut Xyridis, ex virore nigricantibus foliis ſurrectis, hic damus nulli dum depictam, qualem alebat Antuerpianus ciuis perbonus, perinduſtrius & peritus Pharmacopœus Guilielmus Driefch, cuius munere habuimus: tametſi flores, vtpote Septẽtrionali rigidóq; cœlo nullos prompſit. Imbecillo ſtomacho vires inſtaurat, calorem fouet, aluúmque emollit Dioſcoridi: nempe ſi maturæ ſed teneræ recentéſque radices comedantur, nondum exhauſto humido lubricante & purgante, vti vidimus in Iride, quare vetuſtiores ſiccãt potius & ſiſtunt aluum. Succulentæ autem recens conditæ, multa cõmendatione ex Indiæ varijs locis, nec non Aphricæ finitimæ in Europam vltimã Septentrionalem & Meridianã vœnum ferũtur: tametſi iam vi emolliente exoleta, maceratas lixiuio condiunt ſaccharo etiã noſtrates Veneti, Antuerpiẽſes & alii inſtitores paſsim.



TERRA MERITA, CVRCVMA *Officinarum.*

Illam radicem exoticam, Terram Meritam vulgò vocatam, vel Curcuma Seplaſiariis dictam, quàm Zingiberis effigie naſci in India auditione acceperat Dioſcorides, propiorem Zingiberi quam Cyperi putamus, etſi idem author ſpeciem Cyperi eſſe apud quempiam legerit, eóque forte minus aptè dixerit Zingiberis radices paruas, cãdicantes odora-

odoratas Cyperi modo libro secundo: alioqui enim nisi perquam exigua illi cum Cyperis intercedit similitudo. At vires perquam similes quasdam habet (præter Croceū succum, quem mansu remittit) cum Zingibere, tametsi gustu ignauiore, ingratiore, dote autem referandi viscera potiore: ideóque hodie cursores & mulierculæ cum Zingibere miscent ad Icterum. Vis autem psilothri illa feruida videtur elanguescere, longa temporis & locorum intercapedine atq; teredine, cui eadem obnoxia est, sed minus quam Zingiber. Pictoribus & Chymistis, quàm medicamentis hodie frequentior.

ZINGIBERIS EFFIGIE COSTVS *Arabicus & Syriacus.*



INTRICATIOR multò Costi dignotio, vtpote etiam plantæ peregrinę Indicæ, nec vllis liniamētis signatæ, nobis tamen vsibus & præsidio futurę. Spernendæ tamē recentiorū contentiones & apponendæ recensiones, quæ docti possunt esse argumento & emolumento ad vberiorem cognitionem. Sexto abhinc ferme anno, cœpit velu radix è Syria & Ægypto Venetias Zedoariæ aut Zingiberis effigie, quam primus omnium singularis modestię amicus noster Valerandus Donrez Flander Insulanus, & Historiæ huius peritissimus verum Costū censuit esse, cui Gesnerus primùm frustum inter magnam copiam Zingiberis fortè repertum specimen futurum donorat Venetias ituro, indéq; in Syriam Simpliciū perquirendorum causa nauigaturo. Radix intus candida, lęuis, minimè grauis, pollicem crassa, vnciam & sesquiunciam longa, hinc inde tuberibus oblongis altrinsecus donata, odora, gustu acri, odore intēso & iucūdo Cypressi aut Cedri Libani quadātenus, interdū & BVXEA visitur, vti vulgata odore & sapore similis, subamara vtraque, cætera similes. Qui Turcæ institores persæpe venditabant amico nostro, rati esse Zingiberem Syluestrem, haud ita magno pretio distrahebāt. Ea Venetorum Medicorū collegio oblata, adeo placuit, vt dignam censuerint, quæ inter lectissima Theriacæ parandæ simplicia, anno 1563 insereretur, quod paulò post factum fuit, iamque inde maiore copia aducta fuit Venetias. Et nostra opera factum fuit, vt amicis nostris Antuerpiæ innotuerit, quibus misimus. Quæ quidem, vt non esset Costus genuina, tamē quia & radix est, eximiáque odoris saporisque acris gratia aromatica pollet, merita videtur parem Costo laudem & gradum, præferendáque non modò FVSCÆ GRAVI & INODORÆ RADICI, Helenii compacta concretione ignotæ, qua Officinæ hodie abutuntur, sed etiam Zedoariæ, quæ minus odora, aromatica & gustu grata est. Quin ne Angelica quidē præferenda est, quam NIGRVM COSTVM, siue Indicum, propter insignes vires & odorem suauissimum hodie faciunt: non enim est adeo peregrina planta, sed Europæ familiarissima, nec admota vrere solita, nihilque adstrictionis habet, qualem Galenum in costo optare author est Senensis Commētator. Cuius plantam suis postremis commentariis insertam Costi nomine, nobis sæpiùs ab Herbariis Illyricis ostensam, quia nihil Costo dignum habet, sed potiùs facie Elaphobosci est, illuc reiicienda.

Bvxea Costus. *Costvs Officinarum.* *Costus niger.* *Costus Spurius Mathi: foli. 53.*

COSTVS DVLCIS & AMARVS.

COSTVM dulcem nouimus nullum, nisi collatione quadam cum acriore & amariore Costo sic vocetur: quo intellectu quis Actuarium accepisse putet, vel eandem plantę radicem, quæ dum recentior mitior multo, vetustior verò amarore & feruore ingratior facta, amara aut inamœna vocetur. At Galeno nulla Costus non amara. Sedenim Arabes sequutis recentioribus indulgendum illud vt quædam species Costi suauiore quasíque, vt vernaculè loquuntur, dulciore odore, feruore mitiore, dulcis illis dicta sit, & vsu recepta: quo modo quis dicat Zingiber, Iridem, Helenium, Centaureum & plerásque alias radices mitiores & dulciores, dum tenellæ sunt: vetustiores vero & vietas acriores & calidiores. Id euidentiùs exemplo succorum excoctorū natura vel arte, in Aloe explicuimus.

COS-

COSTVS MOLVCENSIS

Corticosus, rugosus.

DVAS insuper radices peregrinas Costum admodum simulantes, hic impertiemur candidis arbitris, ea beneuolentia qua Rupellensis Medicus doctissimus Launaius easdé, nobis, quadriennium iam est, impertiuit. Ambas acceperat à Naucleris è Molucis Insulis reducibus, quarum altera maior arboris maiusculæ cortex videtur, & figura Sambuci adultioris & cineracei, rugis & plicis frequens, sapore & odore æquè vehementi.



MOLVCENSIS LIGNOsus feruidior.

MINOR quidem altera radices Solani Syluestris valdè quam similis, colore diluto pullo, gustu vrente vt vix ardorem lingua ferre aut sustinere queat. Illis iam persuasum erat Costi esse speciem, tametsi parum odorum esset: quod vti non inficiamur, ita priorem vt potiorem retinemus, & hasce ambas Molucenses nempe, minus odoras iudicio studiosorum pictas subdidimus.

ZEDVARIA siue ZADVRA herba & ZERVMBET.

PROSTANT itidem peregrinæ duæ radices in Officinis non perinde notæ è totius plantæ partibus, vt sunt celebres facultatibus. Neutra quidem Græcis memorata, sed dũtaxat figura Zingiberis à recétioribus prodita. Earũ quæ notissima, Zedoaria vocatur: altera quæ rarior ZERVMBET: & vtraque vt nominis, sic generis eiusdem meritò putatur, nec secus inuicem differre, quàm Cyperus rotundus & lõgus, videntur. Eoque Serapio Zedoarium eandem Zarumbeto dixit, rotundásque radices Aristolochiæ describit & Zingiberis colore & saporé, in Chinis vltimis nempe Indiis oriundas. Auicenna auté, nisi sint eius tenebriones interpretes, permutatis nominibus contrarias planè Zedoariæ & Zerumbet affinxit comparationes: apud quem idcirco malim legere, Zedoariam Cypero similem, minus tamen odoratam, Zerumbet autem Aristolochiæ rotundas radices inesse. Quod tamen parum interest rerum cognoscendarum cupidi vestigatoris. Satis enim discernitur apud Serapionem, modo sic accipat, vtramuis harum radicum tuberosam esse, ac quemadmodum Doronicis siue Aristolochiis & œnanthis contingit variare oblonga tereti, vel orbiculata & nodosa mole radicis: sic euenisse Zeduariæ herbæ, cuius naturæ, quemadmodum nominis est particeps Zurumbet, quippe amaror, feruor, odor, color, ingratus vehementior gustus, modus, durities, duratio eadem & vsus ad Colicos cruciatus, præsertim aduersum venenata, certissimus, vnde nomen forte fluxit. Indéque videntur Auicennas, Serapio ac Mauri nonnulli designasse antidota pluria, aut præsidia ad venena comparata, laxiore vt plurimum solent nominis ambitu, quemadmodum BEZEARDICA generatim vocantur Arabicè, quæ vitam tuentur: eóque quãpiã celebré arborem eodem nomine implicuisse Zedoariæ aut Zerumbet foliis saligneis Citri odore, quæ item ad Ze particula multũ alludit. Potioré etiam eam Zedoariã, quasi dicas antidotum, quæ radicibus Napelli adnata foret, eiusdem venenati Napelli præstantissimam Theriacam merito dicit, qualé nos experti fumus, & eruimus copiosam variis in montibus, vt capite de Thora dictum. Ne dehinc porrò Principem Auicennam veri seuerum vindicem & serium Philosophũ fabulatorem vocet ille Sabbatarius Indicarum mercium ex commentarijs triuialibus Nauigationum interpolator, qui valdè vereor ne metipse fabulas non parum multas effutierit, certè non vno loco multa præcipitantiùs effutita satiùs fuerat siluisse, vt de Calamo aromatico, Costo & aliis plerisque. Quem etiam non puduit, ARNABONEM arborem esse proceram apud Ægynetam Libr. 7

BEZARDICA.
Arbor Zedoar.
THORA.
ARNABO.

Cap. 3

Cap 3. prodere, cum nullius prorſum arboris ac ne ſtirpis quidem mentio fit inibi de ARNABONE 231 pagina Græci codicis. Bonum Medicum nimirum decepit Commẽtator Senenſis, qui affirmat Arnabonem Pauli & Zarumbet Serapionis eadẽ eſſe, quòd eaſdem is Zarumbeto, quas ille Arnaboni reddiderit facultates. At id ſecus eſt, nec Paulus vllam vllius plantæ partẽ exprimit, ſed tantùm dicit τῶν ἀρωματιζόντων eſſe Arnabonẽ. Et vt eadem ſcripſiſset Serapio de Zurumbet quæ ille de Arnabone, non tamen illico id eſſe dictum oportuit, cum Zurumbet eidem Serapioni ſit ipſa Zeduaria, radice nempe rotunda, adeóque Auiceuna plantam Cypero ſimilem ſed minùs odoriferam dicat. Quin Iſacco vtroque illorum antiquiori Zurumbet radices ſunt Ariſtolochiæ rotundæ colore & ſapore Zingiberis ſimiles è Chinis petendę. Sed enim illuſit doctiſsimis viris (vndè hanc hauſit labem Commentator) nominum anceps alluſio, vt dudum monuimus. Ergo Zeduariam triplicem innuere voluiſſe Arabes putamus: Oblongam nimirum vulgatiorem, Cypero propiùs accedentem, & huius ſpeciem Zurumbet officinis infrequentiorem, nobis rotundam dictam, tertiam autem luculentam arborem minùs hodie cognitam. Illas itaque, quia recentiores foliis & natura Zingiberis æmulas deliniant, nec niſi radicum figura diſtare affirmant, huc non incommodè attexuimus. Si cui autem propius Zeduariã videtur exprimere noſter Coſtus Syriacus Zingiberis radice ſimili & maiore, ſua ſane opinione fruatur: nam & hanc dicunt ab vſque vltimis Oceani Orientalis Chinarum plagis in Perſiam & Syriam, vbi etiam, ſed pauca, oriatur, tranſmitti. Probabilius tamen vulgatiores vera verioresesse, cum ſint ſibi per omnia ſimiliores, vt Caſtani-bulbi cum cæteris œnanthis, exempliſque aliis ſuperius oſtenſum fuit. Arnabonẽ verò Pauli & MAMIRAM, nobis ignotam adhuc eſſe, fortè & fore magis dolendum, quàm mirandum: cum priſcorum pudor non auſus ſit res peregrinas, neutiquam compertas temerè poſteritati figurare: vnde NARCAPHTHON corticẽ aromatici, ac pleraq; alia thymiamata famigeratiſsima nullo ſigno memoriæ mandata fuerunt. Mamiram tamen qui Doronicum vnum quodpiã arbitratur, neutiquam infirma coniectura nititur: at qui Arnabonem eiuſdem Zurumbet Arabum hariolabitur, verùm ſi dicat, illum putato vatem optimum.

MAMIRAS.

NARCAPH.

IVNCI & IVNCEA

IVNCI Varietates.

- *Cyperus ſiue Iuncus anguloſus.*
  - *Rotundus*
    - *Maior*
    - *Minor*
    - (Maior & Minor:) *Syriacus,*
  - *Longus odoratus.*
  - *Longus inodorus.*
  - *Gramineus.*
- *Traſi.*
- *Papyrus Nilotica.*
- *Papyrus latifolia Braſilia.*
- *Arundo Papyracea.*
- *Sparganium.*
- *Typha.*
- *Typha minor.*
- *Stœbe.*
- *Phleos Theoph.*
- *Schœnanthos, ſiue Iuncus odoratus Libani.*
- *Nardi ſpica.*
- *Nardus Gangitis.*
- *Iuncus*
  - *Leuis vulgaris.*
  - *Acutus duplex.*
  - *Aquaticus.*
  - *Maritimus.*
  - *Bombycinus, Gnaphalium Tragi.*
  - *Cyperoides, ſeu floridus paludoſus.*

CYPERVS, ſiue Iuncus anguloſus.

Gal. Souchet.
Ital. Cypero.
Ger. Wilder Galgan.



NATVRA natalitioríq; cognatione ſuccedent Iuncea Cyperorũ ſeriei,vt etiã Theophraſtus innuere viſus fuit,cum Cyperũ, Papyrum,Calamũ, aliáſq; paluſtres recenſuit. Dicta autem κύπειρος aut κυπερις videtur à radicis effigie,quæ pyxidulam, aut poculum puſillum vaſculúmue imitatur:ſic etiã apud Theophraſtum folliculum Vlmi κύπερις legitur. Huius certior multò Hiſtoria quàm cognatæ Curcumæ, ſiue Cyperi Babylonici putati, de quo ſuperiore capite, propterea quia nõ multi ſunt anni,cum quidã horti Itali rariorem,rotundum vocatũ alebant, nóſque copiam duorum generum Rotundi vocati ex Syriæ Emporijs Venetias aduehi vidimus apud Albertum Martinellum Pharmacopœum peritum à quo etiamnum habemus. Quare plures ſunt ſpecies,quàm quot Dioſcoridi recenſitæ fuerint. Nempe Dioſcoridis maior & minor rotundus: vterque peregrinus,Syriacus vocatus Noſtratium autem Longus odoratus, & Longus inodorus: poſtremò etiam Veronenſium Traſi,que ſanè Cyperi ſunt cõgeneres. Omnium effigies ſimilis & eadem fermè, folijs porraceis Aſphodeli ſtriatis, anguloſis,rigidis Sparganij vel Iunci floridi aquatici,caule gracili,nitido,triquetro,iunceo, floribus item ſeminibus & cacuminibus panniculārum Iunceis ſpicatis. Vda,etiam ſcrobes & ripas fluminum, vbi Iunci, amant:quare meritò Iuncum anguloſum ſine triangularem vocarunt antiqui & nos hic collocauimus. Omnium tamen in radicibus diſcrimẽ: Syriaci maioris etenim radices multis filametis implexæ numeroſæ, glandularum inſtar aut filipendulæ annexæ rotundiores,oliuis pares, intus albidæ,foris ſubruffæ,ſapore minute Galangæ, odoréque aromatico, antidotis maiori gratia & vi miſceri ſolito. *Effigies Math. 26.*

Minor verò radix duplò minor eſt, cortice fuſco villoſiore, duriore intus candore, alioqui & ſapore & odore ſimili, non modo è Syriæ montoſis humentibus, ſed etiam Illyriæ & Apuliæ conſimilibus natalibus, vbi ſponte prouenit,in Italiam ferunt,emúntque magno vtramque harum,& ad Theriacæ compoſitionẽ,ceraque oblinunt ne teredine exedantur. Aptiſsimam enim Xylobalſami ſuccedaneam iamdiu Patauina & Veneta collegia ſanxerunt & vſurparunt, tametſi commodiora hodie ſuccedanea ſuffici poſſent vt ſumus dicturi in Antibalomenis.

LONGVS HABITIOR.

NOSTRATIS duplicis Europæi frequentior multò prouentus & vſus Septentrionalibus regionibus,vt Germaniæ,Belgiæ,Angliæ & Galliæ,quàm Meridionalibus tranſmarinis. Harum pariter altera maior habitior, carnoſior odoratiórque eſt. Radices illi longæ ſibi cohæſu mutuò implexæ Polypodij modo, etiam odore ſuauiſsimo mulieribus notæ, quæ ex illa deſtillationes & pulueres inſtituunt.

LONGVS INODORVS.

ALTERA verò minor inodora fermè neglecta, quam Theophraſtini in Heluetia miſcebant ſuis quintis ineptijs.

RECENTIORVM TRASI, ſiue eſculenti Cyperi.

EST & hæc prorſum è Cyperi genere, ſeu radices ſeu plantam reliquam totam ſpectes, eiúſq; natalia, nec differre videtur, niſi radicum ſapore, qui gratus veſcendo nec vtilis minùs eſt, vndé nomen in vulgus Italorum manauit, quod forſan Tragum eſſe illam ſpeciem frugis, quæ Halicæ ſpeciem gerere quadamtenus deſcribitur, ſecundo Dioſcoridis Volumine, tametſi vtraque illarum factitia eſt: at Traſi planta eſt equi[illegible]rara, nec vſpiam Chriſtianæ ditionis oriri ſpontè ſolita, preterquam in amœniſsimo Veronenſium agro non procul ab vrbe, vbi etiam colitur pingui riguóque aruo, quò nos, dum floreret Iulio menſe, duxit optimus ciuis, Pharmacopœus diligentiſsimus, Andreas Bellicoquus, cuius radices in Gallia, Belgio, Anglia ſatæ non paucis amicis opinionem fecerant Cyperi rotundi minoris. Cui equidem par eſt & ſimilis: agnitu tamen facilis, quia candidior *Tragos & Condrus Dioſco. factitia.*

didior, pellucidior, nec odora, nec medicata, ſed alimentoſo dulcioréq; quàm Caſtaneæ ſapore, vnde vulgo, *Dolce Traſi* Veronæ & Venetiis per vrbes puerulos audias, qui radicum harum circumferunt vœnum plenos quaſillos. Crudas coctáſque eſitant in bellariis, ad acres fluxiones commendantur, nec dubium quin ptiſana ex iiſdem parata multum profutura ſit, addito Coriandri ſemine, & pauca Iride quemadmodum quidam parant. Afri, quibus etiam ſponte oritur, Hab-alſelim vocant.

CYPERVS GRAMINEA ſiue MILIACEA.



ACCERSENDAM etiam Cyperis hanc caulis natiuúſque locus ſuadent: eſt enim inodori Cyperi quadãtenus affinis, breuior tamen foliis, quæ ab imo orta medio ſui tenus fermè caulem ambiũt pedalem, gracilem, ternis angulis aſperũ, coma donatum ſparſa eleganti, & maiore quàm pro ſui magnitudine, copioſo Milii aut Iunci referta ſemine, circum quàm imam aliquot foliola enaſcuntur, vt in Cypero aut Papyro, lectam induſtria ſummæ ſedulitatis Medici Thomæ Penii habuimus, ad Neccarum flumen agro Heidelbergenſi.

PAPYRVS NILOTICA.



NON corticis ſiue libri cui inſcriberetur, vt quidam putarũt, eſt Ægyptia Papyrus, ſed plantæ magnitudinis ſpecioſę admodum, Cypero ſimilis effigie, natalibus, etiámq; nomenclatura Ægyptia, qua in regione ſecus flueta in Nili paluſtribus adoleſcit, nec è profundo emergit, ſed tantùm è vadoſis fruteſcit, non procul à ripis, vt etiam diuina pagina narrat Moſen diuinæ ſpei & elegantiæ deliculum puellum à matre inuita eiectũ prope Nili ripam inter Papyros, vnde diuinitùs iuſſu filiæ Pharonis eductus, indéq; Moſes vocatus, quaſi aquis ereptus, fuit. Niloticam Papyrum, vnde & qualem deſcribunt Theophraſtus & Plinius aduectam hortique Piſani totius oræ Thyrrhenæ lõgè amœniſſimi & raris ſtirpibus ditiſsimi inquilinam factã vidimus, & florentẽ legimus beneuolentia eruditiſsimi Profeſſo-

ris in Academia Piſana Andręæ Acroariæ Ciſalpini, quo etiam hortante nonnullos Stolones Papyri,& aliarum rariorum plantarum Geſnero miſimus: quarum oblectatus peregrina elegantia, vt erat incomparabilis modeſtiæ & eruditionis, non ita multò pòſt literis gratulabundis hæc ſignificauit, Rarum ſpectaculū ſui mihi præbuerunt ſtirpes duę munera tua rariſsima, quarum illam Papyrum Niloticam vocas, altera, mihi tecum ignota eſt: ſed nec illam nouiſsem, niſi tu monuiſses eſſe Papyrum Niloticam è Piſano horto lectam. Plinio videtur gemina Ægyptia & Babylonia ex qua præparantur acu chartæ diuiſę in prætenues, ſed quàm tenuiſsimas philyras. Tua verò an ſic poſsit parari neſcio: Plinianæ premuntur prelis plagulæ & ſecernuntur ſcapo nunquam plures quàm vicenæ. Plurima quæ ibi habet Plinius non aſſequor, nec nunc cum Theophraſt. conferre vacat, ſed peruelim ſcire cuiuſmodi tuæ ſint ſolia, & an nō Cyperus ſit, vt cū noſtrum opus in lucem exibit curem depingendas, ac tibi acceptas feram.

Neutiquam mirum doctiſsimo Geſnero viſam eſſe Cyperum, cùm illi ſit congeneris & ſimillima: verum elegantior multò eſt, Iunceo harundinaceóue triquetro caule, medulla farcto tomentacea, quæ tuſa glutiniſque in ſpeciem ſubacta ducebatur in bracteas *Papyraceas*, quæ mutuo ſibi appreſſæ ſolia craſsiora conflabant ſcribendo apta, quemadmodum etiamnum ſit ex laciniis linei panni contuſi & in candidum gluten redacti. Medulla vero vtebantur ex præcepto antiquorum, quemadmodum hodie Chirurgi Itali linamentis, & turundis ex medulla Sambucina aut Spongiæ paratis, quò ſuis poris melius ſaniem imbibant, ſuáque qualitate deſiccando fiſtulás latiores faciant, quod factitari ſolitum meminit Dioſcorides. Stipitum numeroſorum proceritas, læuis, nitida, ſurrecta ſenûm, ſeptenûmue interdum cubitorum, quibus nuſpiam, niſi ad imum folia inſunt Cyperi aut Sparganii repanda: radices autem arundinaceæ fibroſæ, quas in Ægypto eruias afferebant non illic ortas, propterea quia ſemine caret, tametſi floribus eſt perquam ſpecioſis & luculentam in ambitu cęſariem effigiantibus: numeroſis gracilibus thyrſulis, denſo & æquabili comarum ſtipatu, & apicibus prominentibus, Ferulæ in modum collectis, non vt Cyperi ſparſis, quos circa ortum ambiunt radiatim ſcita ſolia multò minora illis, quæ ſunt ad imum, vti in Cypero. Idcirco veriſimile fit hanc veram Theophraſti eſſe, & *Papyri* deſcriptionem apud *Plinium* geminam eſſe, ſed mutilam, éque duabus diuerſi generis *Papyris* confuſam, nempe ex Ægyptia hac & ex Babylonia, cuius etiam alii ſcriptores meminerunt. Nam, vt nomen & res indicat, Theophraſti papyrus non alia eſt, quàm Dioſcoridis quæ notiſsima omnibus, fuit ex qua præparabantur chartæ, & vtiliſsima Medicis ad ora fiſtularum diducenda, nempe medulla, vt ſuperiùs oſtendimus, etiámque è Iuncea medulla hodie fieri ſcimus, nam ipſam chartā non eſſe, ſed medullā, indicio eſt quòd Dioſcorides dicat cinerem crematæ *Papyri* præſtantiorem eſſe quàm è Charta, & ipſos ſtipites neutiquam inſeri ſinibus aut fiſtulis ſolitos, ſed medullam, propter commoda quæ recenſet Dioſcorides. Ideóque aut vſum tum funium, tum chartæ obſcuriùs *Plinius* tradit, cum dicit: texuntur omnes tabula madente Nili aqua, quod de funibus quis fortè interpretetur. Et mox: turbidus liquor vim glutinis præbet, cum primo ſupina tabula ſchœdæ illinitur longitudine *Papyri*, quæ potuit eſſe ſegmentis vtrinque amputatis: tranſuerſa poſtea cratis peragitur, premuntur deinde prelis & ſiccantur Sole plagulæ, atque inter ſe iunguntur, quæ medullæ gluten in Chartas duci ſolitum innuere videntur. At vbi in Euphrate circa Babylonium naſci ſcribit, non eandem videtur deſcribere, ſed eundem vſum habere chartas, quæ diuiſæ acu in prętenues, ſed quā latiſsimas philyras præparantur. Quare & ſi iſta folia admodum lata, quibus metæ ſaccharatæ adferuntur paſſim inuolutæ ex Auſtrinis trans Æquatorem Inſulis vocari poſſunt *Papyraceæ*, quemadmodum olim etiam folia *Palmæ* & aliarum arborum, quibus poterat quippiam commodè ſcribi, tamen non eſſe genuinam certum eſt. Quapropter conſultius eſt, vbi defuerit hæc noſtra *Papyrus*, cinerem parare ex Cyperi vulgaris, aut Iunci magni aquatici medulla, vtendum ad depaſcentium vlcerum rabiem feram compeſcendam. *Folium ſaccha. inuolucrum.*

PAPYRVS LATIFOLIA BRASILIA.

NEc etiam Papyrum esse illud folium quod doctissimus Generus describit, vel inde perspicuum, quòd Dioscoridi non folia, sed quidpiam certo modo paratum & plāta Papyrus vocatur. Tametsi, vt monuimus, nihil obstet, quin folia hæc, vt quibus concinnè admodum characteres ac quiduis aliud exarantur, posit papyrus dici: presertim etiam cum iisdem vigeat locis, quibus Arundo Saccharata & cœteræ aquaticæ.

ARVNDO PAPYRACEA.

ADmodum similis Papyri descriptioni, & nulli non Galliæ regioni familiaris, lacustris planta altera speciosæ proceritatis, quam nō semel in Lani torpentibus aquis non procul Monspellio conspicati papyrum Dioscoridis vt pote notissimam suspicati fuissemus, nisi illi scapi minus angulosi essent, senûm octonûmue cubitorum, crassitie & similitudine Typhæ, sed harundinis in morem flore fastigiato thyrsi cacumine, folia item arundinaceis aut sparganij longiora, carinata, carnosa, triquetra, radice ampla, crassa, multas lateratim hinc & illinc propagines fundente, vrendo apta cum sicca. Ex folijs verò texuntur tergestia, quas Mattas vocant, non secus atq; è Iunco maiore, Sparto, Alga & alijs non paucis.

SPARGANIVM BVTOMOS.

Theophr. Lib 1. Cap. 8.

AFFINIS valde Typhæ Iunco florido Papyris & Cyperis Sparganium, qui idem βούτομος id est admodum scindens Theophrasti videtur, nominis argumento id docente. Iisdem namq; paludosis & riuis inter & prope illa prouenit folijs cōsimilibus, triquetris, dorso prominulo & carinoso, acieq; vtrinq; manū arripiētis cæsim sauciante, partim ab radice graminea, fibrosa, surrectis: partim è bicubitali caule alterno ortu sparsa & reflexa: inq; alarum cauo globulos echinatos saturè virentes, duros, firmos, Platani pares habente, gustu subastringente & ficciore, insipido. Sunt qui respuunt vt Senensis, nec tamen describunt, non magi quàm Iuncum floridum vocatum, per eius commenraria hactenus minus sane notum, iniquius paulò tamen interpretantur duas voculas στενώτερα καὶ ἐπικλινέστερα, id est angustiora, & inclinatiora. Atqui illa vaga nota latioris, angustioris folij, non sæpe certa, sæpissimè contrario sensu accepta in Dioscoridis lectione, ostenditur alibi: & vbi dicit magis quàm Gladioli inclinata, apertè indicat esse magis disparata & sparsa (vt sanè sunt) quam sint Gladioli, quæ vt plurimum recta, & proximè caulem parallela assurgunt. Sed Commentatori illusit triuialis intellectio literæ quæ sic habet; folia ad terram inclinata magis, vel procumbentia.

TYPHA.

Italis, *Mazza Sorda.*
Gallis, Masse de Ionc. *Angl.* Cattils tayle & reede mase.
Germanis. Moßkolben seu Narrem kolben.

CYLINDREA turbinatáque florum effigies quasi Typhonis sese gyrantis turbinem, aut gigantis staturā minacem signaret nomen huic dedisse videtur. Earum est & hæc quæ non nisi certis natalibus nempe amnibus leniter fluentibus, & vada, stangnantésque aquas & palustres efficientibus emergit, è radice iuncea caulis procerior interdū homine procero teres, rectus læuore coloréq; & parilitate illius Iunci fluuiatilis maioris, quē propè haud raro nascitur folijs ab imo exeuntibus alterno situ carinatis triquetris mucronatis Cyperidis: fastigium tereti, pappósaque claua clausum, sesquipalmū, pedémue longum, quadam Tritici Turcici similitudine. Ventis abrepta lanugo pulla intus foris nigricans, cogitur à Tomaclarijs mulieribus, & renibus æstuantibúsque lumbis haud parum commodi adferunt puluilli thoriuè eadem farcti: etiam intusa pinguedini præsertim axungiæ, aut larido illiquato, arcet ambustis partibus tumorem & inflammationem serique vrentis collectiones. Quod prodiderunt ad Enterocelas tantopere facere, non huius reor, sed admotorum & aliorum mixtorum merito acceptum ferendum, nempe Hippoglossi, Gladioli, Bethonicæ: vnde malim hanc abesse lanuginē, quæ et suffocationis periculum minatur, mures enim sic enectos vel plebs nouit, & ineptiora cætera medicamenta efficit.

An

An verò sit huic congener Theophrasto Cerealis Typha, tum sitne Zea S[illegible] Gallis, inter fruges diximus.

TYPHA MINOR.

IN agro Genuensi, qua confluunt Rhodanus & Arua Typha pu[illegible]la, siue Typhula exit planè iunceis culmis, enodibus, rigidulis, cubitum & sesquicubitum vix excedentibus, binoque fastigiolo [illegible]ris Tomẽtacei don[illegible]is: nempe in extremo vno exiguo & semine croso, [illegible] adnascitur foliolum [illegible], & [illegible] altero autem inferius [illegible], cra[illegible] & corpulentiore iuncum [illegible] Typhæ non dissimilẽ, sed multò minorẽ [illegible] & folia quæ ad [illegible] sunt aliquantum rigida: radix prolixius reptat, mo[illegible]nte peritissimo & admodum accurato plantarum expensore Thoma Penio An[illegible]o, qui hanc [illegible] superioribus annis & nobis impertiuit.

STOEBE.

PLVS quindecim annos spes ferebat nostra Stœben ver[illegible] sese nobis obuiam daturam, at iam ferme despondimus animum: cum nuspiam [illegible], palu[illegible], [illegible]orum, lacunarũ, aliorum[illegible] sedulis stirpiũ venatoribus [illegible]it. Qui saltem si [illegible]n Theophrasti inuenissent, STOEBEN Dioscoridi se nactos putassent, propterea quia eandem esse vtram[illegible] Per[illegible] essent, Cõmentatoris ex [illegible] Ruellio furtiuis versuris acceptis. [illegible] communis protrita argumẽta, quæ Stœben ea[illegible] asserunt, imbecilla vna dumtaxat coniectura, quia à [illegible] Stœben lib. 6 Cap. [illegible] scripserit. Nam eadẽ nomenclatura in qua[illegible] tom[illegible] vel [illegible] alius gen[illegible] stirpem quadrare potest, vt Typhæ, Ce[illegible] h. lib. q; ve[illegible], C[illegible] & S[illegible]. Quod Galenus cum Stœben ac[illegible] & [illegible] it libro de antid[illegible], satis indicio est idem nomen e[illegible] naturæ plan[illegible] indi po[illegible]: quippe [illegible] aliam Stœbe[illegible] plane Dioscorides & Æ[illegible]. Dioscoridea cum des[illegible] plebeiæ extiuisse videat[illegible] frequenti vulgatio[illegible] Indica lacus Orom[illegible] fru[illegible], quę de spinosarum [illegible] probatio vlius mõmẽti est, vt [illegible] vertit & peruertit co[illegible] Theoph. h[illegible]. Sic enim ille τάδε παρὰ τ[illegible] ὥσπερ ο[illegible], καὶ [illegible], καὶ ὁ φλε[illegible], τ[illegible] vi-ge[illegible]o p[illegible] quinto, aliqua secund[illegible], vt T[illegible] & [illegible] n folio habent & i[illegible] Stœben appellauere. [illegible] tamen Theophrastus neget F[illegible] Cap. quinto & sexto. Q[illegible] frequentiores. Sed & [illegible] seminis vbertate, vt ren[illegible] non [illegible] & perspicua colligitur, notum est, qu[illegible] Folium Indicum Cina[illegible] natalibus qu[illegible]a à nostro cœlo d[illegible] in caule (fal[illegible] acuti-fo[illegible]um aut aculeato [illegible] vertunt [illegible] pec[illegible] radix gratis[illegible], non a[illegible] in a[illegible] fœ[illegible] sterilis sit, & ad nexus vtilis. [illegible] Phleon tra[illegible] fo[illegible] car[illegible] laciniato, stirpe numerosa germinare Virgiliarum exortu pri[illegible]que a[illegible] vna nec id folia dimittere, vitam an[illegible] longiorem esse, ad b[illegible] aut [illegible], caulem non solum sed folium aculeis armari: Item secundum [illegible] folium habere

Phleon, quam nonnulli Stœben appellant, lanugine mulieres ad lixiuium vti, pabulo esse folia ouibus, germina suibus, partem imam radici proximam pueris teneram esitari, non in profundum actam radicem inque Orchomeno copiosam haberi, atque in Arabia exaduerso Æthiopico tractui, flumine præsertim quod Cinamoferam disterminat Strabone narrante. Quæ tot notæ satis docendo erant, ipsam Plantam sicubi ea in Europa cerneretur. Dioscoridea tamen vix vnquam certa erit, cum nullis sit descripta notis, nisi vulgato vagóque nomine, & facultatibus quas nec diuersas nec ignauiores quis in Bursa Pastoria, Gnaphaliis marinis, Iaceis, Scabiosis, Bellidibus & Globularia experietur: quarum maxima pars tametsi antiquis indicta meritò putetur, fieri tamen potest, vt vna quæpiam Dioscoridis sit Stœbe, aut saltem non magno vel desiderio vel dispendio illius vsum expleat: easdem namque vires fermè Gnaphalio, Typhæ & Iuncis reddiderunt antiqui.

IVNCVS ODORATVS seu SCHOENANTHOS.

IVNCORVM præstantissimus odoratus Schœnanthos olim vocatus à multis tempore Galeni, florum prærogatiua roseáque fragrantia, tametsi Galenus dixerat suo tempore minus aptè sic dici, atque præcepisse quosdam Schœnanthum miscendum esse compositionibus, cuius florum non admodum suppetet copia, sæpe depascentibus nimirū summitates Camelis Aphricanis, qui Schœnantho vescuntur & maximè oblectantur. Quam Galeni rationem, vt prauam & veluti mendacii ream ridet anxiliter Commentator, quasi nuspiam vllum eius florum vestigium Europæis compareret, sed omnes liguritse Camelos diceret. At ille dumtaxat sæpe truncam adferri reliquam herbam dicit, nempe radicem, folium, caulem, eoque florū minorem suppetere copiam, quemadmodum hodie videas in Emporiis, Venetiis, Genuæ & alibi longe copiam plantæ maximam, florum verò non admodum mercem frequentem. Quippe cum sint quadantenus flores papposi, tenues, faciléque delabantur, etiamque cum cæteris gramineis vescendo resecentur, calore odor eorum exoluatur [illegible] sit partim eorum paucitate, partim etiam institorum negligentia vt perpauci adferrerentur. Iam lucri spes luculentior adeo sedulos colligendo adferendóque fecit mercatores, vt nulli dubium, quin veri calami floribus integris quamplurimùm habeantur Nabathæi, Arabici & Aphrici, quorum etiamnum ex odore dotes noscitare quiuis facilè possit (prostant enim interdu in Officinis) veri quidem sed adeo solati viribus, vt nonnulli putarint non aliam esse plantam, quam quæ passim in Adriaticis frequens & nonnunquam in Mediterraneis littoreis & sabuletis occurrit, planè specie, magnitudine, culmoque concolori Schœnanthi odorati meminimúsque hanc nobis obtrusam à Pharmacopœis Venetiis & Monspellii, qui affirmarent esse verè congenerem. Verum ab illius præstantia longius abest quam Canna vulgaris à Calamo aromatico [illegible] foliis gramineis est, & longè di[illegible]em profert. qualem aromaticum in Campania oriundum ex Plinii memoratione, sed [illegible]us viribus pollentem quampiam concedet. Siccatus hodie vœnundari so[illegible] vinctusradice est exigua, duriuscula, arida, fibris exilibus multis summo cespite sparsis, foliaque promentibus vnà conuoluta & squamatim interserta crassiora, rigida, [illegible] palmū alta, mucronata pallida pro[illegible] calam[illegible] ge[illegible] rotundum plenum, non cauum, nitidum, pedè al[illegible], Cyperi Iunceaue concretione & læuore, & in summo graciliorem,

quem ornat gemina s[illegible] ex pallido rubentiore, acerosis glumis aut calyculis rubellis foris intúsque pappis leuibus, quæ Cyperum tota olent, sed tritæ in mortario aut digitis tantopere fla[illegible], præsertim interiora folia & calamuli, vt legitimum hunc esse qui inficietur, planè muceosæ naris dici mereatur. Ne nunc blaterent de Cyperi caule, quem non odorati Iunci, sed vulgaris, nulla expressa adiectione innuere videtur Dioscorides. Cætera porrò descriptio adeo cum sit lucida, pudeat istos maleferiatos exactores putidulæ seueritatis in notis exquirendis.

NARDVS DIOSCORI. siue Nardostachys Æginetæ.

NVM dicta fuerit à Naardo vrbe Syriaca Euphrati contermina, vbi etiam Nardum aliam



aliam meminit Plinius incertum, certũ tamen legittimã pleriſque locis Ægypti & Syriæ in Europam adferri, nõ modo radicem qualem Galenus vult, ſed etiam quatuor di[illegible]nctas part[illegible], nimirum radicem, ſpicas comãſue, feſtucas & folia ipſa. Ima radix Schœnanthi, exili & arido ſtamine à radicula ſiue torulo exit, cui innaſcuntur ſpicatæ comæ conſertæque [illegible]lome[illegible]tiones quaſi per cirros torulos nucleoſue diſtinctæ & cõflatæ capillamentis, vt in Meo e[illegible]u[illegible]rũ ſpa[illegible]iis medijs emergunt nonnulla iuncea folia marinæ Algæ modo, tametſi minora multo. Haſce ſiccas inter ingentes faſciculorum ſtrues conſpicati fuimus in ædibus amici noſtri & periti Pharmacopœi Alberti Martinelli Veneti ad Angeli ſymbolum, & ſcimus nonnullis alijs ſtudioſis Lugduni fuiſſe animaduerſa.

NARDVS GANGITIS SPVRIA NORBONÆ.



QVINTVS iam a[illegible] annus, [illegible] aliã huic ſimillimã & copioſam nacti [illegible]. [illegible] in Gallia Norbonenſi à Gange vrbecula ſeptem plus minus miliaria diſſitus mons perquam amœnus & celſus, herbarum lectiorum feraciſsimus, cui idcirco vulgò nomen *L'hort de Diou*, id eſt Dei Paradiſus, in ditum [illegible] in [illegible]us cliuo qua ad meridiem maréue Mediterraneum vergit, hæc vberi prouentu erumpit, muſcidis & vdis tra[illegible]ibus, infima radix puſilla, exilibus fibris duris & raris, quæ ſubſunt ſpicatis comoſiſque torulis minimum di[illegible]itum craſsis, colore palleſcentibus ex fuſco, fetè palmum altis, non valdè mucronatis, ſed quadãtenus per extrema reciſis, folio eſt viridi, rigido, iunceo, vix pede alto, mucroſo quod ab ima radice ortũ trans ſpiceam comam [illegible] caule ambientem ſeſe exerit: multæque plantæ quaſi vno ceſpitis ambitu implexæ, [illegible]ius effigiem [illegible] Tota inodora eſt, præterquam capillaméta ſpicea, quæ multo craſsiora quam Ind[illegible], odore Muſchi Que[illegible], vel terreſtris, cui ſemimerſa humo [illegible] capillamenta: è quibus gracil[illegible], ac nitid[illegible] culmus Elphæ vocatæ non di[illegible], cubitu a[illegible]us exit, à medio cuius ad ſummu alternatim ſunt admodum ex[illegible] herbaceæ [illegible] è calycoli[illegible] aliquantum Schœnanthi flori aut defloreſcenti Geranio & Cotyledoni ſimilibus. Hæc tum viſa fuit Rondeletio præceptori & Iac[illegible] V[illegible] [illegible]oſo Gandauenſi conſiltoni erudiſſimo, & in hac parte nõ ſ[illegible] in [illegible] apprimè exercitato, qui eam ſuis ipſius manibus collegir, & [illegible] GANGITIDI Dioſcoridi proſum quadrare. Nec cuiquã m[illegible] factam mentionem, na[illegible] oc[illegible]rebat oppidulum n[illegible] locus iſto, quem alluunt duo amnes ſuauiſsimi, quorum alter [illegible]o, [illegible] aureis mixtus, vnde etiam Aurũ colligunt. Quo verò fato factum ſit vt id nomen adſciuerit, equidem neſcitur, non eſſe Indicam ſcitur.

IVNCVS LÆVIS VVLGATVS.

NVNC ad reliquam Iuncorum Hiſtoriam pergamus ſiciti à loris & funibus Schænum, ſic à iungendo Iuncum dixerunt. Pratis vdis deterioribus nihil viuidius familiariuſue iunco læui vulgato, qui duplex eſt, aut mucrone tenus diſtans. Vtrique tamen rectæ, læues, herbaceo colore virentes, nitentéſque virgæ aut culmi mucronatis cuſpidibus & ſemine nigro conſpicuis, medulla alba elychnum referente & vſu ſupplente rigidis, cubitũ & ſeſquicubitum altis, minúſq; duris mucronibus armatis culmis:

semine nigricante muscoso in pu[illegible]lis acero[illegible] glomis. [illegible] neque pecori, neque homini vsus, nisi in sternen[illegible] [illegible] d[illegible], in [illegible].

Complures asperitate & squa lore tan[illegible] & [illegible] tes istius vbique, quas recentiores minus sci[illegible] qua eroas a[illegible] species [illegible]dunt.

MARITIMVS DVPLEX.

AT huius acuti duæ apud rura Norbonensi[illegible] mari[illegible]ima differentiæ, multò proceriores, nec ternis cubitis inferiores. Vtraque stagnosis mar[illegible] lacustribus inter Latera & Peraus eodem cespite virescunt, [illegible] acu[illegible] [illegible] & inferiores p[illegible]nctim occurrendo. Vni seminis nigricantis fœcunditas in glumosis aspe[illegible] & nigricantibus glomis: alteri ninea, tomentosáque instar barbulæ [illegible]o mollior [illegible]pen[illegible]t. Etiam horum medulla elychnis atque circulatorum neuroq; [illegible]aistorum iocosis ingenijs & ludibrijs apta materia :è qua columbulas commentitias volitâtes, atque aere se librantes meminimus confectas.

AQVATICVS MAXIMVS.

MAXIMVS omnium procerri[illegible] æquali[illegible] Typhæ, & conuictor, a[illegible] potor & alūnus. Vbique etiam [illegible] tenri[illegible] [illegible] præsertim [illegible] medulla, storeis texendis ad triclinia insternenda, pe[illegible] notus.

IVNCVS CYPEROIDES FLORIDVS paludosus.

ILLIS omnibus vt diuersus, ita excellit Floridus vocatus Iuncus, quippe nonnihil ad Cyperū accedere folio & [illegible]bella cernitur, alioqui nō di[illegible]lis radice. Iunceus rotundus & virore herbaceo, cau[illegible]is Typhœ non a[illegible]is, sed gracilior, tres cubitos çquans muscario decorus Cyperi, sed floribus ex purpura candore diluta Ampeloprassum referentibus. Folia item Cyp[illegible]ri aut Asphod[illegible] longiora à radice Iunci, sed crasiore, nō nihil carinata. In lacunijs & torpidis aut lentè fluentibus riuulis Belgiæ, Angliæ & Londini ad arcem Regiam castr[illegible]mque nauium [illegible]burnicaru[illegible] nascitur.

MARITIMVS.

HVIC non ita [illegible], sed tantum littoribus & arenosis Nor[illegible] & Ga[illegible]nciæ [illegible], vix pedem & [illegible] æ[illegible]ans. Folia con[illegible]dura, teu[illegible]a, al[illegible] duplo longiora, lenta, [illegible] crassa & porreacea è radice [illegible] modo l[illegible]culosa & prolixiu[illegible] [illegible] villosis p[illegible] [illegible]ris & cr[illegible] [illegible], sapore grato. In [illegible] caule foliola [illegible] tre[illegible] [illegible] bosum Iunc[illegible] glumosis [illegible] culum, ex [illegible] & pur[illegible] [illegible] A[illegible] magnitudine & effigie enutr[illegible].

IVNCELLVS.

VERVM aridis glareis & sterilibus Erycetis Septentrionalibus omnium minimus passim visitur, qui vix sesquipalmum æquat, pusilla breuiq; radice, spicis tenellis, dispersis flosculis mucrone carentibus.

IVNCVS BOMBYCINVS.

EST

Est etiam Maio & Iunio in vdis pratis & riguis, exilibus & quasi gramineis foliolis donatum Iuncum videre, pannicula aut cęsarie niueo candore lucente insignem, quæ etiam perquam procul oculos nitore pulchro allicit: radice fibrillis tenuibus, & mucrone minus rigido donatu r. Germani ob tomẽtum lineúmue florẽ & vsum. Matten Flachs, quasi culcitræ stupam, aut tomentum dicunt. GNAPALIVM *Tragi inter Ico.*

ASPHODELI.

Alphodelus. { *Albus.* / *Luteus.* / *Luteus Liliflorus, siue Liriosphodelus.* / *Palustris radice non bulbosa.*

Asphodelus Galeni.
Asphodelus Hesiodi suo loco.
Hyacinthus Poëtarum.

ASPHODELVS ALBVS, siue HASTVLA REGIA.

{ *Germ.* Gold Wurtz.
Gallis. Afrodiles.
Italis. *Asphodelo.*



ARIDA Narbonæ littora Asphodeli cõmnnis feracissima sunt, nec minùs mõtes à mari dissiti, vbi bulbis illius, adultiotibus rostro effoßsis, quãtumuis acribus sues lubenter vescuntur: homini iam in cibum non cędit, vt Galeni Asphodelus, cuius vis etiã non elixi ignauior multo, & feruor mitior. Folia illi Cyperi, œnanthes, aut Porri similia, triquetra, carinata: Caulis rotundus, læuis, cubitalis & sesquicubitalis: flores stellati candidi Ornithogali maiores: semen fuscum triquetrum Sesami Theophrasti, in orbiculatis capitulis obscurè virentibus occlusũ. Radices teretes numerosæ ab vno capite, Pæoniæ minores, concolores fermè, acres, glandibus similes subsunt, acrioréſque multò & ingratiores quàm vt vescendo sint nostræ gulositati vt fuerunt holus priscæ frugalitati, cuius testis Hesiodi versus etiamnum extant: nisi huius cum Galeni eadem Asphodelus fuit, aut mitioris soli alumnus, vel coctus, vt de Aro Ægyptio, de Cœpis & bulbaceis acribus legimus & scimus.

ASPHODELVS LVTEVS MINOR.

NVSQVAM littoreis iisdem visitur, tametsi hortis Batauinis & Galliæ familiaris luteus hic antiquis indictus, generéque diuersus, est enim radicibus prolixioribus, nec ita bulbosis, sed Corrudæ modo minus tuberosis, leniúsque turbinatis, è quibus Cyperi folia complura exeunt exilia, saturo virore. Caulis rectus, floribus crebribus, luteis alterius similibus fastigio tenus stipatus: semen triangulum pericardiis continetur primi modo.

LVTEVS LILIFLORVS.

LIRIOSPHODELVS inter naturæ luxuriantis lusus, quia non minus elegans quàm noua, hîc subdenda & describenda, qualem Venetijs superioribus annis vidimus, ac dein Antuerpię cum Asphodelo luteo in officinis Guillielmi Driesch & Petri Coldenbergii amicis peritissimis, deníque Monspelli seuimus. Radices illi œnanthes aut Asphodeli albi exiliores, caulis sesquicubitalis, folia statim à radice surrecta, exilia porracea. Extremus caulis in turiones fissus qui flores ternos quaternósue Liliaceos referunt, colore flauo, vel aureo, quibus succedunt siliquæ angulosæ semine lucido, atro, oblongo, Pœoniæ fœminæ minore. Hunc Lilium luteum vel Asphodelum nuncupabant iam tum quidam Pharmacopœi Veneti. *Lilium luteum*

ASPHODELVS ACORIFOLIVS, paluſtris, luteus.

ANGLIÆ Flandriæq; humentibus paludosiſq; prouenit è radice fibroſa ſparſa non admodum protuberantibus per interualla graminea appendiculis, folia exeunt Gladioli aut Acori anguſtiora, atro virentia & ſtriata, cauliſque ſeſquipalmaris, ortu magnitudine & modo ſeminéque in lagænũculis Hyacinthi.

ASPHODELVS HYACINTHINVS fortè Galeni.

Aſphodelus fœmina Dodo. 452.

Spicatum Ornithogalum.

HVIC radix Ornithogali aut Hyacinthi, bulbus eſt vnicus albus, folia porreacea, exiliora, breuiora, caulis vnicus, rectus, pedalis, cauliculi triquetri altrinſecus hærent ſpicæ in morem, è quibus flores ſtellati lactei ſe explicant, è medio ſtaminibus quibuſdam productis Ornithogalum referentes, quare Ornithogalum ſpicatum quidam vocarunt, Monſpellienſium nonnulli Pancratium, alii Aſphodelũ Galeni, propterea quia ancipitis videtur figuræ & promiſcui generis ex Aſphodelo cuius flores habet, éxque hyacintho, propter non diſsimilem radicem.

Nos itaq; cœpimus à ſerie gladioli & ſimilibus, hinc è cognatis principiis Hyacinthorum Hiſtoriã bulboſis annectemus à Poëtico primùm orſi Hyacintho vt qui Irides inter Lilia & Hyacinthos gladiolos & Aſphodelos quadamtenus ambigat: quem voluiſsemus Iridum claſsi proximè ſubdere, & poterat ſanè, niſi potior collatio Acori & aliorum ſeſe obruliſſet, quibus hæc tantopere ſimilis floribus, vt Iridem multi putarint. Verùm bulbis & foliis cognatior natura hyacinthis ſimiliorem facit, eóque nos huc digeſsimus: variis enim de partibus & collationibus, varias ad ſtirpium gentilitates alluſiſſe videtur Dedala & munifica parens Natura.


HYACINTHI.
- Hyacinthus Poëtarum.
- Hyacinthus Dioſcoridis.
- Hyacinthus
  - Germanicus.
  - Autumnalis.
  - Anglicus.
- Hyacinthi Orientales Græci.
- Orientalis alter.

HYACINTHVS POETARVM.

ADEO affinia ſunt I, & V elemẽta, vt facilè ſit augurari τὰ ἴα, id eſt violas cognomẽto dictos fuiſſe antiquis flores ſpecioſiſsimos quoſque, præſertim vernos & coronamentis innecti ſolitos, vnde tot florum generibus diuerſis violæ vox quaſi hyolæ communis facta ſit, & proinde accommodata hyacinthis, quorum purpureum *Plinius* ab antiquis nigras Violas vocatas meminit, propter concolorem hyanthinum ſiue violaceũ florem, vt liquet de Theocrito, paríq; ratione putandũ Dioſcorideum dictum fuiſſe propter hyanthinam incuruámq; & pronam deorſum comã, floribus plenam purpureis, cuiuſmodi deliniatur & hodie conſpicitur.

THEOCRITI & POETARVM Hyacinthus flore Iridis.

NVLLVS dum ſcriptor neotericus videtur ſcitè diſtinxiſſe aut agnouiſſe haſce ſpecies hyacinthi: ea propter nonnulli Iridem, alii Gladiolum ſequuti Palladium coniectarunt, quidam rati lugubrem illum cruorem, qui *fuſus humo ſignauerat herbas*, ac deſierat eſſe cruor *Tyrióque nitentior oſtro*, floris Lilii formam exceperat, eadem prorſum: ſi non purpureus color his nempe hyacinthis, argenteus eſſet in illis, nimirum liliis candidis, vt Ouidius canit, rati inquam cruentos debere eſſe à cruore flores, Lilium rubrum Dioſcoridis, Martagon Chymiſtarum, Hyacinthum Ouidianum fecerunt. Atqui iſtum Hyacinthi Poëtici colorem eſſe purpureum violaceum, non phœniceum ſiue puniceum, cuiuſmodi in Minio, Anagallide & Martagone ſpectatur, oſtrei Tyrii color violaceus ſiue hyanthinus abundè explicant, & oſtentant buccina purpura, cuius ſa-



cuius ſanies ex violaceo tantillum rubet, vnde apud ſuauiſsimum Maronem ſuaue rubens hyacinthus dicitur, at Martagoni non ſuauiter rubent folia, ſed flāmeo flauente exuberāti rutilāt. Et porro, *Ibera ferrugine tinctum*, cum canit Poëta, innuit colorē, quem politæ caſsides igni calfactæ aut candefactæ ſimul ac frigeſcunt, violaceum rubidum, nitidum contrahunt, vocant *Bruniſſure* Galli, de quo etiam ferrugineas Violas dixit Claudianus, neutiquam vt putarunt, funeſtas, aut lugubres intelligens, nam Vergilij verſus contrarium indicat: *Pictus acu Chlamydē, & ferrugine clarus Ibera*. Quare vndequaque aptiſsimè noſtras Poeticus Hyacinthus ſtudioſæ huius ætatis expectationi ſatisfaciet, cui nullus hactenus poterat placere, cum iſtum nondum norat: quique non modo è Hyacinthorum genere eſt, ſed etiam tantùm habet cum Lilio, Iride & Gladiolo ſimilitudinis, vt hinc facilè ſit coniectari Poëtis, Hiſtoricis, Ruſticæ rei ſcriptoribus & alijs collatum fuiſſe penitus cum illis iiſdem de plantis, & interdum iiſdem acceptum, quod à plebecula etiamnum fieri in Iride diximus. Si enim huius florem, ſemen, vniuerſúmque caulem, & ſiliquam oculis Poeticis intuaris, Hyacinthum neges, Iridem dicas: ſin bulbū, foliáque perpendas porracea, coloréque hyantinum, Hyacinthum aſſeueres. Sed harum rerum peritus arbiter (tametſi videat Pauſaniam, Palladium alióſque ſcriptores ambiguis ſententijs fluctuare) rei ipſius exploratione niſus, neque hyacinthum prorſum dicet, quia nonnulla reclamant, & Iridem negabit, quòd neque radix foliáue congruūt: neque tamē illi deſpondendum erit, quin ea potiùs, quam nos ſæpiùs hîc inculcamus, moderatione & methodo expedienda Poetarum Hiſtoricorúmque controuerſia. Ne miſeram nuperorum quorumdam ſattagentiam imiteris, qui adeo ſe torquent in delectu ex antiquis plantarum habendo, vt fruſtrà putent ortam plantam, & ferme in Naturæ cenſu perditam, niſi cuipiam generi ab illis deſcripto, quaſi ſub vexillo ſuo poſsit aggregari. Atqui nos, quod Ariſtoteles & Theophraſtus in Lapidum, Piſciū, Quadrupedúmque hiſtoria prodidêre, hîc poſſumus multò veriſimilius dicere, nō parum multas eſſe plantas ancipitis mixtæque naturæ, non ſecus atque hinnuli ex contrarijs aut diuerſis ſpeciebus conflati ζωόφυτα, hybridas & amphibia non pauca. Proindè cum iſthęc planta Iris non ſit, & tamen illi atque Lilij florum elegantiæ abſimilis non ſit, quorum æmula venuſtate Poëtæ aſsimilarunt, & Palladius dixerat Iridem vel Gladiolum à foliorum ſimilitudine vocari: ſanè nobis Poëticus Hyacinthus eſto, qualem in Angliæ, Flandriæque amœnioribus viretis videre paſsim eſt corollis expetitam. Diſparis igitur generis duplex hyacinthus erit, Poëticus noſter ſcilicet purpureus, cœruleus hyanthinus violaceúſue ferrugineus vocatus Iridis Hiſtoricis, & Palladio, Gladioli Poëtis, & vulgo Lilij ſimilis, qualem exactè noſter exprimit: effigie nimirum Iridis aut Gladioli propior, quàm Dioſcoridei hyacinthi: quare priùs hîc de Gladiolo hyacinthiſque ſpurijs germanico, Anglico, Græco bino, & Autumnali, quia ſint floribus ſtellatis & Liliaceis, móxque de altera Dioſc. comoſa ſpecie hyacinthi dicetur.

ξίφιον, GLADIOLVS.

{ *Germa.* Schwertel. }
{ *Gal.* Glais. }

XIPHIO ſeu Gladiolo aut enſiculo nomen factum à folij figura, quæ tametſi eadem propemodum ſit multis plantis, vt Iridi, Xiridi, Acoro & bulboſis quibuſdam, atque nonnullis etiam piſcibus, tamen huic præ cæteris remanſit, propterea quia propiùs mucronatum effigiat, ſtriatúmque liris & neruis ſcabris, rigidiſque firmiuſculum, In ſatis frequentiſsimum, ea propter dictum ſegetalē Romanis. Caulis ſingularis, rectus, rotundus, *Effigi. Dodo: Hiſto. ſtir. 144*

dus,ſtriatus,nitidus,è ſolijs quaſi ſeſe exerens & flores conditos deinceps habens per interualla, interdum vnico tantum & ad vnam partem verſus (ſic noſtras Norbonenſis) interdum binis ordinibus vtrinq; vno,vt in Italo. Flores rutilant hilari ſaturáq; purpura, ſenis & ſeptenis foliolis conſtantes Liliaceis ſimilibus vel Ornithogali,ſed minus repādis aut diuulſis. Semen in folliculo rubrum Erucæ magnitudine: gemini bulbi radici ſunt, quorum habitior & corpulentior interdum ſuperior inferiori incumbit, interdúmque hæc inferior maior & languidior Vere exacto iam effœta, pluſculis puſillis bulbis propagatur Ornithogali modo coma fibroſa,ſubtùs radicāturglutinoſi bulbi & villoſo inuolucro teguntur fuſco, ſapore non ingrato, acri,ad tumores ſtrumoſos & ſcrophulas tantę opis,vt nulla huic comparanda videatur,Recentiorum certiſsimis periculis factis. Arua & ſata Norbonenſia vero Gladiolo ſcatent, eóque cum Draba vulſam furculatores in proximam viam aut tramitem proijciunt.

HYACINTHVS GERMANICVS, Liliflorus.

Germa. Blo Wertzenblumen.
Angli. our ladies Flour.

Hyancinth. ſtellatus. Inter Icones Fuſch. 484. 483.

EGLADIOLO & Poëtarum Hyacintho noſcenda eſt ſpecioſa illa planta bulbacea Germaniæ notiſsima, quam propter florum puſillorum colorem purpureum, & diuiſuram Lilij aut potius Aſphodeli doctiſsimi quidam cum Fuſchio *Poëticum* Hyacinthū diuinabant: elegantia, magnitudine plauſibilior ſpectanti, Iridis floribus gratia is noſtrum longè ſuperat. Et reliqua illius effigiatura congruentior multò Dioſcoridis Hyacintho quàm *Poëtico* foret, magnitudine etiam par, ſed bulbi candidi, flores cærulei purpurei Aſphodeli vel Ornithogali ſtellulis viſuntur. Norbonę mōtoſis arduis, Geneuę, aut Heluetiæ & Germaniæ in campeſtribus & iuxta ſepes naſcitur.

HYACINTHVS ANGLICVS.

Belgis Hyac. Bruxellenſis Hyacint. non ſcriptus. Dod. 167.

HVNC Anglicum nuncupare lubitum fuit, propterea quia nuſquam terrarum germinoſi ſaltus & prata vberiori ſcatent copia, quàm in Anglia. Magna huic cum Germanico ſiue Fuſchiano affinitas bulbi & foliorum, ſed conſpicua florum diſcrepantia: ſunt enim his oblongi calyces Ieſamini vel Filij ante patrem, cerulei, cæſiiue, & interdū albidi extrema ora fimbriis ſtellatim reflexis dehiſcētes plures è cauliculo nudo pedali nitentes, & inæquali ſitu penduli. Semen in folliculo herbaceo atrum Nigellæ vel Cæpe, vt cæterorum Hyacinthorum.

HYACINTHVS AVTVMNALIS.

Dod. effig. de florib. lib. pag. 174.

HVIVS effigiaturæ minimus, ſed pulchellus, quem primi omnium Autumnalis donatum nomine Antuerpiam è Veronenſi agro miſimus Guillielmo Drieſch. Plurimus poſtea etiam Lutetiæ Pariſiorum, Norbonæ ad Aquas Marianas, & ad Cellam nouam Monſpellij viſus nobis glareoſis aſperis, Autumno ineunte, non Vere, vt ſuperiores, non floſculos lageno ſos edit, ſed radiatos quinis ſeniſue foliolis cæruleis Ornithogāli nunoribus, cætera prorſum eadem, ſed minora.

HYACINTHI ORIENTALES GRÆCI.

Effigies. Math.

ANNO 1562. *Patauii* primùm vidimus, donóque accepimus haſce duas bulboſas, vnà cū bulbo Homerici Moly ab inſignito celebri eruditionis laude Doctore Treuiſano, quę tum inter ſe multum ſimiles erant, tum illi Anglico non ita diuerſę: è floribus tamen diſcernuntur, alter enim eſt craſsiore, breuiore bulbo & flore, qui ſunt veluti vtriculi violacei cœrulei vel albi Anglici Hyacinthi, vel Iaceæ mediæ vel albæ ſimiles, rariores & à medio caule ad ſummum vſque hærent. Bulbus aliquanto craſsior quàm Anglici, & Moly Homerico par.

ORIENTALIS ALTER

ALTER verò bulbus non dissimilis septũ caulem pedalem attollit, à medio totum floribus siue caliculis in speciem comæ elegantis digestis,purpureis alias albis Asphodeli Galenici, siue Ornithogalli spicati similitudine & situ. Ambæ quadriennium, quinquenniúmue durarunt Antuerpiæ,quas in Belgio infossis bulbis seuissemus:in delitiis Adonidísque pensilibus horti alunt veneti.

HYACINTHVS COMOSVS Diosc.

QVAMVIS sit difficilis notionis verus Hyacinthus, tamen propterea quia coma incurua floribúsque plena purpureis descripsit hunc Dioscorides, Hyacinthorum classem à superiore secreuimus, vt quem putamus magis ad Diosc. Hyacinthum accedere, huicq; proximè subdidimus,quia simillimus etiam est, nisi quòd illi sponte frequentiùs Septentrionalibus regionibus, hi Meridionalibus lubentiùs florent. Siquidem Italiæ, Norbonæ,reliquę etiam Galliæ tepidiori abundè in satis & viarum marginibus prouenit maior Hyacinthus,folijs porraceis, bulbi Vomitorij latioribus,in terram reflexis, caule læui albicantè ex herbaceo tenero, quem à medio summo tenus amiciunt numerosi flosculi spicatim confertímque digesti, purpurei oblongi in tantillis pedicellis vuæ gygarta aut Lauendulæ flosculos imitantibus, superneque comosam vmbellam latiusculã, circinnatam deorsum vergentem, nutantem & incuruam efficientibus, ex purpura violacea suaui rubore permixtã. Radix Cæpacea fermè quanta Narcisi, sed extimus color nitidus illi roseus dilutiore purpura, propter quẽ BVLBINAM PLINII siue BVLBVM ESCVLENTVM exercitatissimi quidam Monspellienses autumabãt, alij verò PANCRATII speciem: quia minorem iam describendam veriorem putabant. *Neotericor. 39. Dod. 172. Bulbus esculentus. Bulbina Pli. Pancratium alterũ Monspel.*

HYACINTHVS COMOSVS MINOR.

EST siquidem hic toti Meridiano tractui multò frequentissimus, & Septentrionalibus in hortis tantum. Vere (quum superior floret) ornat hæc planta editiora, agrorúmque margines herbidos, flosculis item venustis inque comam perspicuam per versus spicatam digestis lagenulas numerosas & admodũ exiles confertim aggestas, & patulas ostentantibus, vnde vulgus Prouincialium *Barreletz* vocat, quasi lagenulas: cauliculis est sesquipalmum altis, folijs Iunceis tenerioribus, sparsis, striatis. *Neoter 19. Dod 170.*

NARCISSI.

- *Narcissus*
  - *Mediolutens mediocroceus Poëticus.*
  - *Luteus totus Theophrasti.*
  - *Luteus Africanus, an Bulbus vomitorius?*
  - *Purpureus caeruleus.*
  - *Norbonensis Lilionarcissus luteus.*
  - *Non descripti duo Math.*
  - *Leuconarcissus siue viola alba Theoph.*
  - *Narcissus Herbaceus Plinii.*
  - *Tulipam Turcicum, siue Lilionarcissus florè rubro.*
  - *Tulipan Turcicum siue Lilionarcissus luteus.*
- *Crocus.*
- *Crocus syluestris Montanus flore albo.*
- *Hermodactylus flore Purpureo, siue Ephemerũ & Crocum syluest. vulgi.*
- *Hermodactylus siue Colchicum flore albo Anglicum.*
- *Colchicum Syriacum & Alexandrinum.*
- *Ephemerum non venenatum Dioscoridi Liliiflorium & Iridi folium, an Tralliani, Pauli & officinarum Hermodactylo idem?*
- *Hermodactyli albi & Rubri Nicolai, Actuarii & aliorum, non cathartici, sed cordi Venerique amici.*

Ornithogalon candidum vulgare.
Ornithogalon Luteum, Bulbus Vomitorius Belgarum.
Bulbi esculenti.
Cepa.
Cepa oblonga.
Squilla, siue Cepa maritima.
Pancratium maritimum Norbonense.
Escalottes Gallis.
Cepa Ascalonica.
Ascalonitis.
Porrum capitatum.
Porrum sectile.
Schœnoprason.
Ampeloprason, seu Porrum agreste.
Alliporrum, siue Scorodoprason.
Allium Syluestre gracile.
Allium latifolium maculosum Serpentinum.
Allium latifolium Vrsinum, siue Moly Hippocraticum.
Moly Homericum.
Moly.
Lilium.
Lilium purpureum vtrumque, siue Martagon Chymistarum.
Lilium Syluestre siue, Hemerocallis.
Lilium Montanum.
Lilium Conuallium.
Satyrion Geneuense Erythonium.
Satyrion.
Satyrion Erythonium Syriacum.
Testiculi siue Orchides
- *Canis, cuius varietates quinque.*
- *Hircinus siue Tragorchis.*
- *Serapiadis, cuius varietates quatuor.*
- *Odoratus minimus.*
- *Palmæ Christi duæ.*

νάρκισσος NARCISSI.

Germa. Narcissen Roszlin.
Fland. Spaensche Ienetten.



NEC HYACINTHO à luctu, vt diximus iam, nec Narcisso illi congeneri etiam nomen inuentum ab amente amante adolescente, vt fabulati sunt, sed à vi soplẽdi, quam ναρκῶσιν vocarũt, & νάρκην torpedinem, quæ eminus stupidam tangentis manum efficit, qualem inesse inimicam neruis, capútque grauantẽ Plinius ac Plutarchus Narcisso huic affirmant. Notissimæ hodie non modò quot differentiæ apud antiquos extant, sed multò plures, quas illi non memorant, inter quas nonnullæ, quæ ab Narcissis ad Lilia degenerant.

POETICVS MEDIOCROCEVS *purpureus.*

Mediopurpureus Dod. 181. VVLGATISSIMVS omnium Poëticus, cuius croceum florem videre est, *foliis medium cingentibus albis*, vt scitè canit Metamorphosis, estque idem Dioscoridis Narcissus, Narbonẽsia Galló que Prouinciæ prata Liliaceo Stellarũ candore ornans, Februario & Martio. Flores enim habet cãdore micantes lacteo, senis foliolis radiatos, corolla mediũ occupãte fimbriata, ex croceo purpurascente, odore suauissimo & verè soporifero, quasi quiddã Nymphεæ florũ redolẽte, folliculo mẽbraneo ex nodulo exorto primũ occlu-

occluſi in caule glabro rotundo, ſed vtrinq; compreſſo vel ſtriato. Semẽ nigrum in vtriculis mẽbraneis Nigellæ, multiplici tunica bulbus cõuolutus,& cute denſa obſitus Pancratij marini vel Squillæ admodũ ſimili,ſed minore. Folia ſunt Porracea, mucore albido plena,vti Hyacinthi,Cæpe,& Squilla. Hortis Belgicis,Germanicis & Anglicis inquilinus.

NARCISSVS MEDIOLVTEVS.

ETIAM pratis iiſdem ſed frequentiùs vberioréque ornamento floret hic Narciſſus,qui floribus eſt vno ex pediculo ſenis,denis,duodenuiſue ſparſis minùs candidis,& circinato verticis calyculo in luteum langueſcente,nigro foris & habitiore bulbo, craſsioribúſque folijs. Galloprouincia,vbi etiam ſunt Gramini detrimento, *Donas* flores quos corollis innectunt,vocitat. *Dod. 183.*

TOTVS LVTEVS NARCISSVS *Montanus Theoph.*

Germanis. Dehlblumen, Hornungsblumen, ſt zeitloſen.
Belgis. *Geel Tydeloofen.*
Gallis. Coquelourde.

NEc diſsidet hic à Dioſcorideis facie vel viribus, ſed tantùm floribus,quos admodum ſpecioſos,luteos promit,atq; quaſi duplicati forent non corona exili,ſed nolæ effigie Primulæ Veris duplo maiore,luteo atq; inſigniore criſtatur vtriculus,non tam diſpar, vti nec folia aut bulbus, niſi quod graciliora, minora. Februario & Martio ſcatet iſto forum Londini holitoriũ,& nemoroſa reliquę Angliæ Belgijq; prata. Ad Meridiẽ regiones propiores, vt Norbona,Vaſconia,& Hiſpania, nõ niſi editis montibus, & Maio, Iunióq; floret,vt in Veganiis,Mindenis Pyrenęis iugis non procul Tholoſa,inodorus,inefficacior, nec perinde narcoſim inuehit. *Dod. de flo 190*

NARCISSVS LVTEVS APHRICANVS, *an Bulbus Vomitorius?*

HVNC quidam chyrurgus barbitonſor triremium Genuenſium oſtendebat allatum ex Bona,& Argiera,Chartaginíque finitimis locis Aphricæ,planè floribus luteis languidis odoris ,ſed effigie Mediocrocei Narciſsi Norbonenſis, minoribus tamen,exilioribúſque foliis & durioribus , minùs mucagineis, ſed magis viticeis & ſequacibus,& fructu contumacibus,nihil alioqui vlla ſui parte à Luteo diſsidentibus. Non procul Agathenſi ſinu affirmant inueniri, etiámque ex Hiſpanicis nuper in Belgiam & Franciam delatos audimus.

NARCISSVS PVRPVROCOERVLEVS.

QVIN ETIAM aſſerebant non poſtremæ fidei amici,ſe nactos totis floribus purpureis Narciſſos prope Lanum fluuium,non procul Monſpellio,quos tamen nos diu ſæpéq; inibi & aliis adiectis pratenſibus fruſtrà venati ſumus, aut ſtudioſos Simplicium, & pręceptores noſtros, vt indicarent, rogauimus.

NORBONENSIS LILIONarciſsus Luteus Montanus Tulipæ ſpecies.

ERVTVM huncè Dei Paradiſij Iugis vocatis Seuenæ Norbonenſis,iam plures ſunt anni,in Belgium deferendum curauimus amicis Antuerpianis, qui primum Tulipam illum vocarunt,nos verò Narciſſolilium luteum audaciùs fortè (vti ſolemus quò rerum cognitioni diſtinctiori conſulamus) indigitauimus. Flos itidem ſingulo bulbo & caule Narciſsi minore, teneriore, delicatiore, vnicus luteus, ſenis foliis conſtans ad Lilium aut potiùs ad Lilij lutei Aſphodeli florem,filamentis luteis è medio enatis. Bulbus exilior multò,nucleum oblongum Allij æquat,ſibíque ſæpius adnatum allium exili filo adnexum habet: folia craſsiora pauca è caule medio porracea. *Dod. Tulipa minor de floribus. 189.*

LEVCONARCISSOLIRION *Pratenſe Vernum, num* VIOLA ALBA THEOPH. *vel Moly Rondelletio?*

Ger. Weiſz hornungſzblum.

Narciſ. Math: HVIVS coronariæ bulboſæ triplex è floribus & magnitudine varietas, nam Norbonenſis multiflora, vt cœteris maior, ita multò ſpecioſior amœníorque floribus eſt: ſunt namque lacteo Ornithogali candore, ſed Lilii parui effigie, è ſinguli caulis ſuperioris multiplicis nodulo vno ſeni vel ſepteni procumbentes, ſeménque rotundum Pœoniæ nigrum in folliculo membraneo cohibētes: folia & radices Narciſsi mediolutei in pratis, vel germinoſis depreſsis atque lacunoſis ſcrobibus, non procul Monſpellio & Magalona ad Lateranum dirutnm caſtrum plurimus floret, ſeménque fœniſeciis maturar.

varietas: In Germania, Gallia & Belgia viſitur idem niſi paucioribus floribus diſtans, quos non diſsimiles, ſed ſingulos in ſingulis cauliculis minoribus habet, luteáq; filamenta è medio exerentibus, ſemine fuſco.

An Narciſ. Herbaceus Pli? Omnium minimus palmari cauliculo, etiam Seprentrionalibus plagis, vt Antuerpiæ & in Nortmānia frequentiſsimus, paucitate foliorum, quæ terna vt plurimùm, vel quaterna, habet, & flore exiliore, qui vnicus illi ineſt herbaceus lacteolus, eóque nonnullis Plinii NARCISSVS HERBACEVS putatur, quod ſi verum foret, veriſimile eſſet ſuperiorem LILIONARCISSVM eiuſdem albuni nuncupatum Narciſſum futurum: quibus cunctis nonnullæ ſubtus lineolæ exaratæ herbidi viridantiſue coloris conſpiciuntur, vnde fortè Plinio cauſa nominandi.

TVLIPAN TVRCICVM, ſiue LILIONARCISSVS Sanguineus.



MVLTI ſunt exacti anni cum primùm Macedonium ſiue Græcum Lilium iſtud Tulipan à Turcico vernaculo dictum propter amiculum capitis ab illis geſtari ſolitum, cui flores ſimiles ſunt effigie, ſanè quàm luculenta purpura Venetiis primū & Patauii vidimus, deinde LVTEVM & Phœniceū flore Florentiæ, & Genuæ Lygurię. Bulbus eſt Narciſsi, folia promens Liliaceo læuore virore, craſsitie, aliquātum concaua carinata & vndulatis oris, caulem verò ſingularem pedalem & flore Liliacea venuſtate ſpectādū, purpura ſanguinea nitente Pœoniæ floribus concolori, Lilio rubro fere pari, quinis & ſenis foliolis craſsis, obtuſo calathi fundo in latius ſeſe pādēte, veluti violæ Marianę, porrectis è medio Liliaceis ſtaminibus. Semen Ariſtolochiæ clematitidis folioſum anguloſum, compreſſum mēbraneo folliculo oblōgo clauditur. Medio Vere iā floret nō modò Iralis, ſed etiā Belgicis & Gallicis hortis.

NARCISSI DVO A MATH: non deſcripti.

CVLTVRÆ lenociniis hanc amatoriam plantā variatis foliis, floribus & bulbis poſſe admodnm à priſtina effigie deſciſcere, & rumor eſt iamdiu apud Venetos quoſdā ſtirpium mangones, qui inditis bulbo ſeminibus quibuſdam, vel inſertis pullulationibus, nouas & viſendas excitari figuras affirmant, cuiuſmodi Taraconi è Cœpa enata, aliiſque, colorem, & florem, & figuram mutantibus. Eapropter conſultò alias Narciſsi varietates reticuimus, tū quod ne viſas quidem planè in memoria habemus, tum etiam quia nullū operæ pretium ducimus artis oſtenta & luſus proſequi: ſed dūtaxat naturæ opes in iſtud album ſedulò digerere & perſpicuè, neutiquā Senenſem imitaturi, cui ſatis picturas, quaſi puer pueris pingeret & illuderet, in numeroſos ſed mutos elenchos ſtabulare. Non ſolùm enim nullum deſcribit è tam multis Narciſſū, ſed neq; diſcernit eos inter ſe, quos bis inculcat, & an illi duo quorū alterum radice ſquammoſa & nucleis ſtipata, floribus multiplicibus & folioſis: alterum veri Narciſsi Bulbo, ſed florū foliis prolixioribus, anguſtioribus,

gustioribus, porrectioribus staminibus, nô explicat. Vbi & quando & quomodo nascátur arténe an sponte: vt neq; Narbonenses hîc alios flores, quos etiam vt non paucos alibi, fecit Côstantinopolitanos, iactare potuisset: etenim eius Constâtinopolitanus Narcissus, nihil aliud esse videtur, quàm Maritimû Pancratium à nobis memoratum suo loco.

CROCVS SATIVVS.

κρόκος {Italis, Zaffrano. {Ger. Saffran. {Gallis. & Mauris, Saffran. {Angl. Saffron.

GERMANITATIS eiusdem cum Narcissis esse Crocum docent, non modò figura & natales, sed etiam facultates peculiares, quæ vtrique epispasticæ, deinde quadamtenus odoris soporiferi insunt. Nec in Crocum versi adolescentis Croci fabella alliud Ouidius innuit, quàm istam abditã dotem Veneris mysteriis celebrem, cuiusmodi Poëticæ Philosophiæ sunt inuolucra, Hyacinthi, Narcissi, Daphnes & quàplurimorum transformationes. Nam alioqui κρόκη filum, villúmue, & tramam signat, cuiusmodi sunt Croci flaua flammeáue stamina, & villi & flocci quæ κροκίδες vocantur. Porrò notissimum & optimû crocû nô solùm regiones ad Meridiê Aphrica, Syrena, Sycilia, & Gallia, sed etiã ad Septêtriones sitæ Anglia & Hibernia laudatissimum abũdê dant carnosis, lætis, quasiq; oleo delibutis cruoréque aureo nitêtibus filamentis intensi odoris cum quadam acutie, sed soporiferi, quo Belgia, Germania, aliique vicini cibos condiunt, ac medicamêtis miscent. Rustici radices pangunt admodum viuaces cultúmque humanum spretas, vnico hyacinthi Narcissi aut Gladioli bulbo carnoso, siquidem negligantur aut pedibus proterantur florem stamináque elegantiora prodere consuetas purpureas calycis in modum, prorsum Hermodactyli pratensis. Bruma, Ianuario, & Vere virent folia interdũ perennia, Autumno leguntur dũ nitent nutántq; purpurei phœnici stamina, quæ trita carpis aut sub mãmis admota, illitáue vires suas cordi cerebróq; illico transmittunt, quásiq; vertiginem tenebricosam inuehunt, aciem oculorũ præstringunt, aut hebetant. Germinosa herbidáq; loca vult, nec apud Italos aut Gallos spôte prouenit, nisi Siluestris, qui diuersus natura est. *Inter Icones Fusch. 249.*

CROCVS SYLVESTRIS *Montanus flore albo.*

SIQVIDEM Syluestri Autumno nisi rariùs, sed plurimùm primo vere venit flos minor, candidus, interdum purpureus, locis præsertim alsiosis, vbi perpetua perennat nix, vt in Ostensis vallis arduis sunt planities albicantes niue Hyberna & istius floribus purpurascentes & albicãtes, non procul à Bernardi monte: radix & caulis satiuo similis, folio angustiore & breuiore, Isto foris dumtaxat vtendum, intus non perinde: illitum pubi vrinas elicit crebras atq; crassas, tumores Hydropicorũ discutit, spicula euellit. Isto agresti faciliùs abigeret è suis interulis pediculos gens Hibernica, nam virosior est, & penetrãtior. Verùm vulgatior præterquam quod Hibernis miseris tam importunos hospites, quietis & famis hostes abigit, etiam colorem floridum, vegetúmque calorem vigorem & animorũ ferocitatem artubus & alit & auget, illuuiéq; sordidas vestes colore commendat, militiæ idcirco non parum conducibilis.

COLCHICVM *siue* STRANGVLATORIVM *Ephemerum Crociflorum & Bulbifolium, Hermodactyli vulgares.*

Gal. Tue chien. Angl. Wilde Saffron.

QVAM minimùm videtur plebis iudicio Pratensis vulgaris Hermodactylus Ephemerũ dictus, à Croco syluestri abesse: vocant enim & putant vbiq; vulgò Syluestrem Crocum propter flores, natales, tempúsque florendi non dissimilia. Ac tametsi tum ipsæ res, tum Dioscorides diuersas esse abundè monêt, tamen iuxta hîc ponendæ fuerunt Crocus & Hermodactylus, deindéq; huius vel species vel varietas Colchicum Ephemerum, quo vtrauis ambas ostendat quærenti. Etenim duas non ita dissimiles est complexus Dioscorides, vt Paulus & Galenus, ex Priscorum descriptione, & sua obseruatione: quarum primam pòst & proximè fungos collocandam duxit ille, cum quòd esculenta gratáque cibo videretur, tum quia non secus ac fungi, vt idem author exprimit, disertè suffocatu enecaret, strangulat namque illa itidem vna diecula: vnde Theoph. huius nominis occasio profecta visa, longè ante Dioscoridis ætatê, fuit. Hæc autê non alia est quã vulgatissimũ plebi PRATENSE CROCVM & SYLVESRE vbiq; vocitatum. Floret namq; *Effig. fusch. 281*

vti Crocus Autumno flore perquam simili, cõcolore, nec dispari ritu, iamdiu antea primo Vere orta, & Æstate amittit folia quæ Porreis latiora Pancratii sunt æqualia, vel bulbi pinguora, terna aut quaterna, virentia, nitentia ab radice, caule sesquipalmari, bulbosa, semirotunda radice, altera parte compressa Castaneæ figura, aut Anacardi: foris tunica ruffescente ex fusco, ab ima latioréque basi ad apicem canaliculum imprimit prima caulis germinatio, intus tota alba, fungosa, muccida, virosa, gustu non ingrata, quam quouis anni cardine erutam à quibusdã Pharmacopœis pro Hermodactylo habitam vidimus, & siccatam, flacidam, vietam, rugosámque, tangenti partim euanidam, partim fungosam meminimus, vti & Syriacum & Alexãdrinum mox describendum venetijs nobis sæplus visum, denique nigram & longè discretu facillimam ab Officinarum Hermodactylis. Sunt enim peregrini hi, neutíquam exitiosi, vt multis sæculis plurimus vsus doctos docuit: inque farinam vel pollinem candidum facillimè abeunt. Nec verisimile fit, quod Colchide vberrimè scatebat (vt ait Dioscorides) aliud à nostrate fuisse, sed pernecabili interimendi facultate cæteris omnibus excelluisse, tum quia succo magis excocto illic, tum etiam quia soli, aërísque prærogatiuam quandam nactus fuit. Sic fungi non paucis locis exitiosi proueniunt, & nisi lacte iisdem quibus Colchicum remedijs, euincantur, interimunt: alibi innocui passim esitantur. Sic Taxus Norbonica & Hispanica deleteria sola vmbra prodit antiquitas: in Anglia & alibi neutiquam malefica. Cicutæ & alijs idem vsu venit, vt nouimus alibi. Quapropter quot qualésque varietates in radicibus, floribus, ortu & colore, alia atque alia peperit regio, tales differẽtias facultatum inter Syriacum ruffescentem, & Anglicum flore candidum intercedere certum nobis periculo facto stat.

COLCHICVM SYRIACVM ALEXANDRINVM.

RADICES & bulbos aliquot huius adhuc habemus munere Dominici Chirurgi Veneti, qui quamplurimas classe triremium rediens illinc, vbi fungebatur vulnerarij officio, à se auulsas Venetias aduexit, quibus vtebatur idem, easdéq; sæpe miscebat decoctis Guaiaci, ad Luem Veneream, aliísque sudorificis magno remediorum cõpendio & ægrorum commodo, edoctus illic à plebecula. Huic bulbosa radix non parum à nostrati differt, tametsi Dioscorides deliniationem non minùs benè refert: non enim canaliculus lateratim depressus mittit ad caulem, sed caulis erumpens medium findit bulbum, quasique geminum Colchici bulbum ab imo coagmentatum, caulémque vtrinque amplexatum ostendit, nigriórque nostrati euadit intus forísque, alioqui è Cæpacea nec dissimili fungosa concretione, vti nec totius figura.

COLCHICVM ANGLICVM *candido flore.*

ISTVD nusquam herbarijs memoratum, quia Anglia copiosissimum spontè fundit, nec alibi facilè reperias, Anglicum nuncupauimus. Perpulchra planta, lacteis floribus Ornithogali vel Asphodeli maioribus, Croci montani Syluestris paribus, caulem ornant sesquipalmarẽ radix & folia, alioqui pratensis vulgaris sunt, foris fusca, intus candida. Londini hortis mersæ radices Hyemẽ ferunt, Vere emergunt, non secus ac in collibus & montosis prope Bristoliã & agro Somerseti, Syluosis ornatissimi armis & literis Generosi nec parũ stirpium periti, D. Eduardi Samtloo, cuius humanitati, vt pleraque alia, hanc ferimus acceptam.

EPHEMERVM *non venenatum Diosc. Liliflorium & Iridifolium an* HERMODACTYLO *Officinarum, Tralliani & Pauli idem.*

VELVTI Syriacum innocuum medicamẽtis, aliásque non paucas plantas varijs locis diuersas aut contrarias adipisci facultates dudum in Colchico monuimus: sic ex nomenclatione deliniationéque vtriusque Ephemeri apud Dioscoridem, & perpensione harum radicum, quas vsus diurnus diuturnúsque probauit, Hermodactylum siue Ephemerum salubre, dote dumtaxat & leuiore aliqua nota, non item specie ab Officinarum hermodactylo dissidere certũ. Tria tamen quæ obijci possunt, partim diluenda, partim distingenda sunt, vt saltem doceamur, si non illa quidem eadẽ sunt, certè admodũ affinia

esse: Ac primùm obijciet quis factam seorsim Hermodactyli & Ephemeri vtriúsque mentionem apud Trallianum & Paulū: fatemur, & arbitramur eos vel quòd vires purgatrices primùm in Ephemeri aliqua specie cōpererint, aliam arbitratos presertim Trallianū quē Paulus citat, non Galenū, qui Hermodactyli non meminit. Vel quia Trallianus Ephemerum non venenatum sub nomenclatura Hermodactyli in remedia arthritica adduxerit, quia in describenda radice Dioscorides digiti siue Dactyli voce vsus sit, quæ admota vel fotu dentium mulceret dolores, deprimeret tumores, quod Officinarum Hermodactyli arthriticis adeo plenè præstant, vt nullum præstantius suppetat, ex lacte presertim subactū remedium. Quippe digerit moderatè nullo aut pusillo calore, aliquanta adstrictione, sed miti emplastica & natiuum calorem parti reddente. Nec si non meminit Dioscorides vis Catharticæ, non ideo necessum inficiandum Ephemerum esse: non pauca siquidem reperias apud antiquos classicos Simplicia, quorum vires purgatrices illi siluerunt, ne dicā fortè nec notas habuerunt, vt & alia compluria: quare si non est Ephemerum Dioscoridis noster Hermodactylus, certè non alio putarim differre modo, quàm quo Colchicum Anglicum & Syriacum. Quare ridiculè æstuant cum Comentatore Senensi plerique, atque doctis Barbaris insultant, qui Officinarum Hermodactylos purgationibus misceant, enimuerò arrodere interiora, veneno petere, ac nihil aliud quàm Colchicum nimirum deleterium esse. Verùm bis falluntur: & quod Colchicum hermodactylon nostrate esse dicunt, quum tamē folia non norint, quæ longè minora sunt & humi fusa, quàm vulgaris Colchici: & quia statuunt necatorium, quum Dioscorides id maleficij non cuilibet Ephemero, sed Colchico dumtaxat, id est, in Colchide enato, adscripserit. Tum Solidæ huius candidæque radicis & plenæ concretio, quantum à rugosa, vieta, languida, nostrati & nigra absit satis indicio est. Nullam videas etiam Venetijs, vel Genuæ millibus è multis quantumuis recens allatam, quæ non leuiuscula tusione illicò in puluerē farinaceum fluat, colore & sapore planè Turbith, Iridis, vel Agarici, quo etiam modo nec incommodo maiore purgare norunt, qui sæpius vsi sunt nostri practici, quibus vsquedum experimento certo certa ratione nixo, aliud vsurpandum, aut frustra Constantinopolitanum viribus ignotū obtruserit & persuaserit Commentator: & falsò accusarit Serapionem, qui non Pauli, sed Dioscoridis, vt liquidò constat merus versor, quæ in codice antiquo teperit, fida barbarie tetulit, vt alibi semper fermè Hermodactylon explorādo gustu neutiquam feruidum, sed ignaui acrimonia pusilla, & vi obruta emplastica potius facultatis purgatricis moderatrice, quàm vlceratrice, qua non parum commodum esse arthriticis purgationibus facilè percipiant, qui medicamentorum miscendorum methodū callent. Nec enim lacte eget vt Turbith, quo minùs adhuc noxium, quare & Catharticum non respuendum, vt vociferantur declamarores sed commendandum.

HEMODACTYLI albi, Rubri Nicolai, Actuarii & aliorum non Cathartici, sed Cordi, Venerisq; amici: an sint Behen album & Rubrum eadem?

VOCEM Hermodactyli æquiuocam fuisse, & Ephemero Dioscoridis cōparari potuisse, nō modo Caput Pentaphylli indicat (vt cuius radix Hermodactylus sit vocata, nō tam similitudine, quàm superstitione & incantatoria expiatione) sed etiam quæ extant apud Actuarium & Nicolaum celebres admodum compositiones arguunt. Quippe Aureani Alexandrinam reginam illam & Diamoscu Hermodactylo rubro & albo non carent, miscetúrque alijs apud Arabes compositionibus cordialibus, quibus sunt visi designasse Behen albi & Rubri nomine, quod etiam defluxisse à Dactylite palmæ fructibus, quibus confert Dioscorides Balanū nucem myristicam apud Arabes Ben vocatā. Igitur Arabistarū Hermodactilus siue sit Behen, vt verisimile sit, siue sit Auicennæ Digiti Citrini Palma Christi (cuius mentio inter Orchides facta, nullum enim Hermodactylon rubrum habemus, vt cum Rubro & albo Ben confundi posit) eorum compositionibus cardiacis præsertim miscendus: Officinarum vero Catharticis & Topicis vti dictum, capite de ben & nuce Myrepsica.

ORNITHOGALON candidum vulgare.

E BVLBORVM classe cum sit Ornithogalon nec ita absimilis Hyacinthis, Narcissis, & Hermodactylo superiori floribus albis, non abs re hic dicendus, vt hinc mox ad

Bulbos veniamus, cuius speciem faciunt quidam Ornithogalon luteum vocatum, propter inter hunc & illum ambiguam effigiem. Et tametsi Ornithogalo nomẽ dedit lacteus florũ candor, cuiusmodi in Gallinarũ alis renidet aut ouis, non earum lacte (quo carent volucrum genus) tamen propter totius figuræ affinitatem nobis erit etiam vocandus alius, qui flore luteo elegãtissimus, nec ita freqnẽs Italiæ, Norbonę calidioribúsq; visitur.

ORNITHOGALON LVTEVM.
an Bulbus Vomitorius?

Belgis Bulbus Vomitorius. IN Auernis & ad Lugduni pomæria pone & prope suburbium trans Rhodanum vulgo *Aiguilletiere* in campis latis & glareosis, etiámque in Borbonio agro, quà ducit regia via Lutetiam, plurimisque Belgiæ, Angliæ nemorosis Sommerseti Ornithogalon luteum collegimus. Tota planta minor multò, sed simillima càndido Ornithogalo. Martio floret, bulbus vnicus, vt plurimum Allij Scorodoprasi oblongior, inodorus, pauciora sed latiora quàm Ornithogali folia: flores prorsum Ornithogali sparsi, & quidem foris herbidi, vt Ornithogali, sed luteoli non càndidi, intus verò eleganti luteo nitent.

BVLBVS ESCVLENTVS.

NON secus atque Asphodeli bulbi plerique omnes edi mortalium luxu & mollitie desiêre, prẹsertim Europæis regionibus, seu fuerint gustu minùs cõmendabiles aut vtiles, quàm bulbacea multa, Porri, cepæ, Allia, & similia. Viscidi námq; sunt mucco Pancratij omnes fermè quos nonimus, & plerisque insulsi & magis excipiendo condimẽta, vt hyacinthi multi, Galenicus Asphodelus, quàm ad condiendum apti. Quando igitur ex Dioscoride coniectari magis, quam asseuerare quicquam licet, videntur bulbi esculenti fuisse cæpis aut Pancratiis simillimi, & prẹstantiores ruffi, acres, locis calidis oriundi, vt sunt Lybica littora vel Norbonica. Ascalonicum tamen vix est Cæpe, nam nec ruffum vt plurimùm, nec acre, saltem vbi nos sæpius esitauimus Lutetiæ & in Flandria, fieri tapotest, vt Ascalonę fuerit acrius, ruffius & maius.

Bulbus ille rubida foris tunica, quem Hyacinthum fecimus, alias putauimus persuasi à doctissimus Monspelliensibus esse esculentum bulbum: quemadmodum hodie nonnulli luteum Ornithogalon nostrum Vomitorium Bulbum credunt.

CAEPE.

Ita. *Cipole.* *Ger.* zwibel. *Angl.* ouyon. *Gal.* oignon. *Belg.* ayeuyn.

Fusch. Ico: 242. BVLBORVM, quantum vspiam est in naturæ ditione, speciosissima & notissima Cæpa, vel de Græca appellatione κρόμμυον dicente, quia oculorum tunicam pupillamque & folliculos mordaci vapore lancinando, conniuere, contrahiq; cogat, lachrymas eliciẽdo, vnde Latinis lachrymosa Cæpa. Etiamnum hodie varietas è locis, colore, magnitudine, àcrimonia, teneritudine, varióque mangonio petenda, fermè cuiusmodi Theophrasti & Dioscoridis æuo. Verùm non necesse habemus persequi plures, quàm quot hodie nouimus insigniores & digniores vel esu vel fama, quibus cuiuis olitori quaslibet alias addere integrum per nos erit.

Suauitate & mole omnibus Italicis vel Gallicis, quas nouimus, excellunt Aphricæ ac Hispanicæ, & Hispanicis maiores atque speciosiores Diui Altomari in Gallobelgia satiuæ, quibus prima commendatio, & magnitudo capitis exuberantis, compressæ vtrinque rotunditatis rapam non mediocrem æquantis. Squàmosa cuticula, extimisque tunicis sanguineo saturo colore rubentibus nitentibus, & nihilo feciùs esui Flandriæ, & Angliæ cunctę, aliisque Sepentrionalibus expetitæ: ad quas tamen gentes asportãtur quotannis Hispanicę nõ minore copia, aut cõmẽdatione quæ partim albæ, partim purpurascẽtes, gustúq; aliquàtò acriores, pares teneretudine & mole, cibis & cõdimentis quã medicamẽtis aptiores. Cæterarum omniúmq; nusquam non gentium in Italiæ Hetruria, Germania, Anglia, Gallia vasconia prouentus plurimus hortis olitoribus venit, & vt quæque ad harum bonitatem proximè accedit, ita optima habenda. Omnibus eadem facultas incidendi, & lachrymas ciendi, non odor insuauis, sed vapor & sapor intentior, aut

aut mitior nonnullis, quemadmodũ MAIOR & MINOR BVLBVS OBLONGVS teres, orbiculatus, & turbinatus quibusdã plurimus verò & cõmunioribus cæpis à caulis ceruice sensim in cõpressam latiorem, sed à lateribus reductam vtrinq; circumferentiam bulbaceam abeuntibus, quorũ Bulbi vmboni fibrarum numerosa coma aptata subest, Hellebori albi modo, quod Cæpis omnibus cõ mune, vti folia Porreacea cõcaua glabra, niténsque caulis vacuus, & flos in cumulo villoso purpurascente, semine copioso nigro Nigellæ.

Σκίλλα	*SCILLA, siue*	*Ang.* Sea onyons.
	CAEPA Marina.	*Germa.* Meerzwibel.
	PANCRATIVM.	*Hisp. Cebolla albatrana.*
		Gall. Oignon marin.

CÆPACEO generi tantopere est cõpar Scilla, vt multi eam MARINAM CÆPAM vocēt. Quia autem inter hanc & marinũ testaceũ piscem à tunicea squammarum cõpactili serie Squillam vocatum, tanta similitudo intercessit, hæc putatur sic dicta. Potuit etiam à sabuletis maritimis Sole torridis, cuiusmodi sunt in Hispania & prope aridæ Lusitaniæ tesqua maritima. Huius duas differentias colore dumtaxat inter Hispanicas tã multas animaduertere est, quarum extimæ tunicæ vni rubent, vt Cæpis oblongis, alteri albēt, magnitudine pares. Vtrauis maxima Pomũ Assyrium nõ superatiè tam multis autē millibus, quæ quotannis tum Venetias, tum Antuerpiam deuehuntur, nullam meminimus maiorem, ea quæ sata & perbellè adulta fuit Monspellii in horto Iacob Farges Pharmacopœi. Vniuersa namque folii carina vel dorsum palmum fermè lata, pedem alta, crassitudo minor quam Aloes, crebra è bulbo pullulant squammatim compacta, caulis sesquicubitalis, gracilis, flosculos Fragrariæ gerit similes sed minores, in spicam postremò deficiens. *Fusch. Ico: 458*

Neutiquam mirum Mathiolum, post alios neotericos nuperos, sententiam de Scilla mutasse, cum nunquam sibi genuinam visam, sed tantùm verbis depictã fateatur. Quinetiam si verum Pancratium vidisset, nunquam pro illo speciem Scillæ, aut potiùs vietam plantulam aut adolescentem, cuiusmodi Venetiis veneunt, subdidisset. Et foliorũ gracilitas, à qua se deceptum conqueritur, sanè non aliam speciem constituit Scillæ: sed tantũ cõtingit habitiora & maiora adolescere folia, mutatione cœli, soli & cultu. Sic Cæpis euenit angusto interiecto tractu, sic in foliis Aloes & aliis multis obseruatur. His verò bulbis flores, folia, omnia prorsum similia, aliquanto dumtaxat graciliora, vt bulbaceis mul tis præproperè enatis & aliò transplantatis euenit. In cõtignatione suspensæ, dum sabulo merguntur, aut seruantur languidiora promunt folia, & succo seu pabulo cõsueto defraudantur, exilioráq; fiunt. Ratio par in Scillis tuis pusillis, quas Pancratium astruebas.

PANCRATIVM MARINVM.



VT Panaces doloribus placandis, sic ad cunctos morbidos affectus profligandos promittit auxiliũ benè ominata nomēclatura Pancratii, quæ tamen Scillæ species maritimúsq; bulbus est. Siquidem plurimũ toto littore illo, ab Aquis Marianis ad vsque Norbonæ vrbis maritima, sæpius vidimus & eruimus. Radix Scillæ cũ maxima, quanta maximi Lilii aut Arancii vel Limonij, cortice Cæpæ obtecta pullo, intus candida Scillæ modo. Sabulo arido vndis alluto mersa sesquipalmum altè, folia septena vel octona indidē erumpunt, rigidula surrecta, latitudine & crassitie Iridis ferè, nigriora, summis retusa non acuta. Caulis cubitalis crassitie Asphodeli, sed tenerior, qui extremo flores ternos quaternósue cãdidos Liliaceos narcissi lutei modo promit, qui defluentes relinquũt siliquam oblon-

oblongâ, Aristolochiæ Clematidis similidudine, & semine cõpresso, sed nigro. Radices his omnibus albæ, non rubræ, quod accidit regionis situ & Superûm aspectu, vt in flor bus Rhododendri, foliis Cyclaminis, vitis, Caulibus, Atriplicibus, Betis, bulbis, Cæpis, & Scillis istis Hispanicis, vt Pharmacopœi Antuerpienses satis norunt. Littoris incolæ piscatores & prædones raptu interdum victitantes, rati hanc esse Cæpe, voratam ex sale & pane, quamuis famelici, hanc nauseabant.

ASCALONITIDES, *antiquorum Escalottes Gallici.*

ESCALOTTAS Gallicas, quas antiquorum Ascalonitides, siue Palestinas cæpas arbitramur, peculiarem quandam naturam vel figuram habent, vt etiam Theophrastus monet, siquidem ancipitis & dubiæ naturæ inter cæpam, Allium & Porrum, similiores tamen cæpis, sed multò minores sunt, & crudi in Ientaculis lautiores frequentioresque: eapropter francigenę *Appetis*, vocitant, quia edendi cupiditatem reuocent. BVLBVS fortè SETANIVS, quem Theoph. & Pli. Cæpe genus quoddam testantur.

SETANIVS *Bulbus.*

SCHOENOPRASON.

{ *Belgis.* *biesflooch.*
{ *Ger.* Bintzenlauch, non Brißlauch, quod est sectile.

IVNCEA illa, quam perperam Commentator Theophrasti Ascalonitidem siue Palestinam dicit, minima sesquipalmũ alta est, pusillis Porraceis bulbis oblõgis sectilibus simul coherentibus & implexis pullulat, & sata fasciatim magno semper stipatu capitulorum Allij vrsini modo prouenit in hortis vbique, adeóque porrum effigiat, vt quibusdam veri Porri non solùm vicem expleat, sed opinionem faciat, flore perpusillo Iunci vel cæpe. Crudæ huius folia acetariis gustum gratissimum addũt. Bulbuli, qui exutis tunicis, vniones imitantur, videntur apud Gallos nomen fecisse cæteris cæpis, quas illi *Oignons* vocant. Germani Bieslauch, quasi Iunceum Allium vel Porrum.

PORRVM CAPITATVM & SECTILE.

Angl. Leke.
Ger. Lauch.
Gal. Porreau.
Belg. *Paraye.*

PRASIVM à colore dictum Græcè, & Latinè porrum à callosa Porri capitis simillima in ossibus ferruminatis concretione coniectamur. Non modò est hic bulbus Cæpacea affinitate, sed etiam cæpe, tunicarũ inuolucris demptis, interius capitulum cor vocatum refert: nec foliis, floribus, caule, aut semine, quod tamen est pullum, differunt. Sapor idem & facultâs, sed mitior calor, esus in olere frequens vbiuis.

Holitorum industria in CAPITATVM & SECTILE diuisit: istud Capitatum porrum vocans: illud quòd sæpius ad culinaria iuscula detundi solitum esset, Sectiuum vel tunsile dixit.

SCORODOPRASON, *siue* ALLIPORRVM.

VT vocabulo sic effigie Porri atque Allij mixtam plãtam signat Scorodoprason, quod sanè non admodum abludit ab Ampeloprafo vel natalibus, vel facultatibus & lineamentis, magis tamen spirat allium: sed exprimit propius Porrum, ni memoria labat, quod in clinosis vinetis & incultis ericetis Lygurum, Nicæque Sabaudiæ spontè natum meminimus.

ALLIVM

ALLIVM Satiuum vel domeſticum.

{Anglicè, Garlyke.
{Germa. Garten knoblauch.

SKORODON adeò nobilitarunt odor, ſapor, eſus, vireſque medicatæ, vt nulli non ſuerit ſemper notiſsimum. Vibrat namque halitum quendã æſtuoſum, atq; tædioſam acrimoniã faucibus inurit, edendo: vaporeſque excrementitios ad cutem pellendo Pandiculationes veſcentibus mouet, quas Græci ideo Σκορδινισμοὺς indéque Scordiõ vocarunt. E Cæpaceo genere, cui accenſetur, facilis dignotio: etenim gramineũ cæpaceũue folium, flos & ſemen in caule inani, tereti, bulbo exiliore emittitur, foris dilutè purpurãtibus membraneis cuticulis, nucleos multos vnà coactos ſpicatimque coagmẽtatos inuoluentibus, è quorum medio vertice fibræ tortiles & graciles porriguntur terræq; inſeruntur. Fuſch effig. 428.

ALLIVM SYLVESTRE tenuifolium.

{Germa. Wilder Knoblauch.
{Angl. wilde Garlyke.

FRIGIDIS calidiſue pratis, macilentis & aruis Syluestre paſsim oritur inuiſum alicubi, vt in Brabantia & Francia colonis, quia ſegeti innatum tritico prauum odorem & ſaporem cõmunicat, quo deinceps tum farina, tum panes imbuuntur. Puſillus, oblongus bulbus, non ex nucleis conſtans, ſed vnico læuique capitulo, nonnullis interdum adnatis minoribus ſeſe propagante: Iuncea pauca foliola in gracili, tenui, pedali caule: flore & ſemine cæteris non diſpari. Fuſch. 129.

ALLIVM VRSINVM Latifolium, ſiue Moly Hippocraticum.

{German. Waldknoblauch.
{Angli. Ramſins.

NORBONÆ in editis ſyluoſis, Franciæ verò & Angliæ vmbroſis vel vdis pratenſibus frequentiſsimum, magis tamen odore quàm habitu præferens Vrſinum Allium vocatum, quare Moly Hippocratico ſuffecimus, Lilii cõualliũ vocati eſt fermè foliis, minoribus, viridantibus, flaccidis, politis in tenellis caulibus, Hyacinthi minoribus. Flores lactei, ſtellati complures Ornithogali vel Aſphodeli, bulbus aliquot nucleolis oblongis ſparſis candicans odorem Allii tædioſum ſpirat, guſtantíque ſaporem acrem, non ingratum præbet. Vires Theriacales & imminentium morborum hoſtes inibi diximus. Inter Icones Fuſch. 431.

ALLIVM LATIFOLIVM MACVLOSVM ſiue Serpentinum. OPHIOSCORODON.

ORTV & habitu non ita huic abſimile, Ophioſcorodon dictum à caule, foliiſq; Serpentariæ modo maculoſis, quæ tamen proximè Vrſinum deliniant & redolent: radicis ceruice longiore, rimoſa cute obſita, montoſis oriunda.

MOLY DIOSCORIDEVM PVTATVM.

MOLLIRE, amoliri aut propellere morbos origine Græca τὸ μωλύειν τὰς νόσους dicebant antiqui, vnde μῶλυ vocabulũ Superũm nutu & ritu Deorum inditum plantæ Poëtæ canunt: *Moly vocant ſuperi, radice nigra tenetur*. Verùm illud non vni, ſed pluribus poſtea accommodarunt plantis, vt inſigni quopiam odore, vigore, & figura, non ita diſsimili, donatis, vt Rutæ Harmalan, ſiue ſylueſtri, cui radix nigra, flos candidus autore Dioſcoride. Peculiare tamen fuiſſe certum eſt plantæ bulboſæ, Alliiq; ſimiliori, indicio eſt μῶλυζα, quæ Hippocra. Galeno explicante, aliiſque, Græcis Allii caput, eſt & antiquitùs celebris ad venenata, adeoque faſcinationes, non ſecus ac Moly, cui fortè nomẽ mutuatũ eſt: nam Dioſcorides inquit habere quippiam in cacumine Allii figura, præter reliquam

liquam similitudinem, qualis videtur ea quã Itali patauini & Bononienses iamdiu, nunc etiam Belgæ geminã Moly speciem alunt, cui bulbus exiguus, oblongus ferme Porri albicans, Triticeis aut Gramineis foliis, flos in cauliculis cubitum altis lacteus Ornithogali aut allij vrsini æmulus, semen in siliqua, istud Dioscoridis faciunt.

MOLY Liliflorum Homericum forte.

HOMERICVM verò putant alterũ quod bulbo donatur, Narcissũ, Cæpéue Ascaloniticum æquans. Folia illi Porri vel Pancratij minora septena octonáue: caulis sesquicubitalis aut bicubitalis: flos candidus & Lilij figura, sed minor: hisce nos donarat Treuisanus Patauinus Doctor.

HIPPOCRATIS Moly in Allio Vrsino.

Angl. Ramsons.

AN Sit allium Vrsinum Hippocratis Moly, cuiusmodi Galenus interpretatus videtur, haud certum est, certum est tamẽ mulierculis Anglis, ineunte præsertim Vere frequẽs esitari & quasi amuletum non modò corporis aduersæ valetudinis, sed etiam fascinationis auerruncandæ auertendæque causa præsumi, tametsi intinctibus non vulgarem init cum plebecula gratiam.

LILIVM CANDIDVM.

κρίνιον

Italis. Giglio.
Gallis. lis blanc.
Ger. Gilgen seu lilgey.
Hispa. Lario blanco.

EXIMIVM florum par & ἄνθος ἀνθῶν vt Græci dicunt, Rosa & Lilium, quod etiam cecinêre Veneris gaudiũ volupéue & Iunonis Rosam: vt è cuius lacte effuso Galaxia via siue lactea in æthere, Lilij aut flos sidereo candore uisendus in tellure diuinam duxerint originem, cuius indicium esse perennem illam ῥοῦν effluuiúmue, diuini, quem halant, odoris, vnde Rosæ vox & λείριον suaue, blandum aut concupitum sonat, complurésque flores & bulbaceas herbas notat, vt Narcissos, hoc tamen nomine signatur perquam nobilis flos Francigenis sceptris auspicatissium Symbolum, intaminati candoris fulgens honoribus, sapientis Solomonis solio insidentis gloria magis conspicuus. Recto námque caule & erecto Hastulæ Regiæ, bulbo nucleolis squãmatim compacto, floribus concolore. Folia pallido virore nitentia, carnosa, secundum longitudinem striolas habentia, rotundus caulis cubitalis in cuius summitate Asphodeli flores aut Croci, sed maiores, candidi, odorati, senis vt plurimùm foliolis dispositi repandis, effigiem quasilli vel nolæ exprimẽtibus, fibræ è medio Croceǽue stamina educũtur, vt in Colchico: vniuersa planta mucagineo turget succo, immensi tota commodi medici, estque vna è bulbaceis notissima.

LILIVM Purpureum vtrumque, siue Chymistarum Martagon.

Ital. Giglio Rosso.
Gal. Lis orengè.

COLORES Lilio candido quæsitos mangonio fuisse & si ex Rei Rusticæ scriptoribus Plinius asseueret, tamen purpurei lilij duo genera spontè non atte oriri cum Dioscoride quàm plurimi montes hodie testantur. Verum nihil ab illo prorsum dissidere videntur nisi angustioribus, longis, obscuriúsque ruentibus, & numerosioribus, quibus donantur foliis. Nec flores dispares à candidis, sed hilari in flauum coruscant purpura, nonnullis rubiginosis maculis aspersi & lineolis intus nonunllis inscripti, vt in iride: bulbi etiam similes, sed luteoli aut pallentes.

LILIVM Purpureum minus.

EADEM

EADEM fermè, ſed minor, minorique elegantia hæc purpurea planta, paucioribus floribus, Lilij diuiſura, & bulbis iiſdem, infrà, ſupraque quos appenduntur fibræ pluſculæ.

LILIVM MONTANVM.

RADICE ac bulbo haud abſimili Lilium frequens montibus oriundum, ſed caulis procerior, quàm Purpurei lilij minoris: è geniculis folia exerens ſtellatim Gentianellæ magnitudine & figura Lilij, purpurei item flores vel aſphodeli, ſed ad extrema pediculi apiculis reflexi, vt in Cyclamine. Color ferrugineus, puſillis varius notulis, purpureis ſtaminibus concoloribus foras prodeuntibus, & reflexis deorſum.

HEMEROCALLIS, ſiue Syluestre Lilium.

Ital. Giglio ſaluatico.
Gal. Lis ſauuage.

SI cui libet accuratiùs expendere Lilium & Hemerocallidem, certò conſtabit nihil aliud quàm illius ſpeciem eſſe hanc, quã idcirco Syluestre Liliũ, ſeu Coronariũ vocarunt, liliique vires eaſdem fermè omnes illi reddidit Dioſcorides: quin valdè veriſimile ſit, quod Lilium Purpureum in Syria oriri auditione acceperat, vnum ſaltem ex hiſce tribus hic deſcriptis fuiſſe. Nulla igitur magis accedit Lilio aut Hemerocallidi Syluestri, quàm primum illud Puniceum, ſeu Phœniceum, purpureúmue, cuius etiam bulbos eadẽ poſſe, quę Dioſcorides vult, ſcimus: idq; vocitarũt meritò BVLBVM CRVENTVM, flore Liliaceo & Purpureo Hippocratis, eóq; vertendum non pallidum valdè, ſed ochreũ, cuiuſmodi videmus in Ochra ſaturati lutei, quę purpureæ aut phœnicee Anagallidis colore viſitur. Hinc ſedulitas & candor Commentatoris Senenſis, quantus fuerit, meminiſſe iuuabit, qui vocis huius ignarus, plauſui magis, quàm cognitioni verę ſtudẽs, phœniceum Lilium valdè alioquin notũ, dicit eſſe colore perquam pallido, Dioſcoride falſò teſte adducto. Ecquis color eſt perquã pallidus, niſi ſit albus, cui proximus palleus aut pallidus? Leuiuſculi momenti eſt argutatio illa de appendiculis & florũ numero, quę nonnulli deſiderare videntur. Sed ſi quis animaduertat Lilium candidum interdum exortus iſtos facere, in quibus cõplures flores congeſti interdum ſinguli ſunt, non magnopere refragabitur. Cæterum folia quod longè plura purpureo iſti ineſſe dicunt, id accedere cultu veriſimile ſit: quippe purpureo vtriuis & montano multò pauciora ſunt. Eoq; ſi cui horũ vtrumuis magis pro Hemerocallide allubeſcit, per nos liceat ſane. Iſtud tamẽ poſtremũ montanũ nolim Liliũ coronariũ, aut Hemerocallidẽ ſancire, quia neſcio quid tetri aut viroſi halat. Quod huius vero florẽ Athenęi cõuiuæ tabeſcere Sole cadẽte & rurſum oriente pullulare dixerint, ſic accipiendũ: non quidẽ prorſum marceſcere aut defluere, ſed occurſu humentis noctis & frigidiuſculę contrahi collabique in ſeſe flores, qui proxima luce & radiis Solis colluſtrati, explicantur, & quaſi reuiuiſcunt, veluti Tragopogo, Soliſequiis & Heliotropiis cæteris accidit.

LILIVM CONVALLIVM, vel vernum Theoph.

Germanis. Meyblumlin.
Gallis. Grand mugnet.

ITIDEM hanc peramœnam aſpectu & odore puſillam herbã antiquis Græcis indictã, Lilium Conuallium vocauit recentior ætas, putaruntque quidam Lilium inter ſpinas memoratum in Salomone, propter folia, ſuauiſsimum odorẽ, etiamq; florem Lilij, qui niueus, pulchellus, Lilij ſimilis quadãtenus, & odore ſuauiſsimus, Maio præſertim inter ſenticoſa nemorum, vmbroſáq; conualliũ emicat, eóq; Germana plebs vocat Meienriſſ. Prodeũt è caule palmũ alto exiles medio ſũmo tenus in pedicellis nolæ Cytiní ue puſilli, penduli, niuei, in ſũmma ora crenati, relinquẽtes bacculas rubellas minores nõ diſsimiles Aſparagi, duriuſculas, amaras. Folia lilij, Allij vrſini, autSatyrij læuore viridãtia, bina aut terna: radices repetant exiles, geniculatæ. Hortiſque nota & expetita planta

 pari

pari nomine & commendatione, eóque nos inter Lilia inseruimus, quando alicubi conuenientiùs non potuimus.

TESTICVLI, siue ORCHIDES.

CYNOSORCHIS. Ital. Testicolo di cane. Hisp. Coyon de perro. Ger. Knaben kraut. Gall. Couillon de chien.

EADEM in generis tribu cum bulbis, Cæpaceis, Hyacinthis & aliis plerisque reponendæ Testiculi differentiæ atque Satyrii, que longè plures sunt, quàm quot priscis memoratæ: omnésque ab effigie radicis Orchis, ab effectu nonnullæ Satyriæ vocatæ, quòd Veneris incentiui essent præ cæteris bulbis, vti postea apud Latinos Plinium & Apuleium Venerei dicerentur: è radicis tamen bulbo inita est distinctio. Vnicus namq; bulbus Satyriis est, geminus vel didymi specie orchidi, quorū Caninus, vulpinus, & Hircinus sunt & insigniores indidē petitæ varietates. Opacis, siluosis, & sabulosis, vdisque pratis passim peruiæ. Cynosorchis varietas multiplex: omnium notissimus magnitudine, in pratis frequentissimus riguis primo pullulatu speciem Ellebori erumpentis, vel Colchici, deinde Lilii couallii, aut vulgaris folia exerit terna & quaterna, lenta, crassa, & mucore turgentia. Caulem vero sesquipedem longum, glabrum, nitidum cauum in summo, spicato flore conspicuum, odoratum, purpureum, maculis albicantibus, atque pullis variegatum. Radix geminis constat bulbis effigie testiculorum, quos quasi pubes supernè multæ ambiunt fibræ, quibus, non secus atq; ipsa planta superior, bulbi alimoniam adipiscuntur, & alternis perennem: alteri nempe iam flaccido & vacuo, altero succedente turgido & succi viscidi limpidi pleno albuminis oui, quasi foret semen genitale, magnitudo quanta maior dactylus, interdum nucis inglandis adulto: vieto verò, & rugoso multò minor & situs inferior. Dulcis sapor, mucagineus, emplasticus, insulsus, color candidus, pellucidus.

Discrimen huius & varietas obseruatur in magnitudine & foliorum numero, quod non magni est momēti ad obseruandū & cognoscendū: aliquāto maioris istud, & euidētioris: aliud est foliis maculatis & paucioribus longioribus neruulis: vnde maculatū voces licet cæteræ distinctiones obscurę nisi exercitatis, nec ita vtiq; cōstantes sunt, vt certū quid genericæ differentiæ statui queat. Colore nēpe remissiore, dilutiore, vegetiore, mixto variegato, nitente, languido, paulum quid distantibus item testiculis & foliis, primùm Cynosorchin intuenti offerentibus, iisdem natalibus Sole Geminos ingressuro florēt omnes.

TESTICVLVS Hircinus, seu Tragorchis & leporis testiculus,

AD commodiorem notionem vnam è summis differentiis constituit testiculus Hircum olens & spyrillis aruncis barbā caprillā ementiens. Iisdem locis exit foliis pluribus, & itidem liliaceis amplexatis imū pedalem caulem, leuē à medio summo tenus, perpulchra serie florum spicatum vtriculis vel galeatis floribus, qui dehiscentes caudicellam singuli singulā purpureis distinctam punctis, cuncti Hyrcinæ barbæ aruncos cirrósue effigiantes, obtinent: odore graui & viroso: semine pusillo in capsulis, hæc huius vnica differentia.

VVLPINI TESTICVLI.

AT quadruplicem vulpinū testiculū meminimus è floribus quęsitū: Papilionis nempe, fuci, muscæ, postremi è colore qui luteus totus & cæteris rarior multo nec descriptus. Eruimus hunc Norbonæ æstuosis & aridis sterilibus, decliuibus inter Cistum marē & Illicem Cocciferā, prope specū vastam, quæ redeunti Frontignana Monspelliū læua est: etiāque in herbidis aridis Grāmuntię syluæ vicinis. Istis verò minor, qui foliis paucioribus binis nēpe aut ternis caulē spithameū imū ambientibus, summū floribus luteo fuluis paucis Asilonem aut potiùs Fuci colore & effigie prę se ferentibus: exigui subsunt bini testiculi.

HVIC persimiles duo sunt, quorum vnus est magnitudine fermè par floribus muscam sed colore rubiginoso, obsoletóq; & inamœna fuscedine purpurascēte, exprimētibus

AL

ALTER maioribus, latioribus foliis Phalangineis, venosis, repandis, reflexis: caule interdum palmari, interdum sesquipalmum alto, nonnihil purpureo: floribus colore ita aspectu fœdo non dissimilibus.

Discernitur facillimè postremus foliis latiusculis, & toto caule appressis, floribus Papiliones volantes, aliisue passis se librantes æmulantibus.

TESTICVLVS ODORATVS.

MINIMVS omnium sabulosis, arentibus, atq; squallidis locis Norbonæ maritimis & Angliæ mediterraneis nascitur: folia exerit breuia, pusilla & subpallida, venosa vnà collecta minoris Plantaginis: cauliculum palmarem, gracilem & flosculis odore Lilij conualliū & involutæ modū clauiculatim caulē ambrientes: Bulbi pusilli, vt superioris.

PALMÆ duæ Christiades.
SERAPIADES.

HISCE accensēt Triorchim Serapiada Ægineta (addere enim tertiam quandam videtur) terno donatum didymo, quem alias Palmam Christi opinabamur: tum quia succulenta minùs, ficciorq; est, & vehementer deterget intro, forisq; vlceribus admota: tum etiam quòd Melancholicis, Quartanariis, Epilepticis, neruorum offarctu & pituitosa saburra oppressis miram præstet opem, fluxum dysentericum sistat, quot qualésq; Palmæ Christi recentiores vindicant (ne cuiquā imponat Palmæ Christi vehemētet purgātis homonymia) dignandas sanè Ægyptiis Venerādæ Serapiadis deæ Augusto cognomine: alio quin nihil attinuit à cæteris secreuisse, & Serapiadas nuncupasse. Rationibus hisce fauebat ex lectione coniectura, nam vbi πολύχρηστον multi vsus, legendum πολύσχιστον multifidam radicem: & fortè vtrumque, multifidum multíque vsus radicem innuebat, & mox inferius vbi Diosco. ῥίζα δὲ ὕπεστι ὀρχιδίοις ὁμοία id est, Radix subest testicellis similis aut pusillis testiculis, legebam multifida, leuiore methathesi multò, quā in superiore capite, vbi pro olea suffecerunt meritò quidā Squillam teneram pancratiū. Verum tamen si cui hæ minus allubescant Serapiades, exploret superiorum Orchium facultates, quæ multò tamen ignauiores & mucore elumbes magis videntur, aut alias aptiores adducat, & lubenter vltrò indictas istas palmatas antiquis profitebimur.

Herbidos pratensésq; colles frigidiores amant tum minor tū maior, legimus etiam in alpinis Rauisburgi & Nozoreti Germaniæ. Maio flore & foliis exit: maior foliis similibus, sed latioribus porri mucronatis, ad terrā reflexis, crassis, interdū maculatis, fuscis, & nigricantibus notulis: flores purpurascentis cynosorchis adeò similes sunt, vt nisi propiùs spectes easdem putes. Radici itē geminus est bulbus, altero euanido, altero pregnāte & succulento, vtroque tamen oblongiore, nonnihil compresso, & ima sui parte in fibras inæquales ternas aut quaternas veluti digitatas abeunte. Hunc marem apellant.

FOEMINA verò floribus candidis, vel è purpura rubentibus, dilutéue cæruleis cuculatis crebriores maculas purpureas, & rictum ostentantes habentibus: foliis minoribus & inspersis punctulis: radice consimili.

MINOR ORCHIS ODORATVS.

HVIVS suauem efflant odorē flores mucrone spicati, purpurei amaranthi, qui foliis augustioribus, porraceis, vel croceis, caule palmari & leui, radicibus minoribus dumtaxat differt, vtraque radix orchin odorem & saporem dat gustanti, & Dioscoridi ad eadem facit, minùs tamen modestè facit Senensis, qui hærentibus aut inficiantibus citrinos Digitos Auicennæ esse hasce Monachis conuiciatur, nullamq; allatam rationem cōqueritur: cum ipse nè vmbram quidem adferat vllius. Et vires Digiti citrini huic asserit, magno incommodo eorū, qui fidem forent sequuturi: Citrini verò fuēre Hermodactyli, vt nomen & color docent.


ERYTHRONIVM.



NON multis ab hinc annis innotuit bulbus perelegans, cui amici nostri Satyrion nomen fecerunt, is consultis Medicæ materiæ Lugdunensibus, qui condiendum curassent, & exploratum habuissent, visus est Dioscor. genuinus: multo quidē periculo factò cōditæ multam copiā Lutetiam, aliásque Galliæ vrbes asportatā scimus, nulla interim desiderata nota præterquā coloris, qui valdè variat loci varietate, vt in Squilla, Cæpis & aliis bulbaceis videre est. Allij vrsini, aut Lilij similia folia bina, plurimùm terna in humum deuexa, minora: caulem tenellum palmum altum, nudum humi foliis tenus mersum & Cyclaminis modo pediculum porrigentē exilem, flexilem: florē Croci vel Lilij radiatum ex albo purpurascentē: radix dactylū æquat & assimilat, Orchidis concolor, cui nōnullæ fibrillæ appensæ sunt, & pusillus semirotundus compressus bulbus exiguus lateri imo hæret, aut subest, vti in gladioli radice videre est. Lugduni florebat Aprili in horto Valerandi Donrez è Iura monte cuius sedulitate primum nobis innotuit, eruta Alpibus Lemano finitimis: & postea in collibus Taurinensi Pado sesquileucam dissitis, eandem eruimus.

SATYRION ERYTHRONIVM.

DVM essemus venetiis, superioribus annis, vidimus nō semel in Angeli Symbolo Alberti Martinelli officina, radices subrotundas, magnas rugoso tuberosóq; cortice ex fusco rubello, effigiē & magnitudinē Cyclaminis vel potiùs Aristolochiæ rotūdæ & prægrandis assequutas, carne intus albida eduli, dulci & Bulbocastano bunio dicto adeo accedente, vt eadem, nimirum solo lætiorē & peregrino enutritam, suspicaremur. Sed illicò Martinellus aliquot missas Alepo Syriæ à fratre Cequino, qui vt erat explorator nō minùs auidus, quàm peritus exoticarū stirpiū, Erythronium Satyrion iudicabat. Harum vnā celebris ille Leo Scamnidicus magnus. Marci fori Veneti tympanum, popularis philosophiæ, cuius nec imperitus, nec parū studiosus fuit, amans aluit aliquādiu, cuius folio la minùs prodere audemus, quia parū meminimus. Earundē Iacobo Cortusio alteram dedit idē Phamacopœus, quā multò pòst, quasi nunquā vidissemus, munificus ille Patauinus ostentabat nobis, & penè inuitis risum excutiebat, qui diceret se manibus duntaxat attrectando totum turgere Venereis libidinibus. Hanc ipsam Mathiolo postea misit, non Cequinus, vt audiuimus. Is solitus namque fuit etiam minùs peritis quantum poterat, plenè descriptiones addere rebus peregrinis, quæ in Mathiolo nullę nisi radicis sunt.





ACTENVS comparando quot potuimus plantarum genera, quarum effigies & naturæ ordinis conſequutione ita ſibi mutuo hærerẽt, vt & facillimè noſcerentur, & memoriæ mandarẽtur, à Gramineis, Segetibus, Harundinibus ad Acoros, Irides, Cyperos, hincq; Aſphodelos bulborum tuniceorũ Cæpaceorúmue naturam præteruecti ſumus. Ac eorũ quidem maximæ parti folia conſimilia, vniuſmodi mucronata, anguſta, rigida, nec vſpiam interciſa erant, iam verò ſuperſunt alia τῶν κεφαλιζόντων *ſiue latinis capitatorum illiſque conſimilium genera, vt plurimum ſinuata & lacinioſa, quæ ipſa & quia holera maxima ex parte ſunt, & cuilibet ad cognoſcendũ in oculis, ad veſcendum in cibis quotidiè ſunt, non incommodè illa expediemus, nuſquam alioqui aptiorem locum nacturi in vniuerſa plantarum familia.*

Rapum turbinatum maius.
Rapum oblongum minus.
Rapum Syluestre non bulboſum.
Rapiſtrum aruorum Eryſimum Math: & recentiorum.
Rapi gemina Varietas.
Bunij & Buniadis diſcrimen.
Bunias ſiue Napus.
Bunias ſyluestris ſiue Napus ſyluestris.
βούνιον *ſiue Rapula folia non Bunij vt Dioſcori. ſed napi fortè en Plinio falſò attribuit ſuo loco.*
Raphanus magnus &
Raphanus paruus purpureus.
Raphani varietas.
Synapi ſatiuum Eruca, aut Rapifolium.
Synapi ſatiuum alterum.
Synapi agreste Apii, aut potiùs Laueris folio.
Synapi ſyluestre minus Irionis Dioſcoridei aut Burſa Paſtoris folio.
Lampſana.
Barbarea Pſeudobunias potiùs quàm Pſeudobunium.
Alterum Pſeudobunium quia ferulaceum inter ferulacea.

Rapunculus siue Rapuntium paruum vulgo Pes Locustæ Auicenna } cum Trachelijs.
Rapuntium maius Alopecuri comoso flore
Eruca satiua.
Eruca maior Hispanica.
Eruca syluestris.
Irio seu Erysimum.
Erysimum Theoph. folio Similacis aut Atriplicis suo loco.
Sium siue Lauer Dioscoridis Olusatrifolium.
Sium siue Lauer Crateuæ, Nasturcifolium, aut Erucæfolium.
Cardamine Sisymbrium siue Nasturtia aquatica.
Sinapi & Thlaspi media Prouincialis planta.
Nasturtium hortense.
Thlaspi genus omne. { Vulgatissimum. Dioscorideum Drabæ folium. Græcum fortè Dioscori. Syriacum anguloso bifori pericarpio. Osyridis folio hortense. Hieraciifolium Lunaria Lutea Monsp. Alterum clypeatum Serpillii folium Norb. Centumculi folium Alisson Italorum. Candiæ vmbellatum. Vmbellatum alterum. Crateuæ suo loco. }
Iberis.
Lepidium Pauli duplex.
Draba.
Dentillaria Rondel. siue Molybena herba neotericorum.
Bursa Pastoris.
Senecio.
Senecio Iacobea.
Senecio Iacobea marina.

MAIVS ORBICVLATVM, seu turbinatum Rapum.

γογγυλίδες γογγυλίδαι { Gallis. Naueau Rond. Germ. Rueben. Italis. Rapo. Belgi. Rapen. Ang. Turnepe. }

CVILIBET regioni abundè crescit Raporum omne genus, quod Græci vna voce designarunt γογγυλίδος, quæ rotunditatem orbiculatámue globosæ radicis figuram docet, vnde notitiæ est plebeiæ, inque cibos egestati amicos per Hyemem multùm accommodum, crudum, & coctũ. Fronde perampla, laciniosa Erucæ, aut potiùs Rhaphani, etiã siliquis adeò simile, vt radice globosa, floribúsque luteis, & minore semine, vt Sinapi nigricante exceptis, eadem putes.

varietas { Radice dumtaxat à superiori distare videtur, quæ teres atq; rotũda oblongior est, & Napo similior effigie, sed maior triplò, etiam vbiuis notissima.
HEC eadem, aut certè simillima Venetis olitoribus vœnum fertur in forum, Hyeme purpura nitida & pellucida radice, gustu teneriore, suauiore, in acetariis cruda cum Eruca, Lactuca, & aliis illic esitari solita. }

RAPVM SYLVESTRE non bulbosum.

EST etiam frequentissimũ Syluestre Rapum, præsertim apud Flandros, Germanos, qui serunt hoc, quò folia bobus pabulo cedant. Luxuriat enim tanto foliorũ numero, vt radix iam non tuberosa aut Raposa, sed exilis, nec ventriosa vspiam sit, alioqui satiuæ rotũdæ turbinatæ non absimilis, sed discretu facilis, crispiore, rugosioréq; & vberiore folio.

RAPISTRVM ARVORVM.

ERAPORVM syluestrium censu etiam est Rapistrum vulgo vocatum, passim viarum margines & segetes ornans, vbique præsertim Septẽtrionaliũ: floribus luteis numerosis Brassicæ aut Rapę, in caulibus sesquibitalibus folia insunt Lãpsanæ, aut Rapi Syluestris, Bra-

Brassicæ virore & læuore, non Erucæ, vt debentur Irioni Dioscoridis. Radice, tenui neutiquam fibrosa, gustu item Rapi Syluestris, cuius facultates propè sortita est, sed vehementiores, tametsi vsus neglecti aut ignoti. Neutiquam est Erysimum Dioscoridis: certè admodum affinis est Napis & Sinapi: tusum namque semen Sinapi ementitur, & vsus explet rusticis.

βουνιὰς *siue* NAPVS.

Germa. Steckruben.
Belgis. Steckrapen, & Parijsche Rapen.
Ital. Napo.
Gallis. Nauet. *Ang.* Nape.

QVEMADMODVM Antuerpianum solum, vtpote sabulosum, tuberosæ & turbinatæ Rapæ feracissimũ, sic Lutetianum lutosum Napi fertilissimum. Vtrique plantæ congener, imò & similis adeò Rapæ oblongæ est Bunias, vt eadem prorsum dicas, nisi Napo folia minus scabra forent, radixq; media sui parte minùs ventriosa, imoq; exiliore multò esset, sapore suauiore, cibisque delicatiore, præsertim Francigena, quæ plenis doliis vœnũ in Belgium est ferri solita.

BVNIAS SYLVESTRIS NAPVS.

SECVS agrorum amniúmq; ripas hæc lubens oritur, præsertim regionũ frigidiorum, cuiusmodi Angliæ, Nortmãniæ Germaniæq; Alpinæ & similium: siliqua, semine, flore & folio ex satiuæ Buniadis inspectione admodum cognitu facilis, quia persimilis, sed minor tota, foliorumq; profundiore lacinia & radice rotundiore, breuiore, ficum aut Sorbũ æquante. Huius napi, aut Satiui semen antidotis & eximiis antiquorũ compositionibus addendum, vt Theriacæ Andromachi & aliis, non BVNII semẽ, quod nominis propter radicem raposam siue turbinatã Bunij & Buniadis affinitate multis imposuit, vt Plinio qui vtrãque Rapum appellat, & Senensi comẽtatori admodum ieiuno & sæpius decepto, nec melius in Dioscoridea quàm Pliniana lectione versato. At Buniũ neq; bunias est, neque eadem figura, viribus, aut classe cum Buniade descripta est, vt paulò inferiùs dicemus. BVNIVM.

RHAPHANVS MAGNVS & paruus Purpureus.

ῥαφανίς
Gall. Raifort. *Angl.* Raddyshe
Ger. Rettich. Rabon.
Belg. Radiis.

VEL nomẽclatura Rhaphani vnde Rapum latinis deductum fuit, indicat Rapi speciem esse Rhaphanũ, quippe omnia Rapi habet, si longiorem, graciliorem excipias radicẽ, flores similes, sed purpura obsoleta, siliquam crassiorem pyxidatim effigiatã seminis russi maioris Rapi: efficacior medicamentis, quàm vtilior alimentis, expetita tamen fermè vbique & notissima radix.

PLVRIBVS hortis Italiæ præsertim rubello colore colunt & esitant Rhaphanos: vt minores (quod de Rapo Rubro monuimus) sic esu suauiores, minus acres, lautiorésque ex aqua salita excitandæ appetentiæ, quam cocta prorsum euertit: fœtet namque admodum siue per se, siue carnibus incocta, tum hæc, tum alba, eóque sale & de prima mensa consultiùs est vt edantur. VARIETAS

SINAPI SATIVVM Erucæ, aut Rapifolium.

Gall. Seneue domestique. *Belg.* Mostaert.
Germ. Senff. *Ang.* Mudsterd, Senbeye.
Ital. Senape Mostarda.

MAGIS abeſt Sinapi à napo virium acrimonia, quam ſpecie, facie, vel nomine, quod quidem tum liniamenta plantæ, tum effrenis acrimonia inſinuant. Napi enim immite aut vehemens interpretantur; cuiuſmodi eſt Sinapi ſemen vrendo, ſternutamenta lachrymáſque ciendo: vnde notiſsimum ſiue diuitum, ſiue pauperum menſis, præſertim ſatiuum, caule, fronde, flore, ſiliquáq; Rapacea, ſemine minore acerrimo, oleoſo, copioſo, aruis mandari ſolito, non ſecus atque rapæ. Folia etiam tenera in acetaria veniunt.

SINAPI ALTERVM *Satiuum.*

Gallis, Seneue blanc.
Belgis, wyt moſtaert.
Germ. Weiſſer Senff.

ERVCÆ albo ſemine eſt ſatiuum Sinapi alterum, cuius vſus Officinis ad compoſitiones vt Diaſatyrione, Elect: de Ouo. Prorſus figura & ſemine Napi vulgaris, ſed albo maiore duplò.

SINAPI AGRESTE *Apij, aut potius Lauueris folia.*

Gall. Seneue ſauuage.
Ger. Wilder Senff.
Belg. wilden moſtaert.

HVIVS haud admodum diſpar figura aut ſeminis acrimonia, tametſi folia inciſura ſitúque & natalibus, magis Lauerem vel Apium exprimant, nec non ruribus ſemen nigrum penuriam ſatiui reſarciat, quod oſtendit flore & ſiliquis ad ſatorum viarúmque riuulos & depletas foſſas luxuriare ſolitum.

SINAPI SYLVES. *minus Irionis veri folio, aut Burſæ paſtoris*

ARIDIS tamen locis iuxta margines, & rudera, propè vrbes naſcitur, foliis laciniosis admodum burſæ paſtoriæ ſimilibus, ſed acutioribus minutioribúſque laciniis. Vmbelloſi flores & ſiliquæ ſecundum ſummitates Irionis Dioſcoridis, caulis pedalis, minore multo, ſed tota planta guſtu Synapi feruidiſsima.

ERVCÆ, & IRIONES *ſeu Eryſimi.*

DVM poſtremò in Iriones commentabatur Senenſis dictator, augurabatur non defuturos canes (ſic enim modeſtè omnes etiam ſe doctiores ſolitus nuncupare) qui ſe ita ambiguum & conſcium ſuæ hîc imperitiæ allatrarent. Vtinam habuiſset ille canes ſimiles non ad latrãdum ſed veſtigandum Eryſimum, quod vel pharmacopœorum Monſpellienſium lixæ poſſent illi hodie in triuijs & ruderibus paſsim indicare: eſt enim ibi doctis & indoctis vt vſu frequentiſsimum, ita multiplici & fœlici ſucceſſu notiſsimũ. Ac vt perſpicuũ fiat vniuerſum hoc *Erucarum & Irionis genus*, vno nos capite omnia complectemur.

ERVCÆ SATIVÆ DVÆ.

Gallis, Roquette.
Belg. Rakette & Roomſche Rakette.
Ang. Great Rockett.

ERVCA *maior ſiue Hiſpanica & Gentilis.*

SATIVÆ duæ cibis gratiores & nobiliores: Maior Hiſpanica vocata, à noſtrati maioribus foliis Siſymbrii & ſemine nigro, floribus luteis, corniculo Sinapi maiore, diſtat. Hæc vel quia in condimentis lautior, vel ad Venerem vegetior erat Gentilis vulgò vocata fuit: quo vocabulo Hiſpanica & Itala gens deſignat quamlibet rem aptam reddere hominem lætum & experrectum ad munia vulgò pauſibilia, vt ioca, ludicra & Venerem. Quæ commoda vt ex ea perciperet Monachorũ Saginata caterua in perquam amœna Magalonæ inſula maris Norbonenſis, huius Gentilis Erucæ ſemine à fratre quodam Hiſpano

spano ambulone donata, quotānis hocce ferebat & in mensis cuilibet vel maximo gulæ irritamento vel blandimento præferebat: nimirum vsu gnara quantū frequens esus conferret ad calorem Venereum in illis otio & frequenti crapula obrutum, ad vigorem animi excitandum, & præsertim corpus obesum extenuandum, somnumque excutiendum, quo illi veluti vrsi glyresue tota hyeme saginati, fermè adipe suffocabantur. Verùm isto Hispanico remedio adeò hilarescebant & gentiles fiebant, vt plerumq; recinctis lumbis castitate, coacti essent vota & cœnobii mœnia transilire, & aliquid solatii Venerei ab vicinis plebanis efflagitare: nobis hæc visa & risa. Eruca verò inibi superstes est copiosissima, monumentum futura Monasticæ castitatis & rei veritatis, nec eget vtrauis fusioris descriptionis, cum vulgaris sit notissima & ex illa facillimè percipiatur hispanica.

ERVCA SYLVESTRIS.

Belgis. wild Rakette.

SYLVESTRIS serratica squallido solo vel parietinis passim oriens, Dentis leonis diui sura, floribus luteis brassicæ, notior etiam quàm depingatur. Et hactenus tres species priores & notissimæ Erucæ. *Eruca sylvestris*

IRIO, *siue* ERYSIMVM. *Diosc.*

Anglis. Cadloke, kedloke.

HIS proxime accedunt Iriones. Dioscoridis Irio, quem medici docti notis & experimentis commendant, est radice lignosa, foliis Erucæ sylvestris, quæ primū erumpentia non nisi ab oculis exercitatis possūt à Bursę pastoris foliis discerni, quæ huic non ita viridia, & in extremo magis acuta sunt: illi erysimo verò lacinia grādior & in summo rotundū retusiùsue foliū subpingue, quod multiplex in imo solum operit. Caulis sesquicubitalis, interdum maior: semen in siliquis Erucæ sylvestris multò minoribus, acre, feruidum: flosculi in summo lutei. In compitis, sepulchretis, & ruinosis locis frequens, multis Galliæ regionibus notissima, sed in Anglia nō item, quamuis nō minùs obuia. Nā ne Medicis quidem aut pharmacopœis peritioribus certū stat, quænā sit Irio: hoc factū, aut quia in vsum Medicū nondū fuit hic deductus, aut quia à Mathiolo, cuius cōmentaria plerisq; sunt veluti Sybillæ folia, Rapistrum vulgi à sapore Rapæ, & nonnulla foliorum similitudine, loco Irionis acceperunt. Quod neque Dioscoridi respōdet, neque cum Mathioli erucæ sylvestris foliis similitudinē init, tum sapor, odor rapæ, nec adeo vt Irionis acris, nec proinde ab hac spectandæ eximię genuini Erysimi dotes quæ asthmaticis & farctui Pulmonum vocíque rauæ etiā diuturnæ & prope inuictæ sūt adeò præsenti præsidio, vt fidē fermè superēt. Est enim moderata quædā tenuis substantiæ & incidentis, cum humidis abstergentibus partibus permixtio, cuius beneficio crassæ blennoséque pituitæ citra exsiccationem nimiam inciduntur, & incisæ propter flatum nonnihil commixtum non magno conatu expectorātur, & absterguntur. Arteriacum igitur est laudatissimum, nempe idem vnum præparās & educens. Exempla succurrunt quamplurima, quæ secundissimè tum præceptoribus, tum nobis postea successerunt. Phonascos memini tum iuuenes, tum ætatis prouectæ, quibus fermè iam amissa voce & spiritu, limpida sonoráque vox pauculis diebus restituta fuit,



Irio.

Rapistrum.

fuit, vnius Erysimi & opera eximii preceptoris Rondelletij qui primus vsum monuit. Mathioli æquanimitas, quasi suæ imbecillitatis cõscia primo suo Irioni subdidit aliũ in postremo auctario, quem potiorem primo putat, quia folia minora, & cornicula paulò vegetiora sint, vt ex iconibus, inquit cõmentator, patet. Sic nos auidos discendi huius mutatæ sententiæ causam aliquam, vt solitus est, in sicco deserit. Quid hîc folia minora, & cornicula vegetiora agant, nescimus: vt vt sit, nos benignè omnia interpretamur, nẽpe tantum virum (vt constantis & grauis animi opinionem, quam de se doctis viris istis cõmẽtariis excitauit, retineret & foueret) noluisse quicquam demere, aut demendum esse suspitionem dare, sed humano more & prudentia tacitè meliora, quæ à meliore tum suo tum aliorum iudicio profecta essent, deterioribus prioribus subdere, quasique vniuersum opus deintegro recoquere, Magni Ciceronis exemplo, qui se dedit recoquendum Molonio Rhodio oratori: id videre hîc est, capite de Mẹo, Seseli, Cumino Syluestri, ac passim hoc nouo opere magno sculptorum & bibliopolarum applausu.

λάμψανα LAMPSANA.

Italis. *Di landri, & ai Lasana.*
Gallis. Sanues blanches quasi sinapistrum album.

Erisimũ Theop. Dod. sed fallitur fol. 431. ETIAM Napis & synapi reddenda Lampsana, vt quam olim Romani Napum syluestrem vocarunt, vulgus etiamnum in Gallia *Sanues blanches*, quasi Sinapistrum album dicit, a foliorum mollitie caduca, decubitúue in humum, quam quia lambere viderentur Lampsana dicta putatur: nisi potiùs fuerit à Lasana matella nempe, siue ventris oneri excipiendo vase contemptus causâ sic vocitata. Etenim olus olim fuisse Lampsanam admodum contemptibile, sed non parum vtile, præsertim plebeculæ, pauperum, & esuritioni militum annona deficiẽte, vel diui Iulij Cæsaris milites carminibus testatum fecêre, qui exprobauerunt ea se vixisse apud Dirrhachium præmiorum parcimoniam cauillãtes, vt narrat Plinius, qui olus Syluestre pedalis altitudinis trium foliorum Napi simillimorum candidiore flore & in cibo coqui eam describit: vnde satis liquet esse istud olus *Lampsan. Dod. pag. 385.* syluestre vbique aruorum, satorum præsertim margines, foliorum flotúmque luteorum vberrimo luxu claudere solitum, perperam Theophrasti Erisymũ putatum, à Doct. Do. qui aliam plantã parietinis, ruderibus, & aruorum marginibus frequentem statuit lampsanam. Sed neutiquam est hæc Synapi Napisve aut Brassicis congener, potiùs Hieraciis, floribus nimirum luteis stellatis, non brassicæ. Folia item Cichorij syluestris Hieracii laciniis sesquipedem & binos pedes altos, grandes caules è fibrosa radice exigua emittit, semine pusillo, nec vlla sui parte planta in olere mandi putamus. Eapropter vera existimanda lampsana rapistrum post Rapas superius descriptum, vt quod per egestatem in vsus veneat, & è cuius floribus apes mellificant & oblectantur, qualem intellexit Columel la Lampsanam. Senensis verò comentator interfertis alienis plumis, ac multis Plinij verbis ambiguos ipse ambiguus, quod statuerit nos deserens, euolat. Cum saltem fuit nudi recitatoris plantam quam intellexit verbis exprimere, & boni commẽtatoris explicare, non truncare verba Plinii trium foliorum simillimorum Napi, quibus videtur Plinius innuere cum Iriones & Napi huic congeneres multis foliis insternant operiantque humum, Lampsanam vt plurimũ tribus foliis extremis cespitem tangere, aut tegere, eaque nota vocatam sic esse, & ab illis dissidere.

PSEVDOBVNIAS potiùs quam PSEVDOBVNIVM, BARBAREA siue Herba S. Barbaræ vulgi.

Histo. dod. 435. POSTEA quam docuimus plurimùm abesse Buniũ à Buniade in promptu cuilibet est, Barbaream vulgo dictã neutiquã Pseudobunium esse, sed potiùs Pseudobuniadẽ si cui libuerit, dici posse. Est quippe incisura, magnitudine, floribus, & siliqua Napi siue Bunia-

Buniadis, qualem descripsimus, in aruis humidis & veruactis depresſioribus, tota nitet virore atro: ſapore aliquantū acri rapaceo, ſed interpres hallucinatus nominum affinitate, folia non bunii, vt Dioſcorides, ſed Napi, ſiue Buniadis fortè ex Plinio falsò attribuit.

Niſi itaque verū ſit Bunium, ea quam cenſuimus bulbocaſtanon dicta planta, nulla prorſum ſuccurrit, quæ Bunū adumbret vel nomenclaturam, tantò minùs oſtēdat aliam plantam, niſi ſit ſolius Cratę, quæ Pſeudobunii Dioſcoridis folia, ramulóſque ferat: ſin autem ſit, vti non paucis viſum, non nos fallit coniectura de illa noua planta ferulacea, quam Pſeudobunium Dioſcoridis fecimus, & ſuo loco pictam deſcriptámque dedimus. *Bulbocaſtanon aut caſtanon.*

SIVM SIVE LAVER DIOSCORIDIS
Oluſatri folio, ſiue aquatica paſtinaca.

BVNIADVM, Napi, Sinapi, Erucarumq; generi, quia ortus, vultus, vſúſq; oleraceus Sionis, Syſimbrii & naſturtii non multum ſunt diuerſa, hîc ſuccedent demum annectenda Thlaſpis, Ibiridi, Drabis, & ſimilibus, quæ paucioribus & faciliùs poſtea addiſcentur. *Dodo. de ſtirib. libello. 240.*

Duabus diuerſæ figuræ plātis aquaticis indidêre nomē Sionis, ἀπὸ τοῦ σείειν quia quatiuntur, vacillandóque in aquis iugiter ſuccutiuntur præterlabentibus vndis, atque iugiter alluentibus: vnde etiam Laueris Latinis nomenclatio, niſi quis malit ſuſpicari ab vrinis calculíſque ciendis, & excutiendis dictam. Earum alteram, quam Dioſcorides lato oluſatri folio minore, odorato, erectā fruticulā eſculentam depingit, herbarii pharmacopœi Paſtinacam aquaticam ab odore & foliorum effigie, propterquam etiam Germania Eppich water id eſt, apium aquaticum, quod diuerſum ſimile tamen paludapio eſt, vocitat. Quo fit vt quin hæc ſit verum Dioſcoridis Sion nulli dubitandum ſit, & ſi perbonus & doctus medicus Dodon. hallucinans Crateuæ Sion fecerit, quod neque notas è Dioſcoride, neque Germanicam appellationem perpenderit.

CRATEVÆ SION ERVCÆFOLIVM.

ETENIM Crateuæ Sion eſſe naſturtium noſtrum vulgi vbiq; iiſdem riuulis fonticulíſue lympidis fruticās, cunctæ deſcriptionis partes teſtantur: ſunt namq; ipſa folia ſingula, rotundiora & latiora quàm Minthæ nigricātia, & extremis oris inciſuris profundioribus Erucæ ſylueſtris ſimilibus, guſtu non perinde odorato, vt Dioſcoridis Sion, minúſq; medicato & acri ſapore, idcirco plebecula in quadrageno Veris ieiunio multū huius in acetariis vorat, vocátq; Naſturtiū aquaticū. Videtur etiam eadē de cauſa Crateuas hanc vocaſſe ὀλίγην id eſt, vilem, aut paruifaciendam, vt quidam interpretantur, ſi cum priore viribus efficatiori & medicatiori cōferatur, tametſi vires non inſtrenuas exerat ad quoſdam morbos, præſertim ad eos qui Stomacace morbo difficili, ſiue Scorbuto vexantur: vnde pari ratione & notione ac Cochlearea & Becabunga Scorbuyck & Scorbuck vocatur. *Matheol. 287.*

Huius varietas duplex è magnitudine, ſiquidē riuulis altioribus enata fruticat, foliis fermè Terebinthi magnitudine: aliis verò exiguis & penè arentibus riuulis, triplò minor, æquali ferme Dioſc. Sioni ſiue Laueri, cui conuictor, & ſimilis eatenus, vt non rarò ruſtici vtramuis pro vtralibet accipiant in acetariis, & potionibus ad calculum, nec malè cedit imperitia illis, nam vtriuſuis vires paris ſunt commodi.

CARDAMINE ſiue NASTVRTIA AQVATICA, ſiue alterum Siſymbrium, Dioſcor.

A CARDAMO, cuius acrimoniam veſcentibus refert, dicta Cardamine fuit, veluti Helleborine ab Helleboro, tametſi propiùs accedit Crateuæ Laueri, ſiue Naſturtio vulgari aut vero, quàm Dioſcoridis Sio, aut etiam quàm Siſymbrio: etſi Dioſcorides Siſymbrii fecerit ſpeciē tribueritque idem nominis plantę menthę hortenſi ſimillimę, atq; huic aquaticæ, anſamq; Plinio confundendi vires laueris atq; huius Siſymbrii, quod Sion etiā vo- *Matheol. 488.*

vocarint. Est enim fontium lympidorúmque riuulorum sectatrix hæc vbi Sion, sed tota tenella, gracilísq;: folia promēs ima strata latiùs, in nerueis cauliculis rotūdæ Erucæ, aut aquatici Nasturcij vulgaris: quæ autē in caule sesquipalmari vel pedali angustiora multò sunt, etiamq; hortēsis Nasturtij diuisura: floribus sūmis albidis, acri gustu, ac in acetariis tamen minoris commendationis. Sed enim primum illud Sisymbrium apud Diosc. in familiā potiùs Menthę & Menthastri relegandū, cum quibus tantopere illi conuenit, vt quasi naturę symbolo mutuo, altera in alterā abeat, nempe mentha in Sisymbriū, hoc in illam, propter confusa naturæ principia in semine.

SINAPI & THLASPI *media Prouincialis planta.*



ET hanc nouā visum fuit hisce inserere, propter cōmunes inter Sinapi, Buniadē, & Thlaspi figuram & vires. Prouenit ea nō procul Magdalenę fano, & cautibus illis celsissimis famigeratissimis Galloprouinciæ, floréfque Augusto promit luteos Erysimi, nec siliquas dispares: in gracilibus ramis ad summū & imū vna è radice digitū crassa, fibrosa, pedē lōga, Rapistri folia, Thlaspi, aut Drabæ, leuiter laciniata, albida & hirsuta, sapore erysimi, aut Buniadis Barbareæ.

Κάρδαμον NASTVRCIVM HORTENSE.

Ger. Garten kresz.
Anglis. Gardyn cressys and Towne cressys.
Ital. *Nasturtio & Agretto.*
Gal. Nasitort & Cresson Alnoys, siue Cresson de Iardin.

Math. 365. ACRIMONIÆ vehementia os narésq; vellicando Sinapi imitatum nasturciū, è Græco Καρδάμου dictum fuit: etenim nares rugare siue cōniuendo cōtrahere assolent, qui acrius cæpe edūt, aut Sinapi multùm carnes intingūt: vnde factū verbū *καρδαμύττειν* id est conniuere, tametsi quia cordi vitam vigorémque tueretur præsentiorem, Cardamū dictum putant, Persis præsertim & Lacedæmonibus, apud quos olim olus istud multò celeberrimum fuit obsonium: nihil enim addere ad panem præterquam nasturcium solita fuit Spartana iuuenta, vt apud Xenophontem, & Plutarchum, & in Tusculanis legitur. Hodie autem in acetariis & medicamentis vsus plurimus, & notissima planta plebi nomine *Cresson*, fortè quia perenni sobole, summis feruoribus, vel etiam Brumæ rigoribus spretis, crescit. Francigenæ etiam *Cresson d'Alenois* ab alendo fortè vocant. Notissima planta, laciniosis, angustis Erucæ foliis & Coriandri adultis non ita dissimilibus, acri sapore Thlaspi, seminéque secundum thyrsulos Iberidis multiplici.

Dod. Histo. 436.

THLASPI, siue Narsturcium tectorum, Nasturcium Syl. Scandulaceum, Capsella. Θλάσπι θλάσπιον ἢ σίνηπι ἄγριον *Germ.* Baurnsenff & kersz Bisemkraut. *Ital. Thlaspi.* *Gallis.* Seneue sauuage. *Belgis.* Boeren kersc.

QVEMADMODVM Phyteumati, Echio, Pſyllio aliiſq; nō paucis herbis ob quampiā notam cōſpicuam ſeminis nomen adſcitum fuit, ſic & Thlaſpi tranſuerſim per medi-úmue incuſſo aut diffracto ſeminis inuolucro folliaceo appellatio data: tametſi dici potuit Thlaſpidium quaſi fractum clypeolū, qualem adumbrant folioſæ circinnatæ peltæ ſemen cohibentes Naſturtij, cui ſuccedit ordinis conſequutione.

DIOSCORIDIS Thlaſpi Drabæ & Chamelinæ folio.

EMVLTIS Thlaſpi differentijs adeóq; longè pluribus quā quot antiqui meminerint nulla fit obuia, quę ęquè congruat Dioſcoridis deliniationi ac illud Thlaſpi nuſquam non in aruis copioſum proueniens Gallię, Germaniæ, Angliæ, folijs lōgioribus, anguſtis, mollioribus, leuiter lacinioſis Drabę, Iberidis, Chamelinę ſiue Myagri, cauléq; multis alis circa imum diuiſo lentis, ſequacibus, gracilibus, flores albidos Iunio ferentibus puſillos, deinde cōpreſſa copioſa foliacea inuolucra exactè circinnata præterquam ſupernè, quà parum depreſſa & fiſſa ſunt, ſemenq; continent puſillum, rotundum, oblongum, nigrum Naſturcij, fauces adurens mandendo, ac quiddam Allij, Sinapi aut Cæpe ſapore exhibendo: vnde vulgus Sinapi agreſte vocat & Naſturtium Tectorum, quia non rarò in macerijs vetuſtioribus viſitur. Quare quin ſit Thlaſpi ſpecies nulli negandū, an autem ſit folijs ἀκρόσχιστοι non prorſum videtur: ſunt enim vno ductu ferè ſinuata tota, non diuiſa, proindeq; illa verba (in ſummis diuiſa) ſi quis de thyrſulorum, ramulorum aut ſeminis diuiſura accipiat, nec Naturæ aduerſaturus videtur, nec Græcæ deſcriptioni vim vllā facturus: verùm ſic forent aliç ſpecies Thlaſpi mox dicendę, quæ ſeminis effigie & acrimonia propiùs vero accedent.

THLASPI Græcum propinquius fortè Dioſcor. Poligonati folio, aut Oleæ, Lentis ſemine.

ETENIM iſtud dumtaxat calidarū regionum Syrię, Candię, etiamq; Prouincię Norbonenſis indigena eſt, ramulis multis in ſummo diuiſis, & ſemine ſecundū longitudinē bina ſerie digeſto, planę lentis effigie compreſſę, ſed nonnihil depreſſi inſtar vmbilicelli medio oſtentante, & quaſi incuſſum cōtuſúmue ſcutulum aut Thlaſpidiō exactius effigiāte, ſeménq; cohibet Naſturtij acre, vehemens, ſecundū totos ramulos lentos, obſequioſos, cōpactos, albidos, in caule ſarmentoſo rotundo folia puſilla, glauca albidáue habente Leucoij Lutei ſed multò minora, radice exili lignoſa etiam in hortis Italicis.

THLASPI SYRIACVM vel Græcum alterum anguloſo bifori pericarpio lentifolio.

FERVNT & alterū eſſe Syriacum aut Græcum illud, quod nos habuimus Venetijs & in hortis vidimus minoribus ramulis, minúſq; compactis, albidis geminaq; donatis ſerie, ſeminis anguloſi, aceroſi, rotūdi, compreſſi, medioq; ſui fiſſilis in duas glumas minores acriora ſemina terna aut quaterna amplexas, folijs non ita diſsimilibus ſuperiori. Nuſquam niſi inquilinam hortis putamus naſci, nec ſcimus ſitne illud tertium Mathioli, quòd ille nulla apta deſcriptione genera diſtinxerit, ſed in chartas tantum negligenter picturas congeſſerit.

THLASPI Vulgatiſsimum Vaccariæ folio aut Myagri pinnato.

MVLTO vberrimè prouenit cultis & incultis aruis Italię, Germaniæ, Galliæ & Angliæ iſtud omnibus Thlaſpi vocatū & receptū, cuius folia ima lōgiora, maioraq; quā primi noſtratis, parum crenata, ſuperiora autem anguſtiora in acutum ſenſim deſinentia, baſimq; habentia vtrinq; pinnula aut ligula porrectiorem non quaſi appendice addita, ſed continuata, multos è caule ſeſquipedali ramulos ambientia ſtipatos floribus albidis, ſiibq; Æſtatem crebribus paſtorię Burſę non diſſimilibus in duas glumas

hiantibus inuolucris, acri ſemine & ſapore Sinapi aut Naſturcij, officinis in vſu ad antidota pro vero accipitur.

Oſyridis folio THLASPI *minus Hortenſe vulgare, acerrimum Luteum & album.*

PAVLO diligentiores Pharmacopœi & Herbarij Angliæ & Germaniæ iſtam minorẽ ſpeciẽ Thlaſpi vocãt, & alunt in hortis ad medicũ vſum, quia ſit feruidioris guſt°. Eius cæteroquin tota facies, ramulis multis floribus & foliolis Thlaſpi fatetur, eatenuſq; differre videtur, quia tota minor & tantopere ſarmentoſa, vt ſcoparũ vice ſit ad verrendũ, non ſecus ac Iberis, cuius etiam & floribus, albidis, crebribus, paruis. Eadem in horto Morgani noſtri, etiam luteis floribus viſebatur hoc m enſe Iunio.

THLASPI *paruum Hieracifolium, ſiue Lunaria lutea Monſpel. & Leucoium luteum marinum.*



IN prata Monſpellienſia ſecus Lanum amnem & Gramuntium lucum ſtudioſi ludibundi prodeuntes, nos cõmilitonẽſque noſtri ſæpiſsimè hoc collegimus, & minorem alteram Lunariam, propter lunatos folliculos elegantes, vocitabamus. Sed attentiùs perpendentes, huic nullus locus certior, aut aptior, quàm inter Thlaſpi omnium iudicio, putabatur. Radix qualis Burſæ Paſtoris aut Maluæ, folia mox a radice crebra ſibi mutuo incumbunt, albent colore Hieracij aut Leucoij ſed minora, vndulata, lacinioſáue in terram dehiſcunt. Caulis folijs exutus, exilis, cubitalis & pedalis, qui in cauliculos exit onuſtos multis clypeolis foliaceis palleſcentibus Lentis cõpreſſæ effigie qui prætenues ſunt & fermè pellucidi, quibus ineſt ſemẽ ſingulum ſingulo foliolo, Leucoij purpurei & albi ſapore & effigie, potiùs quàm Naſturtij. Flos in ſummo paruus, luteus aut pallidus. Hæc primùm culta in hortis Italicis & peregrina credita, vocabatur ab illis nomenclatoribus Leucoium luteum marinum, nõ ita magna ſimilitudine: maiorẽ ſanè multò ſortita eſt cum Thlaſpis. Sed etiam cũ Thlaſpis nonnihil folijs & viribus cognationis habent Leucoij, præſertim purpurei & albi.

THLASPI *alterum minus clypeatum Serpilli folio etiam Norbonenſe.*

NEc vſpiã nobis iſtud viſũ, niſi in agro Norbonenſi Monſpellieẽſiq;, locis ſquallidis, ſabuloſis propè puſillas Anchuſas: folia, flores, ſeminàq; ex luteo pallent, & peltæ ſuperioris aut Tordyllij ſunt ſed penè pargameneę inſtar pellucida ſunttenuia, ſimilitudine, ſapore, Leucoij, vnde quidam Leucoium luteũ marinũ autumabant: ramuli ſunt exiles, palmares, nitidi, foliolis albicantibis Thymi non ita numeroſis.



THLASPI

THLASPI NORBONENSE CENTVMCVLI anguſtifolio, Alyſſon Italorum.



FECERANT iamdiu hanc Itali Alyſson quodpiã, eoſque Cõmentator ſequutus, lubenter, inquit, poſuiſſẽ, ſi habuiſſem: igitur factum benè quod nõ habuerit, quippe doctiorum omnium Monſpellienſium, apud quos frequẽs oritur, ſuffragio, Thlaſpis hæc annumerãda eſt, nõ Alyſſo: cui aliã multò aptiorem iamdiu compararũt ſeduli veſtigatores Belgæ & Franci, quã in hortis alunt: in Italia non niſi aridam vidimus. Iſtud verò puſillũ Thlaſpi prope Monſpel. Nouũ Caſtr. cis Lanum amnẽ, aridiſq; viarũ crepidinibus, in ramulis multis ſparſis rectis vimineis, palmaribus & ſeſquipalmaribus albidis, Thlaſpi: foliola Polygonati minora aut Centũculi, aut lauẽdulæ: & floſculos albidos Iberidis, Thlaſpi Cretici, aut Syriaci, Clypeolis nõ diſsimiles, ſed duplò minores fert: tota planta albicat, guſtúque Thlaſpi aut Naſturcium indicat.

THLASPI CANDIÆ vmbellatum Iberidis folio.

ALTERVM deſcripſerunt & vocarunt iamdiu Belgii herbarii THLASPI Candiæ, foliis eſt ſerratis vulgatæ Iberidis, ſed maioribus, caulis cubitalis multos cauliculos fũdens, in quorum extremis vmbellæ & flores Sambuci paluſtris ſimiles, ex candido purpuraſcentes, Iulio vel Auguſto: túncque ſemen affatim cernitur in folliculis Thlaſpi minoris ſimilibus, acre guſtúque feruens. Quæ affinitas erudito & modeſto medico Dodonęo hac naturæ parte exercitatiſsimo videtur perſuaſiſse, vt Drabam hanc cenſuerit: nempe vmbellæ Sambucinæ & ſeminis acrimonia, quæ non magni momenti ſunt notæ. Cognita quibus eſt Lepidii foliis, vmbellis albentibus vera Draba, non opus eſt pluribus ad demonſtrandum, tum errorem, tum diſcrimen. *Hiſtor. Dodo. 438.*

THLASPI ALTERVM MINVS VMBELlatum Naſturcii hortenſis folio, Norbonenſe.



MONTOSIS ſatis Norbonæ ad Lupi montis radices Maio & Iunio hęc copioſa flores muſcoſos vmbelliſq; cõfertos, ſuperioris nõ abſimiles edit, ſed albidos, ſeménq; minus multò, ſed admodũ acre, folia exiliora, diuiſura Naſturcii hortẽſis per totos cauliculos numeroſos, grandes è radice non profunda, nec multum fibroſa, ſapore acerrimo Thlaſpi: verùm non magis hæc quam ſuperior vſu recepta.

AN THLASPI CRATEVÆ, SINAPI Perſicum vocatum latis foliis, radicibus magnis, Iſchiadicis vtile, ſit noſter Rhaphanus agreſtis, qui & Lepidium Pauli in Lepidio dictum?

DE Crateuæ Thlaſpi admodũ difficilis aſſertio: ſi quis tamen de paucis à Dioſcori. recenſitis notis, ſit certæ coniecturæ locus, nulla aptiùs ſtatuatur planta, quã illa, quæ nonnullis Sinapi, propter radicis in condimentis vſum, nonnullis Rhaphanus Syluestris propter nonnullam ſimilitudinem, nuncupatur. Foliis eſt amplis Lepidii aut Piperitidis maioris, plerumque latioribus: radicibus etiã prægrandibus, glomeratis, albicantibus. Semen illi in ſiliquis Sinapi modo: flores Thlaſpi conferti & elegantes magis quadrare vidétur, quàm Lunariæ vulgò nuncupatæ Rhaphanitis, quæ à nonnullis iſtud Crateuæ Thlaſpi credebatur, cuius acrimonia ad Iſchiaticos multò inefficacior, radix & vſus diſpar.

Lunaria Raphanitis.

BVRSA PASTORIS.

Germa. Toſchel kraut.
Gall. Bourſe de Paſteur, ou berger.
Bel. Borſekens.

Effig. Mathiol. 369.

RECENTIORVM fuit planta & nomenclatura Paſtoria burſa dicta à marſupiolis, ſiue theculis compreſsis, cordis aut crumenæ effigiem referentibus, thlaſpi quadamtenus, cui etiam congener eſt, ubiuis copioſiſsima & notiſsima, ſecus vrbium areas, & mœniorũ ambulacra: foliis & facie Irionis aut Erucæ: floribus albicantibus thlaſpi non diſsimilibus, tametſi guſtu nõ perinde acri, ſed exiccante potiùs quã refrigerante. Nam qui quia ſanguinem ſiſtat (ſiſtit autem ſtrenuè) frigidam faciunt, infœlici argumento nituntur, etenim vmbellæ, floreſq; guſtanti aliquid acrimoniæ inurunt, indicioque ſunt ſiccando colligendóque ſiſtere, vt porri ſuccus, Vitriolum, vrtica, non refrigerando.

RHESEDA PLINII NEOTERICORVM

Belgis vulgo Eruca peregrina, Italica vel Cantabrica.



SVPERIORIBVS annis diligẽter percunctati ſumus Bononiæ dum verſaremur, clariſsimum Medicę materię profeſſorem Cęſarem Odonem & D. Aldroandum, atque indefeſſum quęrendo doctũ Anguillarã Ferrarię quænam planta illa eſſet, quæ apud Rauẽnam, Rimanum, locaque Peſaro finitima, Plinio memorata propter miram ſuperſtitioſámque opem morbis ritu præſtare ſolita? qui eãdem eſſe coniectabant (vti etiamnum pleriq; omnes herbarii) quam nos non modò in Italia non procul Rauẽna, Arminio, etiámq; toto illo littore maritimo inueniemus, ſed etiam in Gallia Lugduni & Veſuntii in Burgundia, etiámque hortis Belgis & Anglis, vbi quidam vocitabant Erucam Italicam. Eſt namque foliis albidis vel pullis, & diuiſura Erucę Syluestris, Sinapi ſyluestris, vel Cakile Serapionis, ab ima, tenui, longa, albicãte radice profunda, cauliculos graciles cubitales, ad medum vſque ambientibus, vbi flores thyrſulíue denſè ſpicati Oleæ ſummos ambiunt cauliculos, elegantéſque relinquunt per Auguſtum & Septembrem theculas membraneas, inſtar calicis ſupernè hiulcas, ſemen nigricans, pullum, puſillum Hyoſchiami continentes, tota guſtu & nonnulla tenui acrimonia Luteolæ adſtringente: vnde non abs re do-

doctiſsimi illi putarunt ex Plinio hanc Reſedam eſſe,poſſéq; collectiones & inflămationes diſcutere: nec tamen putarim opus eſſe additis illis verbulis, aut murmurillis anilis dementiæ cõmentis ad efficacitatis commendationem fucatam,nempe hæc ſunt. *Reſeda morbos reſeda,ſciſné,ſciſné,quis hic pullos egerit radices,nec pedes,nec caput habeant? Hac ter dicunt, totieſq; reſpuunt,inquit Plinius.* Cui nos malumus eum aſſenſum præſtare,qualem merentur balbutiones carminum iacturæ braſſicæ apud Caronem , quàm excipiendo vel ineptire, vel aſſerendo fidem temerare noſtram & alienam.

CAKILE SERAPIONIS, *Erucæ folio,Napi flore,*
Vulgo Eruca Marina.

NVSPIAM hæc niſi littoreis maritimis, aut Inde in hortis culta viſitur,plurima autẽ prope Venetias,Magalonã,etiamq; Angliæ inſulã meridionalem Vectim. Folijs hæc ſinuatis,diuiſura crebra Senccionẽ vel Erucam, niſi craſsiora albidioraq; eſſent, præſert. Flores autem purpureos iuxta cauliũ ramulos ſparſos magnitudine & ſimilitudine Napi habet, ſemine eſt oblongo mucronato ſungoſo ex ſingulo flore ſecundum caulem, bino ſibiq; mutuo apicum duntaxat cohæſu iuncto, guſtu Erucæ aut Napi ſalſo & purgante. Radice lignoſa καλὴ,propter quam plurima naſcitur,putaturq; ea,quam Serapio Cakile vocauit.

¶ LEPIDIVM *Herbula Dioſcoridi,Damocrati & Galeno* IBERIS CARDAMANTICE *Naſturtyfolia,ſiue alterum Pauli* LEPIDIVM IBERIAS,*qua irrepſit alieniſsimo loco Dioſcoridis codici. Lib.1.cap.vltimo.*

Eadem Aëtij Lepidio Seridis anguſtifoliæ Holeraceo quod cum lacte conditum ſeruandum Tetrabibl.4.Sermone.2.Cap.133.

Sed Lepidium primum Pauli ſuperiore Cardamantice multò maius,vrentius, minùs aptum cibo,Rhaphanus Sylueſtris Francis & Belgis Pharmacopœis.

FECIT vis vrida cutiq; deglubendæ & ſquammis excitandis(quod contingit fieri plerumq; inter curandum Coxendico morbo affectos)apta,vt nomẽ Lepidium hiſce ſeruidis plantis fecerint antiqui: λεπίδες enim etiam ſquammas è cute deciduas ſignificant, vnde etiam lepra dicta. Ne porrò tœdio lectori ſimus, ad recentiorũ conniuent° pleraq; quæ diu nos fefellerũt,& animaduerſionis & caſtigationis egerent. Nũc ſtat animus,non vt illi moroſi declamatores,potius latratores,perorãdo authores quoſlibet proſcindere, ſed quantum plurimùm poſsimus amico lectori perſpicuè & candidè communicare. *Effig. Math. 608.& 609.*
Iberis & Lepidium nomina ſunt ποὰ ὄνυμα id eſt diuerſas res vnius generis deſignantia, Dialecticis æquiuoca,& imponere ſolita,niſi priùs finibus ſecernantur,quod hîc faciendum. Iberis vel Dioſcoridi Herbam inſinuat ſolijs Naſtũrcij cubitalem, flore lacteo, radice naſturcij ,hæc notiſsima Lepidio Dioſcoridis eadem, quantũ ex Galeno & Æginetą colligitur,qui Lib. tertio, Cap.de Coxendico,eam Iberidem Lepidiũ vel agreſte Naſturcium nuncupari ſcribit: vel indigitat ſruticantem quandam plantam fol js Laurinis,ſed multò maioribus,cuius antiqui medici in coxendico atq; affectibus chronicis multũ periculum ſecerint: verno tempore multò vegetior,ſrequens in Æginetæ patria, cuius foliorum ſi deſit copia,inquit idem,radicis corticem deglubito,& ex adipe ſubactum in cataplaſma effingito. Itidem in Simplicium elencho, Iberiadem ſeu Lepidium recenſet ex quarto calfacientium ordine vnum,alterum verò Lepidium naſturcio viribus ſimile,minùs ſiccando pollere. Hic igitur paucis verbis cui plantæ ſunt notæ ab oculis pepulit caliginem. Vides Iberidem Dioſcoridis & Lepidium eiuſdem eandem eſſe plantam,rurſum & Iberiadem alteram,quã de lib. 3. Capite de Coxendico,Paul. agit eiuſdẽ Pauli eſſe Lepidium: id multis vſuvenit plantis vt re eędem ſint,nomenclaturis variæ. Ac nequis arguterur Gingidio aſsimulatum Dioſcoridis Lepidium, ſciẽdum Gingidium vel authoris aſſeſu ſimile Naſturcio eſſe. Iam haud arduũ componere iſtorũ procerũ faſtidioſas lites, cum & Iberis ſeu Lepidiũ Dioſcòridis notiſsimũ ſit , & Pyperitis Galliæ plebi *Paſſarage*: pluſquam rabida à feruido guſtu Pauli etiámq; Plinij Iberidis ſiue Lepidij notas expleat. Futiliter igitur & impiè tenebricoſus dictator Senenſis viris eximijs Barbaro & Ruellio inſultat, quum lapſos dicit, vt putarint *Raphano* Italis dictum Lepidium eſſe:

perſpicuè Ruellius hunc errorem detexit. Sed hunc fortè tunc Mathiolus Italus non intellexit, terſior enim & nitidior ſcriptor erat, quàm ab Herbario latinè vix balbutiente percipi probè poſſet. Id res ipſa docet multis locis. Sed hic probū quemlibet offenſione vexat: illi primùm poſteris ſecuerunt glaciem, & ſcipionem ad vadum tranſmittendum porrexerunt ingratę ambitioni, cuius poſtea proditoriis ictibus proſternerentur. Cumq; Authorū ſparſas paſsim ſentētias nobis ſuis immenſis vigiliis collegiſsent, Cōmentator neque illis intellectis, & iſtis ſpretis, neſciuit ex Pauli perſpicuis locis diſtinguere duo Lepidia, totidemque Iberides, ſed vt conſueuit, re infecta ad calumniam deflexit, quam tandem, cum futilem & ſcutica dignam eſſe conſcientia moneret, iſtis fomentis leniuit: nimirum fortaſſe illos Piperitim Plinianum Pauli Lepidium intellexiſſe, quod illi illic monuerant herbarios Lutetianos pharmacopœos & Antuerpianos, te nondum nato herbario. Hodierna enim die vocatur Rhaphanus agreſtis officinis & mulierculis Belgis. Hæc Piperitis Lepidium ſecus ripas aquarū fruticat, radice oblonga indicē æquāte, vel maiore, caule cubitali & bicubitali, durioribus foliis Coſti hortenſis vel Lauri, ſed multò maioribus, molliuſculis, ambitu leniter crenatis, colore ex viridi palleſcēte, flore exiguo muſcoſo candido Iberidis. Dolendū tantum virum deceptum à Plebecula ſua, nam illa pro Rhaphano maximā illam plantā, quam Verbaſco comparabas intelligit: Gallica verò nomine Rhaphani Sylueſtris Piperitim ſeu Lepidiū vocitat, vt monet Ruellius te decipiens, neutiquam deceptus.

Αραβίς — *ARABIS ſiue DRABA, & Narſturtium Babylonicum.*
ἀράβη — *Gallis.* Draue.

Effig. Math. 91. QVISQVIS ille fuerit doctus, qui Iberidem Cardamanticen adiectam primi libri Dioſcoridis calci deſcripſit, videtur vſus fuiſſe verbis comptioribus, & oratione floridiore, quā conſueuerit Dioſcorid. & ex verbo δραστικώτερον occaſionem nominis Drabæ ſuggeſiſſe quā enim θέρους γαλακτικὸν ἄνθος περιβάλλει (vides phraſim neutiquā Dioſcoridcā) id eſt cum æſtate promit florē lacteū καὶ τότε δραστικώτερον, tunc efficacior eſt, inquit. Quo ex epitheto potuit nominare alius quiſpiā Drabam: & comparare partim cum cardamine, ſiue Iberide Lepidio vocato, vtpote quæ etiam holeracea eſſet & cubitalis: partim cum Lepidij Æginetæ & Plinij foliis, apud quos, quamuis multò plura quàm Dioſcorides collegerint, nulla mentio fit Drabæ. Quæ ſi minùs placeat coniectura, certè valdè conſentaneum rationi videtur quempiam fuiſſe non imperitum, ſed ætate poſteriorem, qui hanc Drabā ſibi de facie & viribus notam deſcripſerit, Lepidióq; Æginetæ vel Plinii foliis ſimilem fecerit: neutra enim à Dioſcoride deſcripta, neſcitur an cognita: aut demū huc inſerta fuerit, nullo alterius alicuius iudicio. Nā alióqui iſta Drabę plenè ſatis expreſſę, & in vſum iamdiu deductæ folia, Lepidij forma & aliquantùm inciſura, mollicella colore albeſcentē hirſuta radice ab ima vmbellis tenus veſtientia caulem cubitalem fermè exilē, quæ albicant lacteolis floribus Sambuco minoribus: ſemen acre ſubrotundum, albidum Milij magnitudinè, acriore & feruentiore guſtu, quàm planta. Radice albida & nonnihil tuberculis interdum extantibus. Optandum hîc, vt Senenſis cōmentator nos docuiſſet, poſteaquam reiecit hanc è Dioſcoridis familia, quibus rationibus indubitatum ſit illi (vt loquitur) hanc vnam eſſe legitimam Drabam: tam multis fruſtra inculcatis, quid non addit pauca neceſſaria? An non poſſet Piperitis, an non Dentillaria Rondel. Lepidium Pauli hic recens, innuere? quid ſi idem Lepidio Dioſcoridis ſimilem fecit, lōgè magis vr aberres, fecit enim Gingidio aut Naſturtio. Variæ ſunt plantæ adhuc Recentiorum, quæ Lepidium dici poſſunt vaga illa nomenclatura, & facultate cutem vlcerandi, ſquammáſue excitandi, quas ne noſtro inſtituto officiāt, ſuis quamq; popularibus & ſimilioribus ſubdemus, vt Dentillariā Rondelletij, Coſtum Hortenſe, Rhaphanum magnum.

Μύαγρον — *MYAGRVM.*
Germ. & Gall. } *Camelme.*

Apud

APVD Æginetam in elencho M duæ leguntur plantæ, nomine & oleoſo ſucco vel ſemine quadãten* affines: quarũ hæc rectiùs videtur inibi vocata μύαϱον quã μύαγϱον; μυαϱὸν namq; ſonat prauum, impurum, ſordidum, cuiuſmodi eſt Melampyrum, multùm vicinam ſegetem lædens, & deterius multo, ſi conferatur cum reliquis triticis exiſtens. Alteram verò μύαγϱον ſcitè effectus argumento dictam iſtam nouã & perelegantẽ muſcipulam ſiue muſcariam putamus, quia adſidentes aut ſe prætercuolantes muſcas ramulis & glutine ſuo implicet, vt alibi diximus.

Neglectis etiam aruis, nec Segetum mediocri diſpendio naſcens vitium Myagros, ea eſt quam minus Seſamum putarunt, vt cuius è ſemine Seſami perſimili oleum multũ multis in locis prematur, lucernis & cibis idem æquè aptũ. Exit hæc ſeſquicubitnm alta & multis anguſtis folijs Rubiæ vel potiùs Lithoſpermi ſepta latioribus, perpaucis vt Thlaſpi in ambitu denticellis eminẽtibus, mollibus & albicantibus folijs. Secundum extrema floſculi lutei Alyſsi, aut Eryſimi, quibus propagantur capſulæ compreſſæ Drabæ aut Lini, ſemen Seſamo aut fœnogræco fuluum, ſed duplò minus & oblongum. Emendauit ſedulitas recentiorum, vbi legebatur τϱαχήλῳ ἐικώς τιλίδος, non fœnigræco ſimile, tametſi de toto calyculo dictum accipi potuit, intus namque ſemina condita ſitu, & appreſſu inter ſe verticillatum quid & oblongum vidẽtur efformare: ſed iſta leuiora ſunt. Leuiſsimè verò ineptit hic & balbutit Senenſis dum doctis nulla rationis vmbra, aut rei cognitione, aut melioris hiſtoriæ commutatione aduerſatur. Nempe ſi in Angliæ, Galliæ, Batauiæ, Lotharingiæ & Leodij aruis prouentum & compẽdium mercatoriũ, huius nouiſſet, eam potius agnouiſſet quàm Pſeudo neſcio quid ſemper, vt ſolitus eſt, quæ vaccaria videtur perperam intruſiſſet. *Dod. fig. 337.*

Ἠϱιγέϱων SENECIO, *ſiue Erigeron.*

Italis carduncello	*Gallis* ſeueſſon
Ger. Crentz Witz	*Belgis* Cruyſcruyt
et Grindtkraut.	*Angl. Grounſwell.*

CVIVIS regioni & ſoli conditioni innaſcitur Senecio, æſtus æquè ac frigoris patiens, qualibet fermè Luna flores luteos inſtaurans nouos, qui in pappos breui abeunt Dẽtis Leonis modo. Calyculi teneri virides, Cicerbitæ minores, nonnihil rubentes, quos folia infernè amplectuntur oblonga laciniòſa Erucæ, Cichoriiue diuiſura. Phlegmonum initijs atq; Eryſipelatibus optimè facit: peptica namq; eſt, paucula adſtrictione, moderatiore calore, aut digerit aut ſuppurationem promouet. Sapor inſulſus & oleraceus. *Effig. Math. 1132.*

IACOBÆA SENECIO.

Herba Sancti Iacobi
Belgis & Ger. S. Jacobs bluom.

NVLLI quàm Senecioni propior videtur Iacobæa vocata recẽtioribus inueſtigatoribus. Locis lætatur amœnis, vt pratis & collibus riguis: quam Senecio maior multò, virgas rectiores firmiores ſtriatas, & interdum ſubrubentes, ſeſquicubitales & cubitales radice fibroſa emergentes, emittit. Folia Senecionis Artemiſiæ ſitu & diuiſura ex atro virentia. Flores ſtellati lutei, papposi, itidem Senecionis vel Tripolij: odor nullus, ſapor amarus adſtringens, non tamen ita calidus ſuccus eſt. *Math. 1133.*

MARINA IACOBÆA, *vel Chryſanthemum & Artemiſia marina neotericorum.*

Cineraria. RARIOR hæc etiam littoreis tractibus, quorum eſt indigena: maior fruticoſiórq; Senecione, pluribus virgis duris, & folijs maioribus profundiuſq; inciſis & ſinuatis, vt Artemiſiæ, rigidioribus, craſsioribus, cinereo tomento obductis, vti reliquæ partes: vnde nomen illi Cineraria inditum. Flores item melini Iacobeæ Senecionis pappis diffluentes. Exiccat valdè, digerit, & inodora eſt. Cætera nondum comperta. Colunt Belgici Horti de Mediterraneo littore lectam.



BOTRYS.

Angl. Oke of Hieruſalem
Ger. **Traubenkraut**
Gal. *Pyment*
Belg. **Druyuenkraut**

Fuchſ. 100. IN Oliuetis Namauſij cæteriſq; tepidioribus & apricis aruis agri Norbonẽſis, vel Nitiobrigi ſuapte ſponte fruticat Botrys: Flandris, Germanis & Anglis in Hortis. Radice eſt ſparſa inq; diuerſum acta mutuo fibrarũ implexu, ramulos complures ab vno ſcapo emittit holeraceos ſtriatos, éq; internodijs folia tres vncias longa, vnciamq; lata, per ambitum anguloſis lacinijs profundè ſinuatis Cichorij, potius Hieracij, vel Erucæ haud diſparibus, floſculorum innumera fœtura onuſti ramuli, ſecus, pone, ſupráq; folia ſpeciem primulùm florentis vuæ exhibentes (vnde nomen illi) ſed languidè lutei, vti tota plãta ex luteo viret. Pertinacis odoris gratia fragrat, odoremq; haud ita diſsimilem Ambroſiæ, ſed multò vegetiorem vibrat. Condiunt recentiores hanc Saccharo, vtuntúrq; ad Cordis affectus.

SERIDES ſiue INTYBA.

ADducenda & huc intubacea, quorum cunctas familias aptè & ſingillatim Herciſcere, etſi maioris eſt moleſtiæ, quàm laudis, non contemnẽdæ tamẽ erit vtilitatis, quando videmus pleroſq; Pharmacopœos, vtinã non & celeberrimos Medicos ſenio confectos, etiamnum valdè anxios, quid in ſuis, quídue in Nicolai compoſitionibus quotidiano vſu tritis, pro Intybis, vtroq; Sonchо, Cicerbita, Taraxacone, Lactuca agreſti & ſimilibus, ſint accepturi. Quare nobis, tametſi hanc opellam ſucceſiuis Horis & furtiuis cudentibus, non licet eſſe tam ocioſis: tamen amicæ quorundam petitioni, & memoriæ noſtræ ſubſidio paucis & perſpicuis hæc diſcernere, atq; in ſeriem cõcinniorem digerere lubitum fuit, additis inſuper, quas noueramus raris huius cognationis plantis.

Intybolacana, quæ Galenus ex antiquis vocat, siue Serides sunt multiplicis differentiæ, quarū summæ tres, nobis doctrinæ causa erunt: Syluestris Picris, hortensis, atque Sonchus: illa vt natura prior sic plures habet species nempe

- SER. SYL.
  - *Syluestrem Picrin siue Cichorii Sonchi asperi vel Dētis Leonis folio*
  - *Cultam altilem eandem, quæ latioribus, habitioribusque foliis Intybi Scariolæ fit, & aliquanto gratior.*
  - *Plinianam Hedypnoin siue Picrim luteam pratensem dentis Leonis flore Hieracii folio, an eadem Verrucaria Cichoracea luteo flore & fulcatis capitulis syluestris Cichorii folio.*
  - *Pusillum bulbosum Hieracium marinum Dioscoridis alterum, an Theoph: Perdion?*
  - *Condrillā Belgicam flore cæruleo Cichorij, Folio multum laciniosō Cichorii agrestis aut Erucæ syluestris, Taraxacon Officinarū,*
  - *Condrillam vulgarē luteam maiorem & minorem* } *folio dentis Leonis,*
  - *Dentem Leonis siue vrinariam vulgi, Tragopogi flore & semine, folio Cichorij dentatis pinnis.*
  - *Dentem Leonis Norbonensium Asphodeli aut Leucacanthæ bulbillis.*
  - *Condrillā viminosam viscidam vinearum Norbonensium.*
  - *Condrillā Syriacā, etiamque in Norbonensi & Galloprouincijs obuiā Cyani aut Erucæ syluestris diuisura,*
- SER. DO.
  - *Seridem Endiuiam hortensem communem flore Cichorij hortensis folio Lactucæ, Habet varietatem,*
    - *Angustifoliam vocatam Endiuiam Syluestrem Officinis, flore Lactucæ,*
    - *Alterā varietatem Crispam folio Cichorii, folio Lactucæ crispæ,*
    - *Tertiā varietatem satiuam Seriolam: paruam Seridem vocatam Cichorii hortensis folio & flore.*
- SONCH.
  - *Asperam viarum folio laciniato Cichorij aut Hieracii.*
  - *Leuem maiorem altioribus foliorum lacinus Papaueris corniculati flore luteo Cicerbitā. Officinarum siue Rostrum porcinum.*
  - *Alterū leuem minorē Rheadis papaueris folio, flore luteo Senecionis.*
  - *Isséque, congener, similéque Hieracii maius vnicaule, non dispari folio & flore, spinulis asperum.*
  - *Hieracium minus præmorsa radice Diaboli vulgò Hiberniæ, acutis lacinijs foliis, paruis, paucis è radice, flore luteo minore.*
  - *Hieracium alterum pusillum non laciniosum foliis, Pilosellæ.*
  - *Hieracium longius radicatum, caule numeroso nudo foliis humi in orbem accubantibus, obtusē laciniatis, flore Dentis Leonis.*
  - *Hieracium montanū Sabaudum grandius foliis & laciniis Condrillæ Cæruleæ, flore luteo.*
  - *Hieracium montanum folio Lycopsis, Cirsii Sequanorum flore,*

SERIDIBVS INTYBACEOVE GENERI cognatæ Tridaces, siue Lactucæ meritò accensentur: quippe quarum agrestis sit mixta è Seridum & Papauerum natura,

Lactuca
- Agrestis Scariolæ hortensis, folio Lactucæ, flore Opij odore vehementi, soporifero, & viroso.
- Satiua vulgaris Rotundifolio Brassicæ.
- Satiua Romana dulcior, nigriore & Scariolæ hortensis folio, semine nigro.
- Satiua Sessilis siue Capitata rugosis crispis Brassicæ folijs.

SERIS SYLVESTRIS PICRIS, CICHORIVM.

Σερίδες πικρίδες
- Galli. Cichorée sauuage.
- Germ. Wilde wegwarten.
- Ital. Cicorea saluatica.
- Ang. Wild Cyberye.
- Belgis. wilde Cicoreye.

SERIS siue Intybum est, aut potest esse, summum genus, ad omnia quæ Galenus nomine conflato Latinogræco Intybolachana, id est intybo-olera appellat conie˜ctétq; quispiam sesqui-Varro nomen inde ductum, quia Seridis natura agrestis cumesset, mitioris in hortis oleris causa sereretur, quod verbum etiam è Græco σπείρω manauit, & eodem videtur alludere Varonis verba, Lib. 3. de re rustica: vbi ferunt, inquit, herbam quæ seris vocatur. Intyba autem à cauo tubę specie caule videntur dixisse: nam Cichorium & Ambubeia Ægyptia sunt vocabula, picris amaráue insignem connotat amarorē præsertim Seridis, quę cœteris est amarore prior, nusquā non frequentissima, saluberrima, celeberrimáq; apud omnes gentes cōmendatione, quam à satiua Seride Scariola dignosces facilè de laciniosis magis, minúsque obscurè viridantibus, angustioribus foliis, & amarore ingratiore, totiusq; plantæ habitu, & radice scabriore, duriore, exuctiore.

Ambubeia

CICHORIVM *satiuum, cœruleum, picris eadem, sed cultu variatum.*

- Germ. Zam Blauwegwart.
- Gal. Cichorée des Iardins.
- Belg. Tamme Cicoreye.
- An. Cycberye.

NON nisi cultu & solo istud distare inde manifestum, quia in Taurinensi agro, Sabaudo, inque vinetis Burgundiacis lætioris soli nec liniamentis, nec sapore, aliáue nota distet à superiore. Brugis ac Antuerpiæ in Flandria depangunt tenellas plantas in patentibus aruis, quas seuerint post Solstitium, aut festum S. Ioannis, ne in florem luxurient: vt per hyemen maiores teneriorésque radices foueant ad vescendum: minùs tamen laciniosa & similis illi est, vbi multū colitur, illique abundè suggeritur alimenti in hortis: alioqui flore & semine non dispari.

HEDYPNOIS *Plinii, Cichorium luteum pratense, Dentis Leonis Flore, Hieracij folio: & an eadem sit Verrucarium Cichorium luteo flore, & sulcatis capitulis?*

SI, vti peritioribus visum est, hæc sit Plinii Hedypnois, quam suauiter halantem vel somnum conciliantem interpretantur, quin sit Cichorii species, haud dubium: quippe domestici Cichorii radix, foliorum ortus positus & numerus, caulis & flores, vniuersúsq; habitus, planè Cichorium Syluestre imitantur. Hoc tamen dignoscuntur, quòd huic omnia maiora sunt, folia albidiora, latiora leniúsq; laciniosa, & toti ramoso cauli adnata, luteique flores, papposi globi longè maiores, & succo amaro pedalis radix turget: in pratorum, vrbiúmque aggeribus passim occurrit, vocata Germanis Geelwart, Gallis luteum Cichorium.

BELGARVM *Condrilla cœrulea Cichorij sylue. aut Erucæ syl. diuisura.*

CONDRILLÆ differentias esse Seridi subalternas, atque simillimas, vel hæc indicio est, quæ dumtaxat à Cichorio syluestri videtur differre exilitate foliorum, cauliúmq; nitidiorum elegantia: pauciores etiā alas habet, sed flores non dispares, vti nec radices, quæ similes similiter Cichorio eduntur, tametsi non nisi hortis Gallicis & Belgicis nobis visa, quia rara.

CON-

CONDRILLA pusilla Marina lutea Bulbosa, an Diosc. radice rotunda orbiculata στρογγύλη & an Theoph. Cichorium Perdionue?



SANE quam rara Seridis species illa Cichoracea bulbosa, quam videtur Theophrast. innuere. Folia sunt Serydis syluestris diuisura, aliquanto minora. Caule fermè nudo tenero, in cuius summo vnicus flos luteus Dẽtis Leonis, minor tamen, & itidem in pappos euanescens: imo cauli subsunt filamenta terna vel quaterna, quibus totidem pluresue interdum bulbi appensi sunt perlucidi ex albo purpurascentes, solidi & succi pleni, quæ carnẽ Rhaphani fermè præferunt colore & pelluciditate. In locis paucis, sed tamen magno prouentu oritur. In Italia doctiorum nullus se vidisse nos monuit, neq; vidimus ipsi alio loco, quàm secus insulam & lacustres tractus Montis Cœti Narbonæ ad piscatorum attegias. Hæc merita est argutam pictoris manum, vt sit Diuini philosophi Theophrasti monumentum, qui nos illius monuit, recentiorum nullus. Quæ si Athenis nobis dono missa fuisset, haud tamen continuò magis Atheniẽsium, quàm Monspelliẽsium, Narbonensiúmue cichorium nuncupanda fuisset.

Monspelliensium Dens Leonis Asphodeli vel Leucacantha bulbillis oblongis an Condrilla altera Dioscoridis?

NISI illud Bulbosum Cichorium nostræ ętati innotuisset, meritò quis putasset hanc esse Condrillam Dioscoridis oblongis & circumrosis folijs, humi sparsis: radice rotunda, quam etiam Plinius radice fabæ simili aliquando numerosa describit. Verum vtrouis modo accipias, è Pliniana designatione, aut Dioscoridis codice certum est, illi Cõdrillæ meliùs congruere vel bulbosium Cichorium nostrum, vel Dentem Leonis vulgarem: etenim si Pliniũ sequaris, nostrum Bulbosum dicas illum exscripsisse ex Theophrasto, cuius quidam Perdion Herbam esse augurantur, aut alio quopiam Botanico. Sin non legas apud Dioscoridem radicem κόνδη καὶ στρογγύλην non perperam Dentem Leonis vulgarem statues esse secundam veram Condrillam, atq; intelliges deprauatam fuisse lectionem, fortéq; legendum, non κόνφην, sed κορυφὴν στρογγύλην, quã videtur doctissimus Ruellius interpretatus. Quippe minùs aptè quadraret, radicem Sonchi huius benè adultam esse & succo plenã dicere, eandémq; leuem aut minùs ponderosam. At sic etiam aptior foret hæc, quam vtrauis illarum ex hac & Pliniana interpretatione. Radices namque huius plantæ tenues sunt, carnosæ, succo refertæ, rotundæ in mucronem ad verticem, oblongæ fabæ quadamtenus similes, vt Plinius notat, quem hallucinatum, vt alias putasemus in collatione primi Sonchi Dioscoridis(cui adnascuntur grumi, nodiue gummei circum caulem fabæ tuberculo similes) nisi Plinius non primam, sed secundam Condrillam describeret hîc verbum de verbo fermè è Dioscoride, aut consimili clasico autore. Huius facilis prouentus in Hetruriæ, Galloprouinciæ. & Norbonæ marginibus satorum & pratorum Iunio & Iulio flores luteos, papposq; gestat multò maiores, pallidiores quàm Dentis Leonis: nec tubi caulium absimiles multùm, folia etiam humi strata, sed minùs altè incisa, aliquantum glauca & hirsuta propiùs Cichorium Syluestre referentia, sed multò latiora. Gustu amaro acri & Dentis Leonis: vires, quas dicemus alibi oportuniùs, latuêre nostrum Commentatorem, qui hunc Dẽtem Leonis nouitatis & peregrinitatis titulo iactat Constantinopolitanum Cichorium, cum tamen Sienæ illius patriæ, inque Hetruriæ, Liguriæ, Galloprouinciæ & Norbonæ pratis non parum copiosum istud proueniat. Neq; enim si flores sunt huic duplò fermè maiores magisq; pallentes, quàm communis, propterea putãdum sit fœliciùs prouenire aut frequentiùs Constantinopoli, quàm Massileæ, aut Monspellij, vnde scimus tum Commentatori, tum alijs non paucis scriptoribus hodiernis missas & obtrusas plerasq; plantas pro Aphricis, Syriacis & Constantinopolitanis. Sic res cadit pigris & ambitiosis ingenijs, quos res nondum visæ oblectant, vt pueros picturæ capiunt & decipiũt.

An

An putarat peritos illicò iſtud Cichorium admiraturos,quia Conſtantinopolitanum erat & à Cæſareo oratore miſſum? An non pudet tantum rei Herbariæ ſcrutatorem non dum noſſe Cichorium patrium,& plus credere oratori occupato muneribus aulicis,quã exercitato ad diſcendas varias ſpecies Seridis.

VVLGI DENS Leonis,ſiue Vrinaria,Tragopogi flore & ſemine, folio pinnis dentato.

Ger. Korlkraut et Phaffenblat.
Belg. pappen cruyt.
Ang. *DentdeLyon.*
Gall. Piſſenlit & Dent de Lyon.

NEQVE hæc ſit Chódrilla,vt cui prorſũ abſint tuberculi,tum radicis,quales Plinius & Dioſcorides innuere videntur,tum cauli imo grumi deſunt quos nomen deſignat: χόνδροι enim grumi ſunt,concretionéſue nodoſæ,cuiuſmodi in mammis, in quibus lac coaluerit,inq; duritiẽ cócreuerit, quas μαζοὺς χονδριῶντας Græci,dicũt niſi Dẽti Leonis contigerit idem quod Drabæ,cuius radici interdũ ineſt tuberculus, interdũ nullus, atq; noſtrati idẽ quod fœniculo,Tragacanthæ,Rutæ & maſtichæ, quæ quibuſdã in regionib⁹ micas Gummi,lacteæue concretionis tuberculos habent:in noſtris tractibus vt plurimũ tale nihil.Etenim ſecundum illam plantam cœruleam & Cichoreaceam,quam priorem Condrillam poſuimus,nó parum refert Cichorium & Condrillam Dens Leonis vocata, ſiue Vrinaria Herba *Piſſenlict* Gallis pueris dicta,quaſi Lectiminga:aluum namq; ſupprimendo,obſtructionéſq; reſerando Meſeraicarum plus lotij deriuat in veſicam, quàm quantum pueruli retinendo ſint,præſertim inter dormiendum,coq; tunc imprudentes & inuiti ſtragula permingunt.Siquidem mulierculæ médicæ & pueruli ruſtici in pratis, prope tumulos aggerulóſue Talparum terra ſemiobruta eóq;(veluti Endiuiæ cótingit) germina ſuauiora minúſq; amara,candidiora effoſſa in acetarijs vorant,aut iuſculis indunt. Alit,vrinas ciet & ſomnum conciliat,quapropter Hedypnoin quidam maluerunt dicere,quam ſuperius Luteum Cichorium : tametſi appellatio pluribus Intybaceis & Condrillis congruere poteſt. Cuilibet genti hæc multò notiſsima, folijs Cichorij ſylueſtris,latiorib⁹ & lacinijs altiorib⁹ vtrinq; dentatim,ſerratis,humiq; fermè ſtratis. E radice Cichorij digitum craſſa, aliquantum lutea, & lacteum ſuccum,dum vulneratur, fundente,pediculorum tubuli potiùs quam caules tenelli nitentes,lactéq; turgentes florem ſpecioſum,luteũ, multiplum Tragopogi vel Scorſoneræ promũt,vere & æſtate parti culatim,ceſarie papposa dilapſa,capitula inſtar Monachi capitis glabri aut calui viſũtur.

CONDRILLA Coronopi aut Cyani tenuifolia, lutea vinearum.

PVTARVNT etiam nonnulli doctiſsimi hanc eſſe alteram Condrillam Dioſcoridis, vt qui ſuperiores nõdum noſſent,nec hæc ſanè ita abſimilis, turget enim amariore & pluri lacte quàm Cichorium.Sponte tota æſtate calidiorum regionum vinetis & oliuetis glareoſis obuia paſsim eſt,folijs palmum & ſeſquipalmum longis anguſtis acutiſq;, laciniarũ ligulis vtrinq; dẽtatis,craſsiorib⁹,pallidis Reſedæ magnitudine,ſimilitudine & ſitu,caluem ſtipantibus ſtriatum Cichorij agreſtis,luteum diuiſum alis flore Hieracij aut Lactucæ gerentibus,inq; pappos diffluentibus,amariore & acriore ſapore.

CONDRILLA viminea viſcoſa vinearum.

Iiſdem



IISDEM fermè natalibus agri Linguagottici est quædam Condrilla visu pulcherrima. Plurima Iunio & Iulio floret cis pontẽ Castrinoui à Monspellio vix sesquimiliare. Radix vniuersaq; planta lacte turget, & viscida est tactui, creberrimis vimineis viticulis, flexu mollibus, candidis, rectis, cõfertis, assurgit, duorum altitudine cubitorum, folia in imò Cichorij aut Cyani incisura, sed valde exilia & tenera, reliqua foliola secundum viticulorum longitudinem certis & æquis distincta interuallis ad fastigium vsq; porriguntur, speciemq; virgarum viridi albòq; variegatarum præbent, summis viticulis prodeunt, flosculi lutei in pappos dehiscentes. Hic pictura adest.

Verruca CONDRILLA.

Cæterum Condrillam Cichoriumuè illud Syluestre quod Zacynthum vsq; peregrinitatem affectans vocat Commentator: tam certum est oriri in Italia, (ne è Zacyntho insula Græca eam euocet) quam parum certum semel voratam, quod ait idem, vt multi de alijs quam plurimis fabulantur, delere verrucas: Illita verò posse, certum & commune illi est cum quamplurimis, quarum succo exurantur aut exsiccãtur verrucarum radices & appendices tum calidis vt Tithymalo, tum frigidis vt Plantagine equiseto, intermedijs vt Heliotropijs de quo nomen verrucariæ testatur idem.

SERIS, *siue* INTYBUM *Satiuum, Latifolium,* ENDIVIA, *&* SCARIOLA *officinis.*

Ger. Scariol & Endiuien.
Gall. Endiui.
Belg. witte Endiue.
Ang. *White Endiue.*

QVAMVIS Intubi nomen Latinis cunctas complexum esset Seridis differentias, tamẽ postea Græca prolatio ex Intubo Endibion, quasi Intubion detorsit, atq; dũtaxat vni speciei domesticæ Seridis adstrinxit, quã Endiuiam & Scariolam (pariter è Seride deprauatam) dicimus vulgo. Ea gratioris amaroris, præsertim si mitescat Holitorum industria, sed frigidioris facultatis est quam Cichorium, à quó non tantũ cultu gradu, agriué bonitate, sed etiam generica differentia distat: nullo enim neglectu, transmotione alioué incommodo visa fuit vnquam in Syluestrem aut picrim Cichorium degenerasse, aut hęc ad speciem huius Seridis promouisse. Et manifesta radicum differẽtia, est enim Cichorij bene habita carnosa admodum grata: Endiuiæ verò fibrosa penè nulla nulliusq; vsus in cibis, alicubi tamen in quibusdam compositionibus. Et tametsi non negarim omnia summa genera in naturæ ditione fuisse Syluestria, antequam seri, aut coli cœpta fuissent: tamen certum est tum placitis, tum obseruationibus rei Rusticæ multis, quamplurimas plantas esse quæ nunquam nostro saltem orbi Europœo fuerunt, aut fieri potuerunt Syluestres: tametsi aliquantùm varient vt hæc, angustioribus iam, iamq; latioribus folijs, & lætiore habitu: verum semper ideam suã sibi aut retinet, aut interit. *Math. 499.*

Lætior multò exit è seminę Italico,aut cuiuſpiam regionis meridionalis,vnde ſolent ſerere quidam Brabanti,Angli,& Germani holitores : ſimul ac terna, quaternauè foliola eruperunt ,in ſolum pinguius lætamine multo tranſmouetur, lateritioq; fruſtro media onerātur folia,quo latius ſe porrigant luxurientq;,qua induſtria amarorem exuit,gratiamq; initcum Hybernis menſis ad acetaria,ſeruatur obruta terra,fimeto,ſtraminéq;:infimæ plebeculæ notiſsima,nomine *Albæ Enduia*, quando folia ſunt candorem aſſequuta, per Autumnū,& Hyemen virens,folijs latis oblongis,ex candore viridantibus initio eſt, Lactucaceis próximis,proximumcaulem amplexis,in quo flores cærulei Seridis,Cichorii ſemina,(& interdum flos) alba,non ſecus atq; Cichorium intetdum meminimus:radice albida,prolixa,marceſcente,dum ſemen maturuit.

Criſpa.

Varietas.

HANC(quod idem Lactucis & Braſſicæ contigit)apud cultiores Romanos holitores videre meminimus: folijs amplioribus, rugoſis,inq; plicas cōtractis,criſpantibus,Braſsicæ in morem,caulem,flores,& ſemen non diſparia alentibus.

Seriola aut Endiuiola.

EANDEM hanc acutis,non altis lacinijs,folijs anguſtioribus,nec diuerſam caule,flore,ſemine,& radice alunt,quidam Horti Ligurum,Tuſchorum,& Gallorum , vocantq; Endiuiolam, & Seriolam,quia minor tota ſit.

SERIS DOMESTICA, *altera Lactucina Dioſco. amara,anguſtifolia, Officinis iamolim,ſola* ENDIVIA,*agnita & recepta,perperam recentioribus Lactuca Syluestris putata.*

SPECIEM hanc incultam Seridis ſatiuæ,non varietatem facimus.Eſt enim folijs dum primulnm pullulant,& emergunt altius,Scariolæ hortenſis:poſtea adultiora in effigiem Dentis Leonis ſinuantur dentatis oris, & nonnullis quaſi in dorſi ſpina aculeis vti in noſtra vera Syluestri Lactuca: Caulis quaternum cubitorum,hiſpidus,vnicus,rectus, lacte turgidus,floribus luteis,pallidis Lactucæ donatus: amaro guſtu,& pręſertim vetuſtioris, acri radice,puſilla,fibroſa,Seridis hortenſis,Syrupo de radicibus miſcenda conſuetudine Practicantium,quos doctiſsimos barbaros,tam proteruè quam inſcitè,quidā declamatores putidi rident,& ſputcis conuicijs lacerant,quod hanc plantam Endiuiam veram putarint,& etiamnū vſurpent nō modo ad Syrupos de radicibus, de ſucco Endiuiæ & alios Nicolai,ſed etiam ſtillatitias ex ea eliciant, quibus ſuas Rhabarbari macerationes parent. Eſſe quippe nimis calidam , amaram, ingratam, quidam illorum repræhenſorum , alij autem eſſe Sylueſtrem Lactucam , nec aliam ſe noſſe dictitant. Sed enim qui inſtitutum perpenderit veteris Barbarorum noſtrorum ſcholæ, animaduertet illos magna ratione & experimento neutiquam contemnendo fultos. Quippe non ſolùm hanc Endiuiam, aptiorem eſſe decocto ſucco, & ſtillatitia ad intemperies, obturationes Hepatis,& primarum venarum,ſed etiam macerationes Rhabarbari,Myrobalanorum,& ſimiliū medicamentorum : cum enim ſit paulo tenuiore & minus excrementoſo humido, melius reſerat,& abſtergit:tum etiam intima rerum macerandarum peruadit,nec calore exuperat,aut amarore nocet, cum eius amaror non ſit à calido,aut ſaltem non calidus,vt norunt cultioris Philoſophiæ periti, & ſtudioſi conciliare apud Galenum,& Auerroem,quęſtionem de Opio,Meconio,Papauere,Lactuca,Mādragora, & non parum multis alijs amaris,multum tamen frigidis,quæ accuratè in remedijs dicētur.Quin Dioſcori. docēte,Sylueſtria Intuba, ſiue Serides Sylueſtres,ſtomacho meliores ſatiuis,quia ipſum ęſtuantem & tenore reſolutum refocillēt: in cibis voratæ,& foris admotæ.Et notę huius melius congruunt Endiuię ſiue Seridi amarę anguſtifoliæ,quam Lactucæ Sylueſtri,cui noſtra paulò inferius deſcribenda, paucis adhuc cognita & nulli depicta plenè quadrat.

SONCHVS

SONCHVS ASPERA, *Vulgi flore Hieracij, folijs Dentis Leonis, alias Dipsaci & Lactucæ, an Dioscoridis* ARBORESCENS SONCHVS *tenerior latifolia?*

Germ. Genß distel.
Ang. Sow thistle.
Ital. Cicerbita.
Gall. Laisseron & Laiteron.
Bel. Gansen distel & Melckewcyé.

PROPINQVA adeò est Sonchi natura Endiuijs, vt multi etiam hodie putent spinosam Endiuiam nostram, esse Sonchum asperam: verum tres, cum notissimas habeamus Sonchos, illam Endiuiam vt Officinarum retinuimus. Sunt autē hę tres lacte pregnantiores veræ Sonchi Græcis παρὰ τὸ σῶον χέιν quia salubrem succum de se fundant, ad æstuosas stomachi lancinationes & Hepatis biliosas obstructiones vtilissimum, *Cicerbitam* Latini & Itali etiamnum vocant Genß distel Germani: siue spinā anserinā, spinosę namq; sunt omnes Sonchi, sed quędam horridiuscula aculeis, quędam perpusillis aut nullis ferè visitur. Quarum duæ frequentiores maiores sponte, cultis & incultis, segetibus & vinetis: minor, minus obuia & nota. Aspera quę vocatur, è radice prolixa, subflaua, stipatu fibrarum comosa, caulem erigit concauum, quaternum & fennm cubitorū, bene adultum, alatnm, & floribus donatū, luteis papposis, Senecionis, aut Hieracij minoribus. Folia ab imò numerosa, laciniosa, Dentis Leonis vbi solo squallidiore oritur, sin verò lætiore aruo & pingui, lactucacea sunt: Dipsaci magnitudine leuiusculis, per ambitum lacinijs & spinulis aspera, cunctisq; sui partibus adeò tenerescit & fruticat, vt arboream fenum, septenumue cubitorum proceritatem ęquet, cibo etiamq; tunc fit mitior & aptior: quare multò commodius statuissent, istam esse Dioscoridis arboream, cum duæ sint adhuc notiores, & aptiores ad explendum Dioscoridis trium Sonchi differentiarum descriptiones, quam Endiuiam illam Officinarum, de qua superins. Et faueret coniecturæ plantæ huius teneritudo, ac foliorum latitudo, quam dicimus contingere. Soli bonitate aerisuè & regionis varietate, quemadmodū in Cichorijs & lactucis, quæ cum agrestes sunt, hirsutiores & spinosiores proueniunt: cum verò fœlicius adolescūt, tenerascunt, minusq; horridæ fiunt. Verum Endiuia illa nec tenerescit, nec vnquam esculenta fit, potius amarescit, & sarmentosa euadit, simul ac floruit. *Inter Icon. Fusch. 386.*

SONCHVS LÆVIS, *laciniatis folijs.*

Ger. Hasenkol.
Bel. Hasen latauwe ende Cauynenkruyt.
Italis Cicerbita liscia.

ALTERAM vero leuem dixerūt, etsi folijs sit magis scabris altioribus, angustioribus & inconditis lacinijs, longioribus, minus tamen multò spinis horridis caulē ambiētibus: per quosdam quasi genicularū exortus rectū stratum, rubellum, concauum, lacte turgidum, floribus papposis Senecionis aut Iacobeæ habitu ipso, foliorum quadamtenus Papauer Corniculatum prefert: Oleracea tametsi esse potest, tamen quia non colitur non manditur. *Math. 497.*

Varietas. Diuersam quandam ab vtraque superiore, passim ijsdem in locis, vinetis & segetibus obseruauimus: tenuiorem totam & foliorum incisura, atq; similitudinę Papaueris erratici (quemadmodnm superior cornuti) circumfusa, imo cauli ē Radice parua fibrosa, pedali & cubitali Hieracij modo alato & floribus luteis non diuersis. *Math. 498.*

HIERACIA.

NON secus ac Elaphoboſcum à Ceruo, Chelidonia ab Hirundine, Perdicias à Perdice, permultæq; aliæ plantæ mutuatum eſt nomen Hieracium ab aue cognomine, quæ ſibi huius ſucco aciem calliginoſam colluſtrare conſueſſet, aliòquin è genere Sonchis non diuerſo ſed proximo eſt omne Hieracium, cuius multæ vel differẽtiæ, vel varietates ſunt: & omnium frequentiſsima quæ maius vocarur.

Maius.

EST itaq; Maius vocatum vbiq; vinetis, agrorum marginibus, & pratis ſiccioribus frequentiſsimum, è radice fibroſa, Endiuiæ vel Sonchi aſpera, folia laciniata pinnata Dẽtis Leonis vel Sonchi diuiſura promit, caulis inanis ſtriatus nonnihil interdum rubens pedalis & ſeſquicubitalis flores Senecionis vel Sonchi ex luteo pallentes ſunr. Tota lacte turget non ſecus ac Lactucæ & Sonchi.

HIERACIVM *minus premorſa radice, folijs acutè laciniatis, flore luteo.*

MINVS Hieracium pratis montoſis Angliæ admodum familiare, cauliculos fundit iunceos, læues, graciles, ſeſquipalmares: è radice parua fibroſa, plantaginis aut Succiſæ modo præmorſa, eoq; plebeculæ Hybernæ, Morſum Diaboli vocatũ. Folia pinnata anguſtius lacinioſa, delicatiora, minora, vti etiam flores luteoli, in pappos euolantes.

HIERACIVM *aliud minus, non lacinioſum folijs Piloſellæ.*

Varietas.

ALIVD etiam in ſquallidis, ſterilibus, ſaxoſis, glarioſis, ericetis agri Norbonenſis hirſutis, palmaribus, cauliculis, exir & ſeſquipalmaribus Folijs puſillis piloſellæ aur potius Hieraci Bulboſi: & Dioſcoridis, radice perpuſillis capillamentis fibroſa, floribus item papposis paruis non diſsimilibus.

HIERACIVM *longius radicatum, caule numeroſo nudo folijs humi in orbem accubantibus, obtuſè laciniatis, flore Dentis Leonis.*

QVOD in ſabuletis Belgicis & Norrhmanicis paſſim obuiũ agris vt plurimũ folia in orbẽ humi ſtrara craſſiora edit, magis quã burſæ paſtoriæ, circinnatis lacinijs Erucæ, cauliculos, graciliores glabros mucrona os, alis multis diuiſos, floribus donatos, Dentis Leonis ſed minoribus inq; pappos euolantibus, radice nuda nec fibroſa caulem longitudine æquante.

HIERACIVM *motanum folio Lycopſis, Cirſij, Sequanorum flore.*

MAIVS & rarius cæteris iſtud in monroſis Sabaudiæ, Allobrogum, & Iuræ finittimis: quod in vireto Stirpium delicijs ditiſsimo ciuis Londinenſis & Pharmacopœi peritiſſimi Hugonis Morgani flores edidit Iunio Cirſij lutæos ſemenq; hirſurum Tragopogi, ortus & caulis aliquantum Carduum Benedictum aſsimulant aur Cirſium, cuius etiam eſt folijs obſcuris per ambitum crenulis peracutis aſperatum & acrius, nec perinde vt ſuperiora lacteum.

HIERACIVM *Sabaudum Montanum folijs & lacinijs Condrillæ cæruleæ, flore Luteo Dentis Leonis.*

Eidem

EIDEM Morgano floruit altera Hieracij ſpecies Iulio & Iunio, Condrillæ cæruleæ folijs altius inciſis, viridibus, in caule flaccido & molli glabro. Flores Dentis Leonis aliquantò minores, radice Tragopogi.

TRIDACHES: ſiue LACTVCÆ.

QVemadmodum Seridis recenſuimus multas ſpecies ſubalternas quarum quædam longius, quędam verò propius à ſe ipſis abſunt, ſic poſſumus conſtituere lactucam illius Endiuiæ ſpeciem quam Lactuceis folijs donatam ex dioſcoride deſcripſimus. Quippe Lactucę vel nomenclatio. Sed à lacte ducta & diſtincta fuit nomenclatio ſpeciei huius, quia plus lactis reſudaret cæteris Endiuijs & veſcentibus mulierculis augeret. Ea propter Græc Τρίδαξ dicta, παρὰ τὰ θρία quæ folio ficulneo (vt videtur) vocarũt, vtpote, lactis non expertia. Cum autem lactuca hortenſi eſculenta nullum olus frequentius aut notius ſit de cuius collatione Syluestris lactuca noſcenda fuit & cenſenda recentioribus.

LACTVCA AGRESTIS: Scariolæ hortenſis folio, Lactucæ flore, Opij Odore vehementi, ſoporifero & viroſo.

NAM ea Seridis ſpecies quæ folia habet Dentis Leonis ritu inciſa, quam propter & proceros caules & frequentes aculeos Sonchum arboream Syluestremuè quidã putarunt, nihil lactucæ ſimile habet præterquam lac & ſemen. Folia adeò intybacea ſunt vt Pharmacopœos vbiq; etiamnum ea in pertinacia alat qui hancce pro Syluestri Endiuia agnoſcunt & vſurpant, tum Syrupis, tum Styllatitijs liquoribus. Horum pleriſq; adeoq; etiam Doctis præceptoribus noſtris, vt Rondelletio & Aſſatio maximo ſtyrpium Norbonenſium indagatori, altera lactuca non minus preſertim hic in Anglia frequens quam illa, ſed longe proprius accedens qualibet ſui par te ad lactucam vel ad ſeridis latifolij vulgo Scariolam lactucæ ſimillimam, feruentibus ſolibus Norbonæ locis apricis huius lacteum ſuccum exuberantis & præ copia tranſfluentis dum colligeremus, vix ſoporiferum ferre poteramꝰ odorem qui teter & ingratus vt opij. Caulis bicubitalis, glutinoſus, Flores lactucæ, ſemen aliquantò minus nigricans. Eandem ſeuit in horto Morganus Londinenſis Pharmacopœus peritus, vbi à ſatiua ſpecie diuerſam facile diſcere ac meminiſſe par eſt, ne cultæ quidem foliorum rotundam oram, ac pro ſui magnitudine latam, amplam, nec laciniofam, (qualem vult Theophraſtus & Dioſcorides) Dentis Leonis modo ineſſe, vt Endiuiæ Officinarum præſertim adultæ.



Lactuca Syluestris vera.

LACTVCA SATIVA, Folio Scariolæ.

ET ſatiuæ quidẽ lactucæ notius nihil, cuius varietates complures ſunt nõ ſecus ac Braſſicæ. E Radice fibroſa Endiuiæ caulem, cubitalem & ſeſquicubitalem, rectum alis diuiſum, & lacte pregnantem edit, cui inſunt follia ſeridis ſatiuæ ſimilia. Flores copioſi

pusilli luteolj in pappos abeunt. Semen pusillum album teres compressum Phalaridis læuius, angustius.

LACTVCA CRISPA, non capitata.

Satiuæ varietates.

ELEGANTIÆ studiosi Olitores, in hortis colũt: quamplures huius Lactucæ varietates, nempe Crispam, quæ eadem cum superiore esset, nisi illi essent folia reductiora, contractiora & bullatis, rugis crispata: vnde tota tenerior & olere gratior habetur. Semine alioqui & reliquis partibus, à superiore non differt.

LACTVCA, ROMANA dulcior, nigriore & Scariolæ hortensis folio, semine nigro.

RARIVS hæc in Gallicis & Germaniæ hortis colitur, freqnentissima tamen Italicis, Romanis præsertim, vnde Romana vocata fuit: nec à vulgari distat, nisi quia nigriore folio, nec perinde scabro semine nigro, tenella tota, gustu dulcior, eoq; gratior, aptior ventri mouendo, quam merito putet quis scitè illo Martialis carmine designatam. *Prima tibi dabitur, ventri Lactuca mouendo.*

LACTVCA satiua, sessilis, siue capitata, rugosis crispis Brassicæ folijs.

CAPITATA verò quæ vocatur, propter glomum foliorum conuolutorum, atq; stipatorũ in sese, quasi multæ tunicæ mutuò appressæ, ad æmulationem Brassicæ capitatæ & sessilis vocatæ, quia vixdum à radice exiens foliorũ globo, insideat humi, qua de nota est cuiuis notissima, ac tenerrima: primæ in acetarijs commendationis, albicat. Si quæ sunt preter ea Lactucæ minùs verè dictæ nomine, vt Theophrasti marina, vel lacte, vt Tithymali, suis locis dicentur. Permulta aliâ experiuntur Lactucæ mangonia scitè conuenta veluti & Brassicæ, quibus facies & fruitio, in olere non admodum dispar.

BRASSICÆ.

Caules siue Brassicæ diuersæ.

- *Alba, Sessilis, glomerosa, aut capitata, Lactuca habitu.*
- *Eadem conuoluta & arctè occlusa, apud Belgas, rubro colore, enematib. aptior.*
- *Sabauda, Vulgo Sauoye, patula & minus occlusa, foris virens, intus albicans.*
- *Racemosa, non globosa, vulgo Ital. Cauli fiore, siue florida Pompeiana.*
- *Laciniosa alba, & Rubra Cumana, vulgatior.*
- *Nigra vndantibus, crispis & laciniosis folijs.*
- *Marina multiflora, Syluestris, monospermos.*
- *Caulorapa, brassica peregrina, medio caule turbinata & rapata.*

VOLVIMVS superius Raporum generi comparare & subdere Brassicas, propterea quia mutua sit quædam amicitia & affinitas vtriusuis seminis, vetustioris præsertim, vtramuis plantam generandi, vnde antiqui Græci Raphanum Brassicam, vel hanc Raphanum vocitabant. Attamen commodior occursus, aliarum plantarum fecit, vt huc post Lactucam distulerimus, historiam, Brassicæ quam ἀπὸ τοῦ βορᾶξαι à vorando è Græco dictam

dictâ veriſsimilé eſt. Eſtur namq; tota à plebecula tũ cruda, tum cocta, vel muria ſeruata, etiamnum hodie apud Germanos & Italos: dictam etiam κράμβην quaſi κραμβὴν aut pupillas oculorum lederent, Columellæ hortus & verſiculus ſtatuit. *Nunc veniat quamuis oculis inimica corambe.* Tametſi placuit nonnullis à κόρω κ ἀτρέβη, quia ebrietati aduerſetur : qua quidem viget commendatione apud Germanos, ſi vſpiam alibi. Sed vbiq; notiſsima, quare nullum eſt opere pretium tam vulgarem exactius notis deſignare, ſatis futurum, quòt cultu vel euẽtu alio varios ſubit habitus & varietates, ſummatim perſtringere. Eſt quippe omnis Braſſica caule meduloſo, rugoſo, ſquammatim & geniculatim ſcabro, radice lignoſa, fibroſa, floribus, ſemine & ſiliqua Rapę : folia ortu & aſpectu Lactucę, cuius etiam varietates imitatur.

Cæterum Braſsicam marinam ſiue Soldonèllam, magis vſu & nomine quam re ſimilem, inter volubiles dicemus.

BRASSICA alba Seſsilis glomeroſa, aut capitata Lactuca habitu.

κράμβη

Gall. Chou cabu, blanc.
Ger. Kappiſkraut
Belg. witte ſluytkoolen ꝫ Cabuyſkoolen.
Ang. *Cabbuge.*

NIHIL ſimilius Criſpę capitatæ Lactucæ quam hæc Braſsica : folijs etenim admodum criſpis, denſè inter ſe conuolutis, intus foriſq; albis teneris, interna parte concauis carinatis & quaſi media coſta, exterius verò neruis venoſis, digitum craſſis medijs & ſecundum longitudinem hinc inde curſantibus, aut obliquantibus, cuius in olere apud Italos & Gallos prima commendatio.

Eadem conuoluta & arctè occluſa, apud Belgas, RVBRO colore, enematib. aptior.

HÆc niſi colore, à ſuperiore qui ex purpureo elampelino, in cœruleum languet differt. Vtriuſq; nuſquam maior prouentus & fętura quam apud Belgas viſitur, qui naues onuſtas in vicinas Germaniæ, Angliæ & Hiſpaniæ, regiones deuehunt. Hyeme cibis ſunt gratiores, enematib. valdè accommoda, quare ſæpiſsime miſcent, Germani & Belgæ medici. Vere primo panduntur folia & in caule bicubitali, tricubitali vnciam craſſo erũpunt flores, ſiliquæ & cornicula Rapi ſimilia.

BRASSICA PATVLA, Sabauda vulg. Sauoye, Intus Albidis, foris virentibus folijs.

NEc minus ſpecioſa quam Sabaudam recentiores hodie vocant, à ſeſsili Capitata diſſidet tantum colore. Capitulo patulo, minus clauſo, & floribus albis. Impatiens frigoris admodum, quare in Italia, Sabauda, maritimà plurima, rarior ad Septentrionẽ, vbi reliquæ braſsicæ frequentiſsimé coluntur & eduntur.

BRASSICA florida.

ELEGANTIÆ peregrinæ eſt quæ vocatur florida, aut potius racemoſa, vel botritis : ſunt enim quædam germinula florum, quæ denſiſsimis, muſcoſiſq; albidis, olcæ erumpunt : oblongis racemis è medio quaſi foliorum centro, vbi quaſi vtero, conduntur & fouentur, ſemine Rapæ, guſtu in olere delicatiore.

BRASSICA Vulgaris.

EA quæ vulgatiſsima Braſſica folijs Rapæ laciniofis nec inter ſe implexis eſt: vt plurimum ex albido & pullo albicat.

Eademq; in hortis Rubro colore ex cæſio, crebra viſitur. Cui interdum carneæ coſtæ carinæué dorſi foliorum rubent ſolæ: Interdum ſolæ albæ ſunt, reliqua foliorum tunica purpurante, aut vndante, oris & fimbrijs criſpantibus.

ANGLICA MINIMA BRASSICA.

MEMINIMVS, etiam in Angliæ hortis pugillam braſsicellam, totam niuæam præterquam extremas oras laciniofas fimbriatáſq; plicis criſpantibus, & vndulis rugoſis, purpureis, aſperſas maculis, quas etiam ad corollas & olfactoriola nectenda: dum tenella adhuc eſt in hortis colunt.

REGIONIBVS ad meridiem quibus preſertim oleum abundat, hæc multum familiaris in olere quia ſuauiſsimo guſtu eſt, oleo præſertim vel condita, vel elixa, aqua mixta: folijs eſt quam ſuperiore vulgata, nigrioribus, viridioribus, & rugoſioribus.

Braſsica, MARINA, SYLVESTRIS, multiflora, monoſpermos.



PRÆTER haſce elegantias, fimbriatę, criſpatę, & Floridę, Braſſicę: quæ in Belgio, Francia & Anglia, magna copia feruntur. Eſt etiam perquam pulchra Braſſica Syluestris, Dioſcoridis ſpecie diuerſa, locis oriunda Angliæ maritimis, ad Portlandiam inſulam: ſed quia inculta, neglecta, Hiſpidior tota & predura eſt, cymę ingratiores multò, cibo tolerãda tamẽ. Cuius ſemine iam diu Medicus Anglus hac parte exercitatiſsimus, Turneris nos donarat, eãq; monocaulũ & μονοσπέρμον vocandam, à ſemine ſingulari volebat. Sunt enim in florum pallentium alborum congerie elegãti, denſa & vmbelloſa, multis in ramis ſiliquæ breuiores craſsiuſculæ, quibus ſingulis ſingulum ineſt ſemen, paulo minus Piſô, Soldonellę, aut Orobi ęquale. Folia eadem fermè quę Braſſicę nigrę, ſed craſſiora & lætiore aſpectu, & fimbris vndulatis pliciſq; admodum artificioſis.

CAVLORAPA, BRASSICA peregrina, medio caule turbinata & Rapata.

SVPEREST mirificæ illæ Naturæ luſus recentioribus, Caulorapum vocata, planta peregrina, è Græcis, hortis noſtris inquilina: Rarior Septentrionalibus, vtpote, cœlo rigidiori minime aſſueta. In Italia nobis, Florẽtiæ, Patauij, alijſq; locis viſa, folia illi vulgaris albæ tum aquutæ Braſſicæ, per ambitum latius ſinuata, radicæ lignoſiore caulem effert: non altiorem pede, qua folia oriuntur, quorum exortus ambiunt & inuoluunt: protuberantem bulbi inſtar capitatũ, fungoſa carne Rapum, vnde nomen Caulorapum cõflatum, vti natura ipſa. Quod tuberoſum Rapum, Cauli reliquoc oncolor eſt, & ſapore, medulæ eodem quo caulis.

BETA

BETA, BLITVM, AMARANTHVS.

Beta alba Lactuca & Rumicis folio, flosculis luteolis CICLA *Officinarum Sicula Theophrasti.*
Beta nigrifolia.
Beta rubra siue purpurea, Amaranthi & Blitifolia, radice turbinata.
Beta rubra vulgaris, non turbinata.

Blitum album, folio Betæ, Attriplicis flore.
Nigrifolium rubrum Blitum.
Blitum paruum angustifolium.

Amaranthus purpura satura coccinea.
Amaranthus maior floribus & pannulis caudatis purpureis.
Amaranthus tricolor, vulgo Papagalli.
Amaranthus holosericeis, sanguineis, laniatis, reticulatis floribus, hilariore aspectu.

BETA ALBA. τεῦτλον, ἢ σεῦτλον

Gal. Bete, Iotte, blanche.
Germ. Weissen Mangolt.
Belg. Witte Beete.
An. White Betis.

QVo modo non frustra optent probi primates, in qualibet re publica bene instituta, vt Pharmacopœi sint non modo fidi & industrij, sed etiam simplicium cognitione exercitati, qua sine eorum ars fucus est ant scelus, quando hodie videas eorum peritissimos qui se vocari cupiũt, & quasi medici cui famulãtur Theseos qui quid intersit inter Blitum & Betam, nec legendo in libro aut horto oculis manuuẽ discernere nequeãt. Sed vtrumlibet pro altero accipiunt, proter geminam nempe nominnm & foliorum similitudinẽ, tametsi non parum distent inter se.

Betam etenim a litera Græca β ita sic dictam volunt, & canit Lucius Columella, *seu litera proxima primæ, depromitur folio viridis pede candida Beta.* σεῦτλον etiam opinantur vocatam, quia in proceritatem amplissimumq; ambitum impellantur folia & caulis à radice, presertim albę Betæ, quæ maior, vtilior & vsitatior, cæteris est, vocaturq; Officinis Cicla detorto nomine à Sicula siue Scicilia insula vnde primum nomen habuit. Nullus hortus caret hac, folijs Lactucæ per initia magna similitudine, deinde Rnmicis aut Plantaginis maioris, Caule pedali & sesquipedali striato anguloso alis diuiso in quo flores copiosi ex viridi luteoli & semen nigrum lucidum inuolucro herbaceo Isatidis Syluestris modo occlusum. Radix digitum crassa sesquipalmũ longa fibrosa. Hæc quam reliquę multò nitrosior&mordacior est, muccum elicit naribus sæccus: gustu quia mordacior discerni potest à Blitis, quæ sunt ignauiore, insulso gustu, magis humentes, et Choleram faciunt quemadmodum Cneurbitę, Pepones, quæ dum nequeunt excitare facultatem expultricem cunctando corrumpunt cibum, ipsiq; corrupti vomitiones turbidasq; ventriculi motiones excitant, flatu multo mixto.

NIGRA BETA.

EADEM est & hęc, sed Nigram vocant, à foliorum colore, ex obscuro magis virentium.

RVBRA.

Ang. Redde Betis.
Gall. Bete rouge.
Ger. Roter Mangolt.
Belg. Roode Bette.

AB illis duabus distat hæc radicis effigie, medio sui ventriosa & turbinata, Napi modo, foris intusq; tota rubet, sanguineo cruore suffusa, edendo suauior, nec perinde salsa est folijs, caule, floribus & semine superioribus non dissimilibus. Hæc rarior.

BETA RVBRA *Vulgatior.*

NEc hæc differt ab alba siue Cicla, nisi colore saturo rubente.

BLITVM *Maius album.*

βλῖτον

Gall. Blette.
Ger. Mayer.
Ang. Wilde fine orrage.

Math.454. HIsce natura & figura finitima Bliti ab insulso fatúoue sapore qui in eo percipitur nomen indepti, siquidem βλὰξ inertem, stolidum, stupidumq; signat, & antiqui βλῖτος quos Latini murcidos, stolidos, bardos, fatuos, bliteosq; dixerũt: indeq; Gallis conuicium, *Belittre & Blitre*, in nullius frugis aut ingenij homines: tametsi videtur etiam Latini Betam, pro specie Bliti aut pro Blito ipso accepisse, nisi lepidissimus Martialis non bene norit discrimen illo disticho.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,
O quam sæpe petet vina, piperq; coquus.

MAIORI & vulgatiori radix gracilior est, folia fere Ocimi, aut Atriplicis glabra, cinereo colore, floribus item Atriplicis & semine pusillis Vrticę, compressis pericarpis Betæ incluso in caule trium quaternumuè pedum, inuisa aut contempta Olitoribus, qui eam eruncant extruduntq; è suis hortis.

BLITVM MINVS *album.*

EST etiam hæc minor aliquantò in hortis, caule viridante, multis alis diuiso, angustis folijs triplo, quam Betæ minoribus, rubidis ex nigro floribus, radix multis fibris, semen aggestum vt in Atriplice.

BLITVM RVBRVM.

Mat. effig. 453 NEc diuersa ab illa est Rubrum Blitum, nisi quia intensè rutilant sanguineo Caules, & folia ex rubro liuent: Semine fermè concolori.

BLITVM RVBVM MINVS.

MInor hæc sponte etiam inter olera, sed puriorem & saturiorem fundit cruorem, quo exarantur charactéres, non dispari nitore & rubore, atq; è Brasilio aut Coccinis baccis. Folia etiam X erampelino exuperantissimo commendantur colore.

AMA-

AMARANTHVS Purpureus, saturo Coccineo.

- *Ital.* Fior velluto.
- *Ger.* Samat bluom & dausent schoon.
- *Gal.* Passevelours.
- *Ang.* Flower gentill.
- *Belg.* Frouweelbloemen.

NOmenclatio Amaranthi ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, cunctis cōgruit floribus, qui perennes ac immarcescibiles diutius perstant, quare & Chrysocome, Heranthemo, agerato, alijsq; pertinacis coloris & decoris attributum fuit, cuiusmodi est istud Blitum: perpulchra florum purpura nitidum, nec senis, aut septenis annis vietum, decolorq; futurū, eoq; *Passeuelours* Gallis vocatur. Quod an Theophrasti, Diosanthos, & Phlox, in Adonide herba dictum. *Effig. Math. 1047.*

Vulgatior.

Elegantiæ studio apud Italos, Gallos, Germanos, & Anglos, in hortis multis seruntur, & coluntur, quę non difficile è superiorum effigie percipi possunt. Hæc autem est latis Bliti Solani, aut Ocymo longioribus folijs, per interualla binis, secundum quæ spicæ pannularum oriuntur aspectu blandę, holosericum mollitie, vellere, ac nitore prouocantes, semine nigro, pusillo nitente.

AMARANTHVS MAIOR, floribus pannulis spicatis purpureis.

NEc huic dissimilem, sed floribus superna parte luxuriantibus, multis pannulis spicatis inflexis, se mutuo implicantibus, iucundissimo spectaculo, sed obsoletiore coccina: cuncta reliqua non dissimilia sed maiora, caulis octuum aut denum pedum striatus, & folia maiora multò. *Blitum maius Ma. 452. effig.*

AMARANTHVS tricolor, vulgo Papagalli siue, THEOMBROTVM Persarum apud Plinium.

HVIVS venustas non de flore sed è foliorum triplicis coloris, maculis scitè distinctis, pendetur. Sunt enim Ocymi, aut Bliti, interdum luteo viuido, vel purpureo, nunquam etiam triplici viridi, luteo & sanguineo concolori, Psitacorum alis: quare plebecula Flandra Papagalli vocant. Semē & flores Atriplicis aut Bliti. Hæc omniū rarissima,

AMARANTHVS Holosericeis, sanguineis, taniatis, reticulatis floribus, hilariore aspectu.

SED venustatis eximiæ illa quæ rarior in hortis Italicis, vberem prouentum florum fundit maioribus, in arcum flexis, & quasi se mutuo decussantibus ligularum, vel pannularum, caudis vegeto, & pleno rubro cruentatis, semine plurimo pregnantibus. Magnæ apud mulierculas commendationis non modo voluptatis Coronarię ergô, sed etiam matricis renumq; profluuia sanguinea & vlcera sanie manantia.

ATRIPLICES.

Atriplex.
- *Satiua albida & veluti farina aspersa.*
- *Satiua folio & flore purpurea, luens.*
- *Syluestris sinuata.*
- *Syluestris siue Anserinus pes latifolia laceris lacinijs.*
- *Marina repens lutea & Xerampelina.*
- *Pusilla olida hircina & vuluaria vocata, garum olens & pollune argenteo aspersa.*
- *Tota bona Spinacia facie.*
- *Spinacia.*
- *Atriplex Syluestris, Polygoni, aut Helxines folia.*

Helxine

Helxine Parietaria.
Helxine Cysampelos, inter Volubiles.

Phyllon thelygonum.
Phyllon arrhenogonum.
Mercurialis { *mas, fœmina.* }
Cynocrambe.

Heliotropium { *maius, minus repens.* }
Tornesol, vulgaris Verrucaria, & Tricoccum Heliotropium Pli.

Solanum {
Hortense siue Holeraceum.
Vesicarium, siue Halicacabum.
Vesicarium leguminosum, siue cordatum pisum inter legumina.
Somniferum & Lethale.
Furiosum.
Somniferum Math: Verticillatum.
Arboreum, siue Amomum Italorum,
Maniacum, an Stramonium?
Cacubalum Plinij, quasi maleficum.
Circæa.
Vua Paris.
}

Mandragoras { *mas, fœmina.* }
Melongena siue Melazana.

Hyoscyamus { *albus, luteus. niger.* }

ἀτράφαξις. *ATRIPLEX SATIVA.*

Gall. Arroche.
Ital. *Atriplice.*
Hisp. Armoles.
Ger. zam Molten siue Milten.
Belg. Tame melde.
Ang. Orrage.

NON minus multiplex Atriplicum genus, nec illis adeo dissimile est ortu, facie, sapore, olere, & incrementi celeritate, vnde retinuit nomen è Græcis apud Latinos, ἀλέως ἀνξειν quia suã celerrimé assequatur amplitudinẽ: cuius vnam speciem aut varietatem Chrysolachanon vocarunt Dioscorides tum antiquiores, tum posteriores cui folia quia marcescentia è luteo vel flauó in aureum vergunt, aut x erampelino corruscant. Tametsi hæc aptius congrueret marino, cuius multa facta mentio apud Dioscoridem, quem & eius coæuos scriptores tacitè videtur negligentiæ arcessere Plinius in Chrysolachano flore aureo, folijs oleris tantùm indicato. De Chrysolachano (inquit) non satis dici scio, nec plura reperio. Hodie tamen notissimæ quã plurimæ Atriplicis differentiæ, Syluestris, domestica, maritima. Cunctis tamen quadantenus Bliti folia, ortus, modus, præsertim domesticæ sunt: radix fibris capillata, rectos scapos emittens, proceritate hominis striatos, in imo teretes, superius angulosos, ramulis diuisos, Isatidis folioso semine onustis: postquam lutei flosculi numerosi Æstate & Autumno defluerint, folia sunt latiora ad basim quam Betæ, sed albida atq; farinacea, puluere muscido obducta.

ATRIPLEX SATIVA altera, folio & flore purpurea, liuens.

Huic domesticæ prorsus eadem est ea quæ ex liuido purpurascit, aut rubet, caule & flore, alioqui non vlla sui parte dissimilis.

ARTI-

ATRIPLEX Syluestris sinuata.

Germa. Wild Molten.
Gallis. Arroches sauuages.
Belgis. wilde Melde.
Ang. Wilde orrage.

SYLVESTREM distare specie à domestica, præter cultum frustra tentatum, folia etiã docent, quę nigricant plumbeo colorę Solani (qui cum lubens sociatur in viarum marginibus) ideóque antiquis atrum olus putabatur dicta: vbique locorum circum mœnia & fimeta multa, nota & neglecta syluestris Atriplex: luxuriat foliis minoribus, angustioribus obtusè per ambitum sinuatis vel dentatis, floribus item ex luteo herbidis.

ATRIPLEX Syluest. siue Pes Anserinus latifolia, laceris lacinijs.

Ger. Gensz fusz, & Schweinstodt, & Sewtodt, quòd sues interimat.
Gal. Pied d'Oye.
Ital. Pede di Ocha.
Angl. Goose foote.
Belgis. Ganseu voet.

ANSERINVS pes, vulgò dictus, folio Solani, Atriplicis, & instar pedis Anserini laciniato est: Flore & semine racemoso xerampelino colore, radice fibris capillatá, & citca hortorum & viarum fimeta passim non secus ac Atriplex obuia. Nullius in Officinis vsus; sues intetimere fertur. *Fusch. ico. 375.*

ATRIPLEX MARINA REPENS, lutea, & xerampelina.

MARITIMIS Mediterraneis, & Adriaticis nusquàm nõ obuia humi strata Atriplex, Caule, semine foliis laciniatis Syluestris Atriplicis & Spinaciæ, interdum colore, sed crassioribus, latioribus xerampelino, interdum & luteo, sapore salso nitrosiore.

PVSILLA ATRIPLEX OLIDA Hircina, Vuluaria vocata, garum olens, polline argenteo aspersa.

EST in Nitiobrigum agro, aliísque locis quàm plurimis herbula Atriplici censenda, secus vias frequentissima, tenera, paruula: humi demissa folia cãdore micant quasi polline interspersa. Hanc notissimam fecit odor, & fermè infamem: odoratu námque Hircus teterque spiritus oplet nares, quo imbuti quęruntur permulti se meretricum impuros loculos subodoratos esse: planéque referre odorem illum virosum quem prostitutæ libidinis scorta ex impura colluuie congesta spirant. Inde vulgò futuariam dictitant: atque autumnant, hac illitas vestium muliebrium plicas canes sagire, atque arrecto veretro Veneris æstu actos illas amplexos cupere inire, præsertim in templis vbi tetrius odor spirat, & minus ventis difflatur. Hæc vulgi sunt, tota cibis abdicanda. *Atriplicem caninam quidem dixerunt, qui eã ex vrina Canũ enasci arbitrantur.*

TOTA BONA, Spinaciæ facie, Bonus Henricus.

Germa. Guter Heinrich.
Ang. English Mercury.

SED TOTA BONA petquàm optima, magísque vsu quam vlla peritia recepta, Mercurialis credita fuit iamdiù à plebe muliercularum, aut illis non multo peritioribus Pharmacopœis Anglis, quam adhuc inscitiam magis pertinatia quàm vlla ratione fouent, quia fauit illis euentus. Siquidem est huic plantæ deter- *Fusch. Rumicis tertium genus. Icon. 262.*

deterſoria facultas multò quàm Mercuriali, tutior in morbis feruidis, nec tamen eſt ignauæ in attrahendo facultatis, cibis, verò multò Mercuriali gratior, tametſi pluſculùm flatuum habet, & non ita procùl à Spinacis natura abeſſe videtur.

SPINACIA.

- *Germa.* Spinat ſiue Spinnet.
- *Gallis.* Eſpinars.
- *Italis.* *Spinacci.*
- *Belgis.* Spinagie.
- *Ang.* *Spynache.*

SPINACIA ſiue Spinaceum olus à ſpinoſis ſeminum aculeis dictum Latinis videtur. Foliis eſt primo pullulatu triangularibus & ſagittæ modo cuſpidatis, deinde laciniis & pinnis dentatis Atriplicis longioribus, ſapore Betę, ſemine aculeato, floſculo caduco viridante Blitti, cibo quàm Beta alimentum ſuauius præbet.

ATRIPLEX SYLVESTRIS POLYGONI *aut Helxines folia.*

IN vinetis & agrorum marginibus non raro occurrit anguſtis foliis Lithoſpermi æqualibus Sylueſtris Atriplex, ſpargens humi ramulos ſtriatos, cubitales & ſeſquicubitales, follioſo ſemine Iſatidis, aut Atriplicis hortenſis, & flore moſchoſo onuſtos.

ἑλξίνη HELXINE PARIETARIA, VITRIOLA, *ſiue Perdicium.*

- *Germa.* Tag vnd nacht, maurkraut.
- *Ita.* *Parietaria.*
- *Hiſp.* Yerua del muro.
- *Ang.* *Pellitory of the wall.*
- *Gallis.* Parietoire & parietaire.
- *Belgi.* parietarie & glaſcruyt.

NOTISSIMA de facie natalibus, & hęrente veſtibus, ſemine & foliis, vnde nominis occaſio, Helxine. Nullius enim regiones parietes muſcidi vetuſtioráque rudera hac non ſcatent: quæ etiam ſemel hortis adulta vix exigi poteſt, folium & facies Amaranthi, aut Mercurialis, cauliculis è radice fibroſa rubellis teneris ſucculentis, foliis aſpera hirſutie pilorum, & ſemina Betæ, obuium quemlibet pannum arripiunt. Floſculi muſcoſi herbidi pallentes, multi vſus tota ad enemata, & balnea abſterſioni accommoda, guſtu item vt ſuperficie abſtergente nitroſo bliteo, cui admodum ſimilis. Ciſſampelos vero Helxine in conuoluulis dicetur.

Mathe. effigi. 1118.

PHYLLON θηλυγόνον ſiue Fœminiparum.

TAMETSI diu vexarit exercitatiores illa diſquiſitio nempè foretnè idem Phyllon vtrúmque cum vtráque *Linozoſtide* ſeu Mercuriali herba, tamen cum iamdiù ex ſtirpium cognitione deſcriptionibus collata ſatis liqueat in cognata generis claſſe multúm ipſas inter ſe differre, hîc commodùm omnes vtpotè congeneres ſubdemus. Nec enim aptiori loco poſſunt hę duæ quas damus Phylli ſpecies, imò fermè nullo alio collocari quęunt: adeò námque ſunt ſimili ſtructura & partium partibus habitu reſponſiue vt minus mirum ſit autores ad res conſimiles deſignandas iiſdem ferè vſos comparationibus & vocibus quæ opinionem fecerint recentioribus (nondum repertis plantis,) bis eiuſdem rei inculcatæ mentionis. Atqui ſecùs eſt multò, nec iſtud caput, irreptitium, deprauatúmue eſſe magis videtur, quàm alia multa, quæ non minus negotij propter ambiguitatem faceſſunt. Enimuerò Dioſcorides non plantas quin ſint, qualéſue ſint in dubium reuocat: ſed dumtaxat ambigit num, ſexus optionis compotem quempiam

piam facere potis sit earum vtrâuis, nempè maris aut fœminæ, quod Crateuas prodiderat, & fabulæ affine esse Theophrastus monuerat. Dioscoridis igitur sunt descriptiones non Crateuæ, aut saltem non solius, sed ex alijs Dioscoride mutuante autoribus. Differentia verò conspicua satis, cum vtriúsq; inter se, tum potissimum cum vtrâq; Linozostide, cui folia Ocimi superficie & crenulis in ambitu, habitus & facies Parietariæ vt ferè autor dicit: At Phyllo quod Æleophyllon, oleæ folium nuncupat & itidem florum eruptionis argumento Bryoniam, asperi saxei & aridi cliui & margines sunt plurimum natales, Galliæ Norbonensis Monspelij, secus vias & ad collem squallidum & glareosum suspendij paulóq; vlterius, cis Pontem Castri noui, alijsq; quàm plurimis locis, frequentissimum Phyllon cuius perquàm manifestæ duæ differentiæ, vtriq; Mercuriali apprimè & singillatim obuersæ sunt: nempè maris & fœminæ, quæ folia planè oleæ colore crassitie & figura: Portulacæ marinæ magnitudine, glauca & quàm oleæ vel salicis pallidiora incana numerosa: Caules item rigidos quadratos habet, cubitum altos & concolores in multas diductos Polij modo alas, quas iuxta & folia flores muscosi oliuæq; in modum pusilli palliduli erumpunt, è pedicellis breuioribus gemina prodeunt marsupiola testiculorum ritu & in speciem iuncta bina Cynocrambe aut maris Mercurialis modo, quibus per Augustum & Iulium, dehiscentibus & vt minoris Heliotropij exiliunt semina immatura albida, matura vero Cyaneo nitent colore rotunda, & quâ papaueris maiora, gustu feruida & nonnihil pinguia. Radix lignosa exilis.

PHYLLON θηλύγονον siue Fœminiparum.



PHYLLON Mas seu Arrhenogonum Mariparum.

HVius sæpius frustrà conati sumus semen aut intueri, aut excipere, & mirati sumus racemulos muscosos in pediculis porrectis oblongis, oleæ floribus, iam marcidis & caducis non absimiles pallentes vel potius Mercurialis fœminæ, ex luteo instar nucamenti colurni aut Phyllereæ, nullo conspectu seminis vestigio defluxisse. Cæteròquin eadem planè fœminæ est hæc, nec minus calida acria gustanti folia, aut deglutienti vel tantillùm, tametsi non perindè feruorem primoribus labris, & linguæ atq; gutturi inurit: Quæ omnia indicio sunt nobis haud temerè antiquos hascè varijs nomenclaturis & orationis picturis repræsentasse. Hincq; vires subducendi aluum, quas in Mercuriali nouerant minimè assignasse, nataléfq; longè diuersos, & si quid huc facit, etiam Phyllon semine donatum, fœminificum fecisse. Marem verò seú Marificum semine cassum & orbatum & frugiperdum, non secús atq; oleæ floribus & Mercuriali fœminæ floribus contingit: & tamen contra euenit Mercuriali fœminæ, quippè cui semen nullum aut fluxum, mari verò probè maturum, a Phyllo tamen non parum diuersum inest.

Senensis planta nutanti coniectura, & descriptione mutilla huc adducta an sit *Noli me tangere* Italorum, videndum. Sed quórsum serratum folium, & Mercuriali breuiús asserendo Arrhenogono oleæ folioinesse? Deindè si non noris primum & præcipuum nempè Theliogonum, quî potes asseuerare & dicere: quasi iam non dubitet, plantam ait quam reperi esse legittimum Arrhenogonum. Saltem accurata descriptione & icone patefecisset, sed plerásq; alias vel notissimas alienissimo loco apposuit: vel quæ nusquàm fuere in natura, vel illi nusquam notæ fuerunt, præterquam de comentariorum figura, lectione vel auditione mera.

Phyllon Theoph.

THEOPHRASTI verò Phyllon ob prolem masculam, fœminámq; propagandam, vt idem inquit, sic vocatum videtur Mercurialem propius designare, quam Crateuæ vel Dioscoridis Elcophyllon cum quo propter prolificas illas & mirificas communes vtriq; dotes commune nomen sit sortitum, vt alia passim non parùm multa in authoribus: & aliòquin Ocimi folia, seménq; dydimon, non fœmine vti Phyllo Dioscorides attribuit, etiãq; proximo capite ἀρρενόγονον vocat Satyrion maiusculū Bulbo, min or θηλύγονο. Sed mari vti mercuriali vindicat verum vbi fœminificæ Mercurialis semē καθάπερ ἐλαίας βρύα ὠχρότερος δέ addit, id est, instar Oleæ florentis musci, pallidius tamen esse, & verba & res Eleophyllon Dioscoridis magis accedunt, neq; enim Mercurialis semen ὠχρότερος siue pallidius, sed χλωρότερος seu herbaceum magis & viridans est. Mox masculificij semen oleæ primulū è muscoso flore emergente οἷον περὶ ἐλαίας ὅταν ἄρτι σύνται ἐκ τῶν βρύων iisdem penè verbis quibus hîc seu Crateuas seu Dioscorides designant suum: Eóq; dignior venia Plinius, eúmq; recentiores sequuti, si ex ancipiti & fortè in vuam cōflatam diuersa gemináq; descriptione vnam consarcinarint, & notionem confunderint.

λινόζωσις. *MERCVRIALIS MAS & Fœmina.*

Ital. Mercorella.	*Gal.* Vignoble, seu Mercuriale.
Ang. French Mercury.	*Belg.* Bingelcruyt & Mercurial.
Ger. Bingelkraut.	

Dod. effig. 59. LINOSOSTIDEM seu Parthenium & Mercurij herbam altérutram qui norit ambas cognorit, adeò sunt per omnia similes & duntaxat semine diuersæ, Ocimi & parietariæ folio, plurimis geniculis maiusculis persicaricè, multos teneros holeraceos caules quadratos & alas cingentibus: subnitroso sapore & nonnihil viroso succo multo porraceo purgante & medicato, ad multa perquám vtili vti tota herba vbiuis gentium notissima & vsu maximè recepta, vt pluribus ad cognoscendum nihil sit opus cum id abundè dudùm capite de Phyllo quænam foret & quantum differret sit dictum. Linguagotiæ Monspellij præsertim Pharmacopœi multum vtuntur melle Mercuriato vocato, nempe succi expressi libris tribus incoquunt mellis boni ℔. iß. vel. ℔. ij. ad enemata & muliebria encathismata. Huius loco hic in Anglia vbi non minus frequens, sed tamen non æquè nota superiore seculo vtebantur Tota bona seu bōno Henrico dicto quem etiamnum vulgus Mercurialem appellat & putat errore quidem non paruo, sed ad vsum non magno incommodo, præsertim si ad enemata tantum addatur, minus enim calefacit, lenius lubricat: at olere vel ore, alioué sumpta modo nonnullos multum torsionibus vexat vti dictum inter Atriplices. *Tota bona Anglis Mercurialis*

CYNOCRAMBE, quasi dicas Caninam Brassicam. Mercurialis mas, Syluestris.

Dod. effig. 59. QVÆ passim in Europa tota secus vmbrosas vias & in Syluis vdisuè locis præsertim septentrionalibus & minus calidis copiosissima oritur & vulgò Syluestris Mercurialis vocatur, tantam cum mari tota habet similitudinem, folijs per interualla binis in geniculis indidémq; semine didymo è pediculis lōgis, caulibus quadratis tenellis, vt quin vera sit nulli dubium: rectis tamen binis, ternis & interdum quaternis, non alatis cauliculis prouenit: folia subpallida sunt Mercuriali longiora, sapor, odor, holle raceus & subuirosus. Radix latior humíq; serpens sparsa, tota facies Mercurialem docet: vsus nullus tametsi optimus futurus ad serosos & Melancholicos humores educendos.

HELIOTROPIVM, ἡλιοτρόπιον, officinis Verrucaria scorpioides.


Quam

QVAMVIS permultæ ſint ſtirpes quæ Heliotropiæ,& Helioſcopiæ dici merentur, quia Sole puro colluſtratæ, quaſi illius fruendi auidæ hient: eóque Cœli medium tenente pandantur prorſum, deinde abeunte gyratione quapiam, atque quaſi in eum nutu pronæ & conniuentibus floribus proſequantur; illius abitu & deſiderio ſeſe mo-tantes(quod in Narciſſo Calendula, Tragopogo, Cichoriis & quamplurimis aliis cernere eſt.) Tamen hiſce Dioſcoridis Heliotropiis, id nominis particulatim congruere videtur, quia Solſtitio tantũ florere author eſt Theophraſtus, & obſeruatio. Serius quippe ſponte prodeunt & florent.

HELIOTROPIVM maius, Solanifolio, flore Echij, adunco, caudato ſcorpioidis.

HORVM maius vocatum vbique Lugdunenſis,& Norbonenſis Galliæ, cultis & incultis marginibus aridis obuium, nec non in Italia & Pedemonte. Pedem altos, caules erectos, foliis donatos, Ocimo aut Calamēthi montani, Solani maioribus, albidioribus, hirſutioribus, quibus ſingulis in ſummo elegantes inſunt florum ſeries, faſtigiauè racemoſa, caudicellas inflexás ſcorpionis, aut Echij ſcorpioidis imitatę albidæ, ſeminis plenę miliacei oblongi puſilli virentis, ad tumores ſtumoſos verrucas & vlcera phadagenicą veluti eſt tota planta magni experimenti. Angliæ in hortis & Franciæ. *Matheo. effig. 1300.*

MINVS HELIOTROPIVM repens.



NON facilè reperitur iſtud niſi paucis in locis & ſcrobibus lutulentis, Grammontiæ ſyluæ, Monſpelliacæ inter Pulegios ceruinos ſubter Thamariſcos, & Lunellam inter & D. Egidium: quibuſdam paludoſis ſcorbibus, Surculis multis flexilibus, teneris, gracilioribus reptat: folia rotondiora, triplo minora quam magni Heliotropii, numeroſa & ſimillima floréſque aſsimiles breuioribus multò glomeratiſq; ſed minus reflexis caudicellis nulla ſerie, iam intra, iam ſubter folia pendulis vt in Torneſole, nec per interualla foliorum ſinguli totis ramis alternato ſitu qualem non deſcriptum, ſed male pictum, aut multò à vero diuerſum Commentator habet, radice puſilla ſimplici vſu incognita adhuc, etiamque de facie, niſi amicis quibuſdam Lugdunenſibus,& Antuerpianis, quibus eam eiuſque magnam ſeminis copiam miſimus, non valde diſsimile à maiore Heliotropio, an autē illis ſatum creuerit incertũ habemus. Hic Londini nobis Bruma ſequiente periit & Morgano noſtro.

HELIOTROPIVM Vulgare TORNESOL *Gallorum, ſiue Pliny tricoccon.*

NON modo de vernacula voce Gallorum qui Torneſol hanc vocat, ſed etiam Pliniana lectione qui eandem Tricoccō Heliotropion appellat, cuilibet innoteſcere poteſt huius plantæ figuram, & Hiſtoriam Heliotropiis deberi: tametſi Dioſcoridi videtur præterita, aut cum minore in vnam deſcriptionem contracta. Folia huic faciéſque tota maioris Heliotropij, nigriora viridiora folia Calamenthi montani, aut potius Solani flores lutei exiles, olcæ, facilè defluentes. Semináque tricocca capſula Tithymali aut Chamælææ proxima, ſed ſcabra, ex viridi nigricante affrictáque pannis, aut chartis, virorem viuacem impertiente, qui mox in cœruleum hilarem & purpureum mutatur: magno quæſtu colligunt ruſtici Lunellæ, Maſsillarges aliíque Norbonæ tractibus oliuetorum, vbi plurima maturáque Septembri ſunt, quæ diſtrahunt infectoribus, & Chirurgis nonnullis, huius plantæ vires ad medica præſidia ſupra quā dici poteſt efferentibus,

de quibus nos in selectis remediis dicemus, duce & auspice Christo. Romani agri vinetis etiam familiare, Belgis, Francis, Germanis, & Anglis in hortis. Pannosæ laciniæ, quæ in Officinis nomine Tornesolis veneunt, ad vinum gelatinas & alia medicamenta colotanda, pereleganti purpura huius succo vinóque remisto creduntur imbutæ.

SOLANI GENERA.

STRYCHNON viteum, capreolum, vitem vel acinum, aut tale quidam signat, in Solanorum classe quibus cunctis proprium acinos plures vel pauciores habere, nisi quis malit στρύχνον è Theophrasto suspicari, aut βοτρύχιον in στρύχνον mutatum.

PLVRA quam Dioscoridi reperta hodie genera, verùtamen non Dioscoridis omnia: nullũ enim manicum foliis Erucæ ad Pæderôtæ Acanthi similitudinem & corymbosum, quale est apud eundem vspiam auditione vel inspectione innotuit nobis, nisi sit Stramonium vocatum quod inferius post Somniferum perpendetur.

στρύχνος κηπαῖος, SOLANVM HORTENSE, CIRCEÆ, aut Phaseoli folio.

Germ. Nachtschadt.
Galli. Morelle.
Ital. Solatro.
Belg. Nascape & nachtscade.
Ang. Nightshade, morell, petye morell, howndes berre.

Fusc. ico 395. CÆTERORVM omnium holeraceum dictum hortense vulgatissimum siue Meridianæ, siue Septẽtrionalis gentis viarum & hortorũ, cultis incultis scrobibus marginibus & areis ramulos edit multiplices, lentos, fruticosos, pedẽ & cubitũ longos, foliis latioribus flaccidis succulentis, Basilici vel Atriplicis sylu. nigricantibus, donatos Iunio & Iulio flosculi, albidi, stellati, plusculi prœunt, bacculis succulentis quasi in corymbum Circeę nostræ collectis, initio viridantibus, deinde nigris, fuscis, alias rubris purpureis, alias fuluis rutilis. Pusilla in summo cespite radice albida, fibrosa, sub hyemem moribunda.

στρύχνος ἁλικάκαβος. SOLANVM HALICACABVM Alkekengi.

Germ. Juden docklin & kirsen.
Ang. Wynter cherye.
Belg. Krieké van ouer zee.
Ital. Halicacabo.
Galli. Bagucnaudes, & cerises doutremer.

Fusc. ico. 396. VBIVIS vel pueris notissimum qui etiã in Heluetia, Sabaudia, & Pedemontium secus sœpes & in squalidis dumetis huius vuas lectas mandunt: Augusto & Septembri, etiámque hyeme ineunte septentrionalibus, quibus ideo Hyberna Cerasa Winter Ceris dicuntur: acini qui semine latiusculo, compresso, subfuluo, Leucoii, vel potius Siliquastri prœgnant. Folia item Solani hortensis, aut Phaseoli maiora viridantia in sarmentosis caulibus sesquicubitum altis, flores maiores pallidiores Solani folliculis herbaceis, deinde phœniceis cordato Piso peregrino similibus, quibus acinum singulum inclusum cærasο parem & similem descripsimus: reptrice radice, & restibili sobole sese quotannis reparante, Celeberrimus huius ad calculosos lotiumque ciendum vsus.

SOMNIFERVM, & LÆTHALÆ. An Mandragoras Theophrasti, Belladona Italorum.

Germa. Dolkraut, Seukraut.
Belgis. Groote nascape & Dulcruyt.
Angl. Dwale, greate Morell.

MERI-

MERIDIONALIBVS magna huius paucitas, apud Germanos verò & maximè in Anglia vbique obuio prouentu fruticat: tota Solani facie virgis longis, rectis nigricantibus ternos & quaternos cubitos longis, digitum minimum æquantibus, foliáque gerentibus atra aliquantùm hirsuta, & vtrôuis Solano maiora, nonnihil ad Mandragoram florum calathis fuscis, aspectu mæstis & obsoletis, é quorum singulorum cauo emicat bacca nitida cerasæ, aut potius vuæ Paridis par & concolor. *Fusch. ico. 398.*

Radice non modo annotina sobole rediuiua, sed etiam adeo viuaci & importuna vt semel in hortos ascita, vix exigi deleriuè queat: imo vel tantillo frustillo relicto, aut infosso repullulet. Præsens nex esu hec cerasa, vt multi nostra memoria morte sunt experti, pueri præsertim: namque Angli adolescentuli qui per imprudentiam peregrè sitibundi in via esitassent, lymphatici sed somno semi sepulti interiere. Etiámque Antuerpiæ non multis abhinc annis quidam impuberes, huius æsum morte luebant. Memoranda huius radicis facultas qua nugiuendi Agyrtæ in Italia plebeculæ attonitæ concursum plausum & pecuniam captant: tantillum namque radicis admodùm sitibundis conseruæ Saccharatæ Rosarum, violarum ue cuilibet addunt, atque deglutienda dant citissimo aduersum sitim, etiamsi quis ea propemodùm enectus foret, leuamento & refocillamento, sed nequissimo: stupefactis námque vt reor faucium interioribus neruulis ad æsophagum imum, languet prorsum appetentia præsertim potus & interdum cibi, vnde postea malè habent nisi repentè colluant aceto guttur, & quippiam Absynthites vini, aut Theriacæ deglutiant. Cæterum ridiculum iuxta ac pertinacem commentatorem se præbuit Senensis, qui dono acceptum, nec vel verbulo declaratum Solanum, nedùm probatum studiosis obtrusit, verticillatis floribus, aliísque quámplurimis indiciis, quiduis potiùs quam Solanum exprimentibus, nec viribus aliòquin similibus: idq; (sed Musis botanicis iratis) nostrati vulgato quod apprimè congruere nullus inficias it, prætulit. *Solanum Somniferum. Matheol. Fol. 1071.*

STRAMONIVM PEREGRINVM an SOLANVM *Manicum? sive Poma spinosa Recentiorum, Metel Italorum.*

IAM quamvis putarint Stramonium, vel Strychmonium illud peregrinum ab Strychno deductum & idem esse cum Dioscoridis Solano Manico, ducti nonnulla pilulæ, aut pomi echinati similitudine, tamen non parum differre vel ipsa docent folia, nedùm fructus pilulæuè, (Sunt enim hortensis Solani leuius per ambitum sinnata nonnihil) quæ squamulis spinosis multis compactæ sunt, quadâtenus nucis *Metel* Officinarum, vel nnculæ Cupressi, aut rugosæ gallæ immaturæ similes, sed echinatæ spinulis. Folia autem pilosa & ad Solanum hortensem accedentia, florum calathis volubilis maioris, aut Scammonij albis ex folliculo Hyoscyami, sed odorem suauem lilij halantibus, vnde pilula in caule pedem & sesquipedem alto, hirsuto, non profunda nec magna radice, florentem vidimus plùsquam duodecim abhinc annis in horto Patauino & in Belgio. Verùtamen multa desunt huic ad explendā reliquam deliniationem, nisi sit illa luxata, vt quidam suspicantur, qui in Stramoniæ foliis veternosę quiddam agrestis Lactucę, aut Meconij odorantur, affectúsque non discrepantes experiuntur, verùm ne sic quidem vnquam facient fidem, & multo minùs persuadebunt, qui Christophorianam, tametsi Corrymbaceis floribus & baccis, folio multum dissecto sit, cuius venenata facultas maiorem opinionem huius Solani, quam Stramoniæ facere potuit, vt in Elleboris dicemus. *Fusc. ico. 399.*

STRYCNODENDRON & AMOMVM *Pli: vulgo Italorum putatum.*

Solanum arborescens Belgarum. an Theophrast. Solanum folijs Tithymali, fructu rubro, radice rubra.

PLERIQVE Itali, Galli, Germani, Belgæq;, in viretis aut Adonidis pensilibus hortis voluptatis causa ferunt peregrinam Indicam baccam, ex qua fruticat pumilla trinum & quaternum cubitorũ planta arborea Persici, aut Amygdalæ facie, & fronde, flore per Æstatem & Autumnum, Solani hortensis, & baccis nitidis coccineis, aut miniatis paribus & concoloribus Alkekengi, nec intus gygartis diuersis in Brumam etiam & Ianuarium mensem vsquè aduersus frigoris sæuitiam edurantibus, colorémque tuentibus. Amomum quidam Plinii putarunt: rectius alij Strychnodendrum vocarunt.

Recentiorum planta, Alsines maioris facie baccis Solani,

an Κακύβαλον, *CACVBALVM quasi maleficum Plinij.*

ESYLVOSIS vdis Germaniæ, Flandriæ, & Angliæ, in hortos transmouerunt Herbarij quandam fruticosam plantam, reptantem humi, ortu Rubiæ tenellis ramulis & fractu facilibus. Folijs per interualla geniculata pallentibus, Rubiæ, & Conisæ mediæ quadãtenus. Flosculis albis, Holostij aut Alsines, frũctu nigro, Solani hortẽsis: radices im portuna viuacitate etiam erutę repullulat, non secus ac Solani Somniferi, & nihilo secius mansu interficere dicunt.

CIRCÆA.

Germ. Ie lenger ie lieber & Hynschkraut.
Gall. Solanum lignosum.
Belg. Alfranke.

Lati. Amara dulcis,

ESTNE quam Solanum ligneum vel lignosum vulgò, Herbarum studiosi Lutetiæ, & Monspellij præsertim vocitabant? Videtur sane eadem, nec nulladum cognita nobis, propius accedit. Et vt non esset, tamen merita est huc sufficí, tum ob faciem haud ita disparem, tum propter vires non contemnendas & illi cum Circæa communes: deinde quia notissima, & plurima vbique regionum secus sæpes, viásq; vliginosas luxuriat & Monspellij etiam in ruderibus, macerijs & macillentis, portæ Latensis Solanis ad iungenda fruticat, flagellis multis sarmentosis non prolixo rẽptatu; sed innixu hærẽtibus ternos quaternósque cubitos æquantibus, rotundis, lignosis: folia Solani & vt Similacis, vel Sigilli mariæ, sensim accuminata obscurè virentia, Solani superficie quibus infernè vtrínque appendicula vna quasi auricula vel pinnula inest, acetosæ minoris, aut Saluiæ nobilis modo. Flores quamplures violaceis saturiores Sycomori Venetorũ, aut Asarch daracę, quinq; partitæ appicello in medio luteolo, vnde acinuli conferti primulum virides, deinde maturi hortensis Solani rubri oblongi, & teretes granulis intus miliaceis compressis, ita racematim conditi: qui soli quominus hanc planè audeamus asserere Circęam, dissuadent: tametsi non dicit Dioscorides cornicula, sed veluti in corniculis semina, nos tamen vt cuius exploratam habemus naturam, hanc malumus quam nullam, nec vnius aut alterius notulæ penuria, fortè peruersione, aut metathesi vnius voculæ apud Dioscoridem lubet illicò respuere, dum facultates quadrant. Est quippè nonnihil sicca, moderatè calida, aut potius frigidiuscula, nędum vt feruida sit quod nonnulli rentur, & Diosco. persuasus fuit, fortè propter amarorẽ, & tantillum acrimoniæ. Nam si plusculum amaroris primum gustanti exhibet, non proinde fit calida magis quam Endiuia, Cichoria, Hyeracia, & Rosa: eius quippè quantũ percepimus, calor & acrimonia illicò abennt, persistente dulciculo & imbecillo quopiã sapore mandendo radices & virgulta, sarmentosa, lignosa, medulla albida, amarore ingrato, primũ & diu linguam afficiunt: tandem dulcedine multa Glycirrhizę ingratiore fastidium pariunt, magis, magísque dulcorẽ offundendo, idcirco Germanis vocata Ie lenger ie lieber, Anglicè *Suytbitter*, Latinis Dulciamara. Vnde vires mirificas & penè Circęas coniicias: nam admotam foris inflammationibus, & decoctionibus epotam Solani vires expleuisse scimus: ad internos autem affectus refrigerata calfacit, calfactáque refrigerat, eadem etiam qua Alkekengi siue Halicacabus pollet facultate, moderatè enim citra virium dispen-

dispendium visceriúuè incendium egerit per sudores vrináſq; aquas, atq; obstructiones demolitur quæ sũt Icteridis & Hydropisis præuij & alumnæ, qua item facultate lac mámis suggerere fructus potis est, non secus atq; multa quæ exsiccando serum & defœcando sanguinem illuc vrgent puriores benignioréſq; partes. Sic fœniculum, sic Bryoniæ turiones tenelli cum iisdem duriores & acriores potius lac populentur, & absumant, quod discrimen est inter menses cientia & lac generantia. Eóq; sorbitiones parandas iubet Dioscorides, non iussurus nisi vesca foret. Et Circæam dixetũt nonnulla vt par est cum Mandragora similitudine virium: quippe Circæa Mandragoræ nomen fuit, & forsan vtriúſq; ad amatoria vsus fuit veluti Dioscorides de Mandragora innuit, nempe Phyltro illo frigiditati odoræ coniuncto, cuius ad amorem amicitiáſq; ferruminandas vis mira & adamantea vel magnetica. Hæc interfuit Commentatoris Senensis enucleare, at hîc vbi quid cõmentetur oblitus nobis elapsus est in Plinij perorat lapsum iamdiu notatum & confossum aliorum criticorum obellis, & fortè immeritò, fieri enim potuit vt ita legerit & verterit ex quópiam Botanicorum: nec enim, vt vult Senensis, ex Dioscoride semper necessum aut consuetum fuit illi mutuare, nec verisimilè vt cuius nusquàm mentionem facit, alióqui candidus & multus in ciendis & laudandis suis authoribus, & non raro Dioscorides Galenus plurimùm atq; ex vtróq; Ægineta cæteriq; Græci meri sunt, dumtaxat aliorum recitatores, non secùs atq; Plinius, qui seú ex alio quàm Dioscoride accepit, vel quàm è Dioscoride verterit, seu aliquid peruerterit, ferendus homo Romanus & aulicus non minus quam Dioscorid. qui Saluiam extingere semen, contra quam Aristoteles & antequi in Problemat. prodidit: & alioqui pronus valde est lapsus in virium attributis, quod vulgò quotidiè euenire videmus: sic Cassiam siliquam propter affinitatē nominis, ducere menses putarunt, at sistit, vt si quis Circæam, Mandragoram lac inhibere audiuisset, & idem huic qua de mentio fit Circææ cognomini similitudine deceptus attribuisset. Doctus Plinianus Ecclesiastes sic Plinij verba legebat. Semine lac mouet (vulgati codices minuit) vino aut mulsa aqua pota, sic Dioscorides κατασπᾶν trahere, allicere, vel mouere, extremis námq; tantum non item re differunt, tractio & protrusio. Nos hæc his semel tametsi pluribus qnàm volumus, quò facessant isti maleferiati Aristarchi, adq; rerum commentationem cognitionémq; accuratiorem vires ingenij contendant.

Math. 1282. 100. pro Vite Syl.

Cassia siliqua nõ ducit menses.

SOLANVM TETRAPHYLLVM, siuè HERBA PARIS.
Vua Lupina, Pardalianches putata.

QVIBVS nondũ notæ essent primi Aconiti differẽtiæ non abs re vua Lupina versauè à recẽtioribus dicta, Pardalianche Dioscoridis credita fuit: quaternis nãq; est vtriq; herbula folijs decussatim aut ex aduerso sibi mutuo exortis, summo fermè é caule enatis nigricãtibus rotũdis oblõgis, tenuib⁹: cauli rotũdo gracili, sesquipalmũ alto subest fibrosa varièq; sparsa cespite summo radix, vnico in flore stellato, & ex luteo herbaceo, aciuus Solani Maniaci similis, nec dispar est. Natales amat vmbrosos, frigidiusculos Septētrionales, cuiusmodi Germaniæ propè Basileã, aliiſq; Galliæ, Belgiæ, & Angliæ syluosis Hãc qui Aconitũ coniectabãt venenatã prodiderũt: noxianè sit nondùm certùm habemus, tametsi sæpius collegimus sępisśimè dedimus canibus & agnis nullo percepto incõmodo, quin potius raro & perquàm iucundo spectaculo meminimus fuisse nobis amiciſq; nostris Bathoniæ Heluetiorũ, dum Thermas illic inuiserimus: Etiámq; Lugduni antidotum qualem mox describemus ex hac potisśimùm aliiſq; nonnullis conflatũ. Canum par vinctum loris meminimus, vtríq; vi & bacillo in fauces intimas indita fuit Arsenici & Mercurij sublimati añ. ʒ. ſ. carnibus aditam (neq; enim nisi inuiti vorarunt) é vestigio vtérq; canum ore patulo aerem captabant, spumas elidebãt, anxióq; & crebro conatu sed irrito vomere nitebantur: latratus edebant ore & assultu rabido, ructúq; minaci proximum quémq; inuasuri videbantur. Hora vix exacta cœptus vtérq; frigidior & quietior fieri decubuit moribundus. Tum pulueris huius ʒ. ij. ex Rubello vino infusæ fuerunt in fauces vnius, ac nec tum quidem quicquam euomuit, quin potius aliquantò

Fusch. 48. Math. 1093.

quantò post quúm socius periculi iam enectus esset hic nobis attractantibus visus fuit calescere itáq; cœpit ore reptare, oculos reserare & animum viresq; adeò repentè recipere, vt hilaris & ludibundus aliquot horis post cœnam sub mensa cœperit, planéq; conualuerit, Idem euenit ad Badêses Thermas canibus quibus data fuisset cum Arsenico mixta nux vomica: sed hi vertigine ventrísq; diris cruciatibus acti sese in gyrum indesinenter versabant. Pulueris hæc descriptio.

Rec. { Vtriúsq; Angelicæ (innuit) domesticam, & Syluestrem. Vicetoxici. Valerianæ domesticæ. Polypodij querni. Radicum Altheæ & vrticæ. } ana. drach. iiij.

Corticis Mezerei Germanici. drach. ij.
Granorum Herbæ Paridis. N 24.
Foliorum eiusdem cum toto N. 36.
Ex maceratis in aceto radicibus & siccatis fit omnium puluis.
Herba Paris refrigerat insigniter, ideo arsenici vim reprimit.

μανδραγόρας. MANDRAGORAS MAS.

Ger. Alraun meunlin.
Gall. Mandragore ou Mandegloyre.
Ang. Mandrake.
Belg. Mandragora manneken.

Mat. Ico. 1076 QVIA antra atq; specus vmbrosas vtpote Solis feruidioris impatiens, lubens sectaretur Mandragoras dicta fuit. *Mandre* enim aprica loca quò se recipiunt & stabulantur armenta etiam hodiè Itali è Græco significant, & ad amatoria non parum posse olim credita fuit & vocitata Circæa à Circe inuentrice magica Solis filia Pytagoreis etiam ἀνθρωπόμορφος, quod humanum truncum & artus nonnihil adumbrarent radices implexæ crura bina & clunes quasi disparata ostentantes, quàm ad interpretationem alludit non inscitè Septentrionalis nomenclatio, quæ Mandragoram quasi Man & draghen: virigeram siuè homigeram cônotat. Duum generum hodie Italiæ, Prouinciæ, Norbonæ, & Hispaniæ hortis florem maláq; maturat, semine aut radicibus ex Candia & Cycladibus insulis aduectis. In reliqua Gallia non perindè tameti superiore anno florem pomáq; apprimè matura nobis dederunt Bristoiæ Occiduo Angliæ aprico & tepidiusculo horto, trima aut quadrima non fert, sed iam anicula poma dat aurea odore suaui sopiente Mas, Mespilo paria medulla etiámq; fermè granis latioribus compressis pullis, folia humi strata numerosa Betæ, aut Lactucæ, virêtia, rugosa, crispa Dipsaci olida: flores in gracilibus pediculis Bellidis, (caule námq; vacat) candidicant, vel purpurascunt, Maliinsani non dissimiles.

MANDRAGORAS FOEMINA.

Mat. Ico. 1077 FOEMINAM quasi minorem, vel imbecilliorem sexu, hanc propter pallidius malum atq; altero tanto minus Sorbo pusillo lutescenti par & concolor rotundius, radice minore, duobus tribusuè Empusæ caudiculis crurum ritu humanorum claniculatim comissis & intortis. Folia vt omnia mari minora. Augusto maturant Francis, Angliæ, tametsi multo longius ab æqualore absit Iulio & Iunio meminimus.

MELONGENA, vel Mala insana, exotica.

{Gall. & Belg.} veramgenes } Ger. Melantzan g dollopffel.

Affinita

AFFINIA cum essent Mandragoris hæc cœrulo purpurea poma siuè aliud ab Ætii Malozeno, ex fusco violacea, effigie quanta oui oblongi subit quibusdam recentiorum suspicari esse marem Theophrasti Mandragoram, eóque esu læthalem rati, insana mala vocarunt. Sed apud Theophrastum multa lectionis labes, fortè non distincta stirpium deliniatio, ne dicā farrago omniū congenerū, è quibus hæc eximenda est & Cucumerū familiæ, aut potiùs Mandragoris & Hyoscyamis ascribenda: foliis Cucumeris est asinini hirsutie molliore Solano Somnifero Hyoscyamo albo, vel Mandragoræ proxima in caule hirsuto pedem alto recto, cui medio sursum versùs è pediculo breui appensa flores & mala sunt semine paruo congesto pullo vel fuluescente & fusco. Radix summū cæspitē fibris amplexa colitur, viridariorū voluptati & gulonū auiditati, qui interdum hosce fructus vti Cucumeres in acetariis helluantur, vti Romæ, Genuæ, Neapoli, maiore voluptate quam vtilitate: deterioris enim succo vel quolibet Pepone, aut Cucumere est. *Matheol. effigie 1078.*

ὑοσκύαμος HYOSCYAMVS NIGER, siue Apolinaris herba. ARABIBVS *Altercum.*

- *Germ.* Bilsomen Sewbon.
- *Italis.* Iusquiamo.
- *Galli.* Iusquiame, & Hanebane.
- *Belg.* Billen, & Bilsencrupt.
- *An.* Henebane, Hennequale.

SVILLAM fabam dixere vt cuius esu olfactúque sues prostrati resoluantur: opplet námque cuiuslibet animalis cerebrum viroso, fœtidóque halitu, multò quàm qui è fabis comestis deteriore hominibus, quibus mentem percellit quasi Apollinis œstro, vnde Apolinaris herba dicta & Altercum quia altercando, rixandóque se torqueant Hyoscyamo demētati: tametsi meminimus mulierculam iuuenem cui dentium dolor fotu Hyoscyami sedatus fuisset triduum penè totum lætam & temulentæ, non tamen morosæ, simillimam fuisse. Admodum notæ iam sunt tres Hyoscyami Dioscoridei differentias, quarum familiarissima calidis & frigidis campestribus vbiuis Europœorum niger: per amplis foliis hirsutis verbasci, sed Acanthi laciniosis, pedis Anserini diuisuris flaccidis crassis, succulentis, in ramoso frutescente caule sparso, hirsuto bicubitali, tricubitali numeroso, qui medio sui flores è fusco pallescentes in purpuram cæruleam tristem vergentes (frustra negante Comentatore) calathi similes promit, quibus mense Augusto seminum pullorum Papaueris plenæ pixidulæ succedunt, cytini effigie præsepiolis discepte & supernè, aspere cuspidatæ: radix albicat crassa erutu facilis, & perquàm ad anodina vtilis, minúsque quàm folia fœtens, & obnoxia putredini. *Scitè effig. Matheol. 1084.*

HYOSCYAMVS Albus, mitior, hirsutior.

NON æquè notus albus, ac proindè in hortis Pharmacopœorum colendus. Ei penè eadem facies & magnitudo, nisi frondes latiores, rotūdiores, molliores, & albidiores, & hirsutiores forent. Floribus iuxta folia & in summitate non versiculo, colore albo, languido, alabastriculis minus asperis, etiam semen albius alterius fouentibus: radice minore minúsque viuaci. In Norbonę ad Aurantiam, siue Auraicum & inferius cis trānsq; Rhodani ostia variis satorum & veruactorum secùs vias marginibus spontè adolescit. Belgio, Angliæ, & Franciæ in hortis seritur & moritur quòtannis. Mitior & tutior multo huius vsus. *Matheo. effig. scitè. 1065.*

DVBIVS HYOSCYAMVS luteus Solanifolius.

AMBIGIT hæc inter Hyoscyamum & Solanū furiosum, cuius folia similia sunt, sed huius aliquantò maiora, molliora, albidiora, neutiquàm per ambitum incisa pallentes luteoli flores Saponarię, calices relinqunt: Hyoscyami nigri minores, rotundiores, teneriores, semen subflauum Irionis & pusillum: radice tenella, & quòtannis instauranda in hortis vbi dumtaxat vidimus, neutiquàm vsu recepta, aut explorata: gustu tamen acre semen nec odore, aut calice videtur Hyoscyamum pręferre. *Mathe. effigi. 2066.*

GAL-

GLAVCIVM, & PAPAVERIS species.

Glaucium, siue Poma amoris.
Papaueris corniculati species vna, gemina varietas.
Papaueris capitati species quatuor, varietates septem, nempe
Papauer:
- Satiuum album: semine albo, & flore Maluæ hortensis. / semine albo, & flore fimbriato.
- Satiuum nigrum ex quo Opium & Meconium Officinarum: Flore Maluæ hortensis, aut Pæoniæ. / Flore simili, sed cristato.
- Spontaneum hortense, Syluestre album. / Idem nigrum alterum, flore Phœniceo.
- Rhœas siue Caduco flore puniceo Papauer.
- Papauer spumeum apud Hyssopum.

Argemone Rhœadis prorsum effigie.
Anemone bulbosa radice.
Anemone Norbonensis corniculata.
Anemone minor Coriandrifolia flore Pulsatillæ, capitulis hirsutis, nec vt Papauer corolla donatis.
An Galeni Anemone lutea eadem, sit cum Germanica?
Anemone Math:
Pulsatilla: Alba. / Lutea. / Rubra.
Adonis.

POMA AMORIS, & Pomum aureum Lycopersicum quorumdam, an Glaucium Dioscoridis?

Germ. Golt opffel. / Belg. Gulden appelen. / Gal. Pommes dorées. / An. Gold apel.

PARITER & hæc peregrina duplicis vel ancipitis naturæ habetur, Mandragoræ nempe, Solani & Cornuti Papaueris, inter quæ igitur fuit adducenda, vel etiam quia tū hanc, tum Papauer Cornutum, nonnulli Glauciū putarunt, tametsi si non sit hæc: Glaucium, nequit esse earum vlla quas croceū succum fundere nouimus: non Cornutum Papauer Dioscoride monente, non maius Chelidonium facultate exulceratrice refragrante: Et inter œnanthæ species quæ maxima ex radicibus succum luteum remittens, calore etiam pollet. An vero potius sit quæ Amoris mala Pomáue vocata fert? nè id quidem satis liquet: non enim ex Dioscoride nisi vna, aut altera nota suppetit, foliorum & succi. Ac succus huius quidem valdéquam oportunus incipienti epiphoræ fluxionibúsue oculorum feruidis glaucoma facturis, si per iniria admoneantur, vnde nomen Glaucii: nisi vt Plinio placet, à foliorum superficie æquori & afflatu maritimo concolori dicta fuerit. Non modo enim irruentis humoris insultum compescit, sed etiam calorem moderatur, sæpius periculo à recentioribus facto. Quinetiam erisipelatis, ignibúsque sacris vehementer obluctatur, vnde frigida nimium & penè narcotica putatur etiam ipsa tusa: verùm succus eductus è concrematis surculis enatis in Syriaco solo & feruido, fieri

fieri potest vt tum mitior, tum crassior & colore saturiore euadat: est enim aqueus & dilutus pomi præsertim subflauus cuiusmodi Meloni, & alioqui folia haud ita dissimilia, aut male quadrant: sunt enim prælonga, alata, crassa, & pingua, fractu facilia, colore glauco vel cæsio, incisura serrata, sinuata, & laciniosa Papaueris Rhœadis Corniculati ritu. *Poma aurea.* Teneriuscula vniuersa planta, succulenta & humi reptās, Cucumeris agrestis in modum, cuius similes flores luteos ex alis promit: fructus verò cum maximus Aurantij: magnitudine & modo visitur, torulis radiatim deductis in ambitum quasi sectiunculis à pediculi centro ad apicem porrectis. Color renidet nonnunquam fuluus, interdùm & purpureus, cuiusmodi Charantiæ, vel Alkekengi, cuius etiam semina compressa, flauētia, sunt similia. Italis nonnullis esitantur poma, non secus atq; Melones: sed quem halat vniuersa planta teter spiritus, paruo emolumēto, & parum tuto in cibos venire satis prodit. SED GLAVCIO quo Veneti cæteræq; Italæ Officinæ vtuntur, frustra recensiores assensum præstant: quia inquiūt russescit superficie, flauet intus, amarus, odore ingrato, ferè omnibus notis Dioscoridis respondens: Quasi non in Glaucio nouando, vafro & inexplebili nummi ingenio Hebreorum Syriacorum liceat, quod in non parum multis alijs deprauandis, odores, colores, saporésq; ementiri, vti iam tum Dioscōridis æuo factitatum. *Glaucij Succedaneum.* Potest tamen & hic per bonum vsum præstare, tametsi non sit è Glaucio, non tamen Glaucium erit: Quin si mihi optem tutum & vtile ἀπογευστικὸν initijs fluxionum, malim è Sonchio siue Cicerbita aut Condrillis succum quadantenus virosum, lacteum, subfuluum elicere, & in permixtum admouere, ad ea quæ Dioscorides Glaucio sanat, non minori sed certiori commodo, idem effecturum. Harum enim nonnullæ proximè facie, & viribus Papauer atq; Glaucium representare videntur. *Glaucium Veterum.*

μήκων κερατῖτις. *PAPAVER CORNICVLATVM.*

Ang. Horne poppie.
Hisp. Domidra marina.
Belg. Geel huel & Hornehuel.
Ger. Gelbolmag ende Gehornter Magsamen, Moen & Geel Magsamen.
Gall. Pauot cornu.

NISI monuisset Dioscorides, quosdam deceptos foliorum similitudine ex isto Papauere fieri Glaucium putasse, putassemus & nos è Papauerum genere esse Glaucium, quod Plinius congeuer Rhœadi, siue erratico fecit, eorum fortè persuasus lectione quos Dioscorides hallucinatos dixerat: nascitur (inquit) in afflatu maris, aut nitroso loco, vnde nomen Parallion, etiam alio nomine assumpsit. At Dioscorides inter Papauera, aut post non tacuisset: aut suo capite omisisset. Istius autem Papaueris natales sunt squallida maritima, cuiuslibet orę siue Oceani siue Mediterranei, tum ad calidos Hispanię, Norbonę Prouincię, & Genuæ: tum ad frigidos Angliæ, & Hiberniæ tractus: vbi flores colore iam luteo, iam phęniceo, purpureo legimus sępius. Etenim vulgatius dictum cornutum siliquis Leucoij, aut Chelidonij maioris, seminis nigri Plantaginis plenis Iunio floret. Folij diuisura Papaueris Rhœadis, aut Argemones, crassi, hirsuti, rugosi, crispati, sparso scapo multis alis, glauco, vti tota planta colore, & succo croceo fœtido.

PAPAVER CORNVTVM flore Phœniceo.

Varietas. Ad Frontignanam Norbonæ, & Portlandiam Angliæ, aliáq; in afflatu maritimo loca, flores fert aliquanto minores, colore non luteo pallente, sed phœniceo in purpureum languente, succo, nec alia sui parte dissimili, nisi quia tota delicatior est planta.

μήκων ἥμερος. PAPAVER ALBVM.

Ital. Papauero domestico.
Ang. White garden Poppie.
Gal. Pauot blanc,& Pauot priué.
Belg. Tamen ende witte Huel & Mancop.
Ger. zamer Magsomen.
Hisp. Dormidera.

QVAMVIS hanc Papauerum recensionem concinnius Lactucis annecti potuit, quibus adeò coniuncta est genere, vt apud Galenum κατὰ τόπους quædam Lactuca atra,& amara ob lactis soporiferi copiam μηκωνὶς siue papaueracea vocetur: tamen nec intempestiuè hîc succedet,& nos plerumq; nolentes aufert commodior aliarum occursus,nullibi æquè oportunus postea ad seriem plantarum continuandam futurus, eóq; huc hæc dilata est tractatio Papaueris,Græcis μήκων dicti παρὰ τὴν μὴ κονεῖν quia vincti papauereo sopore sensus,membráq; stupefacta,nequeant quicquam agere: nisi dictum sit eadem qua Cicuta notione: κωνίον enim à vertigine & calligine quam inuehit vtrúmq;,vt de Cicuta liquet, & de succo huius dicebat Andreas apud Pliniū,excæcari protinus oculos,nisi is fuerit adulteratus Alexādriæ.Tritæ admodum cognitionis omne papaueris genus,sed difficilis dignotio ab Anemone,cui similitudine tanta coniungitur Rhœas vt planè eadē iudicio multitudinis sint,nisi sic distingantur. Calidorū,& frigidarū regionū satu in hortis maximus Papaueris prouentus,præsertim aruis maritimis aut afflatu maritimo obnoxijs,quibus impendio oblectatur,vt ad Lio insulam Venetijs vicinā,& Septētrionalibus in Hollandiæ propè Oceanū aggeribus,vbi totæ habitiores lacte plurimo scatent ad Meconium conficiendum: capitáq; ferunt magnitudinis conspicuæ maioris pomi Nymphææ,malnm Granatum non mediocre etiam æquantia,dissepientibus interdum calicem membranulis transuersim se decussantibus,semen copiosum, album,rotūdū,suaue Amigdalæ,aut Melonis sapore ad placentas & medicamēta vtilissimūfarctis. Oleum etiam premunt Officinæ dulce nec Amygdalino absimile, albidius tamē & tabidis commodius: Iunio flores latioribus quaternis plurimum folijs candidis,Malue hortensis aut Rhœadis Papaueris caule vnico: sed alis diuiso insunt,recto, ternum & quaternum cubitorum, quem totum folia ambiunt Scariolæ hortensis,aut Hyoscyami nigri lacinijs tenera,succum lacteum fractu remittētia: qui effusus vna aut altera diecula post flauescit, radice exigua Lactucæ.

Fimbriatum album.

Varietas. SERITVR & hæc eadem & oritur apud Belgas: flore speciosiore,oris cristatis & fimbriatis,capitis etiam quæ operculo inest corolla,radiolis multo argutioribus & dentatim crenato ambitu visitur.

PAPAVER Nigrum Satiuum, flore Malua hortensis aut Pœonia.

SATIVI alteram speciem alunt,nigrumq; à semine vocant nigricante,tutiore in Syrupum de Papauere quam spontanei hortensis semen,quod virosius est. Flores emicant sanguineo saturo Pœoniæ, non diuerso tempore, folia autem & capita tanta sunt similitudine,vt ea nisi effracta nesciant dignoscere Pharmacopœi qui seuerint.

SATIVVM NIGRVM CRISTATVM.

Quam

QVAM in satiuo albo notauimus florum orę cristatę & capitulorum corollę, eadem planè cernere est in nigro satiuo, quod non dissimile colore, aut magnitudine.

varietas

PAPAVER PATVLVM.

INTER superius album & istud rubrum vulgare, etiam quoddam est Officinis notum, quod nulla re discrepat, nisi foraminulis patulis in superna parte capitis, vnde operculo diducto è comissura peripheriæ rimas agente, elabitur semen.

OPIVM,

PAPAVERVM est lachryma liquoróue, gummeus, vulnere aut sponte emanans; quem κατ' ἐξοχὴν ὄπον & ὄπιον antiqui vocarunt viribus ad dolorum immanitatem placandam sommúmq; conciliandum, & stupefaciendum decantatißimis, & verißimis, etiamnum hodie, præsertim apud Turchas, Mauros, & Persas, vbi vsus tam frequens & securus, vt id quasi quoppiā nepenthe ad animi corporísque exhilarandas facultates, largius & sæpius esitent, qui verò assueuerint esui, si prorsum abstineant, moriuntur, aut periclitantur valde: ac rursum si largius esitent, vt factitant fontes quos tædet vitæ, aut manet grauius, supplicium mancipia: extinguntur. Esse verùm & merum istud quod Officinæ ex Syria & Alexandria habent, nec Glaucio addito calidius acriúsue & amarius factum, vt (Commentator somniat) certum est: nam quidam Pharmacopœi Veneti, & alii non pauci alibi, ad Theriaces simplicium delectum exceperunt Opium è satiuo Papauere albo, prorsum idem cum peregrino Asiano, vbi ex albo tum ex nigro satiuo fit: quare eorum Amphiam esse Opium Græcorum, liquido patet, noménque indidem commutatum fuisse vtrúmque perquàm amarum: vehemens odore, acre gustu, & fauces quadâtenus accendens, luminibus obiectum flagrat; etiam deterius & nigrius istud in Officinis nostratibus. Nam illud Venetum, purius & vt Aloe pellucidum, sed glutinosum fuit, lacteum eximiis viribus, acrimonia & amarore, insigni. Quo minus fuit cominiscendum Senensi propter immistum Glaucium, acrius & feruidius Opium esse; etenim Glaucium nullum verum hodie cognoscitur, nec etiam calidum sed frigidum à Dioscoride proditur.

MECONIVM.

MECONIVM verò non modo ex vtróque Nigro & Albo satiuo, sed etiā Lactuce syl: veræ contusis foliis & expresśis, partim habuimus, partim etiam parandum curauimus; facultates comparabuntur & expendentur cum opij viribus, inter lecta remedia nostra.

PAPAVER SPONTANEVM *Hortense Syl: Semine interdum nigro, alias albo.*

PRETEREA sponte in hortis prouenit, quædam species foliis minoribus, floribus dilutè rubentibus, obsoleto aspectu, capitulis triplo minoribus numerosis, semine interdum nigro, alias albo, quandóque hiulcis osculis, quandóque occlusis, cohibentibus semen, quod parum gratum, aut probatum habetur, præsertim nigrum.

μήκων ῥοιάς. RHOEAS, *siue caduco flore puniceo Papauer.*

Germa. Klapper Rosen.
Gallis. Pauot sauuage, consanons, Poncean, & Coquelicot.
Ital. *Papauero.*
Belg. Root Colbloemen quasi Bornbloemme & Bornroosen.
An. *Wild redde poppye and Red weede.*

NIHIL frequentius isto in segetibus, quod vocarunt authore Dioscoride ῥοιάς, à conditione fluxa floris quem parum diù seruat. Folia hirsuta, incisa, altius laciniosa,

Eruce, Ambroſiæ, aut Burſæ paſtoris, ambitu rutilant ex atro cruenlati flores minores, tenuiores, flaccidiores, ſatiuis, nigris, in medio apiculis villoſis, per initia occluſi inuolucro hirſuto herbaceo Cucumeris Aſinini puſilli effigie. Capitula ſunt Pſeudo melanthii magnitudine, ſimilitudine, & ſupernè etiam vertice coronato, ſeminis plena Hyoſcyami, aut Pſeudomelanthij. Caulis aſper cubitalis & ſeſquicubitalis; radice non magna, quæ attrectando quippiam illinit manibus cruenti, aut ſubpurpurei, ad morbos eoſdem proficui quos iuuant Syrupus è floribus, & ſtillaticia, magnæ apud nonnullos Medicos, & Officinas commendationis.

ARGEMONE.

QVIA huius ſuccus argemas & nubeculas oculis diſpelleret Argemone vocata fuit. cui cum ſylueſtri Papauere, & Anemone perquã ſimilis tota facies, folia, color, modus: has tamen vt inuicem diſcerneremus, fecit natura diſsimilitudinem quãdam, & varietatem in ſimilitudine, quæ exercitatis oculis, tametſi notis adductis à Dioſcoride, tum intuitu facilè inoteſcent; tamẽ quoniam potius antiquorum quàm noſtro ſtandum eſt iudicio, nunquam perciperemus planè aut rem, aut eius diſsimilitudinem, niſi verba quæ ſunt rerum indicia intelligamus. At illa videntur hic vno, aut altero loco, aut mãca, aut minimè vera: nã quorſum hîc de Eupatorio cum illis ſpectat collatio, neſciunt docti: proindè ex rationis illatione ſatis liquet non Eupatorium, neuúe Agrimoniam, ſed Argemonem eo loci legendum. *Sic enim ait*, *Anemone, & Rheads capitula ſylueſtris Papaueris, ſed illi ſupernè craſsiuſculum, huic ſubanguſtius*, tum paulo mox, *Anemones κωδίων carere*. Iam ſi codiũ eſt capitulum, aut pixidula qua clauduntur ſemina: (quod DIACODIVM nomen videtur inſinuare) negabit eidẽ adeſſe Capitulum, quod illi paulo ſuperius aſſerebat. Ergo ſic habendum, κεφάλια capitula hîc aliud eſſe quam Codia (quod interdum etiam Theophraſto Fabæ craſsius gibbum indicat) natura magis quam vocum vſu docente: vt in Papauere, vides caule ſummo Capſulam rotundam teretem, cui ſummo ſuperficiei medio erigitur cupulus caliculúſue Punici mali in modũ. Iſtum hîc Dioſcorides codion nuncupat, eóque magis vera quam ſcita diſtinctione eundem Anemone abeſſe indicat, vti inſpectio etiam teſtatur, quæ quemlibet hæc monitũ facilè germanam differentiam docebit. Iſta Intererat accurati & probi interprætis potius extricare, quàm meras aliorum icones congerere, aut Ruellio huius hiſtoriæ parenti bene-merito notas imperitiæ inurere.

Deſcriptio quæ quibuſdã geminis locis extat, non niſi vna eſt: ſed altera plãtã, altera pars vires proſequitur.

Eſſe quãdam Papaueris, Rhœadis ſpeciem, cui ſuccus flaueſcens preſſu extillet in Plantarum diariis, & memoria habemus: an verò radix illi rotunda haud ſuccurrit memoriæ, nec tamen cuilibet ſe prodit intuenti color iſtius Papaueris, quam Argemonem putamus; vti neque in Rhœadis radicibus, quas ſi digitis fregeris, aut Papyro affricueris, non in radice ſed in cute colorem purpureum, vel ſanguineum intueberis: hanc quilibet paulo gnauior, qui multas Rhœadis plantas collegerit facilè animaduertet. Flores verò interdum adeo ſaturi flammeiue coloris ſunt, vt atrorem præferant Adonidis floribus parem.

ANEMONE.

PERSIMILIS Rhœadi Papaueris, Anemone, quàm quia primo cuiq; afflatui venti flores pandat & referet, ſic appellatam volunt. Potuit etiam non inconcinnè à cognati affectu Rhœadis floris perſimilis, cui defluunt folia cito, ſiue flatu, ſiue ſpontè, vnde vulgò dicebant Pulſatille, & Herbã Venti: nam hiare pareréque flantibus ventis per æſtatem, permultis vſu venit herbis. Deinde quotquot Anemones vel cultis, vel neglectis locis legitimas agnoſcimus; oportet perquam ſimiles eſſe floribus, præſertim Rhœadi Papaueris, & Argemone, Dioſcoride monente: alioqui fruſtra ſolito diligentius Dioſcorides haſce interſe collatas diſcreuiſſet, monuiſſétque Anemone ſuccum & calycem deeſſe, dumtaxat Aſparagi pullulationémue cacuminoſam ineſſe. At Rhœadi & Argemone ſuccum tum Codion ſiue calycem ſuum eſſe. quas cunctas differentias, qui in

in Romano agro Norbonenſi voluerint animaduertere, illicò deprehẽdent. Tametſi radices non ſint tuberoſæ harum nonnullis, quæ tamen certiores & notiores multò ſunt illis Ranunculis, & Napellis, quas quidã falſò Anemonas iactant: illo excepto quem Venetijs virentem é Syrio ſemine prognatum euulſimus.

ANEMONE, Bulboſa radice.

FLORES ſunt Papaueris Rhœadis aut Monſpelliacæ Anemone pares, ſed colore ſaturatiore viuidiore qual:s Adonidis, cauliculis multis ſeſquipalmaribus & pedalibus, teneris hirſutis, ſolia Coriandri aut Pulſatillæ, radix tuberculus eſt quãtus Doronici oblongus, aliquammultis fibris capillatus.

NORBONENSIS Anemone maior, corniculata.



NOTISSIMÆ verò apud Norbonenſes duæ, primo intuitu Papaueris Rhœadis florem oſtentant, in cultis præſertim, quarum maior ſolia habet etiam Coriandri diuiſura: ſed Papaueris Rhœadis modo hirſuta, in caule pedali & ſeſquipedali: flores verò ex rubro in purpureum violaceum deficiunt, quos perquàm tenellos Papaueris Rhœadis ritu vel leniſsimus auræ appulſus celeriter aufert, remanente tereti hirſuto longiore corniculo, cornuti Papaueris non diſsimili, ſed minore & graciliore: quaſi natura alludere voluiſſet, iſto deſcripto ad Papaueris cornuti ſeliquas, & altero ad Argemonæ glomerata capitula, in acutum faſtigiata non operculo munita, vt Papauera omnia ſunt.

MINOR ANEMONE, CORIANDRI folia, flore Pulſatille capitulis hirſutis, nec vt Papauer corolla donatis.



MINOR autem delicatiore caule non diſsimili, minutiore ſolio & diuiſura quam Coriandri, valdè quàm hirſutis, & ſatis rigidis, hirſuta capitula, flore eleganti relinquente multò minora quadantenus ſimilia Rhœadis Papaueris, ſemine nigro Hyoſcyami, radice puſilla ſuperiori haud diſpari, quibus ſi tubercu lum adeſſet, nullæ notæ deeſſent: ac ſi non ſint Anemones, ſanè vix ſint vllæ propriores aut illis, aut Argemonæ, aut nouæ putandæ ſint, vel ſuſpicandam capite de Anemone duo genera deſcripſiſſe Dioſcoridem. Quorum vnum radice ſit tuberoſa, alteram non diſsimili Rhœadi, quod videntur inuere verba initiò, deinde confirmare, vbi diſcrimen ponit Papaueris, Argemonæ & Anemone, huius tuberculi nulla interim facta mentione, cum tamen maximè oportuit: quare fortè idem illi contigit, quod Drabæ radici, quæ alicubi tuberoſa, aliubi plana & æquabilis viſitur. Idcirco

à Monspeliaceis Medicis veræ putantur, frequentésq; inibi oriuntur in vinetis ac veruactis, præsertim iuxta prædium Præceptoris & harum seduli vestigatoris D. Assatij, qui cum alijs multis opinabatur illam Germanicam & recentiorem Anemonem, stellatis luteis Ranunculi floribus & semine, radice multis bulbilis tuberosis Bulbocastani donatam, speciem esse Bulbosam Batrachij: nam tametsi eiusdem flores interdum albidi aut purpurei sint, tamen nihil fermè habet tota quòd quadantenus præferat Papauer Rhœas: sunt enim folia Getacij columbini aut Ranunculi, cuius vrentem facultatem itidem habet: qua propter illuc nos referēdum duxissemus, nisi à Galeno memorata Anemone luteo flore nos suspensos sententiæ de hac planta magis quàm certos retinuisset.

An. Gal. Anemo Lutea lib. 2. κατὰ τόπυς eadem sit Germanica.

ANEMONES Mathioli.

M. icones. 617. 618. 619.

PORRO cōplures Anemones vt non necessarias, ita patum notis & locis expressas adducit Mathiolus, quarū partem nunquam vidimus, partem verò bis inculcatā putamus, nempe hîc & in Ranunculis; quas tamē vltimas ponit, veriores intermedijs coniectamur, potius quam asserimus: quia ex illo profuso magis quám profuturo picturarum apparatu, nullò aut perparca verborum explicatione, locorū designatione, & stirpiū distinctione subnixo, nihil penè certi capere valemus. Vtinam tantus Herbariorum dictator, potius posuisset operam nostro desiderio discendi explēdo, quam Ruellio, Fuschio, Brasauola, Manardo aliisq; viris meritissimis carpendis cum alibi crebrò & falsò tum hîc in Pulsatille & Venti herba quæ apud vulgus complures herbas denotat, Othonnæ pannosa arrosa folia, Solidaginem minorem, Pulsatillem, & alias.

PVLSATILLA, an Syluestris Anemone.

HVIVS comosi & tremuli seminum pappi quia huc atq; illuc vel leuissimo quóq; flatu pultaretur, Pulsatillam barbari vocitarunt, Anemonemq; coniectantes & vertentes Vēti herbam plerīq; dixerunt: & sanè meritò non multum visa fuit abesse à Syluestri quibusdam doctissimis. Quippè folijs est Anemones tuberosæ, Bulbocastani aut Coriandri, rigidioribus, hirsutioribus, nigricantibus, crassioribus, durioribus, caulem palmarem & sesquipalmatem hirsutum Geranij amplexis, in quibus flores Papaueris Rhœadis aut potius Anemones, quinis & senis folijs purpuro cæruleis, è medio quorum exerūtur apiculi staminàue lutea Aquilegiæ aut herbæ Trinitatis siue trifolij Hepatici, à quorum delapsū se prodit cæsaries villosa, cirris crebribus, & cincinis calamistratis pennas delicatiores sericeas pulli coloris implexas, aut carminatum bombacis pensum referentibus, cuiusmodi in Caryophyllata, Scotino, & spongia Bedeguari: quibus conditur semen exiguum Asclepiadis: Radice digitum crassa non admodum acri nec feruida. Quare inuerecunda ratione incusat Fuschium erroris Commentator, hancq; recusat quia cum primùm erumpit, emittat hirsuta folia laciniata, quæ acrimonia sint Ranunculi aut Flammulæ: inferius tamen paulò, dulcem saporem radicis idem Senensis agnoscit, non acrem cuiusmodi in caule & folijs: At Dioscorides vult vtramq; Anemonem acrem & acriorem illam cui folia nigra sunt, qualia sunt huius Pulsatillæ, quæ crustas emarginat admotis folijs, quemadmodum de Anemone dicit Dioscorides, qui intro sumenda folia ptisana elixat, quò deponant acrimoniam: ipsa verò radice vt puta mitiore cruda mansa, pituitā extrahit. Flore albidam, pallentem, Mendini montes, & Auerniæ, dant. Pedemontiū Taurinenses, interdum luteam ferunt: ex Alepo Syriæ rubram etiam habuimus. Non procul Basilea in Heluetia meminimus frequentem hanc cæruleam & purpuream, qua propter qui Risus Apium Dioscoridis hanc autumant, risum potius quam responsum merentur.

Mathe. ico. 620.

RECENTIORVM ADONIS, aut ADONIVM Poetarum, species Anemone, non Eranthemi.

Belgis

Belgis. Brunettekens.

CERTIVS etiam augurarentur, si eximiæ pulchritudinis florem istum vulgò Adonidis vocatum, vel Adonium qui etiam inter segetes paſsim in Gallia, Germania, & Anglia reperitur, & in hortis coronaria habetur, ad Anemonas retulissent: Etenim Eranthemum cur non sit, diximus inibi, cur autem Anemone sit, & eadem cum Poetarum Adonide videatur, faciunt flores punicei Anemones Galenicæ aut Germanicæ, intenso cruore saturati & aliquántùm nigricando lucidi. Folia, caulis, ramuli, & radices Cotulæ, aut Anemone Monspelliacæ: semen in pusillis oblongis racemosis, Ranunculi longioribus fastigiolis, Asparagi primum pullulantis, vt signanter monuit Dioscorides in Anemone: tota gustu subacri, vnde Monspellienses eruditi pleriq; in Anemones potius quám Eranthemum ducendam voluerunt. Sententiæ quorum fauent etiam è Nicandrj Theriaco cõiecturæ, vt qui hanc Adonidis cruore genitum, Anemonem vocent, & Ouidius itidem *Effig. Math. 906.* *Eranthemum Dod. Fol. 140.*

Cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent;
Nimia leuitate caducum,
Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, venti.

Vbi vides Anemonem, & vulgi nomenclaturam, herbam venti adumbratam.

LAPATHI, siue RVMICVM genera.

CVM Paulo superius Lapatij differentias cunctas Atriplicibus & Betis, inserere consiliũ fuisset: Nec tamẽ id aptè fieri potuißet, quod nunc poßumus proxime eas hic adiungemus: Deinde vt quæq́ sese offerent simillima, ita proxima serie ad hunc modum erunt collocanda.

LAPATHVM.
- *Oxylapathum pratense, & Paludosum folio acutè mucronato.*
- *Pratense alterum obtusiore folio.*
- *Lapathiolum, siue paruum fontium.*
- *Hydrolapathum magnum.*
- *Hippolapathum hortense,* Patientia *vulgi, & Rhabarbarum Monachorum.*
- *Hippolapathum rotundi folium, Pseudo Rha Recentiorum.*
- *Alterum Rha spurium acutifolium,*
- *Rha* { *Ponticum,* / *Barbarum.* }
- *Lapathum sanguineum, siue Sanguis Draconis Recentiorum.*
- *Lapathum Oxalida, siue Oxalis.*
- *Oxalis Gallica rotundiore folio.*
- *Oxalis minima.*

Bistorta. { *Maior* / *Minor* / *Minima* } *Draguntia Plinij quorundam, an Britannica?*

Rha capitatum Centaurij maioris facie, Enulæ folio.
Pulmonaria maculosis Betæ folijs, an Britannica?
Britannica altera Gesneri.
Herba Doria.
Virga Aurea.
Solidago Saracenica.
Tripolium.
Limonium vtrumq́;.
Pyrola.
Sanicula altera Primula veris.
Cochlearia cum Frisia & Anglia.
Alisma siue Damasonium quæ Plantago aquatica.
Sagittaria.
Alisma recentiorum, & H. Morgani.
Calceolus Mariæ.
Ophris, siue Bifolium.
Vnifolium.

Plantago. { Maior leuis. / Maior pillosa. / Quinq́ neruia. / Rosea. / marina. }

Potamogeton.
Folium Indum Diosc.
Folium Malabatri.
Tembul.
Betre.

Gentiana. { Maior. / Minor Crutiata. / Gentianellæ tres. }

Nardum { Celticum. / Celticum alterum. }

Nardum montanum cum valeriana.

Elleborus albus. { Flore racemoso albo, / & rubro. }

Elleborine alba.
Saponaria.
Persicaria mitis.
Persicaria Hydropiper.
Capsicum siue Piper indicum maius, / minus. }
Balsamine fœmina.
Costus hortensis, vulgo Cocq & Baume, Tragi Alisma.
Noli me tangere recentiorum.
Lepidium Æginetæ, siue Raphanus syl. vulgi Gallorum, & Belgarum.
Raphanus magnus Rusticanus.
Bolbonac siue Raphanus agrestis recentiorum, non est Diosc. Armoracia.
Viola matronalis.
Viola Mariana an Medium antiquorum?
Trachelion flore. { ceruleo, / albo. } maius & minus.
Campanula hortensis, Phyteuma Mathioli falsò.
Pes Locusta Auicennæ, siue Rapunculus minor.
Rapuntium maius, Alopecori comoso flore.

LAPATHIVM ACVTVM.

QVOD Latini aluũ mollire, lenire, exinanire, id λαπάττειν Græci dicunt: vnde Lapathum & ἀλάπαθα, vt quidam legebant, vocatæ fuerunt. Herbæ notisſimæ & lubricandi vi donatæ holeraceæ, cuius permultæ ſunt differentiæ, cunctæ vbiuis abundè prouenientes: vt eſt ea quam adhuc hodie LAPATHIVM ACVTVM ſiue acutifolium vocant. Pratis nuſquam deſit, foliis Acetoſæ nigrioribus, Betę longioribus, anguſtioribus in caule cubitum & ſeſquicubitum alto, rotundo, profundè ſtriato, purpuraſcente, alis pluribus donato, quibus flores muſcoſi, & ſemen triquetrum in folliculis Atriplicis, vel Acetoſæ concoloribus paribus non diſsimilibus. Radix ſubeſt pedem longa, vnciam craſſa, flaua vel fulua, foris ad lotiones, fotus & linimenta, etiámque, intrò in decoctis vſurpari Officinis ſolita, totius nomine Lapathũ acuti, non reiectis ramulis vel foliis.

LAPATHVM FOLIO RETVSO, *non acuto.*

NON diuerſi generis, Officinæ vocant non acutum, quoddam Lapathium foliis ſupernè retuſis, breuioribus, rotundioribus, iiſdem locis circa rudera & areas æquè familiare, ac ſemine, caule, flore, & radice à ſuperiore vix diſcernendum: vſu minus receptum, propter ſuperius acutum vocatum.

HYDROLAPATHVM MAGNVM *ſiue aquaticum.*

QVIA frequens in aquis, nec alibi ſponte exiret Hydrolapathũ vocarunt iſtud, etiam tota facie Hippolapathum ſatiuum referens: folio nigriore, non diſpari, vti neque caule & ſemine; radice dumtaxat breuiore, fibroſiore, foris nigriore, intus vero rubriore, eóque ad Behen Rubrum ementiendum aptiore; Hanc enim quidem Antuerpiani, & Galli audaculi Seplaſiarii ad Medicos vſus ſufficiebant, Behen rubro, cuius facultates & notas non minus adumbrat quam Limonium.

PVSILLVM FONTILAPATHVM, *& lapatholum vocatum tenellum.*

ISTI etiam aquæ ſunt natales, ſed non niſi lympidæ & fontanæ, trans quas è fundo exerit cauliculos teneriuſculos, flaccidos, graciles, non abſquè hinc inde filamentis, vt cæteræ aquaticæ, ſtipantibus & pendulis: folia ſunt item admodum tenuia & molicella, nec tamen aquæ innatantia ritu Potamogetonis, ſed erecta viridantia ex atro Lãceolæ, anguſtiora multò quam Potamogetonis, quæ miſcenda colligebant ſedulò, quidam Pharmacopœi Norbonenſes, præſertim Namauſi (vbi hæc, nec temere alibi, reperitur) ad vnguenti Martiati nominum & rerum farraginem confuſiſsimam: tuebantúrque ſempèr idem non aliud generis Lapathii miſcendum eſſe illi vnguento.

SATIVVM Hippolapathum latifolium vulgi, & Rhabarbarum Monachorum.

ADEO familiaris notitæ iſtud eſt, vt in medicamentis familias ad emolliendum ventrem & olere ad veſcendum habeant pleríque horti; alioqui rarò ſponte prouenit. Folia ſunt Hydrolapatho paria, vel latiora, minus acuta, & rigida, in caule triũ, aut quatuor cubitorum, radice adultiore, flauiore & guſtu atque facultate deiectoria Rhabarbarum imitante, idcirco Rheum Barbarum Monachorum, apud quos coleretur & cum vulgo Rhabarbarum putaretur, propter commodum conſimile flauam bilem, & feroſos humores educendos nequaquàm aſpernendum dictum fuit; tametſi & aliud mox hic ſubdendũ etiam Monachorum ſit vocatum Rha.

HIP-

HIPPOLAPATHVM ROTVNDIFOLIVM, PSEVDORHA recentiorum.

PAVCI, & diligentiores Herbarii vt Antuerpienses Pharmacopœi istud colunt, & agnoscunt, quasi multò cognatius vero Rheo Barbaro, quia folio sit rotundiore, & superno ambitu retusiore, propioréque ad Personatam, aut Petasitem, quibus fermè magnitudine æquiparatur, nec tamen maiore, aut ita diuersa radice Hippolapatho, vsúue, aut natura dissimili.

RHA CAPITATVM Centaurij maioris facie, Enulæ folio.

MVLTIS etiam abhinc annis aliud Rha ex semine Turcico habuerunt nonnulli, in hortis Galliæ & Flandriæ, quod magno studio cultum, non parum diui inibi perennauit; foliis etiam Bardanæ, sed non perinde latis, longioribus, Enulæ, vel Phlomi, ambitu serratis, & fimbriatis, læua & aduersa superficie virentibus, auersa autem glauca lanugine pullis, caulem rectum sesquipedem & cubitum amplexis, capite fastigiatum, foris squamulis loricato, ac per maturitatem stamine purpureo pleno, cuiusmodi in Cynaris, Carduis purpureis: semine dum circa Iunium & Iuliũ maturuit; Cẽtaurii maioris, vel Carthami longiore: Radix etiam fungosior, maior, & Rhabarbaro similior quàm Centaureo.

PONTICVM RHA Antiquorum.

RHA è Ponti flumine cognomine Rha, RHAVED Seni è Chinarum India seu Rhabarbarum Cholagogon.

APVD Arabes & recẽtiores, duplex radix peregrina nomine Rha designatur; sed quia cuiúsnam vtráuis, stirpis sit, hactenus doctis ignoratur, & numnam eiusdem ambæ sint plantæ ambigitur, paucis & perspicuis resectis turbulentis argutationum aceruis, & authoritatibus; lis ex rerum inspectione & accurata collatione dirimenda. Qui sæpius manibus & ore versarit radices hásce quinque nimirum Rhapontici, Rhauedseni, Centaurei maioris vtriúsq;, & Hippolapathi Monastici, facilè percipiet omnes pariter & vnam quamlibet interse, tum similes esse, tum etiam non parum discrepare. Quod si harum tres istæ indigenæ, nobis tam parum notæ forent, ac illæ duæ peregrinæ sunt, Pontici & Barbarici Rha, facilè quis læuiuscula coniectura addita adduci posset, vt Centaurium Rha Ponticum crederet, atque Hippolapathum Rhabarbaro idem, aut congener faceret. Nunc cum hæc diuersa esse satis constet, nullus nisi apprimè veris argumentis fretus, asserere debet, Rhaponticum idem esse Barbaro Rha. Est enim illud non modo molestum tyroni lectori, sed etiam impedimentum ad simplicium percipiendas qualitates notas, varietates, differentias, & vsum; quin cauillis & ad ostentationem concinnatis sophismatis contrariæ, fermè naturæ res eædem esse probantur. Quippe si quis istud Rha Dioscorideum, nunc postremo cognitum gustu exploret, primùm pauculum amarorem, vehementem astrictionem, glutinosium viscidúmue quippiam adiunctum, acrimoniæ expers, inodorũ, leue, mansu; nõ cuiusmodi Rhabarbarari Croceũ deprehẽdet sed croceorũ, tramitum, colorem, atriorem tamen & ferruginem aceto dilutam ostendentem, fractu facilè, adeo vt minutim etiam non attritu in frustula diuellatur; intus neútiquam RHABARBARI colore, sed textura & fibris tenuissimis, longè quam Rhabarbari delicatioribus, à centro inambitum radiatis, colore cinericio pulloue, venulis trãsuersis pallei coloris. Crassitudo radicis maximæ nobis visę quãta Cẽtaurei maioris; mediocres pollicẽ æquant: recens laxioris selutioris; substantiæ magis quã Rhabarbarum, etiam vetustate cariosum & minus graue. Longè aliud est ab illo quod Mathio. innuit; Anguillaræ Appoliníſq; monitu, nam merito hi cõiectabant; vti res erat, suam illam radicem esse tantũ præcocẽ & præcisam à iuuencula Rhabarbari planta: etenim anno ferme 1561, miserãt copiam istius in Italiã, & Rhabarbarai Pontici nomine donarant: flaua erat grauis & gracilis radix, sed vetustior, & teredenibus exesa, leuior, pallidior, magni tamẽ tunc habebatur, quia in Math. cõmentariis celebrabatur, etiáq; vt afferebãt nõnulli purgabat, plusculũ sumpta, vt videre meminimus Flotẽtiæ in Nosontrophi officina; & etiam

Rhabarbari & Rhapontici discrimen.

etiā Venetijs plerisq; locis alijs. Quo verò anno 1564. Math. in Bohemia, eius verò commētaria prælijs Valgrisianis Venetijs hærebāt Sequinus Martinello doctus & perquā in hac Palæstra versatus, istum alterum postremum fratri Alberto ad Angeli symbolū misit: quod Medici Veneti nulla nota reclamante Theriacis addiderunt, & ad cæteros affectus in vsum deduxerunt: præsertim Lugduni in Gallia, Medicus singularis Dalescampius: neútiquam purgabat, sed astringebat & duntaxat præstabat ea quæ de eodem prodiderant antiqui. Sic & Pharmacopœi nonnulli, vt Valerandus Donrez insulanus valde ingeniosus, huius non semel fecit, & vidit periculum factum. Cæterùm parum solidis pedicis fulcit Anguillara spuriam illam Ponticam radicem, quam si quis huic nostræ vellet aptare, longé magis aberraret: hanc etiam cum magna copia recentem habuerimus (pendebant tamen & in singulas vncias ducatum ad Theriacæ compositionem Pharmacopœi) semper leuiusculam corticibus crasßioribus, & absolutis, vti supra dictum obseruauimus: cum potius debuit grauior esse recens quàm adulta, aut arida, contra quàm Anguillara putat Raued istud purgans. Frustra & ridicule facessunt negotium, dum quibus ex orbis regionib. aut emporijs Venetias aduehatur anxié anquirūt: nam alijs nauigationibus ex Iudijs Orientalibus, ad Septentriones a cœli volucribus & Neptunis Hispanis Vlisiponem indeq; Antuerpiam deuehitur: venumq; exponitur dimidio fermè minoris quam Venetijs. Magnus Mathiolus magna prosequitur veneratione, Apollinem istum Iambicum, qui æquo animo ferat illius falsa & asperiuscula monita, nec conuicium in illum regerat, quæ tamen nec lacessitus in alios doctißimos solitus est congerere: verū prudenter & catè sic factum vt siluerit: & vt puto ne istam Mathioli laternam lustraret, aut vasta commentaria suis illis radijs Iambicis conficeret, & vreret.

LAPATHUM *sanguineum.*

Belg. Draken bloet, aut sanguis Draconis vulg.
Gall. Sang de Dragon.

SEPTENTRIONIS hortis sponte hæc etiam oritur, rariùs in calidis plagis, quam quispiam putasset Limonium, cùm quia Blitea illi sint folia, tum etiam quod neruulis, & venis crebribus sanguineis eadem sint intertexta: qualia quidam in Limonio desiderant, cum apud Dioscoridem νευροειδὲς nuncupatum legunt, id est, nerueam, aut neruis donatam: verum è Lapathorum est hæc genere, quod habitu toto ipso præfert, tametsi nitrosiore gustu, & Bliteo folio & facie, vel Lapathij acuti angustiore, longiore, numeroso sanguineis, purpureis, saturatis extantibus neruulis, aut venis cruore plenis, quoquouersum sparsis, & labyrintheis ductibus, folij fuscum virorem maculantibus. Reliquáq; omnia sunt prorsum Lapathij acuti, aluumq; cient iusculo, aut expresso succo sanguineo totius plantę, quam idcirco Draken bloet Germani vocant.

OXALIS, *siuè* LAPATHUM OXALIDA, *Acetosa offi.*

Gall. Ouseille.	*Ang.* *Sorrell.*
Ger. Saurampher.	*Ital.* Acetosa.
Belg. Surkele.	

OXALIDES tametsi non perinde nisi nomine expresse fuerint à Dioscoride, tamen quin fuerint Lapathi quartum genus constitutæ nulli dubium: nam quod cuipiam minus placere posset, semen ὀξυμὺς inibi dici, sic accipiendum, vt vulgò interdum loquitur, acidum siue *aigre* cum acri confundens: alioqui cur illi notißimum, vt semper fuit vel mulierculis, non putemus? & Oxys seu Oxalidis vox, non modo foliū, sed etiam saporē connotat, qui acutus ab acie cultrorum proportione & similitudine dicitur, Oxis siuè acutus, quibus etiam Lapathum vocatur Oxalis, vt sane est: folijs quippè acuti Lapathij tenuioribus, delicatioribus, & magis holeraceis, ima basi latioribus, lunatis & pinnatis Spinaciam, & Atriplicem referentibus: caulem multùm striatum, rubellum, succulentum *Effig. Dod. 383*

am-

ambientibus admodum acidis: radice ex Crocco flauet fibrosa, semen angulosum acutum, in folliculis Lapathijs cæteris non dissimilibus. Vbiq; pratis & hortis quòlibet anni tempore viget, suppetit Officinis & culinis ad embamata.

Oxalis TENVIFOLIA, *sinuata Veruecina.*
{*Belg.* Schaeps suerkel.
{*Gall.* Surelle, ou Oseille de brebis.

PERSIMILI huic, & tanto luxu sabulosis Brabantiæ, Picardiæ, Nortmaniæ, & Angliæ importuna, vt segetes enecet, vires aut incrementum præpediat, fusco purpureo seminum caulium, & foliorum colore solum ipsum operiens. Gustu etiam acida pecori non ingrata, eóq; fortè vocata Belgis Schaep Suerkel, id est, Acetosa veruecina. Minor tota & gracilior, palmum & sesquipalmum alta: radice exili & tenella, plurima etiam in collibus quibúsuis squallidis & macilentis.

Satiua FRANCA, *rotundifolia repens.*

GRATISSIMA & tenerrima in holere hæc in Fràcia Lutetiam, & Aureliam circum: tam hortis ad intinctus ciborum & medicamenta, quàm superiores duæ reliquis regionibus frequens: ac ideò Romana vocata, quia cunctis præferretur, gustu & aciditate delicatiore. Quámuis & in montibus GalloProuinciæ glareosis multa scateat, ferpatq; flexis pediculis & cauliculis pedalibus & sesquipedalibus, in quibus folia circinata supernè, pusilla carnosa Soldanellæ, sed reductis, ad imum sinuatis lateribus, aliquantùm pinnatis: semine & flore pusillis non diuersis à superiore Oxalide.

Pliniana Oxis inter trifolia dicatur.

Triplex BISTORTA, *quarum vna quauis asseritur* BRITANNICA.

PRIMVM intuenti vtrámuis Bistortam, videntur illæ è Rumicum syluestrium familia, quare & de Dioscoridis foliorumq; comparatione Britannica iudicata fuit. Sed maioris multò commendationis antiquorum Pliniíq; elogio Britannica olim fuit, quam hodie sit exploratæ notitiæ. Factum quippè videtur negligentiuscula recensione, fortè & vna immutata vocula, aut sanè labecula in radice exprimenda, quod vsu venit nostra & auorum memoria, vt quam perditam aut ignotam duceremus, vsu tritam quotidiano, nomine sub alio inuulgatam, familiarem admodum habeamus. Quare qui Bistortam nolunt, propter radicem λεπτὴν, id est, tenuem memoratam, neq; nihil penitus dicunt: neq; tamen tantum incommodum adducunt, vt cum cætera omnia exquisitè ei faueant tum figuræ, tum virium signa: cum ipsi nihil æquè commodum, nedum melius afferant, sit illis illicò credendum: totum quippè disceptationis momentum in radice vertitur: alioqui Rumici agresti adeò est similis facie, vt nò pauci Rumicem dictitent. μελάντερα καὶ δασύτερα si vellicant, in Græcula notione trita calligat: saturiore quippè & quasi purpura nigricante vt in viola quam μελάνιαν vocat, Martia esse folia interiora innuit δασύτερα nò pilosiora, neq; enim de pilosis hic comparatio est, neq; notio ea commoda hîc est, sed rigidiora, hirta, & firmiora. βραχεῖαν, id est, breuem, sanè videre licet etiam cum Lapatho, aut minoribus collata. λεπτὴν, tenuem sanè, vt non lubet, ita inuitus dico, fortè quod verisimum est: aut illum minoris Bistortæ radicem intellexisse, quæ non admodum crassa est, aut quempiam amanuēsem, qui breuem radicem legisset, tenuem è crasso mutasse παχὺν in λεπτὴν, nempe rei ignarus, ratus id aptius congruere, quia quæ sunt breues radices vt plurimum sunt tenues: tametsi ipsis etiam autoribus eadem excidere possunt errata leuiuscula, humanæ Mineruæ. Vt vt sit, vsus & fructus Bistortæ nequit extorqueri illis, quos viginti annos, eoq; plus torsit Britannicæ sedula disquisitio: qui sciunt iisdem planè viribus, & longè pluribus, quā quot attribuerit Dioscorides Britannicæ, pollere. Quarū expensio retinet nos in eadem sententia eo lubentius, quod nullam planè videamus, quæ æquè congruat.

Maior.

MAIOR.

MAIOR enim promit folia, Rumicis acuti ſimillima, aliquanto minora, nigriora, ple- *Effig. Mathio. 946.* niora, rigidiora, ambitu tantillùm laciniofo, aut alicubi reducto, auerſa cæſia, te- neros, glabros, pedales exiles, & in ſummo ſpicatos flores purpureos Betonicæ, aut *Perſicariæ*, caules edit. Radix nigra, inſtar contorti, intróque reflexi pollicis digiti manus, intus ruffeſcens, ſapore perquam auſtero, aſtringente, quandantenus Tormentillæ, foris fibroſa, nigra.

Biſtorta MINOR, *&* MINIMA.

PRORSVM eadem primæ minor & minima, etiam quò loci omnes vnà ſponte oriuntur; ſed hiſce folia anguſtiora, læuiora, continuiſq; oris: breuiore item implexu conuoluta, minórque radix, & nullis penè fibrillis. Celſi mótes & frigida pratẽſia has alunt omnes, vt Baldus Veronenſis, & colles herbidi multi in Anglia Occidua. Vbiuis etiam colũnt horti Pharmacopœorũ efficaciſsimas omnes ad vulcera effrenè ſerpentia, & ad fungoſos polyporũ in naribus, & palato interiore flagellos abſumendos, aqua ſtallatitia, quæ etiã ad hepaticam ſanguineámque reſudationem plurimum pollet epota.

BRITANNICA GESNERI *& Lugdunenſium.*

QVE enim nobis primum indicata, ab exercitatiſsimæ cognitionis Valerando *Donrez* Inſulano, vt non parum foliis, & radice reſponderere videtur, ita plurimum illis aſtringendi viribus & oris fauciúmq; vel tonſillarũ vlcera iuuandi, defici, haud obſcurũ: & vehemẽter amara, atq; nonnihil calida eſt: Conizæ quiddam odore, & ſapore teſtatur. Magna copia Lugduni etiam ad mœnia, & intra pomeria peninſulę herbidis amœnæ, quã alluũt, & diſterminãt duo nobiliſsima flumina; hinc Rhodanus ab Oriente, illinc Arar ab Occidente, & vocant vernaculè *Aynez*. Caule plurimum ſingulari, rotundo, duriore, pallente, cubitũ alto: in geniculis folia ima nonnulla emittẽte Morſus Diaboli minora, aut Conizę maioris, Bellidis, nõnihil nigricãtia. Flores in puſillis alis ſummis lutei, circinati, Conizę maiores, ſed non abſimiles, abeũtes, maturo ſemine, in pappos: nec ſemẽ diſsimile Conizę maioris. Radix breuis, tenuis, albicans, fibroſa, minor, radice Succiſæ aut Bellidis par. Qualitates quales diximus, vſum neſcimus. Hanc tamen non diſplicuiſſe Geſnero & Daleſcampio, magni nominis medicis, forte de facie dumtaxat, eandem iudicantibus certum.



Pulmonariã recentiorũ Britãnicã hodie putatam; quia folio, effigie, floribus atq; mucco Symphiti eſt, rectius illic ponemus, & diſquiremus, ecquid à Britãnica vera diſcrepet. *Pulmonaria an Britannica.*

COCHLEARIA *duplex, Britannica, & Batana.*

NEQVE neſcimus, etiã non paucis eruditiſsimis Britannicã verã viſam fuiſſe, inferiori *Effig. Hiſt. Do. 89.* Germanię, & præſertim Oceano finitimis Friſiæ & Hollandiæ frequẽtiſsimam, quã Germani Leffelkraut, Belgi lepelcruyt, id eſt, herbã Cochlearis ſiue Cochleariã, à foliorũ circinata, cauáq; rotunditate cochlearis cõuexum intimáq; ſuperficiẽ exprimẽte, vocantur; Pliniíque *Britannicam cenſuerunt*: quia eodem loci, iiſdémque dotibus comperiantur, quas Cæſaris milites trans Rhenum promotis caſtris aduerſus luem illam, & dentium, neruorúmque noxam, edocti à Friſis colonis experti ſunt: vt idem fuſius narrat. Verùm cum hæc neutiquam illius Plinianæ deſcriptioni congruat, & permultæ aliæ ſint plantæ aquaticæ, vt Naſturtia & Sion Cardamine eidem perſimi- *An Britannica Plinij?*

les gustu, nec admodum disimiles habitu, idem remedii dent, nullum inde certum suppetit argumentum, quo hanc Britannicam asseuerent. Sunt enim folia prima pullulatione oblonga *Pyrolæ*, aut Ophioglosi, móxque crasiora, & vmbilicata euadunt; & nonnihil caua, Rorellæ Solis modo, sed magnitudine Soldanellæ, nonnihil ambitu angulosa, cochlear aliquantum preferētia; flosculis Cardamine albidis, in cauliculis palmum & sesquipalmum altis; per æstatem semen serie gemina, in vtriculis siliquosis conditur, Thlapsi minus fuscum, compressum: radix tenuis albicans, parum fibrata, gustu acri, herbaceo, Nasturtij, aut Sisymbrii Cardamine.

COCHLEARIA Anglica, Atriplicis folia.

QVI Frisiam Cochleatiam antiquorum Britannicam profitentur, cōmodius suam opinionem tuerentur, si scirent in Anglia ad amœnissimi Tamesis fluenta, quà Londinum præterlapsus est, etiámque in Bristoiæ sinu Occidui Oceani, quò allidunt per stata incrementa vndæ, aliam esse congenerem, & similem illi, flore semine, & sapore; sed foliis non æquè vmbilicatis, aut cochleatis, potius Atriplicem, aut Lapathiolum effigiantibus, vnciam latis, inque sesquiunciæ, aut vnciarum duarum longitudinē porrectis, crasis, densis, & succulentis, gustu & colore alterius Cochleariç; Radice maiore, vt qualibet sui parte, minus tamen astringente, nec commoda ad ea quæ suæ Britannicæ Dioscorides attribuit: tametsi æquè vt superior, laudata ad Stomachacem, Scorbutum: quibus vehementer afflictos ægros aliquot huius ope intos vidimus, superiore Vere.

PYROLA à Pyrifolio: LIMONIVM Germanicum.

Germa. Wald mangold, *à syluestri Beta, cui similis.*

NON defuerunt etiam qui aliā istis similem, superiori, & inferiori Germaniis adeóque vniuerso Septētrioni notā, Britanicam deuinarint: quòd esset foliis Betæ & lapathioli: obídque Limonium hodie autumant, nomine etiam vinditatis perennis suffragante, Wintergruyn Germanicè, siue hyemis virorem sonante, quippe æterno virore penè atro aduersum Brumæ rugores perstat, montosis syluosis, & frigidis vdis, præ quibus tepidos hortorum recessus, locáque vrbana, & mitiora viridaria aspernit; inque illis quasi inuita ægrotat, ac tandem emoritur. Proinde Chirurgi, Germanici præsertim Theophrastini Heluetii, & Lansqueneti, ad potiones vulnerarias sibi de Alpibus finitimis, aut montosis lectam curant, principémq; vnam è vulnerariis ænemis, & vulneribus ferruminandis addunt; Brabantis in Berchem Sylua Antuerpiæ contermina alúsque Belgii syluosis, rariot Italis, & Gallis meridionalibus. Exigua de radice & tenera, subrussa, nonnihil rugosa, caulem dodrantalem & pedalem magnitudine promit, floribus in summo albis, & è medio stamina, apicésue emittentibus, odoris Lilii Conualii haud dispatibus: & in imo compluria quina, septena, octonáue folia, rotundiora, minora multò Betæ; Pyro propiora, nigriora, viridiora, non secus ac cunctæ partes siccitatis, & astrictrutionis vehemētissimæ, euidentis frigefactionis. Vnde non desunt coniecturæ quibus sententiam Limonii foueant Docti nonnulli, qui illud prius *Beben* descriptum non norunt; propterea quia minus in ptatis, aut littoribus herbidis, totius Oceani Germanici, aut Anglici reperitur.

λειμώνιον. *LIMONIVM.*

Effig. Matheo. 980. HERBIDVS viror, pratenséśque, & palustres natales Limonio nomen dederunt; quasi tu pratensem dicas herbā, aut cū *Plinio* Syluestre pratense Blitū, huius quippe etiam videtur, aut species, aut perquā affinis nigræ Betæ, quā esu etiam sistere aluū Dioſco. autor est. Verùm recentiorū sedulitas complures huic descriptioni aptauit pratenses pallustrésue plantas, forte non inscitè: tamen nulli congruit magis Limonij & nomen

&

& notio, quam Iſti pratenſi & maritimo recepto: cui folia ſunt Betæ nigræ magis affinia: Semen copioſum, oblongum, ruffeſcens ex cæruleo: flores purpurei, cærulei coloris tenaces: caules tenues, radixq; rubeſcunt, magnitudine Lapathij acuti, cui totus accedit, & guſtu ſubaſtringunt, vnde Pharmacopœis anſa porrecta, vt Behen rubrū nuncuparint, & qui vænum Lugdunum duxiſſent, alijs quorum in patria, & præ pedibus erat, quaſi rarum non paruo pretio & noſtro riſu diſtraxerint, vt alias factum diximus, in radice Hydrolapathi. Non niſi locis herbidis, & vdis maritimiſúe pratis, vidimus, vt Adriaticis & Norbonenſibus littoribus vbi maxima copia. Hic magis vt Behen ridemus, quam recenſemus: tantum indagare voluimus, quid cæteris diſcreparet: quæ inter notiones, ſunt in re herbaria multò vtiliſsimæ.

PARVVM LIMONIVM Norbonenſe, Oleæfolium.



HVI c alterum prorſum ſimile, ſed minus multò, inter ſalebroſa littora, & rupes montis Ceti, & alibi Norbonæ, & GalloProuinciæ ſaxoſis oritur frequẽs, quod Empetri ſeu fœniculi marini aſſociatur lubens, folijs minoribus Oleæ, aut Myrthi paribus, humi radici proximis: circũ pedales caules, & cauliculos graciles inflexos, cæruleis muſcoſis floribus ſuperioris non diſsimilibus onuſtos, folia lõge minora fœniculum Marinum, ſiue Empetrum ſatis exprimunt.

Mathioli Secundum LIMONIVM.

DVo namq; cum appinxerit, nihil diſtinxit, ac ne quidem monuit, neutrumné, an vtrum eſſet verum: ſed quaſi rerum neſcius, ne verbo quidem explicat: & tamen certò doctis conſtat ſecundi ab illo deſcripti, flores non ita paſsim videri inter multa millena plantarum. *Math. 911.*

τριπόλιον. Littorum TRIPOLIVM.

FERVNT ſic vocatum à ter, ſingula die, mutato florum colore, quod quidem fieri poſſe equidem iam lubet credere, qui videamus è naturæ Officina multò mirabiliora euenire: an verò fiat, equidem neſcimus: illud ſcimus, in Maris Mediterranei, & Occidui vniuerſi penè littoribus, & fluminum oſtijs: plantam copioſè prouenire, non ita folijs abſimilem Limonio primo: cæteróqui Tripolio exquiſitè congruentem, quæ non quidẽ ternã coloris interdiu mutationẽ experiatur: ſed quia duplicis eſt floris, nempè lutei, & purpurei in Phœniceũ, interdum & cæruleum vergẽtis, lutea foliola radiatim aſsita ſu pernè defluete primum ſolita, admodum ſtudioſe obſeruauimus, partim verò introflecti & purpurea vel albida cerni, relictis interim nonnullis inibi foliolis, & multis staminibus albidis, & purpureis ſuperſtitibus, quæ plebeculæ opinionẽ faciũt, ter die mutati coloris: quod idem nonnullis ſtirpiũ noſtratiũ alio cõtingere modo, iamdiu obſeruauimus. Scatent hac Norbonica, & Anglica littora, & fluminũ crepidines, quas refluxus, & Maris æſtus, inundant vbi fermè nulla alia herba comparet, folijs Glaſti aut Limonij, minoribus, dẽſis, leuibus, fuſcis, craſsis, circa caules ſeſquipedales & ſeſquicubitales in ſummo ramulos diuiſos, multos herbæ Doriæ nõ magnitudine, ſed nõnulla ſimilitudine, radice etiã craſſa, fibroſa, flores medij ſubterq; lutej & ambitu purpurej perelegãtes, vt plãtã vniuerſa multũ Aſteri Attico mõtano ſimilis florũ exortu & effigie, vt latius monuim⁹ cap. *An ſit Damaſonium, Phlegmagogum & Cholagogum Macelli empi?*

de Aftere Attico & alibi : In Turbith diximus esse Serapionis Turbith. Radix depacta fibris crassa, non tamen aluum ciet decocto & succo pota, nec apud nos Gummosa.

Norbonensium DOREA quasi aurea, quam perperam DORIAM vocant, folijs Limonij aut Rumicis, flore luteo Tripolij, aut Iacobeæ : an Theophrasti PANAX Chironium & Plinij PHARNACEVM?

NEVTIQVAM Doriæ duci triremium classis Gallicæ, & Imperatoriæ præfecto, qua si exoticæ huius repertæ laudem verè asserunt Herbarij quidam: cum hæc sit Gallo Prouinciæ & Norbonæ amnibus non admodum rapidis, & ijsdem etiam natalibus oriunda, quibus Limonium, cuius multa similia habet, & inde in hortos Belgij & Angliæ translata fuit, vbi etiam hac æstate, Lōdini Morgano nostro creuit: perquàm procera & elegans septenum & octonum cubitorum scapo recto: radix quam pro stirpis magnitudine minor, maximam Hellebori albi æquat radicem : cui etiam compluribus filamētis, recta prolixàque sparsis, & habitu toto similis est: à qua, & reliquo caule mox supernè surrigitur numerosa soboles foliorum, Hydrolapathi longitudine, crassis & obliquè extantibus purpurascētibus neruis trāsuersim : & quæ valde angusta in imo sunt, palmæ latitudinē, sed media sui partè æquant, virore intenso, rigida, & crassa vt Limonij, aut Tripolij præsertim in summo caule, qui procero homine procerior est, rotundus, crassus digitū, Lapathij modo in summo turiones habet variæ lōgitudinis, quibus flores Senecionis aut Tripolij marini, in pappos abeuntibus. Sapor, odor, radici & folijs aròmatus & medicatus Angelicæ Syl. & nō nihil nitrosi, minimè acris. Plurimum hac vtūtur vulnerarij cursores, plurimiq; faciunt quidam Medici : quæ coniectura cæteris congruentibus notis, magis persuadet esse Theophrasti Chironium, Lapathij simile : aut sanè vnum eorum, quæ ad Theophrastum Plinius retulit, vt Pharnaceum.



AVREA

CONSOLIDA AVREA *Nemorum, Limonii folio, non Alisma montanum.*



IN AVRELIÆ Gallicæ syluosis densissimis est quæ nostro H. Morgano perelegans floruit hoc mense Iunio Londini, radiatis multis in ambitu foliolis; Nardi Montanæ, aut Doronici florem & colorem similem habentibus, foliis nigræ Betæ, aut potius Limonii, atrius virentibus, carnosis, aliquantùm hirsutis, crassis, venosis; Doreæ similibus, amplexis pedales Doronici cauliculos binos, aut ternos; floribus radiatis Doronici, aut Calendulę, & concoloribus scitè pectinatim confertis, & cõmissis foliolis, antequam pandantur, eleganti spectaculo, radice multis filamentis albidis sparsa in cespitem summũ, Bellidis modo: sapore Mediæ Consolidæ, tantillum acrimoniæ prodentis, aut Herbæ Doreæ, cuius etiam vires & quandam aromaticitatem æmulatur.

AVREA VIRGA *Villanouani, Limonij, aut Costi hortensis folij; Doriæ floribus, an Leucographis Plinij?*

NEc minus celebris hæc apud vulnerarios Aurea Virga vocata, nec non multum similis superiori; sed multò frequentior & notior, præsertim Germaniæ, Franciæ, Angliæ, atque cæteris Septemtrionalibus nemorosis & saltuosis opacis, vbi multò maxima copia. Caulem gracilem læuem, leniter rubentem, cubitalem & sesquicubitalem foliis ambientibus imum persicæ latioribus, tenuibus, tantillũ crenatis, Costi hortẽsis modo, multò angustioribus, & reliquo cauliqui multos in ramulos diuisus visitur, floribus cõfertim ornatos aureis Doriæ, vel Consolidæ Saracenicæ, in pappos disparẽtibus: radice fusca fibrosa: superne rubella Costi hortensis. Conizæ semine, vi astringendo efficaci, sed siccãdo multo efficatiòre, mirũm quantùm calculo exterendo laudata, atque sanguini sistendo vlceribus vulneribúsq; cogendis; eapropter persuasum nõnullis hodie Leucographin esse Plinii; qui tamen sibi notam non modo negat, sed ne lectam quidem apud quempiam autorem, miratur; quũ (inquit) adeo esset vtilis. Et Virgæ aureæ nulla vspiã lineãrum vestigia insunt, quæ nominis argumento respondeant: vires autem non tam ad sistendum sanguinem intro compertas habemus, quam ad alios affectus admirabilem expertı sumus. *Dodon. 108.*

SOLIDAGO *Sarracenica.*

CLAVDERE, iungereúe, aut cõferruminare, vulnéris labra, consolidare Barbari Chirurgi dicunt, vnde hæc vocata Consolida, cognomento Sarracenica; quod Turcæ & Sarraceni opinionem magnæ peritiæ, in medicamentis vulnerariis præsertim, essent apud Europæos assequuti. Et sanè hæc est perquàm accommoda renibus, hepati, intestinísq; vlceratis, atq; dissolutis. Foris verò nihilo secius ad vulnera vtilissimã. Iisdem fermè natalibus nemorosis, quibus Aurea Virga, sed magis vdis & depressis, apud Septemtrionales: apud vero Meridionales, montosis vdis, inter Valerianas syluestres fruticat, è radice pluribus & crassioribus fibris capillata, caulem rectum erigit, trium, aut quatuor cubitorum, rubellũ, rotũdũ, cauum, secundũ quem totũ, folia Lysimachiæ luteæ, aut Amygdali longiora, parũ quid crenãta: summis alis & floribus palidis virgã Aureã æmulatur *Dodon. 107.*

in pappos etiam perduntur, vnà cum Conizæ semine. Vulnerariis in hortis viret.

AQVATICA *Plantago, foliis Betæ, aut Plantaginis flore Gabi albi, Est-ne* LIMONIUM, *aut potius* ALISMA?

Germa. Wasser wegrich.
Gallis. Plantain d'eaue.
Belgis. water wegebre.
An. *Water plantaine.*

QVISPIAM possit interpretari dictum ἄλισμα, quia in aquis nasceretur & iactaretur, siquidem ἄλισμος etiam apud Dioscoridem Maris est allisio, atque iactatio, qualis vulgari aquaticæ Plantagini contigit. Sed enim Recentiorum satagentia maluit quippiam diuinare, quàm quod certius erat sequi, aut tantisper retinere, dum quid melius obuium haberet. Itáque aquatica Plantagine contempta intruserunt Bifolium, seù Ophrin alii, alii verò Limoniũ, nonnulli Saponariam; quidam Calceolum Mariæ vocatùm, est qui Epipactidem Hellebori foliis, ac non nemo Commentator, sed Musis plane iratis Botanicis, quæ se vti nos quæruntur delusas, quasi præstigiator quidam, visus aliquid (fastiditis cæterorũ iudiciis) & reiecto Alismate suffecisse, nihil tãdẽ nisi mutã plantæ vmbrã, idest picturã plantę indictę, nescitur cuius, reliquit nobis hiãtibus, atq; aliquid saltẽ noui, si non veri, audiẽdi auidis, & repẽte se subduxit. Cui autẽ animo fuerit, hasce omnes stirpes de veris cunctis notis & accurata collatione expendere, nullã non procul à Damasonii deliniatione literaria Dios, tũ verò & natura, & facultate agẽdi abesse, preterquã vnã istã aquaticã Plantaginẽ vocatã, quę minus istis morosulis placet, quia fortè Græca litera nonnihil labis, aut hiatus perpessa est; veluti vbi στενότερα: id est, angustiora folia habẽtur, idẽ potuit esse significatus, & voculæ permutatio; cuiusmodi in Helenio, Meo, aliísq; nõ paucis. Quin locis aquaticis, quorũ indigenã facit hanc Plantaginẽ, nusquã gentiũ aliã videas plantã, quæ quicquã ferè aut vultus, aut viriũ expleat: vires si quidẽ perquàm congruunt fermè omnes, verũ Galenus qui legisset, radices huius acres eóq; ædemata discutere, suo more nõnihil Dioscorid. tacitè aduersatur: de cætero verò illi assentitur, séque reliquarum facultatum, vt frangendi calculi, periculum fecisse testatur: eóque non acrimoniæ, sed abstersioni, calculi expulsionem acceptam fert, quæ de radice verùm esse experimento & ipsi scimus, equidem melius quàm Plantaginis, cuius folia, & radices similes habet; quæ cõferuntur Helleboro: ac è foliis etiam quæ κλώμενα ἐπὶ γῆν: id est, deorsùm versus reflexa, vti huius non raro sunt; καύλους λεπτοὺς ἁπλοῦς, aut vt quidã doctus legit καυλοὺς ἀσυπτὰς, nõ ἁπλοῦς, sed ἀπλοῦς, id est caules plurali numero, tenues seù graciles, teneros, cubitũ altos: Sic etiã sunt huius ἔχων κεφάλια θυρσοειδῆ habens Thyrsi specie capitula, cuiusmodi sanè habet, nondùm explicatis, egressisue floribus, pusillos rotundos acinulos, Persicariæ modo. Tandem ἄνθη λεπτὰ καὶ λευκὰ καὶ ὑπόχλωρα flores tenues, albidos, & pallentes adeò congruunt, vt vel hac nota, nulli ignota esse debeat: quæ in nullam cæterarum prorsùm superius propositarum, conueniunt.

Vt in fumaria.

Quidã βοτρυοειδῆ, racemosa capitula.

PISTANA *Magonis, siue Plinii,* SAGITTARIA *aquatica: an Stæbe fœmina?*

PERMVLTIS hæc amnibus ac leniter labentibus in Italia, Gallia, Germania, & Anglia; subter aquas è fundo vadoso, radice multum capillosa, & prolixa, albida, nonnullis oblongis fibris crassis & bulbosis adnatis, pediculos prægrandes, triquetros viridantes glabros exerit: singulos singulo folio donatos triquetro, vtrínque pinnato, reductis lateribus inquè mucronem deficientibus, & prorsum harundinem cuspidatam effigiantibus, cauli sesquicubitali medio læui cauo, molli, ternæ aut quaternæ pilulæ echinatæ Vnedonis, aut Ricini non dissimiles, aut Caricis, quibus affinis videtur i póst florum delapsum, qui terna fœtura prodeunt, totidémque foliolis constanę cãdidis, è medio pauca stamina emittentibus, Maio & Iunio in Anglia prope Oxonium

Matthio. effigie. 1138.

nium, ponè mœnia, in amœnissimis illic residibus, sed lympidissimis aquis: etiam Londini ad arcis Regiæ vallum, & in Tamesis crepidinibus palludosis gustu astringente: sicco, non ingrato.

SAGITTA Minor.

Varietas { NON secus atque aquatica Plantago, interdū, multò angustiora foliis, & acutioribus visitur: sic hæc reperitur alis acutioribus, longioribus, latioribúsque foliis, magis vtrinque exhaustis, acutioribus cuspidatis, tota cæterū minor. Matheo. effigie. 1139.

BIFOLIVM NON EST ALISMA, videtur Ophris Plini:

ET hæc quòd esset foliis Plantagineis, locísque humentibus familiaris, opinionem Damasonii quibusdam fecit: aliis, & quidē aptius, Pliniana Ophris dicta fuit; nō quia superciliis fucandis, aut lenocinio apta comperta hactenus sit, sed à binis vtique foliis vnde zuyblat, id est, Bifolium dicit Germania, vbi syluosis in pratis, & vdis frigidioribus plurima, caule rotundo, glabro sesquipalmari, cuius ab imo duo sibi vtrinque vnum ex aduerso surriguntur folia Orchis, & Plantaginis aquaticæ, viridantia, & secundum longitudinem neruulis intexta; deinde à medio fermè, summo tenus flores sunt deinceps, vtrínque gemina serie, ex pallido herbacei, muscæ, aut volucellæ plumis exutæ, nō multum ab Orchi diuersi; radice huc & illuc multis fibris sparsa, facultate nec astringente, vt sit Damasonium, tametsi alia dote vulneribus & fracturis proficua sit, & Alisma & Ophrin aliquantùm adumbret, neutra tamen asseri potest.

μονόφυλλον, RECENTIORVM.

ORTV Bifolii folióque Plantagineo est, etiam Einblat, siue vnifolium Germanorum nulli opaco luco, vel nemori non occurrens, per Maium flosculos promit albidos, Galii & similiter odoros, vnde acinuli pallidi rotūdi rubelli, dum maturuerint; gustu amaro & ingrato, sed facultate ad neruorum farctus eximia. Folium vnum per initia in imo, deinde semine iam perfecto, aliud se prodit folium minus in summo; vtrúmq; Plantagineum & neruulis donatum est, superne acutius, & nonnihil ad volubilem accedentibus: cætera prorsum similia Lilio Conuallio dicto, antiquis nō memorata: transuersim radix gracilis geniculata excurrit.

Recentiorum CALCEOLVS Mariæ, siuè

{ Germa. Frawenschuh.
{ Belgis. Vrouwen schoen, & papen schoen.

PRISCIS etiam preterita videtur illa floris larua perquàm spectabilis, etiam Plantagineis foliis, aut Bifolii, quam nonnulli Alisma opinati sunt, vulgus Septemtrionalium, Vnser vrouwen schoen, vel papen schoen, id est, Virginis calceum, vel Sacerdotis crepidam vocitat, à floris effigie, quæ quatuor constat foliolis dilutè purpurantibus, & rubentibus, sui è medio promentibus vtriculum quendam purpureum, intus vacuum, rotundum Fuci, aut Asylonis cadauer, vel Vnedonis caliculos florum nonnihil referens, sed supernè, aut latere vno patulum, instar crepidæ oræ patulæ, quà inseritur pes; foliis Plantaginis, aut Alismatis in longitudinem venosis; radice transuersa, nec altè depacta, nec multū fibrosa. In Heluetia & Oenoponti finitimis Alpinis opacis, habuimus. Effigie. Dod. de flo: 77.

ἀρνόγλωσσα PLANTAGO latifolia leuis.

{ Germa. Wegerich. { Ital. Plantagine.
{ Gallis. Plantain. { An. Plantayne.

VELVTI Ophiogloſſon, Cynogloſſon, ſic Arnogloſſon, quaſi Agninam tu dicas linguam, vocarunt Plantaginem Græci: ab omni memoria peruagatæ notionis, ex vtilitate & feracitate vbiuis gentium penè immenſa, cuius varietates & nomenclaturas, foliorum magnitudo, & modus, diuerſas conſtituit.

MAIOR LATI-FOLIA.

QVÆ námque latifolia maiórue Plantago, nulli negata regioni rotundioribus eſt foliis, & ſui medio plenioribus, latioribus, humi accumbatibus, è radice lateratim fibroſa, candida, & in medio præciſa, ſiue mutilata, Morſus Diaboli fermè modo: floribus ſpicatis, caudicellas murium imitantibus, obſcurè purpureis & pullis: Semine Portulacæ puſillo, fuſco, aut rubigineo.

PLANTAGO Incana.

CVI verò folia incana ſuperficie pubent, rigidiora, craſsiora, inquè ambitum humi neruulis magis extantibus refracta: radix craſsior, longior, minuſque fibrata, rectioribus, altioribus cauliculis, floribus breuioribus, ſed magis ſparſis & ſpecioſis, albidis caudatis, Iunio & Iulio defluentibus.

PLANTAGO Roſea.



QVÆDAM autem voluptatis ergò in hortis Belgicis; & Anglis colitur, merita quę poſteritati ſcripto, & icone innoteſcat: Ei omnia Plantagini maioris ſimilia, præterquàm cauliculus ſummus, eleganti ambitu, multis foliolis ſibi æqua ſerie mutuo incumbentibus, atque ſenſim in faſtigium cœuntibus, vbi quaſi imbricatim, ſquammatímue ſeſe decuſſantia folia, vmbellam elegantem, quaſi florem conſtituunt herbidum, vti in quadam ſpecie Primulæ Veris ferme cernere eſt. Semen è mediis foliorum interſtitiis exilit, ſed priori ſimile.

PLANTAGO Quinque Neruia, Lanceola,

{Germ. Spitziger wegrich. Belg. Hontribben. {An. Ribbe Worte.

Fuſch. ico. 23. QVINQVENERVIAM ſiue πεντάνευρον vocarunt hanc, cuius folia neruuli quinni percurrunt; nonnullis raris per ambitum denticulis, anguſtiora, rigidiora reductiora, vtrinque lateribus & mucronata, vnde Lanceolam vocant Barbari. Radix, rotundior, breuior, pluribus capillamentis depacta, emittit iunceos anguloſos cauliculos, floribus albidis ſtipatos, in glomeroſis & breuioribus ſpicis. Siccior, eſt hæc, & commendatiore dote ad vulnerarias potiones, vnguenta, & hernias: nec minus vbique obuia cæteris.

PLANTAGO Marina.

Dodo. Icon. 70. ALIAM Plantaginem putant, Marinam quandam herbulam, foliis crebribus anguſtis, exilibus, Porraceis, tum colore, tum conſiſtentia; Etſi ſæpe littoreis Norbonæ, & Angliæ viſa & animaduerſa, nullidum certò quænam ſit aſſeuerare licet; nulli tamè ſimilior vmbellis, quàm Plantagini, aut Coronopo.

POTAMOGETON, ſiue Fontalis, & ſpicata.

σταχύτης. Gal. Eſpy deaue.

Non

NON ſolum fluuiorum eſt hæc vlcina, vt eius nomenclatura ſonat, ſed etiam alumna ſtagnantium lacuſtriúmue & torpentium aquarum, aut ſegnius labentium, earũ ſuperficiei ſtrata, quaſi humo viſeretur, folijs Plantaginis aquaticæ, aut Betæ minoribus, aut Perſicariæ, duriuſculis, neruoſis, in pediculis à multis flexilibus geniculatis cauliculis caducis, quibus ſpicati inſunt flores Biſtortæ, aut Perſicariæ ſimiles, obſoleta purpura Iunio & Iulio. Radice flexuoſo anfractu excurrit è geniculis, multas propagans fibras, trans aquam fundo immerſas, è quo alimentum ſugit, vt in Malabatro ſtatim dicetur: guſtu aſtringente ſiccante. Effi. Ma. 1137

Noſtrate FOLIVM, MALABATRVM eſt.

NIHIL lubet aut licet aſſerere de Malabatro antiquorum, quando ex eorum monumentis, Dioſcorides prodidit ſine radice innatare paludibus: cum tamen nullo vſpiam angulo totius Indiæ illius, quæ noſtræ ætati multo notior eſt, quam illis fuerit ſua Græcia, comparuit hactenus iſtud folium, quod nec expreſsit ſatis Dioſcorides: vnde gemina hæſitandi occaſio, primùm notúmne habuerit: deinde qui poſsit fieri, vllum vt ſit folium non modo ſine caulis adminiculo, ſed etiam ſine radice, id eſt, ſine ore: & tamen ſolitum ſit filo traijci, quia odorum, magnum, craſſum, & humentis naturæ: id eo ſolitum filo tranſui ad ſiccādum. Quare ſatius ſit de illo fateri nos neſcire quam de Priſcis minus bene ſentire, aut à nuperis parum gratiæ inire. Illi namq; adeò laxa notione rem ſignarunt, vt quid capias, neſcias: & hi dum vt cumulo fidem faciant, authoritates aceruant, plus porrò querendum relinquunt, noſq; inopes inter ignotas opes deſerunt. Nam quid obſtat quò minus vnũ ſit è tam multis, præſertim quatuor nobilioribus, illud Malabatrum imitantibus. Quod ſit quidem verum, ſed eius ortus & natales aliquantum deprauatè tradātur, vt in Ægarico videre eſt. Quare id ſanè fuerit iſtud noſtrate Malabatrum, iamdiu Arabibus cognitum & hodie Italis medicis vſu receptum, non modo quia in Malabar Indiæ regione cognomine oritur, ſed etiam quod propter eximias vires, plus proportionis habet cum plantis aquaticis, quam illa folia Cinnamomi, aut Caryophylli, quibus folium laurinum fermè eſt. At illud folium craſsiuſculum cuiuſmodi Nymphææ eſt: fibræ verò ſecundum dorſi longitudinem ductæ, cuiuſmodi Potamogetoni, qui propter figuræ & natalitium ſimilitudinem, nonnullis ineptè folium putabatur. Nobis ſecus, cùm huius folia apud Anguillaram & alios harum rerum conſultiſsimos, non multis abhinc annis vidiſſemus, quibus adhuc hærebant lignej pediceli: & quaſi ſurculi è ramis effracti (quin potius integros ramos meminimus). Cinnamomi autē folio & Caryophyllis facies fermè eadē, nitidus læuor, aromaticus, ſuauiſsimuſq; odor. Temperamentum, craſis, modus & vſus non ita diſparia ſunt, & halitum commendant omnia vt Dioſcorides Malabatro attribuit, de quibus commodius alibi. Obijcient literatores nobis Dioſcoridis verba. FOLIVM AQVIS INNATANS SINE RADICE. An vllum folium, aut oriri, aut viuere ſine radice, id eſt, ſine ore, queat, quilibet nouit: nam Lenticula, Semperuiuum, & etiam Muha, ſeu Opontia, aut radicem habent, aut quippiam radicis loco. Quin & Lenticulę plantarum minimæ, nec radicellæ ſuæ deſunt, & illis ſubſunt quædam terræ ſordes & quiſquiliæ, quibus aluntur & fulciuntur.

γεντιανὴ GENTIANA maior.

Germ. Gentziam, Bitter Wrtz.
Belgis & Ang. Gentiane & Felworte.
Gall. Gentiane.
Ita. Gentiana.

VSVS & celebritatis notiſsimæ à Gentio rege Gentiana Illyrica, Helleboro albo folijs & natalibus adeò proxima, vt minus exercitatū eminus eludat: vti nos admodũ iuuenes qui defeſsi & potaturi, cum in poculum vino plenum radicem Gentianæ quam Dod. 323. Fuſc. ico. 111.

ad

ad laſsitudinem diſcutiendam,& apetitum excitandum commendare audiſſemus. Huius loco Hellebori radicem ſimilitudine foliorum hallucinati immiſimus, at penè perijmus. Puttredinis hæc hoſtis infeſtiſsima,& veneni mors: Peſti adeò remedium præſens, vt non modo homini,ſed etiam brutis incolumitatē tueatur:& amiſſam inſtauret,eóq; ſolita Heluetia plebs iſtam cum flāmula porcis,& olim Monachis propinare, ne anima in viuo cadauere puteret.

Non niſi in montoſis quærenda ſponte exiens Gentiana,quæ alióqui repertu facilis:& frequens,planè fronde & aſpectu ante quā floreat,ſimilis Plantaginis,viridātia,aut rubētia folia, venoſis ſtriatum plicis extantibus,è radice craſſa pedem longa,intus flaua,ſapore perquam amaro:caulem cubitalem,quem ſummo ornant flores, verticillati,lutei,oblongis Saponarie caliculis,Leucoij ſemine ruffius,exilius, nec meduloſum.

Gentiana MINOR, CRVCIATA, recentiorum.

{Ger. Modelgeer & Speerenſuch.
{Bel. Madelgeer.

Dod.224. HANC DOCTI non pauci Gentianæ ſpeciem faciunt, facie & facultatibus ducti. Locis tamen non ita arduis,ac Gentiana, multa & paſsim oritur,vti propè Baſileam,& Maconium Burgundiæ Gallicæ, depreſsis collibus inter Chamædrin exuberans. Huius tamen non flores lutei,ſed cærulei diluti, radix verò ſecundum longitudinem tripartitò aut quadripartitò fiſſa,vnde cruciatam putant, ſed folijs potius crutiatim cauli incumbentibus,nominis etymon debetur.

PNEVMONANTE Cordi. Gentianæ minoris ſpecies.

Ger. Lungenblume.

Cordus.162. CRVTIATÆ ſimilis aut eadem quæ in pratis etiam montoſis oritur,folijs anguſtioribus,minorib.flore cæruleo Calathi modo, radice fibroſa, neutiquam inciſa:à Mathiolo graphicé deſcripta. In Pedemontanis pratis propè Suſani,& Riuoli multá.

GENTIANELLA CAMPANVLÆ FLORE purpureo, Heluetia.



DVAS verò hîc exhibemus , quia nondum deſcriptæ tamen elegantes ſūt.Altera eſt radice exigua flaueſcente fibroſa,foliola conferta numeroſa,imū caulē ambiūt circinatin folijs Oleæ,aut Plātaginis ſimilia, minimæ Gentianæ colore & modo.Cauliculo vix palmum alto,folijs fermè exnto,niſi proximè florem: vbi minuta bina ternáue viſuntur. Purpuraſcit calathus figura & magnitudine,& colore Violæ Marianæ, valdèquam amara.In Patauinis collibus & decliuibus,vbi viperæ capi ſolitæ ſunt etiamq; in Heluetia.

GENTIANA minima.

MINIMA quæ omnium ſpecioſiſsima in montibus arduis fruticat,Centaurij minoris modo,quem vtcumq; refert,plurima in celſis verticibus montium qui Dannubio in Sep-

Septentrionem, Orientalem, & Atheſi rapido in Italiam precipitante originem dant; prope lacuſtres voragines, & montem Nicolai, puſilla tota, palmo procerior, foliolis, & radice Centaurei minoris, multò minoribus, & modo, ex internodiis geminatim oriũtur: & cauliculos exiles ſtipant; partim ab imo, partímque medio exortos, quorum ſummis caliculus folliaceus Caryophylleæ forma, & floſculus cæruleus, cæleſti atque incomparabili purpura. Amariſsima & hæc, vulneribus commendata, & idcirco conſenſu curſorũ Gentianella dicta, nobis alióqui Centaureo minori, aut eadem, aut æmula.



Ἐλλέβορος λευκός. *HELLEBORVM ALBVM, ſiue Veratrum.*

Germa. Weiſʒ Nieſwurtʒ.
Gallis. Helleboire blanc.
Italis. Helleboro bianco.
Belgis. wit Nieſcruyt.
Hiſp. Yerua de baleſte.

VDA MONTIVM Alpiúmque iuga, huius ſunt fœraciſsima, præſertim quæ frigidiſsima, celſa, & prateſia, quibus Gẽtiana maior gaudet; vti alibi Hellebori ſtipatu & cõuictu, cui adeo ſimilis folia eminus intuẽti, vt non raró oculis illudat: præſertim cum æſtate cætero prorſum gramine areſacto, vel manſo, vtríque pecus prę amarore (puta) parcat. Radix quamplurimis ſparſa humi fibris, quæ ſupernè medio quaſi trunco, vel nodulo collectæ ſunt, non abſimiles Plantaginis, ſed maiores, cui etiam folia multum accedũt; tametſi maiora, rigidiora, ſtriatíſque ſecundum longitudinem liris acutioribus, & media cœſia eunte linea, mutuò implexu, quaſi tunicę conuoluta, humi ſtrata, partímque amplexa caulem concauum, glabrum ſucculentum bipedalem, è cuius medio, ſummo tenus, alternis pediculis ſurrecti florũ thyrſi hapſíue, Botrys modo, racemoſis floribus onuſti, colore albicante viſuntur. Quibuſdam in hortis Belgicis videre eſt, floribus purpureis: Maximi atque certiſsimi vſus, herba vniuerſæ Europæ ſatis nota, vulgo *Veraire*.

EPIPACTIS, ſiue HELLEBORINE.

NON inde quia ſimilis foret Helleboro videtur Epipactis dicta Helleborinę, ſed propterea quod Helleboris miſceretur, & iiſdem locis naſceretur, forétq; quaſi frenum impræſsioni vehementiſsimæ pharmaci Hellebora ti: eóq; Dioſcorides ad venenata cõmendat, iecoríque amicam ait: néq; vtri Helleboro ſimilem fecerit conſtat, imo ne feciſſe quidem, non magis quam de neutra Seſamoide. Eapropter quid hîc Commentator hariolet ur, qui volet videat, & rideat. Eius nos commentitiam Helleborinẽ, quam è Tragio mutuatus fuit, nec talem eſſe docuit, commodiori loco ponemus.

Nec alia de re Helleborinæ vocata fuit, quàm quod illius ſemine Hellebori albo addito vomitus cõmodius cieretur, vti de verbis Theophraſti liquet Libr. 9 Capit vndecimo, vbi Helleborinem iſtius commodi vocat herbulam, vnde nonnulli noſtratem Herniariã autumabant. Semen cuius, ſuccus, & folia, hepatis obſtructioni & renum lapillis, magna dote pollet: quin ſi quid huc facit, minus comperta qualitate ſternutamenta ciet foliorum pollen. Quod fieri potuit, vt mixto cum Helleboro fuerit ſtimuli vice ad facultatẽ proritandam: quemadmodum proditum eſt, antiquos ſolitos miſcere ſalem & acetum, quo celerius exigeretur Helleborus. *Herniaria. Millegrana Centograna.*

EPI-

EPIPACTIS, Duplex Recentiorum, siue HELLEBORINE.


AT Recentiores nominis sono illecti, putarunt herbulam Helleboro facie similem interpretandum, eóque duplicem vtrique nimirũ albo, & nigro Helleboro suam affinxerunt: qui si quam præcipites ad asserendum, tam seduli ad inuestigandum fuissent, habuissent ex Theophrast. quo se ab errore vindicassent: Is quippe Lib 9. Cap. 11. huius semen Helleborismis propotismísque addi solitum ait, quasi calcar futurum vomitorio medicamento, vocátque herbulam βοτάνιον, quare vti dudum monuimus: Helleborine quasi veratrulũ, nõ perinde vt Cardamine à Cardamo simili, dicta fuit, sed Epithymũ, & Sesamoidem, non propter similitudinem, sed propter vsum, Helleborum vocitarunt prisci. Et Senensis arbiter, decernit nobis Epipactidẽ pictam, nec descriptam; vt solet innumeris locis, vtpote aliunde mutuatus, nec stirpem conspicatus: at sicubi fuerit nactus brassicas aut vrticas describendas, vel alienas inuaserit deliniationes, enecat verbis, aut Crambe recocta. Sed rariores, & cognitu digniores, pictori mandat; & illico elogio illo centies inculcato addit, *Est similis prorsus nullis reclamantibus notis*: subdítq; non ad nostram cognitionem, sed ad sui ostentationem, non quidem se scire num Helleborine sit; sed tamen Epipactida esse: ridiculè perinde ac si dicat quis, incertum esse num sit Helleborum, sed tamen certum esse Veratrum. Quin etsi quis largiatur illud, nimirum propter similitudinem superius collatã, Diosc. intellectum fuisse Helleborum, quis diuinabit? cum nè nunc quidem vti docuimus, Hellebori nigri vsquequáque descriptio congruat. Verùm nos quo consulamus cognitionis auidis vtrámq; recentiorum subdemus, albo affinẽ hîc, alteram commodius nigro Helleboro inferius.

HELLEBORINE siue EPIPACTIS, Recentiorum & Belgarum, Germa. & Belgis, wilde wit Nieścruit.

Dod. Hist 235. MVLLO propius saltem facie ad album Helleborum accedit, quæ Galliæ, Belgiæque locis, nemorosis, vmbrosis, prouenit: caulẽ rectum, pedalem, inuolutũ Arnoglossi, vel albi Hellebori foliis angustioribus, floribus summũ conuestientibus, albidis, vel purpura obsoleta, medio pertusis, notísque partim luteis, partímq; coccineis distinctis, cuiusmodi in Digitali interiore, quàm etiam repræsentat. In siliquis semen pusillum Digitalis: Radice quàm Hellebori albi fibris paucioribus, variè vagantibus, nigricantibus, duro libro, & amaro.

NARDVS CELTICA, Saliunca.

ITIDEM montosis iisdem fermè Gaudet Celtica, aut potius hodie nuncupanda Lygustica Nardus, nec Gentianellis admodum absimilis folii aromaticitate, ipsóque habitu, quam SELLIGA, vallesii vernaculè quasi Saliuncam dicunt: nec dubium quin sit ea, quam Maronis versus innuunt: *Puniceis humilis quantùm Saliunca rosetis, Iudicio nostro, tantum tibi cedit Amyntas.* Pusilla námque herbula, aliquantum proserpens, deinde se surrigens, cauliculo palmum & sesquipalmum alto, ad quem imum folia cespites summos constant, exigua tenuia Gnaphalii montani, aut Gentianellæ minimæ, pallida & sublutea, infernè angusta, quà radicis ceruicis squarosæ, aut squamulis tuniceis obsitæ, spicatim digestæ innituntur; subtérque multæ fibræ, fuscæ, villosęque propagines Asari odore, & modo in terram sparguntur: acri, amaricante, aromatico Spicam Nardi spirante: in Genuensibus, Lyguriæque Alpinis sterilibus, non procul Sauona vrbe, vnde Genuam lucelli causa ferunt Coloni.



CELTICA Altera.



MVLTO elegantior, nec parum similior Gentianæ Cruciatæ folijs, alia nobis reperta est prope Cœnobium quoddã, inter Dei viridarium & Calcaris mõtes, in agro Narbonensi, magni & vulgati nominis. Radice est Valerianæ maioris, paulò minore, geniculis Doronici modo distincta, humi strata, acri sapore, erodente, aromatico & amaro, Nardi æmulo, folijs Saponariæ vulgaris flaccidis, ex flauo pallescentibus, senis, septennisue, Gentianellæ adeò cognatis, vt primo intuitu eandem putes. Caulis cùm maximus cubitum altus, mediocris sesquipalmum: flore radiato, aureo, Buphthalmi æmulo. Hanc Roudelletius Nardi Gallicæ speciem esse coniectabat: tunc temporis cùm Cœnobium fortè esset nobis hospitium in illis desitis locis, cuidam è lignipedum Canonicorum dysuria laboranti, & nostram opem obnixè poscenti, potiunculam ex huius Meiq; radicum decocto parandam iussimus, vrinæq; copiam elicuimus.

HIRCVLVS.

RARIOR multò Hirculus, quem nunquam nobis recens visum fatemur, & lubenter assentimur, gratiamq; habemus de illius assertione, stirpiũ exoticarum peritissimo, Carolo Clusio, qui hunc nactus inter Spicæ Celticæ fasciculos, posteritati scitè patefecit, in suis è Garcia Lusitano Medico versionibus.

SAPONARIA vulg. folijs Plantagineis, aut Gentianæ, floribus OCIMOIDIS *non est* STRVTHIVM DIOSC. SIVE ARAB. CONDISI, *de quo in Hippophaësto, & Hippoi*

QVAMVIS permultæ plantæ etiámnum Struthia vocari queant, à facultate vsùq; Lanæ proluendæ, & candidæ faciẽdæ, quod στρουθίζεσθαι Græci dicebant: tamen nostram Saponariam non esse Antiquorum Struthium Theophrasti verba monent: esse quippe esculentum caulem, lanuginosum, & ferulaceum, nasci vbiq; Asiæ præsertim, sponte & cultam, saxosis & asperis, spinosam folio Oleæ inodorã, semine nullo: radice magna, quæ conditur ad proluendas, curandas, & emaculandas lanas: Deinde quia nunquã inoleuit, aut certè iãdiu exoleuit cõsuetudo apud nostrates fullones, lanas radice aut succo herbarum curandi, nesciturjam quodnam illud fuerit στρούθιον. Et sedula plebecula lotorum apud Belgas hodie, non herbis aut succis, sed Sapone, Lanæ primũ carminatæ, Oleóq;, aut Butyro delibutæ, candorem niueum, & sericeam mollitiem conciliat. Nonnulli coniectant hodie Ocimoidem illam, quam Papauer spumeum etiam dictitãt, quia sit folijs Oleæ, esse Struthium: verùm abest à facultatibus, & plurimùm discrepat reliquis indicijs. Hæc verò vulgi Saponaria, quasi quis dicat lotricem, aut purgatricem, tametsi nitrosum extergentémue pressu remittat succum, emundandis pannis aptum, tamen non in asperis aut squalidis, sed secùs herbidas amnium conualles, & depressos apricorum vdorum margines fruticat: multis virgis crebrò geniculatis, teretibus, gracilibus, cubitum, sesquicubitum surrectis, multis binis è geniculis stipantibus, folijsq; venosis, crassis, pinguibus, Gentianæ cruciatæ dictæ, aut Plãtaginis, horsum reflexis, speciosis florum oblongis caliculis Lychnidis, aut floris Constantinopolitani obsoletè purpurantibus, & albidis staminulis egressis inter quina florum foliola: radicibus multum diuisis, & sparsis, diu durantibus, quando in hortis colitur Regionum Septentrionalium, vbi non perinde sponte obuia fit. Non igitur sit Arabum Condisi, si non sit Græcorum Struthium: quia hæc duo nomina, eandem designant plantam.

PERSICARIA Hydropiper ſiue aquatile PIPER urens.

Dod.ico. PEREGRINA voce Piperis cum vernacula apud Græcos ὕδωρ, conflatum nomen Hydropiperi fuit,ſeu tu dicas aquarum Piper: prouenit etenim vbiq; ſcrobibus aquæ ſtillantibus in herbidis vdis, caulibus innumeroſis, inq; ramulos diuiſis, Perſici fronde nigricãte ex virore:è geniculis ſinúq; foliorum & alarum flores Iunio,& Augnſto permulti,albidi & purpuraſcẽtes,caudatis ſpicis,racemoſis Biſtortæ,aut Potamogetonis,radicibus plurimum fibroſis:ſemen ſubnigricans,latiuſculum,minutum acre Sinapi,aut Piperis ſapore,vbiq; notiſsimũ:Gallis *Cubrage* vocatũ, vt cuius folia quæ quis podici(honos ſit auribus)abſtergendi cauſa affricuerit,inurãt rabiem clunibus,ſiue vt loquũtur Legulei,culo.Vnam hanc Paraſcelus ille ter maximus,per aquam frigidam traiectam,quibuſlibet vlcerum lancinationibus,& laniationibus remedio ſummo cælitùs parato fore affirmat: Cui cum fidem habuiſſet nuper quidã amicus,dicebat illum Apollonij Thianæi apud Philoſtratum φιλομύθιαν, aut potius φιλομύθαιαν furatum fuiſſe.

PERSICARIA mitis.

Dod.ico.de flor.269. ALTERA Dioſcoridi,vt veriſimile ſit præterita,tantópere huic effigie,loco habitúq; toto cõuenit,vt neutrã ab altera queas diſcernere,niſi ſapore:qui planè facit,vt diuerſæ ſint,nec eædem planè putentur:eſt namq; is frigidus,ſiccus,& nõnihil acidus:in folij ſuperficie media nonnullæ maculæ conſpiciuntur nigræ.

CAPSICVM κάψικον Actuarij,ſiue Caninum Zingiber Auicennæ,Calecutium Recentiorib.

Effi.Dod.441.& 442. COEPIT noſtra memoria iſta perpulchra planta adferri ex Goa,& Calecutijs oris in Europam,vbi Piperis vicem explet,& voluptati in hortis,penſilibúſq; vaſis apud Gallos,& Germanos eſt ſpectatori triplicis differentiæ,non tamen admodũ magni diſcrimi nis,niſi fructu.Eſt enim caule quadrangulo,pedali,ſeſquipedali,fuſco,ſparſo,folia in pedicellis habente Solani,aut Perſicariæ,aut Amomi Pliniani:nigrioribus,acutioribus,floribus cãdidis,puſillis,Solani,vel Vincæ Peruincæ,exiguis foliolis,quorum cẽtrum tenet, aſteriſcus,herbidus,exiguus : deinde ſiliqua ſuccreſcit nitido virore & læuore,per maturitatem rubidæ & miniatæ,purpureæ, oblonga, mucronata, craſsiora, coriacea, cui inſunt multa granula lata,compreſſa,ex luteo pallida : Iuſcula, & condimenta colore croceo,& guſtu Pipereo commendat.


Varietas. Vaginulis non diſparibus ſiliquoſis,ſed minus craſsis, longioribus accutioribúſq; roſtris,eandem planè,tamen ijſdem in vaſis alunt hanc.
Interdum & multò breuiores,rotundas,turbinatas,eodem ſemine prægnantes, Auguſto & Septembri maturat ſiliquas.

BALSAMINA fœmina,Perſicifolia.

ASCIVIT hæc peregrina vulneraria credita, eandem quam Balſamine Cucumerina nomenclationem,propter eaſdem facultates,& fructum nonnihil ſimilem . Alióqui ſtipites craſſi, turgenteſq; ſucco, Mercurialis habitiores ſũt,folia & facies admodum Perſicariam vtrámuis referunt,quarè etiam hanc Perſicariam nonnulli dicunt: tametſi non minus propter vires conſimiles & vulnerarias,quales in Perſicaria recẽtiores agnouerũt, dicta putari poſsit.Flores ſubter folia per interualla penduli,purpurei,diluti,incærulum vergẽtis,Delphinij Cõſolidæ effigie caudatæ,vel Noli me tãgere vocatæ,quæ etiam multùm huic ſimilis:puſilli fructus penduli, etiã ſunt Auguſto nuclei Pruni vtrinq; acuminari

nati similitudine, primû viridante, deinde luteolo, & foris scabro dehiscēte, per maturitatem semen Eruí, aut Rapi eľidente vix digitis summis tacto, ritu Noli me tangere herbæ.

PERSICARIA *Silicosa, siue Noli me tangere.*



INDIGENA hæc montium colliúmque asperiorū Germaniç, & Galliç Sabaudç, quam Belgæ alunt frequens, vocantque vt Germani Sprinck kraut, quasi eruptricem siue salientē, aut subsilientē herbam, propter siliquā, quę teres, gracilis, lōga, pēdula Chelidonij, seminā parua, rotūda, Balsaminæ feminę claudit, quibus turget, simul ac tantillùm tangitur in vultū proximi cuiúsq;, quasi impetu vindicabūda, & se tangi queribūda excludit. Idcirco *Nolime tāgere*, vulgus herbariorū vocat, qua nota & nomine notissima iamdiu. Folia, faciésq; & virgulta Balsaminē, Mercurialē, & Amaranthū exprimūt: quare cauendū ne quis Mercurialē putet, eámque in vsus eosdē legat, vt nonnulli hallucinati fecerunt: quippe venenatam quidam autumant, pręstaréque exploratis, quam incerta hac vti monet. Tametsi alios ad effectus meritò laudent.

RAPHANVS *Syl: Officinis Francis, & Belgis.*
LEPIDIVM *Ægineta, folijs quàm Lauri maioribus, floribus racemosis Galy albi.*

Lepidium Peperitis. Gal. Passerage.
Ang. Dittammer.
Germ. Pfefferkraut.
Belg. Peperkruyt.

QVAM potuimus aptè ab altero *Pauli* ex Dioscoride Lepidio minore, siue Cardamantice discreuimus istud pagina 77. ostendimúsque multò vrentius esse, & efficacius illo Democratis carminibus celebri. Perquam notum est istud regionibus calidis, & frigidis, vt Norbonæ, Belgio, & Angliæ, ad decliuia riparum fruticare solitum, plebeculæque Raphanus syl. & *Passerage* vocatum, id est, extrema rabies, propter feruorem igneum, qui etiam testatur hanc legitimū Lepidiū: folijs námq; Laurinis, latioribus tantillùm crenatis, ex pallido virentibus, Hyoscyami quadātenus lutei, aut Costi hortēsis, in flexilibus, ramosis virgis, cubitum & sesquicubitum altis: flores albidos muscosos, Iunio & Iulio edentibus, semēnque pusillum: perreptat subter humū radix, & quotannis noua pullulatione se reparat, ad ischiadicum dolorem efficacissima tusa, & axungia excepta. *Effigi. Matheo. 609.*

Crassa radice, RAPHANVS RVSTICANVS, *Lapathii folio, videtur* MOLYBDENA *Plinij.*
Sinapi Persicum. *Germa.* Meerrettich & Kern.

POTEST HYDROPIPER dici etiam hæc, aquaticis, & subhillis pratensibus fruticans, quam multi Lepidium *Pauli*, & *Plinii* dixerunt: vt cui sint folia latiora, circinata, serrata, longioráque Laurinis, & rigidiora, viciniora tamen

Hippolapatho, à radice crassa longa, acrique tusa vescendo in condimentis Sinapi sapore. Floribus albidis, Sinapi aut Brassicæ minoribus, in ramulis, secundũ quos hærent siliquulæ Erisimi, aut Rhaphani, cum quo similitudinem quandam habet, eóque vocatus fuit Raphanus rusticanus à Plebecula.

DENTARIA, vel Dentillaria RONDELLETII, *& Norbonensium,* ÆGINETÆ LEPIDIVM *itidem putatum.*



NEc abs re Lepidium quoppiã fecerunt perelegantem istam plantam, Norbonenses præceptores nostri. Fruticat ea passim in Romano, & Mõspelliaco agro prope sepes & sata, radice lõgiuscula, caule bicubitali, turionibus multifida, folia ima maioria cauli Isatidis, Drabæ\'ue ritu incumbentia, pusillæ violæ modo. Floribus purpureis, dilutis, extremo caulis ambitui confertim aggestis, quibus defluentibus, semina gemmeis, & villosis hirsutis, & aliquãtum tenacibus pericarpiis includũtur nigra, acri vniuersa planta gustu, & vrentis facultatis, qua tantòpere pollet, vt etiam volę manui vicem callúmue inurat furuum, aut plumbeum, vnde viros Doctos in opinionẽ duxit Molibdenã esse *Plinij*, aut Lepidium Æginetę. Dentillariam, aut potius Dẽtariam vulgus studiosorum putabat vocatã à Rondelletio, qui vt Pyrethris, aut similibus vrentibus vtebatur, ad rabidum dentium cruciatum placandum; etiámq; in Balneis filius Regis Sapor.

HORTORVM Costus Casiani Basi, Menthæ folio, aut Lepidij.

Germ. Frawenkraut id est, Herba D. Mariæ.
Gal. Coq.
Belgi. Balseme, id est, Balsamum.
Offic. Mentha Græca, & Sarracenica.

Dodo. 175. SCIMVS, & hanc quòd feruido esset Costi, aut Lepidii gustu, à nonnullis Recẽtiorum Lepidium putatam, quam Mentham Græcam Pharmacopœi, & Sarracenicam quidam è libro περὶ δυναμεῶν dicunt vtrique non absque plausibili coniectura: Est enim foliis Lauri, sed interdum maioribus, serratis, viridibus, pallentibus, molliusculis, radice fibrosa, inflexa, & summo cespite sparsa, caule cubitali, floribus luteis Tanaceti: hortis familiaris, & nota conspicua amaritudine, feruore tamen non superioribus inferior. Vulnerariam cursores Chirurgi, & mulierculæ citissimæ opis experimuntur: eóque *Baume* apud Gallos, id est, Balsamum vocitant.

BVLBOSA folliata, Officinarum BOLBANAC, LVNARIA *Græca Recentiorum, non est* ARMORACIA, *siue syl.* RAPHANVS *Dioscori. aut* THLASPI *lati-folium Crateuæ:* *vt è pagina 75. liquet.*

CVM

CVM hæc in Alpinis, Galloprouinciæ conterminisq; Pedemontij oriatur, apud Flandros verò Francos & Anglos tantum hortis colatur, rectius videntur Bolbanac dixisse Barbari, à radicibus bulbosis, esculêtis, oblongis, crassis, longius porrectis, porosis qua dantenus Asphodeli, aut Pœoniæ, sed minus protuberantibus, quam Græcam Lunariam, aut Violam latifoliam nuperi quidam. Erutam enim è montibus Alpinis Galloprouinciæ & Pedemontij conterminis scimus, & indidem fortè coli in Flandria, Francia, & Anglia, radicibus exilioribus, flaccidioribus minusq; protuberãtibus, sed similibus & sparsis Asphodeli Lutei, aut Leucacanthæ Monspelliacæ, albidis prorsus carnosis, caules teretes, ramis multis donatos, foliáq; pauca promentibus, oblonga, latiora multò quã Violæ Matronalis, virêtia, in ambitu parum crenata, floribus, primo Vere, Dentillariæ aut Violæ albæ purpureis, & subcæruleis, post quæ orbes siliquosi, aut folliacei oriuntur, ex triplici quasi membranula cõpacti, pellucidi, semina quaterna aut quina complexi, media nempè dissepiente, candida cuticula sericea ipsa Lentis effigie semina, non secus atq; in Alysso cernitur, vnde PENNINCK Brabanti, id est, nummi florem vocant, & quidam Lunariam. Calido, acriq; gustu est, præsertim semine, sed tamen radices acetarijs, vt Rapuntia, manduntur, nec perinde sunt acres, vt Crateuæ Thlaspi radices traduntur. *Dod. de flor. 26.*

Varietas. Non diu est cum aliam vidimus siccam, huic non ita diuersam, duntaxat tota minor est, & Hyeme perennis viret, durioribus caulibus, breuioribus, floribus dilutioribus, folijs aliquot non disparibus, radice rediuiua.

MATRONALIS Viola, aut Damascena.

Bel. Damas blommen & winter violen, *id est, Hyberna viola.*
Gal. Violes de Damas & Giroflles des Dames, *id est, Matronalis viola.*

NEC consultius faciunt, qui istam similem illis plantam, Marinam violam, Damascenam, & exoticam vocitant, cum in Nitiobrigum montosis & Veganijs syluosis, etiamq; Angliæ in pratis fruticet, vnde horti habuerunt: è radice fibrosa, densa, ampla folijs est Drabæ, aut Erucæ, minus laciniosis, nigris, crebribus, ab imo caules rectos, cubitales & sesquicubitales ambientibus Aprili, Maio, & Iunio, florum caliculos multos excãdido purpureos, & rubellos edẽtibus Saponariæ aut Dentariæ: corniculi siliquarum Synapi sunt, vbi semen acre, fuscum, aut ruffescens, & Erucam, Thlaspi, aut Rapuntium gustu tota sapit, quibus idcirco affinis naturâ putatur. *Dod. de flor. 24.*

MEDIVM, an sit MARIANA VIOLA?

MINVS mirum etiámnũc Medium esse nullius aut ambiguæ lectionis, cũ codices & autores fuerint valde variæ lectionis. Qui namq; cũ vulgatis Dioscoridis codicibus, & Plinianis, Iridis folia legebant, superioribus illam maritimam Iridẽ, cuius vt noue mẽtionem in Meo fecimus, & iconem, plenamq; descriptionẽ in Iride dedimus, statuebant: inter quos præceptor, & D. Assatius, Callotus, atq; Dioscorides Barallius Monspelliẽses. Sed nonnullæ notæ magnitudinis & figuræ, potius quam virium, refragari visa sunt. At candidissimus Gesnerus, & deinde Italorum doctissimi nonnulli, qui alijs in codicibus, & hos secutis Græcis authoribus Seridis folia haberent, iam plusquam octennium abhinc monebant nos, Violam MARIANAM dictam, vulgatissimam plantam, quam tamen postremo sibi notam seruitor Commẽtator Cortusij optimi munere gratulatur, Medium, vt si quæ alia planta referre, quorum lectioni & sententiæ nos eo lubentius assentiebamur, quia Iridis syluestris nullius meminerit Dioscorides, nec syluestris folia à satiua, nisi magnitudine diuersa sint, nõnulliq; Theophrastũ negasse vllã Syluestrẽ Iridẽ extare Matthiolus scribãt. Seridis verò Syluestris metip se atq; Dioscorides meminerint. Violæ autẽ Marianæ, & Mariæ dictæ à Belgis (qui muneri elegantiæ florũ causa, primi dederunt Mariæ Hungaricæ viragini illi Heroinæ bellicis fascinoribus, & incendijs nobilitatæ) nostra etiam memoria, cultu hortensi florũ calathis lõgè speciosissimis tantã mag *Effig. Hist. 129.*

 nitudinem

nitudinē assequūtur, vt instar calycis aut poculi poturis voluptatis causa, vinū contineāt. Sunt namq; nolæ oblongæ effigie, nonnullis laciniosis crenis, cærula hilari interdū purpurascēte, interdū dilutiore, & candicāte, emergentibus ab imo calyce, quibus reflexis, aut elapsis in vtriculi, & florū basi Rapūtio, aut Trachelio assimili claudūtur: triquetra numero sa semina Acetosæ, colore, & parilitate. Bicubitales caules toti, & alæ hirsutæ, & hirtæ ab imo folia habent longiora, latiora, tunicis hirsuta, rigida minus quā Licopsis, aut Pulmonaria vulgaris Intibj seu Seridi domesticæ potius quā Syluestris, quæ laciniosa est. Radix autem candida, tenera, esculenta palmum longa Rapūtij similitudine, vti semen & flores sed duplo maior, nec gustu multum dispari: siquidem in acetarijs Rapuntij modo esitauimus verna quadragena Belgiæ præsertim, & Couentriæ Angliæ, vbi etiam in Syluosis quā plurimis enata, sed minor & strigosior, eò postea incrementi progreditur, cultu in hortis passim, vt longè maior adultior, suauiorq; edendo sit, Calidioribus Italiæ, & Galliæ inferiori infrequens, magis figura ad Medium quam facultatibus alludit, siquidem dulcis acriuscula minime astringens percipitur.

Επιμήδιον. EPIMEDIVM.
an Epipetron & Epimetron Plin?



ÆQVE arduum statuere Epimedium quænam sit Planta, & an hodiè nostro orbi Europæo cognita. Quippe perpaucæ sunt plantæ caule donatæ, quin flores, aut quædam eorum rudimēta ædant, vti Filix, Ficus arbor, & alia nonnulla. Qua de nota si in hisce regionibus nasceretur, facilè cognosceretur Epimedium quod suspicamur, esse Epipetrum, vt Plinius legisse videtur Theophrasto memoratum libro 7. capite octauo (non vt vulgo legunt Epimetrum.) Siquidem saxis, & petris innasci affirmat Dioscorides. Cui si idem vsu venit hîc atq; in Bechio, Dictammo, Onosinate, fortè & Cynoglosso, iam facilius accedemus peritiorū Herbariorum sententiæ, quam non semel super Epimedio (atq; de hac eleganti, & noua quā pictam damus planta) rogaui mus. Antequam in fœnicetijs inter cremia enatam sponte, non procul Pistoia, in Florētina præfectura vidissemus, virentem dono acceperamus à Ioanne Pomello Veneto Pharmacopœo non vulgaris peritiæ, ad Buccentoris symbolum, qui in hortis colebat, & alicunde è proximis Vincentiæ, aut Patauij agris habuerat. Hac etiam nos donauit clarissimus Bononiensis Doctor, & professor medicus Cæsar Odonus. Viticulis est quasi iunceis, non crassis, sed nitidis, albidis, prolixioribus, tenellis cubiti, & sesquicubiti exilibus nutātibus, sparsis per summa singuli in ternos, quasi pediculos diuisis, in quibus summis quasi in alis multò tenerioribus ternis pedicellis, terna insunt folia, id est nouē, aut decem magnitudine, colore, leuore Hederaceo, sed teneriora, ad Theophrasti Libanotidē accedentia, auersa parte glauca vel albicantia, & extrema ora nonnullis denticellis spinosis serratim extantibus: radicem non vidimus, sed ab ijsdem auditione accepimus: iam tum defloruisse semenq; amisisse, viroso odore: & prolixis ambagibus radicem incuruari atq; in latera diffundi, subastringentis, & siccantis gustus esse: etiam nunc postremùm dum literis mandaremus nobis gustantibus folia multum amara, gustu fermè Chamæleæ percipiebantur, per quam rara nec nobis vspiam, præterquam in Italia visa.

Et vna cum fructu, florum spem prodigere.

Epipetrum.

Τραχήλιον. TRACHELIVM, *siue Ceruicaria & Vuularia.*

{*Belg.* & *Ger.*} Halsz kraut.

Duæ

DVÆ sunt præterea quæ non parum folijs,& qualitatibus illas designant, veteribus indictæ,nostra memoria nuncupatæ Tracheliũ,Germanis,Halßkraut, siue Ceruicariæ, à ceruicibus colliq; partibus vicinis, internis & externis, quibus tumefactis, & viceratis multum opitulantur: vnde Vuularia ab vuula etiam dicitur. Maiori harum folia sunt quadantenus Bolbonac aut Vrticę,Hispida,rigida,latiora, ad Imum,supernè acuta & ambitu crenatá,Vrticę habitu & superficie:floribus albidis,plurimùm cęruleis Violæ Marianæ minoribus:radice alba tenera Rapũculi in acetarijs apta ieiunio Verno præsertim. *Effi.Dod. 127.*

TRACHELIVM, minus.

MINORI CERVICARIÆ,iijdem natales squallidorum marginũ,& Montium Pratorum Germaniæ,& Angliæ Occiduæ sunt: Caules breuiores,folia item aspera Rapuntij aut Saluiæ,pilosa,flores densi pulcelli superioris sunt, Rapuntij sapore,primóq; vere acetarijs etiam adduntur. *Effig.Dod.127.*

Varietas. Quandóq; in Maritimis,& cliuosis aridis quædam non absimilis,Ceruicariæ maioris folijs,leuiora minus rigida,aut ambitu dentata,in breuioribus cauliculis,quibus subsunt radices latius vagantes albidæ. Flores Iunio & Iulio,aeolis pusillis purpuræ languidæ.

Nostrates CAMPANVLÆ duæ hortenses,Persicifoliæ lacticinosæ, flore volubilis,an? IASIONE Theoph?

OBLONGA,angusta,& obscurè virentia folia,imum caulem cubitalem, atq; radicem stipantia sunt caules recti in longitudinem striati in quibus totis insunt florum calathi,vel nolę Cærulee,albide,cæruleis etiam vel albis explicantibus sese nonnullis staminibus,ambitu constantes & quasi vnico folio, sexangulo, idcirco putatur meritò Theophrasti Iasione:capitula insunt foraminulis peruia,quod imposuit Commentatori Senensi,qui idcirco illicò putauit,& sanxit esse Phyteuma. Horti voluptatis causa habẽt, tametsi in olere mandi queat. *Effi.Dod. 130.*

CAMPANVLA Minor.

EADEM sponte propè scrobes,& sepes prouenit: multò minor,caule breuiore : folia sunt ad imum strata,rotundiora,& volubilem viarum propius accidentia, flores purpurei, & radices exiliores.

RAPVNTIVM paruum,vulgò Pes Locustæ Auicennæ.

Gal. Responce petit.
Ger. Klein Rapuntzlein.
Bel. Cleen Raponcellen.

QVEMADMODVM propter radices & vsus non valdè dissimiles, antiqui Bunium, id est Napulam à Buniade diriuasse videntur,sic ætas sequuta iam inde ab Auicennæ temporibus Rapuntium siue Rapulum istam vocauit:siue quia putarit plebecula eãdem aut congenerem,siue quia ad vescendũ, & ad aspectũ, Napum aut Rapulam præ se fert radix:Est enim pollicis lõgitudine & crassitie Rapi in morem,aut Raphani oblonga,& medio sui nonnihil ventriosa : sed multò minor pellucida, candida,tenera,acetarijs vernæ Quadragenæ longè quouis Rapo aut Raphano delicatior. Inter namq; primás,prima tum erumpit,folijs Oleæ,Gentianellæ,aut Campanulæ hortẽsis breuioribus, in caule gracili,nec huic dissimili flores cærulei quatuor foliolis,vt Lini,cõpacti sed reflexis campanulę modo : semine in oblongis theculis pusillo. Non modo hortis & satis familiare vbinis, sed etiam syluosis & sępibus tum frigidarum, tum calidarum regionum. *Dod.412.*

RAPVNTIVM maius Alopecuri comoso flore.

Dod. Hist. 412 MINVS istud obuium multis locis, nec nisi montosis aut alsiosis pratis, & cōuallibus, vti sunt Mindeni, & Norbonæ Aquitanicæ vicinis pinguibus, etiam Belgij & Angliæ nemorosis. Figura, radiceq; maiore Rapuntium imitante, & comoso flore purpureo cæruleo multum diuerso à Rapis, Napis & minore Rapuntio. Folia enim per initia latiora imò, superne acuta Hederæ, aut Trachelij, sed longiora in caule recto, pedem sesquipedemq; alto, gestante densum comosūmq; spicatum, ex corniculis crebribus in quatuor foliola supernè dehiscentibus, Melampyri florem cæruleum purpurantem, iam glaucum, iam pallidum. Iulio, & Augusto theculas relinquente rotundas, Rapuntij marsupiolis non dissimiles, vti & radix non dissimili gustu & figura est, vnde dicta videtur Rapuntium, tametsi neutra inter Rapos collocanda.

- *Leucoium*
  - *Album,*
  - *Purpureum,*
  - *Luteum,*
  - *Marinum* { *maius,* / *minus,* } *purpureum.*
  - *Duplicato flore.*
- *Lychnides*
  - *Agrestis.*
  - *Agrestis altera.*
  - *Agrestis multiflora Anglica.*
  - *Coronaria.*
  - *Lichnis Chalcedonia.*
  - *Marina Anglica.*
- *Ocimoides siue Ocimastrum.*
- *Ocimastrum alterum,*
- *Ocimastrum Valerianthes.*
- *Ocimoides repens Poligonij folia, flore Saponariæ.*
- *Lysimachia*
  - *Lutea.*
  - *Pliniana fortè.*
  - *Siliquosa, filius ante patrem:* *eiusdem gemina varietas.*
  - *Cærulea hortensis.*
- *Conisa.*
  - *Maior Monspelliensium vera.*
  - *Media, qua Calaminthatertia Fusch. vulgo* geel Mynte.
  - *Minor Monspel. Fusch. Media.*
  - *Minima.*
- *Aster siue stella Attica.*
  - *Monspelliensium aureo flore.*
  - *Italorum fruticosus, luteo Oleæ folio, Conisæ facie.*
  - *Aster minor Monspel. Tripolij flore, medio purpureo, Linariæ folio.*
  - *Aster Montanus duplex pragrandi Conisæ aut Helenij flore.*
- *Glastū siue Isatis.*
  - *Satiua.*
  - *Syluestris.*
  - *Luteola.*
  - *Vaccaria.*

Λευκόϊον. LEVCOION, VIOLA *alba.*

Bel. Violieren.	*Ger.* Weiß garden Viele.
Ang. White Gillouer, or stocke Gillouer.	*Gal.* Violiers blancs.
Hisp. Violetas amarithas, seu violetas blāquas	*Ital. Viola bianca.*

Violæ

VIOLÆ nomen ἀπὸ τοῦ ἰέναι, quasi ire, aut prouenire, aut primum prorũpere dixere: Veris námque præuia viola, & Lutea *Keiri* dicta, quarum capti venustate, & fragrantia, vt vsum ad coronamenta sic nomen commune sanxere, postéaque magis consuetudinem, aut florum similitudinem, quam rationem sequuti, multos & varios flores Violas nuncuparunt. Idem nomen variis atque longè diuersis plantis inditum: quippe apud Theophrastum Viola est bulbosa, nigra & alba: quas nos suis quãque locis exequuti sumus. Hic vero Leucoium speciem dumtaxat leuiter perstringemus, quæ non à florum albedine, sed foliorum canitie, cinericióue colore dicta alba videtur. Etiamnum hodie, vti Dioscoridis æuo, vulgatissimæ cognitionis illa triplex è floribus varietas: vbinis propemodum gentium. Ditissima peræquè omnium florum fœtura. Sed alba & purpureacærulea non nisi satu. *Effig. Mathiol. 876.*

LEVCOIVM LVTEVM, *Keiri Arab.*

Germa. Geel garden viel.
Ital. Viola Ialla:
Gal. Violes de muretz.
An. Walle Gylloser.

LVTEA verò parietinis præsertim, etiam spontè læta floret & vernat, Februario & Martio, hæcque vt frequentior, & odoratior, ita nõ parum vtilior Medico vsui, cuius semen etiam efficacissimum compressum in siliquis, sed minoribus multò, atque Erucæ syluestris paribus. Folia etiam angustiora, virentia Ligustri, vel Phyllereę. Caules sarmentosi, recti, complures, radice lignosa, fibrosa cõmissuris & rimis parietum incuneata. Hic in Anglia vti plerásque alias Nataliciis Christi sæpius floribus luxuriantẽ vidimus, etiã hoc anno: non tamen perennat. *Effig. Mathiol. 877.*

SVI similis & vnà dumtaxat, quæ plurimum albos, sæpe purpureos, interdum, præsertim annotina flores, exoleti coloris in cæruleum vinaceũ languescentis fert: Cornicula quanta & cuiusmodi cornuti Papaueris, geminũ item seminum ordinem, membranula secundũ longitudinem intercurrit. Folia accedunt ad Calendulam albicantia, è radice lignosa: Hæc non perinde feruet gustu. *Varietas.*

LEVCOIVM MARITIMVM *Maius.*



SED Maritima, quæ plurima Mediterraneis Norbonæ littoribus, rarior multò, Thlaspi gustu & sapore videtur. Flosculi æstate quaternis foliolis dilutæ purpuræ: siliqua & semine similis, sed folio ad Cichorij, vel Erucæ modum diuiso, crasso albido, cõcolori, & pari hortẽsis.

LEVCOIVM MARInum, *minus.*

IISDEM locis non raro pusilla duplóque minor oritur, & ab hac differre videtur: vti Thlaspi minimũ, à mediocri: vehementius tamen acredine vellicat linguam.

LEVCOIA DVPLIS FLORIBVS.

MAN-

MANGONIO holitorio repetitáq; crebriore transplãtatione, tum lutei, tum purpurei, flores magnitudinẽ luculentam assequuntur: multiplici singuli prægnanti foliorum fœtura, Rosam moschatã æquante: Sed vti viola Martia floribus donata, semine orba fit.

· ΛυχνίϚ. *LYCHNIS Coronaria.*

Ger. Grawen Roslin, Marien Roslin, & Himmel Roslin, siue Cœlestis Rosula.
Gal. Oeillets, & Oeillets Dieu.
Bel. Christus ooghen.
An. *Rose Campion.*

Iouis flos Theoph. non Phlox, siue flammula Plin.

CERTVM liquet de authorum monumentis & comparatione cum Rosæ, Violæ atque Anthyrrhini floribus, flãmeo colore, lucidáue, aut sanguinea, purpura fulgentibus, dictas fuisse Lychnides, quasi lucidos luculẽtosúe flores, qui elegantiæ illecebris in coronamenta venerint. Eiusmodi est Viridariorũ deliciæ lectissimus flos, Ocellus vocatus, Gallice *Oeillet*, Christus ooghen Flãdricè, cuius tres quatuorúe numerantur differentiæ: quas omnes huius arcto notionis ambitu cõplexi sumus: Satiuę radix fibrosa, longiuscula, folia flaccida, crassiora, tomentosa, vti Æthyopis, magnitudinẽ Leucoii, vel Saluiæ æquante. Incani item caules surrecti, teretes, geniculis atque ramulis pluribus donati, qui singuli, flores explicant, è calycibus Pseudomelanthii æmulis, Rosea purpura rutilos, atque nitore flammantes, oculorũq; aciem interdum perstringentes, Pyropi, aut lapidis Lychnidis modo, vnde nomen vtrique cõmune fuit. Hæc vt omnium pulcherrima, ita colitur sola, eóque flores adeo consertos & ingeminatos fert: vt semine postea orba fit, exhausta nimirum formæ vi, & pabulo in florum cõmodum absumpto: cuiusmodi in Viola Martia exemplum videre est. Haud dispar natura earum quæ ruri, interdum sponte oriuntur, aut in hortis negliguntur. Præterquam quod floribus candidis paucioribus, minoribus, & semine donantur.

Varietas.

LYCHNIDES SYLVESTRES.

AFFINES etiamnum tres, quarum duæ passim secus satorum sæpes exeunt: radice non ita magna, gracilioribus, ac paucioribus, tum cauliculis, tum foliis, & mollioribus, nec perinde tomentosis, sed ex pallido herbaceis. Alteri flores rubelli dilutiorísue Rosæ, alteri vero niueo candore renident.

Varietas

MVLTIFLORA.

TRANSVECTÆ vtriúsque in hortos cultu adeò flores fœtura luxuriant, vt maximum Affricanum florem, vel Rosam æquent, aut superent.

Ang. *Doble Rose Campion.*



LYCHNIS MARINA, ANGLICA.

ALTE-



ALTERA quam hic pictam damus, in aggeribus maritimis Vectis Inſulæ Angliæ, totóq; illo littore frequens. Herbula eſt ab ima radice multis folijs cincta, craſsis, minoribus, & anguſtioribus quàm Portulacæ Marinæ. Caules creberrimi, flexiles, humi fuſi, cubitales & ſeſquicubitales: in quorum ſummo caliculus albus Ocimaſtri, aut Lychnidis eſt, cui hærent floſculi candidi perquàm elegantes, Ocimaſtri non diſsimiles, apiculis intus nigris. Semen in folliculis fuſcum Lychnidis, aut Ocimaſtri. Salſo eſt guſtu, non tamē inſuaui, eſu tenera: non niſi inter filices & Braſsicas marinas quà ferme vndæ alluunt enatam videas. Floret menſe Iunio, Iulio, Auguſto, & Septembri.

LYCHNIS Chalcedonica, ſiue Conſtantinopolitana miniata.

FACILE harum pulcherrimam elegantia prouocat, aut ſuperat florum deliciæ planta Chalcedonia illa, cui florem Conſtantinopolitanum nomen indiderunt. Huius radices exiles, fibroſæ, aliquantùm acres, caules exerunt numeroſos, teneros, graciles, geniculis & aſpredine cinctos, è quibus ſinguli folia bina, quadantenus Sylueſtris Lychnidis, ſed nōnihil viridiora, hirſutiora, & aſperiora, ſemen in cauliculis oblongis nigrum Papaueris Rhœadis. Flores in vmbellis radiatis, latiuculis concinnè diſsiti, & minio purpureo, rutilo fulgentibus, viuidioribus, quàm in Martagone vel Canna Indica, adeò vt quia inodores ſunt iſti coronarij omnes, proindeq; florum voluptate duntaxat aſciti, merito hic Lychnis multò omnium pulcherrima ſit habenda.

OCIMOIDES ſiue Ocimaſtrum, Jacea alba Monſpel. Herba Tunicæ Gordonij.

NON tantùm propter foliorum cum Ocymo ſimilitudinem, ſed etiam adeóq; multò aptius ob vires aduerſum viperinos morſus exploratas, cui maximè confert Ocimum, Ocimoides, aut Ocimaſtrum vocaſſe videntur. Cuius non parum plenè omnes explet notas iſta planta vulgatæ cognitionis, quæ nuſquam non inter ſegetes, & viarum marginumq; gramina vberè luxuriat. Radix alba craſsitiem digiti æquans, tenera nonnullis fibris ſparſa: exiles rectoſq;, nonnihil hirſutos, cubitales exerens caules, per interualla geniculos habentes, è quibus ſingulis folia maiuſcula Ocymi, aut Lychnidis ſylueſtris hirſuta bina, & plerumq; quaterna, nouis ſuccreſcentibus binis puſillis, in ſummo ternos, aut quaternos folioſos calyces ventrioſos ſupernè anguſtos fert: vbi ſemen fuſcum Pſeudomelanthij, flores Lychnidis ſylueſtris albi.

SPVMEVM Papauer vulgò, eſt Ocimaſtrum alterum.

NEC minore prouentu, nec alijs locis oritur hæc, vulgò Norbonenſium notiſsima, & propter ſpumeam ſputeámue aſperginem, quæ non rarò albicans foliorum, & geniculorum finibus inſidet, ſpumeum Papauer putata: ſuperiori Ocimaſtro admodum ſimilis, cunctis ſui partibus, ſed caules leues nitidi hirſuta, ad Tunicem magis accedentia: vnde nonnullis practicis vt Gordonio, Tunica herba dicta, radix nec folia fractu facilis, nitida & pellucida magis.

Behen album ſeu Polemonium Belgarum: neutrum tamen verum.

Ocimaſtrum

Ocimastrum Valerianthos.

Narcissus Virgilij & Columellæ fortè.

LONGE hac floribus pulchriorem, alioquin folijs,caule, & facie non ita dissimilem, alunt herbarij Belgæ: radice tamen aliquantùm crassiore, habitiore, & magis tereti æquè alba,odoratiore. Longiora,maioráq; aliquātò tum folia, tum caules sunt. Flores verò creberrimi, elegantissimi affatim in muscarijs propendentibus,& ex pusillis caliculis oblōgis congesti, Valerianæ partim,& Iasmini. Vnde illic Valeriana Rubra vocatur. Purpura namq; diluta nitent flores, Iunio exeunte. Vnde etiam Rubrum Behen vocitarunt idem: non nisi in hortis pensilibúsq; puluinis,& figlinis enatam vidimus.

Valeriana rubra Belgarum.

OCIMOIDES REPENS. *Polygonifolia, flore Saponariæ.*

NON modò Taurinensium ad Padum collium vmbrosis, Syluosis,& iuxta sepes hæc frequens oritur, sed etiam Seuenæ Veganij herbidis,& vmbrosis marginibus, secus riuulos & fluenta proximè Asarinam in saxorum commissuris. E cauliculis gracilibus, geniculatis, reptantibus, teneris, flexuosis Alsines maioris, folia exeunt bina, iuxta geniculos Oleæ syluestris, Myrthi, aut Polygoni, sed paulò latiora. Flores verò in caliculis oblongis Saponariæ concoloribus, multò minoribus: radix exilis, vsus hodie incomperti & neglecti.

λυσιμάχιον καὶ λύτεον LYSIMACHIA LVTEA, *siue Salicaria.*

{ *Gal.* Perçe bosse. Sousy d'eaue. Corneille.
Ger. Gerl Weidrich.

HVIC laus nomenq; à pugna dirimenda, id enim est: λύειν τὴν μάχην, certamen dirimere vel pacē componere, quod nominis Reginam etiam Lysimachiā imposuisse dixerunt. Est tamen ea plantæ vis, vt etiam belluarum animos feroces,& mutuos hostiles congressus pacet. Faceret vtinam rerum arbitra,& hera Prouidentia, vt quàm nota est hodie herba Lysimachia, tam esset nobis copia illius cœlestis Lysimachiæ, quæ est Paracleti interpres,& alumna pacis gratia, qua rabies,& rerum humanarum æstus, atq; insania plusquā Cerberea, ad lenitatē perpetuumq; perennis amicitiæ fœdus, reducerentur. Tametsi tres posteritatis sedulitate animaduersæ sunt Lysimachiæ species, Dioscoridi indictæ, tamē vix vlla earū vsu hactenus recepta fuit. Eapropter lutea notissima, vsúq; frequentior. Messibus flores luteos elegantia visendos, in ramulis, Hypericonis modo edit, inodoros, multos, cōfertos, folia autē frondis Salignež, aut Persicariæ, pallentia, in caule bicubitali parum angulosō, geniculato, quaterna ternaq; sibi ex aduerso sita. Radix cespite vagatur, latins sparsa, editq; teneram sobolem purpurascentium turionum. Semen rotundum Coriandri, pallidum. Marginibus hæc & ripis minus vdis, atq; mersis, quàm reliquæ tres aquaticæ. Vbiq; Angliæ, Galliæ, Germaniæ, peruia, quā Officinæ multam ad gargarismata,& parulides exesasq; oris inflammationes vsurpant. Gustu astringit & desiccat.

LYSIMACHIÆ *fortè Pliniana.*

SVNT qui Plinio mentionatam Lysimachiam diuersam illi specie arbitrātur, quippe qui flore purpureo, & odore graui eas discreuisse videtur: earūq; vnā proinde innuisse, quæ nusquā emersæ conspiciuntur: è riuulis pigris, & palludosis lacunis, floribus, spicatis, intē se purpureis, palmum & sesquipalmū longis, è Sertis purpureis semine concluso in angustum deficientibus, Viticis aut Lauendulæ ritu. Caules geniculatos, & folia Luteæ similia, aut Salicis angustifoliæ sunt, ex interuallis bina subpurpurea. Radix maior quàm Luteæ, & similiter turiones, quotannis teneros promēs, lignosa, nigricans: nō tamē odore tetro. Quare tametsi non magni nostra referat cuia sit Plinianáne an Dioscoridea, tamen subodorari quiuis queat, Pliniū non aliam interpretatū, à Lutea. Sed πύρρον, siue purpureū vertisse, aut πόρφυρον legisse: & grauem odorem habere, quod quando adoletur, verum asserit Dioscorides.

LYSIMACHIA *Siliquosa, Filius ante patrem.*

EST etiam vulgatior hæc à siliquato fœtu præcoci, qui auctu & incremēto florū eruptioni anteuertit, quasi proles parente prior, Filius ante patrē vocitata. Non aliis hæc natalibus, sed multò vberiore & variato prouentu oriunda, caule & foliis haud diuersa, nisi quia angustiora & leuiter crenata. Flosculos foliolis quaternis constantes purpureos, patulos: Geranii colūbini, quibus quasi caliculus foret, subsunt teretia exilia & longiuscula cornicula, quæ semine perquàm minuto Conizę, aut Dentis leonis, vnà cum papposis inuolucris, dum siliquæ hiulcæ & bifidæ disparantur, perducitur.

Varietas

HVIVS filii ante patrem in Belgio, sed in Anglia facillimè, varietas duplex obseruatur, non iisdem tamen locis semper, attamen vmbrosis, taxosis, aut minus vdis. Frequentior est omnino folio, siliqua, caule iisdem, sed magnitudine inferior, & tenera adeò, vt vix siliquam florémq; fulcire queat. Flos verò propius Caryophylleam Tunicā dictam, paulò minorem, rubeum exprimit.

ALTERA varietas cernitur in floribus, pallidioribus, quadripartitis, angustioribus foliolis, ex aduersa cruciatim, aut decussatim assitis, in parili siliqua, cui cætera omnia subsunt similia.

LYSIMACHIA CÆRVLEA *hortensis, Veronica* RECTA *quorundam.*

ET hæc non absimilis folio, Filii ante Patrem, aut maioris Veronicæ, sed longiore, crassiore, sed tota minor, cubitum & pedem alta, & quasi ex vtraque Lysimachia mixta: ramulos in summo spicatos, floribus cœruleis, nitidis Teucrii, Germandreæ, aut Lauendulæ longioribus: pluribus exiguis marsupiolis contentum semen minutum: exigua & fibrosa radice nititur. Rarior hæc etiam hortis: Londini hoc anno Iunio & Iulio floruit in horto H. Morgani nostri: Belgicis etiam syluis dicitur crescere sponte. Parcior, aut rarior harum omnium vsus, pręter quàm Luteæ, vti dictum.

CONIZA MINIMA *siue Pulicaria.*

IN quadruplici differentia est Coniza, quarum Media & Minima vbiuis Galliæ, Germaniæ, & Angliæ locis lacustribus, & humentibus aruis multa. In *Benardgreyn* ara & fossis, altero à Londino lapide fruticat minima, inter Camęmillam Romanam, inter & Pulgium Regale: sesquipalmum caulibus superat, multis alis donatis, hirsutis, pullis vel cineritiis, rotundis, rigidiusculis, quos folia ambiūt ab imo crebra, incana, & Phyli Thelegoni fermè paria, aut Gnaphalii vulgaris, quem habitu & colore tota refert, sed maiora multò & obscuriore obsoletioréque lanugine. Flores rotundi, bullis Agerati vel Tanaceti, sed minus vegeto colore & cōpressi, quibus elapsis semen subest Anthemidis, acerosum minutū: exigua lignosáq; radice, minime omnium hæc glutinosa, minúsque quàm Media fœtida, quam dumtaxat vestigio olido testatur.

MEDIA.

EODEM loci secus Regiam viā atq; humentes scrobes, Media illi prorsum similis, sed duplò maioribus foliis, crassis, densis, virentibus, asperis, rigidis, squallidis, caulē bicubitalē & alas multas ambientibus, ima falcata, basi Glasti Dentillarięue modo. Radiatis floribus, luteis, Chrysanthemi, aut Buphthalmi, semen haud dissimile, radix pusilla, halitum virosum, & quiddam Cimicum, aut fœtidę Cotulæ efflat. Parum aut minus multò quàm maior, & minor glutinosa.

CONIZA MAIOR *Vera.*

SED maior tępidiore Austrinóq; cœlo & aëre maritimo oblectatur, cuiusmodi est Hetrurię inter Florētiā, Aquaspēdulas, & Romā, atq; Nitiobrigū in maritimis Venetis & aruorum mar-

marginibus Lunellę, Masſilarges, Mõſpellii. Binũ trinúmue cubitorum frutex, multis propagatur virgultis, rectis, rigidis, rotundis, foliis multis cohærentibus, denſis, ex viridi pallentibus, craſsis, pinguibus, Oleæ ſimilibus, aut Aſteri attici Italici. Extremi caules multis ornãtur ſecundũ lõgitudinẽ floribus, luteis, rotundis, Hieracij, aut Senecionis, in pappos euolantibus: nec non ſemen exiguũ, vt Hieracii: radix lignoſa, fibroſa. Præſtãtior cæteris multò hæc, cùm odore vehementer ſuaui, tũ viribus, nec minus Ledo Chiſto glutinoſa tangenti, cuius odorem, ſed cum ea quam mediam iam deſcripſimus, nõnihil confuſum imitatur, adeò vt omnes norit, qui ambas, mediã nempè & iſtã nouerit. Adeò ſunt inter ſe conſimiles, & Dioſcoridis lineamentis affabrè bellè congruentes,



CONIZA MINOR *Vera.*

HVIC tamen præ cæteris aſsimilatur natalibus, viribus, odore & facie, quam minorẽ Dioſcoridis aſtruemus. Quæ prorſus eadẽ foret, niſi proceritate & caulium luxuria vinceretur. Vnico ſed enim eſt vtplurimum caule, gracili, cubitali & ſeſquicubitali, paucioribus, minoribúſque foliis Lynariæ, vel Chiſti Ledi anguſtifolii: color, odor, modus, ſemen, tum illis, tum floribus, haud diuerſa: radix exigua. Gramuntiæ ſyluę finitimis agris, hanc non modò, ſed etiam publica via maiorẽ, in depreſsis Syluę lacunis minimam, non ſemel, Pulegii Ceruini conuictricẽ, legimus: Mediam verò paſsim vbique locis vdis, ſic inibi omnes ſtudioſis paulò exercitatioribus iamdiu notæ: quibus riſui fuit Senenſis audax commentum, qui longè diuerſam, vti in Baccharide dictum, plantam, *Nullis reclamantibus*, vt ille ſemper affirmat (vti nos hîc omnibus aduerſantibus) *notis*, intruſit huc. Parum certè illi notam, & quod minus ferendum, nõ deſcriptã. Spirat huius nãque radix odorem, non tetrum, ſed arromaticũ Garryophylleum. Caule, & foliis Verbaſci, aut Blattariæ non Oleæ, glutinis nihil penitus habentibus. Flores ex luteo purpuraſcentes: cætera etiam planè diſsimilia, multò magis viribus: quare nunquam Senenſis dignitas noſtratibus mulierculis Galloprouinciæ perſuadebit, vt ſcopas euiſcandis, & enecandis pulicibus, ex Baccharide potius quàm vulgata illîc Pullicaria colligant.

Coniſa maior Matthiolo falsò tradita.

Monſpell. Baccaris.



ASTER, ſiue STELLA ATTICA Monſpellienſium, aureo flore.

ATTICÆ ſtellæ nomen, ſi non à flore, ſed à foliolis florem in ſtellæ morem cingentibus, factum fuit, vt Dioſcorides videtur expreſsiſſe: non aliam hodie plantam commodius poteſt deſignare, quàm Monſpellienſium Aſterem vocatam inibi Norbonenſi agro, prope pratorum margines, & fluenta perfamiliare. Florem etenim edit æſtate aureum, circinatæ, ſed compreſſæ, nec admodum extuberantis rotunditatis, Buphthalmi aut Chryſanthemi, quem ambiunt quina ſenáue foliola anguſta, mucronata, rigida, longiuſcula, Stellam marinam piſcem, non parum referentia: caules pedales terni aut quaterni, duri, hirſuti, quibus totis inſunt folia oblóga Lychnidis aut Verbaſci Saluifoliæ tenuioris, piloſa rigidiuſcula, viridia, in fuſcum obſcura. Radice capilloſa, ſparſa. Sapore aſtringente, amaricante, non acri, nec ita ingrato. Semine anthemidis Auguſto maturis vel Septembri in Franciæ, Belgij, Germaniæ, & Angliæ hortis. Nam ruri illis non prouenit. Purpuraſcunt quibuſdam in locis florum foliola ſubtus, non ſecus ac in Tripolio.

ASTER ITALORVM luteum fruticoſum oleæfolio Coniſæ facie.

EST & iſtud non modò Italiæ ſaxoſis & aridis valdè frequens, ſed etiam Galloprouinciæ Norbone, præſertim via Auenione Nemanſum petenti ad læuam, inter Auguſtæ antiquitatis Romanæq; munificentiæ rudera, ruinoſaq; triplicis fornicis pontis Gari vocati eximia monumenta, nec non prope *Bottonettum*, & ſecus Lanum Monſpelliacum amnem ad pontem. Virgultis quamplurimis, durioribus, nigricantibus, pedalibus, & ſeſquipedalibus: folia Oleæ Coniſæ, vel Myrthi maioris, aut potius Coniſæ facie & flore. Luteo, papposo circinato ſquamulis aceroſis foris ſepto, in Iaceæ morem. Fibroſa radice, guſtus vniuerſæ ſubaſtringentis & ſiccantis, parum quid amarooris arromatici & odoris commodi hactenus incerti. Incertumq; ſitne *Amelus Virgilij*. Videtur equidem neq; Ameli veti, neq; Dioſcoridis Aſteris opinionem tueri poſſe, vt preſsius expendenti ſtirpes ipſas, & vtriuſq; authoris lectioni dicat liquet.

ASTER MINOR Norbonenſium tripolij flore, Lynariæ folio medio purpureum.

NISI hic (non in pratis) locis aridis & collibus ſaxoſis proueniret, vt ſunt Olíueta circum Monſpellium & ad Caſtrum nouum, cæteris plenius expleret Dioſcoridis Aſteris & *Ameli Vergiliani* notionẽ. Flores quippe radiatim multis foliolis ſtellulas effigiant, aureo purpureoq; mixto fulgore micantes Tripolij. Nam Dioſcoridi pingitur aliquid purpurei luteo immixtum, vt videte eſt quando dicit, florũ partem purpuream bubonis præſidio eſſe. Sic enim vertendum eſt, & vertit doctiſsimus Marcellus. In gracilibus virgis, numeroſis, rectis, pedalibus & ſeſquipedalibus ab vno radicis fibroſæ ceſpite: foliola oblonga, anguſtiora quàm ſuperiorum, Lynariam referentia. Similis tota, ſed minor & gracilior Tripolio. quod AMELVM *Virgilianum* ſignantius exprimit, non modò quia ſecus fluenta & pratorum riguorum conualles amœniores, vt Padi, ſiue famigeratiſſimi Eridani prope Ferrariã, Patauiũ, & paſsim in Lombardia: ſed etiã quia tũ florũ & foliorũ, tũ cauliũ ſuperficies, interdũ ex virore purpuraſcũt, ſpecioſamq; radiantium Stellarum in luteo purpuraſcẽtium ſyluam oſtentant cymæ.



ASTER MONTANIS duplex pregrandi Helenij flore.

MERENTVR etiam Asteris nomen plãtæ illæ duæ, quæ non nisi rarò in mõtibus Allobrogũ & Galloprouinciæ celsis,florẽ vnicũ luculentæ magnitudinis ostentãt. Magnitudine ferè, colore, & effigie Helenij,in caule singulari, cubitali, recto,gracili, folia ferenti fusca, magnitudine Asteris Italici, & adeò simila,vt planè eadẽ putes. Radice fibrosa, Succisæ,aut Britannicæ,Lugdunensis.



Alter folio & caule hirsutis.

ALter proceritate,& flore non absimilis,sed caule,& folijs hirsutis,longioribus,Cynoglossi nostri parui paribus,& similibus: radice verò minus fibrosa.

GLASTVM *Satiuum.*

Effi.Ma.634. HVIVS satiui & longè omnium optimi immensi tractus consiti Tholosanam ditant regionem, vbi virens herba *Guede* : tabefacta autem & putrefacta, inq; mola trusatili expressa herbacea sanies, in prægrandes glebas aceruatur, & *Pastel* vernaculè vocatur,indeq; Galliæ,Angliæ,& Belgio suppetit ad pannorum infecturas. Serunt etiam circa Insulas Belgij vrbem,& in Germania vbi solũ pingue,& lætum,perbonum dat Isatidem nec multùm Tholosana inferiorem.In Italia minus frequens, eoq; minus mirum si doctus Anguillara se nosse negarit,& aliam Norbonensem syluestris Glasti speciem,pro satiuo Glasto describserit: quam nescio cur Dodoneus Vaccariam vocarit, cùm apud nos neq; vaccę eam pascantur, nec vllam cum ea habet similitudinem,vllive vsui sit: Et illius conspicua differe:.tia ab vtroq; Glasto,quibus tamen congener videtur.

Glastum enim Satiuum infecturæ commendatione vbiq; notum est. Aruis pinguibus feritur quotannis,exitq; folijs ab imo totos caules cubitales & bicubitales rectos stipantibus,crassis,pinguibus,angustis,atrocæruleis aut virẽtibus Cynoglossi, aut Thlaspi latifoliæ effigie hærentibus,in summis ramulis numerosis,Maio mense, & Iunio flores lutei, pallidi,numerosi exeunt, secundum quos theculæ compressæ,acutæ in linguæ figuram erumpunt,& semen maturant nigricans. Radix albicat,non altè depacta.

GLASTVM *siue* ISATIS *Syluestris.*

Math.635. SYLVESTRIS segetibus obest,& multò procerius priore luxuriat,folijs Endiuiam imitantibus,tamen multò minoribus,vnde Plinio occasio,vt in Lactucas reijceret: radice exigua,caule lignoso,recto,ab imò folijs compluribus stipato,è quorum alis alternis interuallis propagantur flores,sed in summo multiplici conferti, melino diluto colore. Galloprouinciæ plebeculæ coronaria est.

ISATIS *syluestris Ocimastri caliculo,flore exiguo pallido,Vaccaria dicta Norbo.*

SYLVESTRIS autem siue Vaccaria,& Ocimoides dicta,importuno prouentu Triticeæ segeti immiscetur : angustiora folia promẽs, quàm syluestris Isatis,Ocimastri, siue Papaucris spumei similia,rariora,in caule cubitali alis sparso, & ornato floribus pusillis Ocimastri,aut Pseudomelanthij,alabastriculis albidis,& pallentibus,nec semine dispari: non vllius adhuc commodi comperti.

LVTEOLA.

MAGNO vsui & emolumento est Luteola, recentioribus tantùm cognita, ad colorem fuluum aureúmue pannis conciliandū valde expetita, præsertim in Belgio, vbi magna copia: tametsi aliis etiam plerísque locis Galliæ, & Angliæ ruderibus, & semitibus occurrat. Hæc tertia Glasti species constitui rectè potest: radix oblonga, folia habitiora, Isatidis figura, sed angustiora, fusco virore, caule recto, sesquicubitali, Thyrsum muscosum gerit, ex multis flosculis, luteolis, pallescentibus, Oleæ similitudine, & magnitudine, decussatim explicatis: Semen nigrum, Vrticæ Romanæ, sed minus.

TITHYMALI
- *Paralius, siue Marinus.*
- *Myrsinites, siue Myrthifolius.*
- *Helioscopius Solisequius, Portulacæ folio.*
- *Cyparissias Cupressinus, vel Humipinus.*
- *Pityusa, siue Pinea: Esula minor Officinarum.*
- *Esula maior Germanica, an sit Dioscoridis pregrandis frutescens Pityusa.*
- *Dendroides, siue Arborescens, Myrthifolius.*
- *Platiphyllos, est Characias nuperorum.*
- *Characias Anglicus, & Francus.*
- *Monspelliensium serratifolius, an Characias?*
- *Lathyris, siue Cataputia minor.*
- *Peplus, siue rotunda Esula.*

Peplis.

Chamæsyce.

- *Nerion* { *Purpureum.* / *Album.*
- *Alpigena Chamærhododendros* { *Odora.* / *Altera.*
- *Montana Allobrogum Lentiscifolia, Chamæleæfolia, vel, Oliuæfolia minus odora.*
- *Chamedaphne, siue pusilla Laurus, an Germanicum Mezereon, an num potius nostrum Chamærhododendrum?*
- *Granum Gnidium.*
- *Daphnoides, siue Laureola.*
- *Thymelea, Granignidij.*
- *Chameleæ tricoccos, Mezereon Arabum.*
- *Chamælea montana hirsuta.*
- *Alypum, Terribilis, Herba Norbonensium.*
- *Turbith* { *Serapionis, & Arabum.* / *Mesue.* / *Actuarij.* / *Officinarum triplex.*
- Tarton Traire *Massiliensium, Galloprouinciæ.*
- *Esula rara, siue Alypum in Lio Venetorum insula.*

Semperuiuū, siue sedum.
- *Maius crenatum Myrthifolium meaum teretifolium.*
- *Minus.*
- *Minimum, siue Illecebra.*
- *Anthyllis, siue Vermicularis frutescens, siue arborescens*

Sedum { *Arborescens Græcum, Illyricum, & Anglicum* { *Maius.* / *Minus.* } / *Aloe.*

- *Cotyledon.*
- *Cotyledon minus, Montanum Sedifolio.*
- *Cotyledon aquatica, acris Septentrionalium.*
- *Androsaches.*

Portulaca { *Satiua.* / *Agrestis.*
Portulaca marina
Halimus.
Telephium, an Crassula?
Scorpioides.

TITHYMALI.
τιθυμάλοι, Lactariæ.
Germa. Wolfsmilch.
Gallis. Tithymales, ou Herbe au laict.
Belg. wolfsmelck.
Ang. Wilde spurge.

A Svcco lacteo quo turgerent differentiæ cũctę, nomen factum cõmune Tithymalis, vel per diphtongũ potius, Tithoimalis, quod mammã, siue papillã vberis exitiosam virosámue non inscitè interpretatur. Plures hodie quam apud Dioscoridem extent, habemus; quarum partim confusas à Comentatore, nec verbis designatas, partim affictas orationi non intellectæ Dioscoridis, quamlibet suis indiciis illustrabimus, & paucis emendabimus: Dioscoridis oratione quasi filo Ariadnæ ducti, sed nostrum ordinem sequuti, accuratiorémque ex inspectione descriptionem: quò qualibet planta cui propius quadret, Magis perspicuum fiat. *Paralium* primum põnemus.

παράλιος. *PARALLIVS.*

PArallios siue hæc maritima appellata nusquam hic nisi sabuloso sterilíque littorum solo Mediterranei, Occidui, & Germanici maris, vbi quãplurima exit, virgis à radice, rectis rubellis, tactui glutinosis, foliis densè stipãtibus, subnigris, Lino latioribus, Alypi terribilis paribus, & similibus. Flosculis ex herbaceo luteolis: in summis pediculis circinata foliola media traiicientibus, sicque vmbellam efformantibus & semen edentibus tricoccum, Chamælea, aut Latiridis non dissimile, minùs & coactius: intus medullosa tria grana sunt verrucariæ Tornesolis: radice simplici, prolixa, lignosa.

μυρσινίτης. *MYRSINITES Myrthifolius. Fæmina repens Dioscorid.*

PRoxima illi facie hæc, sed breuioribus pedalibus, pinguioribus, reptat humi surculis, quos folia prorsum Chamæleæ latiora, Myrthi, vel Rusci, mucronata crebra stipant, vt Paralium, pallidè virentia, & in summo magis sparsa Sedi maioris, aut Laureolæ ambitu, è quo trans folia cõcaua & vmbilicata, disparantur quaterni, aut quini pediculi Iunio & Iulio, flores luteos, herbaceos, pusillos, muscosos gestãt, & semina tri quetra Paralii Augusto maturant, maiora, quæ itidem tribus compacta lateribus, in tricarinas valuulas dehiscunt, singulas singulum granum, teres, oblungum, fuscum: medulla alba acri non ingrata. Angliæ, Belgiæ, & Franciæ horti hunc sæpius alunt: nec alibi natum vidimus.

ἡλιοσκόπιος. *Helioscopius. TITHYMALVS, Solisequius Portulacifolius.*
Germ. Sonnewende wolfsmelck.
Gallis. Reueille matin suiuant le Soleil.
Belgis. Croonkens cruyt.
Ang. Wertgrasse, & Wertworte.

CVnctis gentibus familiaris hîc & notior, foliis Portulacæ minus crassis, Halimi breuioribus, ambitu nonnihil crenato vt noster Charatias, caules paruos pedales in humum



humum flexos, quaternos & quinos, rubellos, cingentibus floribus ex luteo in pallidū languentibus, inque vmbellam collectis, semine non diuerso: sed Norbonæ, vbi maturuerit plenè, adeo spiritu vapido turget, vti soli relictū, quasi se motaret, exiliat, mediūque crepet; pueris raro spectaculo est, quemadmodum Thamarisci semen.

Κυπαρισσίας TITHYMALVS *Cyparissias, siue Cupressinus. vel Humipinus.*

APPRIME referunt huius densi ramuli rubētes, sesquipalmares, positu ortu, effigie, æquabili circinatóq; habitu pusillā Cupressum: folia autē angustiora, longiora, & multò quam Chamælea, aut Thymelea, Pino propiora, molliora: semine alioqui in summitatibus, pixidata foliola trāsmittentibus, nec à superioris, nisi quia minora sunt, diuersis: vicinioribus tamen Parallio Tithymalo, & Pituisę. Crepidines sabulosę fluminū, & vicini colles frequentius hunc alunt, vti sunt Ligeris ad Aureliam, Bituriges Galliæ, & Norbonæ Lani, non procul Monspellio, alibíque passim Maio, & Iunio, quum interdum propter anni & loci rigores, vel feruores albent folia, & minor tota reperitur, etiam in maritimis: quemadmodum cæruleū etiam totum habemus Parallium, & Amygdaloidem sanguineum.

Πιτυοῦσα PITYVSA, *siue Pinea, Offici. Esula minor.*

ILLI ADEO affinis hæc Pinea Tithymalus, nomine & facie, viribus, natalibus, & foliis presertim, vt ne quemquam falleret assimilatio, Dioscorides diuersas esse species monendum duxerit. Ac quāquam videri posset vna quæpiam Cyparissię Tithymali varietas, quales aliquot notauimus, tamen hîc non vniuersum habitum, & lineamenta Plantę, sed dumtaxat folia Piceæ esse tradit. Quare coniectura fert verisimilior, Pityusam esse eandem cum Officinarum Esula minore, quæ etiam Esulę vox, quasi abscisa à Pityusula, nempe Pityusa minore videtur. Passimque cognoscitur, cum Linariæ collatione, de versificatoris carminulo rithmico. *Esula Lactescit, sine lacte Linaria crescit.* ESVLA.

Exit namq; cauliculis gracilibus, pede & cubito maioribus, per interualla disparia Polygoni more, ramulos, & folia pauciora promētibus, Osyridis, siue Linariæ, longis, acutis, angustis, & nulli Tithymalorum quam Cyparisso propinquioribus: cui etiam flosculi prorsus, & seminum triquetra theca eadem: radix digitum minimū æquat, albicās, cuius cortex aceto maceratus, & torulo ligneo exāteratus vsui Officinis, nec fructui est lentis figura, cuiusmodi codex Dioscoridis habet, cui potius mendum subesse suspicamur, quàm standum putamus, rerum suffragante & monente perpensione: & sane aut nullum prorsum nostratium Tithymalorum (quorum omnium inter ipsos eadem, & triquetra pericarpia, siue inuolucra sunt,) fuit illis notū, vel descriptum, aut amanuensium incuria (nolim Dioscoridis) temerata fuit, luxatáque aliquot locis germana lectio: vt mox fusius monemus: hinc simul ridendæ, simul pudendæ Commentatoris commenticiæ, Tithymali, Paralii, & Mirsynitidis effigiaturæ, quas non è plantis ipsis expinxit, sed vti in Antirrhini floribus, Tragacanthi fructu, & capitulo Gnaphali marini, Poterio; atq; quāplurimis aliis locis, plausibilis iconis mendacio, posteritatis theatro illusit; ex quo exercitatissimo cuique, & cordatissimo viro suspicionem fecit, & fouit meritò, non vno loco fidei classici authoris illum fregisse tesseram, nec illi deinceps, nisi benè re perpensa, in medicatoria pollicitatione credendum. Pratorum margines, & sepium, istam sæpius alunt Esulam. In Francia, Belgio, & Anglia, non nisi horti Pharmacopœorum,

ESVLA *maior Germanica, an sit Dioscoridis pragrandis frutescens Pityusa?*

VT vsu crebto apud Germanos, & Belgas Pharmacopœos hæc recepta est, Esula maior, sic sanè nulli Tithymali speciei quam Pityusæ propior videtur, & alioqui nisi huc ac-

commodetur, Dioſcoridi, aut minus nota, aut prætermiſſa fuit. Ex ampla multiſque adnatis implexa radice, craſſo, denſóq; pullo cortice amicta, innumera ſurriguntur virgulta, minimũ digitũ craſſa, & binũ cubitorum proceritate viridãtia, folia ferentia Latyridis crebra, aut arboreſcentis Tithymali, nec ſemine diſſimili: ſed partim ſecundũ caulis & foliorũ interualla, partim in vmbella, ſed minus lata, & minus in orbem collecta, cætera non diſsident à reliquis Tithymalis. Verùm rarior hæc in Italia & Gallia, & Anglia, niſi in hortis colatur. Germaniæ verò ſuperioris, & inferioris ad Rhenum.



DENDROIDES, ſiue arboreus Myrthifolius, Myrthei ſpecie non à folijs, ſed frutico.

CALIDIORIS ſoli collibus apricis, & ſaxeis, ſiue aſperis, ſecus fluenta Norbonę, & Hetruriæ Romaniæque prouenit Arboris æmulatione, ab vno ſtipite pollicis craſſitie, plures emittit ramos, amplos, bicubitales, digitũ craſſos, Eſulæ maioris folia paria & admodum ſimilia, veluti cuncta planta: quam radix exilior, ſtipes craſſior, & vmbella maior, ab Eſula maiore diſtinguit: vti etiam arboreus vultus, quem hæc præfert, vnde illi nomen.

PLATIPHYLLON Characias Mathioli, Vallaris.

POSTEA quàm habemus plures, quàm quot Dioſcoridi annumeratæ ſint Tithymalorum ſpecies, & huic præ cæteris folia ineſſe latiora, vt Plinio etiam viſum, ad Violæ albę, & minimi Syluestris verbaſci accedentia, ſimilitudine, ortu, & parilitate, videmur tutò affirmaturi, latifolium hunc Tithymalum dici oportere: & præſertim cùm duos inſuper ſimus nacti, quos ſi nouiſſet Commentator, Characiã feciſſet, noſque hoc labore leuaſſet. Quem igitur Characiam noſtra ętate ſcriptores putant, nos Platiphyllum opinamur, quemadmodum Platiphyllon Iteam, ſiue Salicem appellant illi. Eſt namque latioribus, longioribus cæterarum foliis, ramis ſeſquicubitum & duos altis, alioquin Dendroidi, aut Pityuſæ maiori aſsimilatur. In Norbonæ Galloprouinciæ, Lugdunenſiq; præfectura, ac alis quàmplurimis Galliæ, & Germaniæ ſyluoſis, & fluentum ripis, nihil frequentius. Floret, Maio & Iunio, vnicaulis, vt plurimum hic: eóque Dendroidi cognatior.

CHARACIAS Anglicus & Francus.

HIc admodum ſimilis Platiphyllo, ſed minor caule, & foliis. Frequentior etiã in Germaniis, & Franciæ Aureliæ vicinis ſyluoſis, quàm calidiori ſolo: Nullibi quàm in Anglia copioſior. Primo Vere floret, cauléſque complures à radice lignoſa, fuſca, rubentes emittit. In quibus folia multò minora, purpurantia Amygdalinæ frondis effigie, Paralij maiora. Luteſcente floſculorum fœtura, & paritura, per Iunii meſſes trilateram, & trigranã: non diuerſam à cæteris ſiliquam, paulò ſuperius quàm ſint Peltata concaua folia, pertranſeant vmbellæ ramuli.

MONSPELLIENSIUM SERRATUS TITHYMALUS, an Caracias?



NON temerè alibi (ne in Italia quidẽ) quàm Norbonensi agro istum reperias, qui inibi vulgatissimus, & à foliorum crenis tenellis, serratus vocatus: exeũt à radice alba, Eryngij simili, pingui corticε, carnosa pulpa, pollicẽ crassa, prolixa binũ & ternũ pedũ, gũmeo & pereocto succo pregnante, eoq; Turbit suspicionem faciente: exeunt surculi plures cubitales, & pedales viridantes: Folijs Mirsinitidis, angustioribus, aut myrthi maioris, crassioribus, pinguioribus, & elegãter per ambitũ, sed leniter, crenatis: insũmo ramulis spargitur, & donatur vmbellis vmbellicatæ rotunditatis, foliola traijcientibus, florem, & thecam haud diuersam ab alijs, æstate. Si vllius horum omnium radix affabrè ementitur Turpeti Alexandrini radicem, sanè hęc foret.

LATHYRIS siue CATAPUTIA minor: maior est Ricinus.

POSTREMUM omnium Tithymalorum notissima, & vsitatissima Lathyris, cui appellatio indita videtur, quæ congenerem quidem, sed efficatiorem, & virosam magis signaret Tithymalum, idcircoq; Catapotiam, quia dixerat Dioscorides ἐν καταποτίῳ λαμβανόμενα, id est, in pilulis grana sumpta purgare. Nusquam non in hortis, etiamq; in agrorum Anglorum, & Galliæ marginibus occurrit, caule singulari, bipedali, sed ramoso assurgit: quem per interualla ab imo bina cingunt folia, Rhododendri, aut Platiphylli Tithymali, crassa, pinguia, succo lacteo virosiore gliscentia. Flores æstate pusillos, & semen edit Augusto, & Septembri, maius Tithymalis cęteris, non tamen diuersum, tricoccum, trilaterum, expressiore ternum granorum commissura, qualis Chamelææ, quæ maior, & figuratior, & angulosior magis, ideo conspicua. Idcireoq; plenius, & signatius à Dioscoride descripta, aliorũ Tithymali pericarpia, & femina nõ perinde. Quare nobis subscribente natiua rerum imagine fuerunt interdum immutandæ, interdumq; expressius ponendæ designationes, non vt faciunt ista mancipia mendaciorum, qui ne videantur ignorasse, malunt ignota blaterare, sibiq; ipsis & naturæ monstra commentari.

PEPLUS, siue ROTUNDA ESULA.

QUOD ramulorum ambitu, & quasi rotundo amictu, velum efformaret, aut tellurem operiret, Peplus dicta, nisi potius ob purpuream foliorum superficiem, siue xerampelinam, quæ huic in vinetis nascenti, & Peplidi in maritimis sabuletis degenti, vt plurimùm inest. Peplum namq; fuisse purpurei, vel phęnicei coloris, cùm multæ historiæ, tum flãmeolum testatur, sic à flammeo dictũ colore. Germanijs & Gallijs passim Peplus spõte prouenit, secus sępes, fossimenta, margines hortorum, & in vinetis. Radice prolixiore, pusilla, fibrosa, ramulos promit fruticosos, sesquipalmares, complures, graciles, tenellos: foliola Rutæ, Alsinæ, vel Helioscopij Tithymali minora, bina, & post flosculos luteolos iuxta exortum singulum, marsupiolum exile tricoccum, nec diuersum à cæteris Tithymalis: tametsi exile admodum, semine intus meduloso candicante Papauerino. Succum lacteum tota fundit planta, planeq; Tithymali speciem fatetur.

PEPLIS.

VT nomine sic effigie hęc Peplum prefert, & propius adhuc etymum Pepli, vel flammeoli exprimit: idcirco θάμνος ἀμφιλαφὴς Dioscoridi designatur, quia fruticat vberiore

vberiore vndequaq; ramulorum comosa concinnaq; sobole in Pepli speciem collecta, *Effi. Mat.* 1260 phæniceo colore purpureoue, nitentibus viticulis sesquipalmaribus & folijs minoribus, numerosioribus quàm Peplij, Chamæsyce inter & Portulacæ agrestis (cui quàm similima tota) flosculi item pallentes ex luteo, & semen tamen maiusculum, tricoccum, Peplij aut Chamæsyce, Augusto edit, lacte turgidū acri: Littora Norbonensia Thyreni & Adriatici maris hanc reptricem abundè fundunt, ignotam alioquin Septentrionalibus, nisi hortis.

CHAMÆSYCE.



ET hæc facilè de illis duabus cognatis nosci potest, rarior tamen multò, nec vspiam Italiæ aut Germaniæ, sed duntaxat in Norbonensis Galliæ olivetis vinetisq;, vbi plurima, prçsertim aridis sabulosis, non procul Monspellio ad patibulum via, & tractibus maritimis. Pulchella tota & tenera, ramulis & foliolis numerosis, humi reptātibus, ex pallido virētibus, non dissimilibus aut disparibus Herniariæ, sed lactescens, vti duæ superiores: & simile semen, thecam & flores, sed cuncta minora.

νήριον, ῥοδοδάφνη, ἢ ῥοδόδενδρον. NERION, *Oleander, Laurus Rosea, & Rhododendrum purpureum & album.*

Gal. Rosage.
Ger. & Belg. Oleander boome.
Ang. Oleander.

Mat. Effi. 1103 NYMPHÆ Nereides fortasis huic nomen dederunt: apertius alij Rhododendrum, quasi arboream rosam, vel Rhododaphnem, id est, Lauream Rosam, vocitarunt. Non admodum frequens, nisi tepidioribus ad meridiem mareq; vergentibus fluentorum crepidinibus & littoreis, cuiusmodi ad Olbiam Galloprouinciæ, Genuam Ligurum, & Lybornam arcem maritimam Thusci Tyrrheniue maris, vbi fruticat sparsis latè ramis surrectis, in alios minores diductis, & denso stipatu foliorum amictis, quæ Laureolæ vel Oleæ angustiora, longiora sunt, Laurinis angustioribus, acutioribus. Siliquas bifores & lanugine papposa quadantenus vicetoxici farctas: semine fusco, longo, leuiore. Flores rosea, diluta, purpurissa nitēt Augusto Amygdalinis aut Mali maiores, quos interdum rubellos, interdum albos memini tum in hortis Italicis, tum in maritimis. Tota aspecta læta, eoq; in septentrionalium hortis coli solita: alioqui vsus aspernendi, aut metuendi, nisi aduersum venena, ad quæ prodesse, authores sunt, post antiquos, recentiorum quidam Practici, nō secus atq; Vicetoxicum, foris etiam potest prodesse docente Galeno.

ALPIGENA CHAMÆRHODODENDROS, *odora.*


QVA Oenoponte Tridentū, Veronamq; quis proficiscitur, videre est interdū vniuersa mōtis deuexa latera, isto frutice, quasi tapeto purpureo operta, præsertim Iunio, Iulio: quū flores eminus coccineo emicāt fulgore, cōpacti racematim, pusilli, foliaq; perennia purpurascūt rubētq; Xerāpelino cōpluria, rigida, crassa, dēsa, buxea, & Rhododēdri multò

multò minoribus, breuioribus. In sarmentosis, pręduris surculis depressis, sesquipedem, & duos altis: sed alicubi penè accubantibus saxo, vel glariæ substratæ. Pinguis est tota, suauis odoratu, suauissimóque aspectu. Alpini illic Italo-Germani *Aiprosen* vocitant. Bacculas Asparagi, vel Taxi pares & concolores, Septembri edit.

ALPINA ALTERA.

CELSIS & rigidissimis cautibus huius quadātenus effigie, floribus purpureis, perquā exiguis: Ericæ foliolis perennantibus, nec deciduis prouenit: humifis tota, à nobis tantùm siccata aridáque visa; eóque minus accuratè descripta.

MONTANA ALLOBROGVM Lentiscifolia, Chamaleafolia, vel Oleastrifolia, minus odora, CHAMÆRHODODENDRVM.



PEDEM etiam, siue cubitum fruticat, ligno-fiore, crassioréque multò stipite, & surculo recuruo, brachiato, rugoso cortice, & intus ligneo; Lentiscino, vel Gagel Germanici: folia planè Oleastri, aut Lentisci leuore, colore, magnitudine, rigiditate, crassitie: supernè virentia, subtus ex pallore ferruginea, ex vno principio ferè per cacumina exorta, proximè fructuum corymbaceas vmbellas, eleganrer quinque partitis apiculis, coronata, Rutæ modo ostentant: flores perpulchri sunt copiosi, Chamęrhododēdros odoræ similes. Cunctus frutex est gustu nonnihil aromatico, plusculum astrictionis, & aliquid moderatę calefactionis retinet: rempera mento Lentisci, & ferè gùstu, non-nihil odorus, attritu non pinguis.

CHAMÆDAPHNE, siue pusilla Laurus, an Germanicum Mezereum, an-num potius nostrum Chamærhododendrum.

ET huic pariter Lauri effigiaturam vindicat nomenclatura Chamędaphne, id est, humilis pumilęúe Laurus, cui duos nouimus affines vultu frutices, alterum Germanicum vocatum Mezereon, alterum nostrum dudum descriptum Chamærhododendrum. Sed vtra alteri præferenda sit, ambigimus, propter nonnulla quæ ipsi nobis obiecimus inter legendum, quæ de viribus Chamædaphnæ à Dioscoride, Galeno, & Paulo produntur: alioqui aptior Germanica foret: fruticat siquidem binûm ternûmque pedum, ramulis firmis, sequacibus, cortice & foliis obscurè viridātibus, & Laureolę, vel Ligustri, & Oleæ; secundum quos Persicæ flores subpurpureos, minores, & grana Piperis rugosi, nigri, iam vietæ maturitatis, per initia tamen viridia; deinde ruber euadit cortex, qui exemptus detegit medullosum granum Canabino, aut Lythospermo maiori simile: gustu feruidissimo, & fauces, æsophagúmque adurente, diu multúmque vexante impressione, postquàm deglutiendū dederint agyrtę nummipetę forenses, vt assolent, rusticis spectatum confluentibus, aut potius illustri alicui pōtori, quem vinum nequeat temulentum facere: nam qui vel vnum granulum vorarit, nequit quin & vsque vinum inuergat, quasi in ventriculi vtrem, guttúrque colluat, donec Baccho temulentiáque desipiat. Proindéque vocitant Piper Rusticum, & Gnidium Granum Pharmacaria inscitia, quam fouit iamdiu Senensis, decipítque deceptus, qui hasce plantas supina ignauia discendi & inuestig andi *Granum gnidium.*

ſtigandi,ſibi incognitas,horſum prorſum confudit. Plurima hæc cùm in Germania, & Heluetia,tum in Allobrogum, & Lygurum,Taurinorum,Delphinatúſque montibus & collibus Syluoſis,opacis. Martio floret,ſemenque maturat rubrum Auguſto. Non minus hæc per aluum deiicit craſſum viſcidúmque Phlegma,& inteſtinorum ramẽta abradit, quàm Laureola,cui non diſpar,ſed vehementior facultas ineſt,eademque in aceto maceratio ad corrigendum debetur. Sic enim vtuntur etiam Medicorum quorũdam præcepta Pharmacopœa, quare facit hæc virium expenſio, vt minus quis putet Chamædaphnõ legittimam. Quippe quam Dioſcorides κεφαλαλγίαις, id eſt, capitis doloribus & ſtomachi ardoribus mulcendis commendet, vt interpres vertit. At ſi vlla ratiô miri queat, qua tam feruida planta pro Dioſcoridis Chamædaphne agnoſci queat,ea interpretatione commodiore & veriore videtur ſita, namque κεφαλαλγικῶς καὶ στομάχου ἐγκαύσεις ἀρήγει, id eſt,capitis doloribus & ſtomachi vſtionibus accommodat,vertas, non incommodo ſenſu intelliges,folia tuſa admotáque capitis dolori,puta à frigore, vel flatu, mederi: Stomachíque vſtionibus faciendis admoueri,ad diuturnas fluxiones ſiſtendas, aq̃ue ſtomacho auertendas: vt Paulus ex antiquis docet faciendũ,libro ſexto de ſtomachi vſtione, ferro vel cauſtico non vrente actu,cuiuſmodi ſunt fungi, aut nigri agarici, fruſtilla, aliáque inibi ſcripta, quibus non ſecus atque foliis huius vſi ſunt antiqui. Sic Dioſcorides magnum præſidium putat Arabicam vocatam vſtionem à Græcis, quæ fieri ſolita fuit ſpirillis caprinis Oleo feruenti immerſis,& pollicis cauo inuſtis.

DAPHNOIDES, *ſiue Laureola.*

VT nomenclatio,ſic natura huius,prorſum puſillam Laurum imitatur,frondibus paulò ſuperius quàm à medio caule ſurſum verſus obſcurè virentibus, nitentibus, craſſis, denſis, Laureis prorſum,ſemper virentibus,& Bruma, quemadmodum viſcus,flores promẽtibus denſos,multos,quaſi oblongis,gracilibus,ſtellatis, calathis ex herbaceo albos vel luteolos: bacculas media æſtate virẽtes,deinde maturitatẽ aſſequutas,nigras,Lauro eaſdem,ſed minores: ramis flexilibus,pluribus, binûm aut ternũ cubitorũ, cortice obductis perquàm tenaci & laceratu difficili: radix longior,& durior,durat etiam in hortis facilè perpetuo frondium virore vegetiore quàm Laurus,quam adeò tota præ ſe fert, vt etiam plebecula vix conſpectam,puſillam dictitet Laurum. Vbiuis fermè Germaniæ, Galliæ,& Angliæ,præſertim Mulomedicis & mulierculis clinicis nimiſquàm nota,vt mirum ſit,Commentatorem Senenſem tam ieiunè & manca deſcriptione hanc deſignaſſe: certo inditio non tam negligentiæ,aut contemptus, quàm ignorationis: quippe figurã, quam nullis floribus dat,quemlibet alicuius arboris (fortè Mizerei Germanici) ſurculum præciſum refert,quàm Laureolam, cuius mutilam deſcriptionem, vt quam ſubdit proximam,& plurimas alias,exſcripſiſſe videtur ex iſtis authoribus meritiſsimis, quos hîc lacerat, & inſcitiæ traducit.

Laureola Pingenda.


THYMÆLEA, *grani Gnidii.*

COGNATA figuræ & naturæ ſunt Chamælea,& Thymelia cùm inter ſe,tũ illis dudũ deſcriptis: ſed frequentior,notiorq́ue Thymælea, quæ non modò in Galloprouincia & toto Norbonenſi littoreo tractu, ſed etiam Italicis montibus longiuſculè à mari Thyrreno diſsitis,vt ſunt Mons Diui Iuliani,& Piſani,Lucenſeſque colles, vbi nuſquam Chamæleam vidimus. Quin etiam in Occiduo Oceano, Galliæ Xantonicæ,ad Rupellæ Inſulam,*des Ratz* vocatam,id eſt,murium, (quorum Oſtreis & radicibus victitãtium eſt alumna illa anguſta Inſula) frutica Thymælea multa, cuius nomenclatio effigiem naturamque quadantenus adumbrat. Videtur quippe Thithymelia, quaſi Thithymali & Oleæ mixta facie: Eſt namq; virgis,rectis,multis,ſeſquicubitalibus,partim ab ſtipite, partim ab lignoſa radice,habitu,ſitúque Oleaceis anguſtis foliis, admodum viſcidis,pinguibus, inter Thithymalũ,Cypariſsiam & Paralion, corticoſo amictu tenaci cinereo, à ſummo ad imum deglubenti ſequaci, inſtar Laureolæ corticis: ſummis in virgis flores albidi,puſilli, frequentes, Iunio ſtellati: Auguſto demùm grana,antiquis GNIDIA vocata,nouena,



uena aut dena, primulũ viridia, deinde ex flauo rubẽtia, tenella cuticula, ſucco aqueo turgida, vnũ medulloſũ gygartũ amiciẽte, foris nigrũ, intus alba medulla, in qua ſer uor ille quæſitus in Gnidio grano, vt expendenti verba Dioſc. liquet, ad cuius imitationem perperã edoctus cũ Pharmacopœorũ plebe Commẽtator, qui hãc nõ nouerat, Mezerei Germanici granũ feruidius multò, & planè cruſtas inurẽs, tum foris, tum intus, nobis, qua ſolet fiducia, ſugillata tum Dioſc. tum recentiorũ omniũ doctorũ ſententia temerè obtruſit. Nam nõ coccũ ipſum rubrũ dat, aut purgare afferit Dioſc. ſed Pericarpio cõcluſæ medullæ interiori, cui vni (albam nuncupat) vim deijciendi Phlegma & cholerã attribuit, & abundè explicat, quãdo viginti granorũ internã partẽ, quæ ſanè medulla eſt, Pericarpio gygarti nigro ſepta, præcipit dare. Vnde nec ipſas plantas, niſi ſuperba animi inductione à Senenſi incertas, & codicis Dioſcoridei nulla niſi triuiali lectione, cuius tamen admodum accuratum vindicẽ ſe fore voluit videri initiò, aſſertas, magno multorũ detrimẽto, qui illi* freti commentis ad Hydropem ſunt vſi, rati eſſe Dioſc. veras Thymæleas, Chamæleas, Daphnoides & Chamædaphnes, quarũ nullã nec legẽdo quidẽ, nedum facie, vel viribus cognitã habuiſſe tantum hiatorẽ Senẽſem, cuilibet vel Pharmacopœo iam liquet.

MEZEREON Arabum, Chamelæa tricoccos.



FERVIDI etiã ſquallidiq; ſoli, ſaxoſi, maritimi, Chamelæa, id eſt, humilis Olea vel Oliuella nuncupata, ab ea quã admodũ expreſſã eſt ſortita cum Olea faciẽ, folijs læuore, habitu, ramis, ſub quibus in Oliuetis cultis prope Frontignanã Norbonę vberè fruticat, nec niſi collibus vicinis, arẽtibus, ſaxoſis, ſponte enatã, perinde facilè eſt reperire: nec quidẽ in Galloprouincia, vbi tamẽ naſcitur, multo prodit prouẽtu. Ramorũ bicubitaliũ ſoboles magis ſarmẽtoſa & rugoſa, lignoſa, intorta, quàm Thymeleæ. Folia latiora, viridiora, nigriora, lenticulis lõgiora, anguſtiora, propius referũt Oleaſtrum & tenuifoliam Phylereã. Flores luteoli, pallidi, Laureolæ minores, ęſtate æſtuq; ſummo: Auguſto verò promit virẽtes, demumq; rubẽtes bacculas tricoccas, Torneſolis ſiue Heliotropij verrucarii, aut Tithymali ſimiles, niſi quia oſsiculis eſt prєduris, lignoſis, guſtãti medullam ſeruidã & pręſiccã exhibẽtib⁹: radix lignoſa, inutilis. Magni tamẽ ſucci vſus totius plãtæ etiã hodie, pręſertim Mõſpellij, vbi Pharmacopœi pręſſũ ſiccatũq; habẽt, monẽte primũ Rõdel. cuius imitatione & nos ſępius dẽſati ſucci recẽtis ʒ. j. & ʒ. ij. dedimus per ſe, & aliàs alijs catharticis Hydragogis mixtas, perbono ſanè euentu: ſed nõ admodũ multũ excernit, nec vllo effreni motu, vt ſolẽt Laureola Mezereon Germanica, Gratiola, & alia. Quin perparũ, aut nihil interdũ, mouet Chameleæ ſuccus cõcretus, niſi remixtis quibuſdã leni entibus, aut ſimilibus catharticis. cuidã arthritico habitiori, toroſo, procero homini, tres dragmę nullũ excrementũ mouerũt. Pueris etiã datus, nec tormina, nec vomitiones facit ſed aquas educit & ſerũ. Admotus pubi & abdomini Hydropico, nõ vllũ pręſtãtius ad vrinas proliciẽdas, quo modo lubẽtius vtebatur Rõdel. Sic etiã Thymeleæ ſucco, qui tamen difficilius præmitur & elicitur, propter glutinoſũ virus: nec niſi tepẽte affuſo vino, aut cõ ſimili quopiã liquore, vt factitãt dum ſuccũ Braſsicæ marinæ educũt, quilibet vti poterit. Tundũtur tenella folia, flores, diu & vehemẽter, ſępiusq; tãtillũ tepẽtis vini affũditur inter tundendum, tũc prælo ligneo vehemẽtius vrgẽtur, dum trãs colum expiret: tunc igne lento aliquãdiu bullit, dum Loch craſsitiem aſſequitur. Demũq; Soli ſeruido obiectum du reſcit, addito ſaccharo, ne muceſcat: ſicq; cõchis recũdebamus nos illic dum ageremus.

CHAMELÆA Alpina incana.



PERQVAM similis gustu, facie, viribus, folijs, & virgultis ligneis, gracilibus, concoloribus, rugoso cortice amictis Mõspelliacæ Chamelææ: facilè tamẽ ab hac discerni potest, fructu nimirũ Mezerei Germanici, Oleastri, aut Phylereæ nec tricocco, & folijs summis, non atro virentibus, sed tenui, molliq; incana lanugine obductis: quemadmodum & flores pallentes è lagenulis argẽteis, Strammonij similibus, sed minoribus, conspiciuntur. Commanducata fauces inurunt, non secus ac Mezerei Germanici grana. Ideoq; etiam plebs, Rusticum Piper vocat: Masticata folia lentorem remittunt, vti Soldonella, Thymelæa & Chamelæa Norbonensiũ. E Lemanni & Allobrogum vicinis Alpibus solùm habuimus.

ALYPVM Montis Ceti Norbonensium. Herba Terribilis vulgo.



NOMINIS ducta videtur intellectio, contrario quàm se habeat planta sensu: Alypum quippe quasi indolens inoffensumq; & expers molestiæ remedium. Sic fella Græcis glycea, siue dulcia, & Holostium, quæ herbula est teneriuscula, per antinomasiam dicta fuerunt. Sed malim coniectari ἅλυκον, id est, salsam, vel maritimam, plantam nuncupatam, quia secus mare, vt Dioscorides memorat, oriatur. Tametsi oportunum sit calumniæ, statuere vllam certam plantam hodie pro vero Alypo, propter Arabum & Græcomaurorum scriptorum diuersas, aut planè contrarias opiniones (quarum quę Actuarij, album Turbith, cum Alypo vel Alypia Dioscoridis idem autumat: Mesuæ verò Thapsiam vel ferulæ genus lacteũ quoddam, deniq; Serapio Tripolium) tamen cùm nullũ hodie nostra norit ætas, cui Dioscoridis Alypũ asimilari queat, neq; plantã vllam habeamus quę ęquè benè, imò vllo modo (pręter ferulas) Alypo cõgruat, siue lineamentis, siue efficacia purgandi, atq; hic frutex maritimus: sanè hanc quò minus afferamus genuinum Alypum, vna notula non tam obstrepit, quàm deest, foliorum nimirũ: quę non fuerũt expressa à Dioscoride, aut fortassis fuerũt labecula codicis peruersa: mutata nẽpè voce μακρότερος in ὑπερότερος, vt sit nõ subruber, sed fœniculaceus frutex. Hincq; Mesuę suũ Turbith ferulaceum fecerit, vel Thapsiam cum nonnullis, qui eius radicibus quotidiano vsu in Gallijs & Hispanijs purgationes pituitę, crassęq; & Melancholicę blennę moliuntur. Verùm, si vti nonnullis eruditis persuasum fuit, Arabes vocitarũt Turbith, quodlibet phlegmagogum, paulò vehementius pituitam educens, meritò & istũ fruticem, quem pictum damus, possit quis Turbith vocare:

vocare, nec enim minus malè ominato nomine quàm Turbatorium Turbith vocat istam herbam Terribilem vulgus Norbonensium, vbi impostores valetudinis, cauponatores impij, atq; tribades mulierculæ terribiles, vt vocant, illic moliuntur purgationes, istius terribilis fruticuli folijs, floribus, & semine. Siquidem virgultis crebribus lignosis, sesquicubitum & duos altis, cortice tenui, ex fusco purpurascente, densè cingentibus concoloribus, numerosis ab imo summo tenus folijs exilibus pusillæ myrthi similimis, minoribus Thymeleæ aut Chameleæ. Singulis in virgis summis singuli insunt tenuissimorum florum purpurascentium glomeruli, nonnihil similibus sed exilioribus & breuioribus delicatioribusq; Scabiosæ staminibus. Radix digitum crassa, fusca, lignosa. Cuncta planta perquàm amara, & inamœno Thymeleæ aut Chamæleæ gustu, aut vehementiore, etiamnũ dum hæc commentamur, sexto abhinc anno, auulsa in monte Cæto Frontignanę & Massiliæ, saxosis præruptisq; vtrobiq; ad mare & Austrum deuexis natalibus: quam si Senensis prorsum siluisset, nec pingendo deprauasset, & melius suo honori lectoriq; consuluisset: hanc enim capite de Tripolio, sibi etiam ignoto, vbi multum ineptit, & Alypum plantam tenuibus ferulæ folijs esse dicit, non istam, Dioscoridi imponit, Brassauolæ & alijs doctissimis conuiciatur & obtrectat, argumentis ab illorum monumentis mutuò sumptis, etiamq; vestigatore ingenuo, qualem immeritò hactenus sese nobis gloriatus fuit, indigna prorsum & vecordiæ plena verba illa inseruit: Nõ referre cuius plantæ sit radix Turbith Alexandrinum, cùm eius facultates à Medicis optimè sint perspectæ. Sic caprimulgum, scamnidicum, vel aratorem, non commentatorem, loqui decet.

ALEXANDRINVM Officinarum Turbith.

PAR fermè controuersia de Turbith atq; de Hermodactylis, quarum plantarum vsu aut certè possesione non videmur carere, veriora tamen quænam sint, ambigimus, quia ambiguæ fuerunt sententiæ antiquæ. Ac de illis suo loco, hic verò pauca de Turbith. Arabica Semimauráve Orientalium nomenclatio vaga est, vt non paucæ illius gentis voces, signare quamlibet lacteam radicem vehementius pituitam deturbãtem, voluisse visi sunt, propterea vt quælibet vna magis arrisit, sic eam arripuit.

Est enim Turbith vel Turpetum vel Terbeth.
- *Serapionis, Tripolii radix Diosc. vt liquet è descriptione.*
- *Mesuæ, Herba ferulacea lacte turgentis.*
- *Actuarij duplex*
  - *Album, quod interpretatur autor Alypum Diosc.*
  - *Alterum, Pityusæ radix.*
- *Officinarum triplex.*
  - *Venetorum & Alexandreum videtur, Scammonij anthiocheni species.*
  - *Cineritium, à colore, Radix Thapsiæ vulgaris*
  - *Nigrum, deterioris quidem notæ, sed alioquin eiusdem cùm Anthiocheno speciei.*

VVLGARE Officinarum Alexandrinum cognominãtum diu nos torsit, cùm enim audissemus de Guillaudino Patauium Alexandria reuerso, nihil aliud esse Turbith Alexandrinum, quàm Myrsinitem Tithymalũ, omnes Tithymali species erutas, siccatasq; habuimus, inspectione & exploratione expendimus, sed non ita habere depræhẽdimus. Etenim, Tithymali serrati quæ similior est Turbith Alexãdreo, cortice est rugosiore, tristi ore aspectu, fungosa, læuioreq; concretione, gustanti virosior & feruidior, minus firma, & quæ facilè non assulatim aut secundum filamenta in longitudinem dehiscit, duraq; non est, nec perinde purgat vt Turbith, cuius exemplum sumi potest in Benedicta laxãte, cui miscetur Esulæ radix, & tamen blanda benedictaq; habetur.

Porrò sub finem capitis de Scammonio, de Turbith quid & quur conjectemur radicem Antiocheni Scammonij, dicemus.

Quodq; superius monuimus succis Chamæleæ, Thymeleæ, Brassicæ marinæ, & alijs vsu

venire, vt minus, aut fermè, nihil per ſe purgēt, niſi remiſceantur imbecillioribus, ſed lenientibus, aut alio modo purgantibus: id idem admodum perſpicuum fit in hac radice Turbith. Siquidem non rarò nieminimus datis infuſo ternis, quaterniſue 3. cuidam non admodum aluo arctæ, nihil penitus eduxiſſe, in aliis excitaſſe quoſdā torminoſos murmurillos, aliis aluum ſemel, biſue citaſſe. Quin nec in ſubſtantia quidem admodum purgat: vti in electuariis Diaturbith, Diaphœnicum, de Citro Solutino.

TARTON-RAIRE Gallopro. Maßilienſium.



NOVA noſtræ ætati, iuxta ac elegans aſpectu hęc etiam maritima Cathartica, eóq; vernaculo vocabulo Maſsilienſium, *Tarton-raire* vocata, ab exuperanti effreníq; purgandi vi, quę non rarò dyſenterias fluxúſq; immoderatos alui accerſit. Pręſertim ſi quis minus peritus, huius folia in puluiſculū ducta, vel quopiam liquore diluta, propinarit: vt factitabat ille necator Thmiſo, qui nobis primùm eam, eiúſque vires, vt dicebat, arcanas detexit. Circum Maſsiliam locis ad mare deuexis, præſertimque collem vulgò *Mond-rond* vocatū, ſqualidū, aridū, glareoſum, plurima fruticat. tota pulchella, tenui incanáque lanugine obſita, candidis, nitentibus, argenteis foliolis crebribus, ab imo ad ſummū Chamleæ, & Thymelææ: prorſum ſitu & magnitudine Alypo proximè deſcripto paribus: edit virgas rectas, craſsiores, vicenas, tricenas, aut plures, admodum lentas, & fractu contumaces, nec adeò lignoſas, cubito lōgiores, floſculos in ſummo puſillos, & (ni labat memoria) pallidulos ex albo, ſemine pullo, rotūdo Arthemiſię, aut Ambroſię: radix prolixa pedē, ſimplex cortice albicāte foris, intus candida, lineo aſpectu, & fibris dura, lignoſa, guſtu non admodum calida, nec amara, nec ingrata, nonnihil tamen caloris impreſsi poſtremò relinquente, & quadantenus Turbith Alexandrinum, ſiue vulgare, referente, inodora, tota lactis expers.

ESVLA RARA in Lio Venetorum Inſula.



COGNATIONIS cōſequutione ſibi hunc vendicat locū hęc ſuperius proximè deſcriptas, & Eſulā, quam vocant maiorē, ſiue Pityuſam: cuius eſt hæc Venetis Medicis, & Pharmacopœis ſpecies: eóq; hac, vulgatæ communis Eſulæ vicem ſupplent in Benedictæ confectione, & pilulis Catharticis: purgat enim non ſegnius Eſula communi, eóque putabatur à quibuſdam Alypum Dioſcoridis, & alii, quàm bene, viderint ipſi, nigrū Turbith, quē Pityuſam Actuarius autumat, opinantur. At Pityuſa non hæc eſt, ſed perquàm ſimilis, ideo vtraq; Eſula à nobis vocatur. Seſquicubitum duóſque longos caules, fungoſos, rugoſos, fuſcos, craſſos minimū digitum, ramulis multis diuiſos emittit, pedalibus & foliis ſitu binis, perinterualla maioribus quàm Terribilis Alypi, ad Glycyrrhizā proximis, lentis, pinguibus Thymeleæ: flores pendulos, promētibus pur-

puraſcentes

purascẽtes,& fusco obsoleto aristolochiæ,vicetoxici effigie. Radix foris pulla,intus villosis lineisq́; pelliculis,cuiusmodi in Tartonraire,cinereis, sesquicubitum longa, digitum minimũ crassa,succo distenta: vniuersa planta lactescit,& prorsum Tythimali paralii, cui conuictrix fermè semper visituræ'quiparatur. Sed non alibi quàm litoribus,& Insulis sinus Adriatici facilè reperitur,& in Lio Insula exigua,quę obex est maris allisionibus.

ἀείζωον. SEMPERVIVVM *siue Sedum maius crenatus Myrthifol um.*
- *Ang.* Houselike & Sengrene.
- *Ger.* Groſʒ Hauſʒwurtʒ,ꝛc groſʒ Donderbart.
- *Gal.* Ioubarbe grande.
- *Bel.* Donderbaert.
- *Ital.* *Semperuiuo maggiore.*

NIHIL vspiam gentiũ vulgatius,vsitatius,viuatiúsue,Sedo siue semperuiuo,sic nuncupato,de perenni vegetoq́; soliorũ virore,quẽ hyeme & æstate in parietibus vel imbricamẽtis,etiam nullis, vti videtur, radicibus nixum,aduersus quaslibet cœli impressiones tuetur:Cessili circinataq́; basi & ortu pertinacius hæret subgrundijs numerosa folia squammatim digesta, lęuore succoq́; pellucida,admodum carnosa,mucronata,& linguslas pisciũ imitata : caulis promitur rectis versibus stipatus,quiflores Iulio & Augusto radiatos,numerosos ex fusco purpurascentes,& rubellos gestat. Huius aquam stillatitiam febribus curandis,præsertim tertianis,& Causonibus propinant mulierculæ, edoctæ alicuius monitu & imitatione:nam non paucos curant. *Effi.Fusch. Epith.17.*

ἀλοή. ALOE.

Ger., *Bel.* & *Ang.* *Bitter Aloes.* — *Gal.* Perroquet. *Ital.* *Aloe.*

QVIA in maritimis Aloes sponte nasci proditur,non abs re quis suspicetur nomen illi factũ à sale vel salo siue mari,cuius afflatu imprimis gaudet,fortè itidem & nonnihil foris salsedinis continet,vt cæteræ maritimæ. Peruagatæ cognitionis & vsus,vti antiquis,etiamnum succus,ipsaq́; planta : quæ plerisq́; Europæ locis in hortis pensilibus fœliciter,non secus ac suis natalibus,in sabuleto depacta adolescit,floretq́; : sed quæ in Pisano Hetruriæ vireto,& Massileæ superioribus annis,proximè Nouum portum in Præfecti horto visebatur , meritò nonnullis differre à communi altera visa est. Nam præterquàm folijs multò maioribus, bicubitalibus, vnciam & sesquiunciam crassis constabat, tum mucronem extremo singulo folio ostentabat, magnitudine,rigiditate & colore vnguis Aquilini politi,non adeò adunci. Cætero item ambitu rosticella multò minora,pari prope interuallo digesta. Caulis bicubitalis,& tricubitalis,digitum crassus, Hastulæ Regiæ,in quo flores cærulo purpurei è calycibus oblõgis. Folia gustãti minimè aut perparũ amara : cætera alteri similis,& eadẽ fortè,vt putamus: Neutri enim insignis amaror,nequidem recenti ex Hispanijs in Flandriam,Angliamq́; allatæ, vbi tamen Aloes factitari dicitur. Quia semper virens est Aloe,Aizoon vulgo hodie Græcorum nũcupatur: succus nondum solibus percoctus, vt Brumali tempore,minimum amarus est : quòd cæteris succo multo aqueo obrutis euenire videmus, vt ignauius multò per initia sapiant, deinde maturitatem adepta,expressiorem saporis formam adipiscantur: sic Lactuca menstrua dulcis est,trimestris florẽ & semẽ promens,amara: Portulaca fatua initio,adulta acida. Succorum prima laus Succotrino,quẽ Venetijs,si limpidus & lucidus sit,ex rubro fulueſcens,emunt ducato,singulis libris : vbiuis Hepaticus infimi precij est. *Effi.Math. 683.684.*

Iam haud opus est rixari,aperiat ne ora venarum an claudat: quando innumeris ferè periculis factis certum sit,foris admotum claudere,& sanguinem sistere,intrò verò sumptum succum,illis præsertim qui hemotoidibus vexantur,sanguinem attenuare,calfacere,deducere ad venarum oscula,ipsaq́; adeò vasorum extrema reserare,non secus atq; alij succi non pauci faciunt,vt Porri,Myrrhæ,& Vrticæ,quæ nihilò secius calida & sicca sunt,

SEDVM MEDIVM teretifoliū, siue minus Semperuiuū Officinarum.

Ger. Klein hauszwurt menle, ſt klein donderbart.
Ang. Trickmadam.
Gal. Petitte Ioubarde, & Triquemadame.
Bel. Cleyn donderbaert.
Ital. Semperuiuo minore, seu Pignola, à folio tereti Pinei.

Eff. Fusch. Epith. 18. ETIAM iisdem natalibus admodum frequens & notum prouenit istud: ramulis à radice perquàm exili multis, gracilibus, edentibus foliola angustiora, rotundiora, minora, teretia, carnosa, mucronata, acuta, Salicorniæ vel Kali colore & modo: flosculis aureis, stellatis: tota eiusdem figuræ & facultatis atq; maius sedum.

VERMICVLARIS. CRASSVLA MINOR Officinarum, siue ILLECEBRA maior.

Ger. Klein hauszwurt weible.
Ang. Wylde prickmadam.
Belg. Bladeloosen, ꝛ Papecullekens.

Fusc. Epith. 19. SÆPISSIME etiam hæc colligentes fallit propter natales eosdem, faciemq; adeò minoris sedi similem, vt mirum magis sit prorsum contraria pollere, nempe calfaciendi & vlcerandi facultate: tamen discernitur foliolis rotundis, teretibus, oblōgis, carnosis magis & supernè retusis, mucronatis instar vermium, è totis ramis pendulis: flosculisq; pallidulis, vel albidis: demumq;, quia non semper viret, eò ad Illecebram referēda videtur, cuius est facultate. Supina admodū negligētia Commētator noster nobis hanc fortè pro secundo Sedo dedit: nescius, vt vulgus ignarum, facultatum, & immemor verborum Dioscoridis, qui, sicuti monuimus capite de Telephio & Portulaca, quia nec sēper vireret nec refrigeraret, non asserit hanc genus Semperuini, sed tantùm cognationis & similitudinis causa proximè subdidit, videriq; speciem dixit.

MINIMVM. ILLECEBRA, Sedi tertium genus non Semper virens.

Ger. Katzentreuble.
Ang. Stone crop, & Stone hore.
Gal. Pain d'oyseau.

Fusch. Effig. Epith. 20. ISTAM pusillam reptatricem pulchellā floribus aureis stellatis, vulgò notissimam vbiuis & Illecebram nūcupatam Pharmacopœis, Germanis aūt Piper murinum, propter acrem exulcerantemq; gustū, quasi Aronis aut flammulæ, nullus vbiuis Italiæ, Galliæ, Angliæ, & Germaniæ nō nouit: pusillis ramq; ramulis parietes saxosasq; moles & colles aridos amplexantibus, gracilibus, reptat sed potissimùm gustu cognitu perquàm facilis, & quæ inauditam socordiam Commentatoris arguit, inq; re herbaria parū exercitatam, vel mentis, vel oculorum aciē, qui hanc tam valdè vulgarem (tametsi idē ostētat ille frequēs) vbiq; Italiæ, Pisis accersat, Guini præconijs & literis assertionis, & quasi in lucem erutā, acceptā ferat. Quin in Dioscoridis lectione hæc salebra nulla est: δασὺ enim quamplurimis locis, non pilosum, siue hirsutum, sed densum rigidum vel compactum signare, capite de Britannica, Hypericone, alibiq; non rarò, reperias.

ARBORESCENS Græcum, Illyricum, & Anglicum, siue maritimum.

MVLTIS abhinc annis huius multas plātas Veronæ, Patauii, Venetijs, & in Hetruriæ hortis vidimus, cùm admodū exoticasq; putabamus: Postea singularis fidissimusq; amicus Vallerandus Donrez, passim in maritimis Sclauoniæ siue Illyriæ circa Dirachiū virentem collegit. Nosq; demùm in Sinus Bristoiensis Anglici Oceani Insulis vocatis HOMS, auulsimus copiosum, sed in saxosis, nec perinde carnosum aut ramosum, tamen stirpite ramisq; fruticat lignosis, duris, multis, lentis: folijs, paribus, & similibus, vulgare maius Sedum situ & ortu æmulantibus, minus crassis: inter vulgare Sedum maius, Laureolam & Tithymalum ambigentibus.

Græcum



Varietas arborescētis.

GRÆCVM verò, quod & Illyrium, maius multò & speciosius, ramis & cortice foliorumq; circinato, per summa positu magis Laureolam imitantibus, crassioribus, tenerioribus, breuioribus, succuētis, cubitum longis, in scapo pedali & cubitali, lignoso Laureolæ crassiore.

In Australis Angliæ Insula Portlandia, pusillam, nō multū diuersā ab istis forma, ortu, habuimus: sed quia inter Tithymalos orta & duntaxat vna aut altera planta reperta nobis erat, rati esse ex Tithymalis, aut ex istis prolē degenerem, incertāq; stirpem, nihil certi de ea prodere ausi fuimus.

SEDVM PETREVM *Montanum.*

AVERNIÆ Mindensis & D. Ioannis Mauri Allobrogum, montium rupibus & conuallibus hanc pulchellam sæpius collegimus, nomineq; Sedi Petręi donauimus, quòd saxis sæpius innascatur: folijs pusillis vno exortu circinatim Sedi ritu, vel potius Cotyledonis minoris montani, sed multò angustioribus, rigidis, quasi ligulis mucronatis, è quorum medio cauliculi pusilli, binos digitos & palmum alti, exeunt, exiguis flosculis luteis Sedi minoris onusti, quibus succedunt clypeoli Thlaspi quadantenus. Cur hanc nōnulli Phyllon Dioscoridis statuerint nescimus: quum proprior multò sit facie & ortu Sedi generibus, gustu astringente, exsiccante.



An CHAMÆPYTHIS *maior Diosc. seu altera vermiculata Sedi effigie.*

CHAMÆPYTIDES, quas natura similes Aizois fecisset, & Dioscorides iisdem assimilasset, hîc annectendas duximus. Fruticat maritimis litoribus atq; insulis Angliæ & Zelandiæ, nec non in squalidis campis Aralatē inter & D. Aegidij oppidū, non procul à Rhodani fluētis, vberrima perēnans, Vermiculatā dicta, nōnullis Anthyllis altera putata, propter necessitudinē, quam cum Aizoo habet. Semper viret namq; inibi, virgultaq; promit cubitū & sesquicubitum æquantia, crebra, incurua, lignea, colore cinereo, folijs multis, densis, obscurè viridātibus, & inter Sedum minorem atq; chamæpithim marem medijs. Radix multum dura, fibrosa. Flores obliti sumus, puto herbaceos, & melinos, albicātes, muscosos, Oleæ. Salso gustu & sapore succoq; Kali etiam procul à mari, natæ, vti Aralate. Quam vt nouam, nec notam, exercitatis ingenijs expendendam magis proponimus, quàm verā astruimus.



AINGA vel CHAMÆPYTHIS mas, Diosc. IVA arthrytica.


QVÆ receptæ vtilitatis, & tritæ cognitionis vbiq; locorũ prouenit Aiuga vel Abiga, ab Abiete, propter odorẽ, folia, & flosculos Piceæ, Chamæpythis vocata est, mas seu tertia Dioscoridi, nõ prima, vt Cõmentator statuit. Sabuleta, arida, lapidosáq; vineta & oliueta amat Norbonæ, vbi perquã odora, surculis gracilibus, hirsutis, inflexis, numerosis, Pini folijs vel Psylij, minoribus, incanis, confertis, resinosis: exiguis interiertis secus flosculos melinos, Veronicæ fœminæ: Sed semine oblõgo, tereti, fusco. Germaniæ, Galliæ, & Angliæ ruri spõte peruia, sed paucis in locis: eoq; in hortis colitur, ad Medicos tamen vsus odore & virib⁹ ignauior. Radix fibris duriusculis, lignosis, amaro sapore, medicato, subacri, neutiquã dulci, sed resinaceo, diuq; faucibus hærẽte. Idcircoq; nõnullis Germanis vergiß myn nicht: id est, ne mei obliuiscare, fortè dicta fuit: quod etymum dũ Mathiolus à Germano Pharmacopœo, & Brassauola adductum erroris incusat, immeritò facit: & imperitius multò labitur, cùm aliam vocatã ye lenger ye lieber, id sonat, quò diutius eò amãtius, aut gratius, (quod Amaræ dulci siue Circeæ meritò quadrat) inscitè in hanc transfert.

CHAMÆPYTHIS prima Diosc. odoratior.

MINVS nota hæc, & paucis obuia locis, magis tamen odora, collibus aridis & aruis æditioribus, Nicæ Sabaudæ, & Genuæ Ligusticæ, circum vrbem Penem in Italia, fruticat, vt quidã affirmant. Qũin etiam eandẽ vireta nonnulla Belgij sedulò colunt. Radice fibrosa, Sonchi, aut dẽtis Leonis minore: ramulos palmum altos, humi stratos, & foliolis septos, Semperuiuiminoris, aut potius vermicularis, minus carnosis, sed incanis & hirsutis: in quibus flosculi ex melino albidi: Suauiorem spirat odorem, interdum vliginosum, vti vsnea muscúsue Quernus, aut Cedrinus.

IVA Moscata Monspelij est, ANTHYLLIS Chamæpytoides.

QVÆ in Oliuetis & aridis aruorũ marginibus Norbonæ ac Galloprouinciæ fruticat, necalibi temerè nota, Moschata etiã vulgò vocata fuit, cõtrariæ fragrãtiæ, significatu (ironicè nẽpè) est enim odora, sed olfactu minimè grata, nec Pinũ redolẽte, verè & odoratæ Chamæpytidi cognata, surculis tamẽ rigidioribus, sarmẽtosis, lignosis, sed breuiorib⁹: copiosa folia, latiora, lõgiora, leuiter incisa, Coronopi aut Psylij modo emittit, pluri lanugine incana, inters flores maiores purpureos, & semẽ hirsutie stipatũ Chamæpytidis. Lignea radix, gustu amaro, ingrata tota, & nonnihil stiptico, Absynthiũ referente: eapropter Kali species illa, aut potius Sedi marini fruticantis, de qua inibi dictũ fuit, neutiquam ad rem faciet, si conferatur cum hac. Hirsuties, flores, color, odor, sapor, qui hic falsus non petitur, desunt. Adde odoris grauioris, & amaroris aromatici, non salsuginis notam: quam in medicamentis primæ commendationis ad comitiales plerisq; animaduertas, vt sũt Vngulæ Asininæ, Alcæ, & operculũ onix dictum, multóq; grauiore odore, Castoreum, & huiusmodi nidore, potu & suffitu excepta, & quarum dotes sibi vindicat multò adhuc certiores.



Κοτυληδών. *VMBILICI Cotyledon.*

Ital. Cope, triuole, vmbilico di Venere.
Hisp. Scudetes.
Gal. Escuelles.

Effi. Mat. 1182 VVLGARIS iam notitiæ Cotyledon, sic dictum à concauo folio, acetabulum aut vmbilicum imitato, circinato, & nonnihil crenato obtusè, læuore plurimum glauco virente

virente, interim purpuraſcente, craſſo, carnoſo, ſucculento Telephii, aut Cochleariæ: radix bulbeę Bunii Cyperi rotundior, aut fumariæ Plinii, nonnullos pediculos foliorum & cauliculos teneros florum herbaceorum ex caliculis parit, in quibus ſemẽ Portulacæ, minus ſubrufum: guſtu tota glutinoſo Portulacæ, ſed vix acerbo, inſipida, frigida: non ſolùm in Italia, Prouincia, Languegothia, ſed etiam in Anglia occidua ad Briſtoiam, plurima. In Francia tamen & Belgio, rara, niſi ſata fuerit: exit autem ſemine, tota hyeme viret, marceſcunt æſtate folia.

COTYLEDON *Minus Sedifolio, Montanum.*



MERITO hanc Sedifoliã appellamus, tãtoperè namque cum Sedo quadrat, vt propiórne illi ſit quàm vmbilico, ambigat vulgus: eóque apud nonnullas gentes Sedum montanum appellitetur. Rarior multò ſuperiore, nec niſi quibuſdam Alpinis Allobrogũ & Pedemontii, Sabaudáque Oſtenſi valle vocata, & Mindenis montibus Auerniæ & Germaniæ nobis viſa. Maio & Iunio flores albicantes, minoris Semperuiui, in caule ſeſquipalmari plurimũ vnico, ex radice fibroſa, nigra, tenui, per foliorum, quaſi centrum, eunte: foliorum lingulas oblongas, craſsiuſculas, imitantium, & tantillum ambitu crenatas, albo vel glauco lęuore, colore, carnéque Semperuiui, minoris guſtu.

AQVATCA *Cotyledon acris Septentrionalium.*

NVSPIAM Italiæ vel Norbonæ meminimus hunc, in Anglia verò & Belgio & Normania admodum frequentem, riguis depreſsíſque pratorum conuallibus, & ſcrobibus, vbi torpuerunt per hyemem reſides aquæ. Fibrias exiguas, multas, cauliculóſque teneros reptantes, humíque fuſos habet, folia peltata, ambitúque circinato, & leuiore inciſura & obtuſis dentibus: criſtato medio centro, nonnihil depreſſo, vmbilicum imitante, ſed teneriora: floſculi albidi, penduli ſubter folia: Iunio & Iulio viſuntur, guſtu calido, acri, linguamque vellicante, inodoro: quem inſcitia etiamq; penuria Cotyledonis indunt indocti Pharmacarii Populeo vnguento.

ANDROSACES *Cotyledon Marinum herba folliosum.*



QVEMADMODVM nominis etymo Androſaces, vel, vt nos putaremus, Hydroſaces, ſeri lotiiq; in abdomine, quaſi vtre, aliiſque è corporis ductibus, eductionem pollicetur: ſic videtur hic proximè Nympheas deſcripta à Dioſcoride, propterea quia non niſi in aquis, & prorſus magna cum Nymphææ ſimilitudine, tametſi multum diſpari magnitudine creſcat. Nec vlli alii, vt genuinæ, Androſace acquieſcit animus, præterquam iſti, ex Guino ſummę eruditionis profeſsore Piſano: in Mathioli cõmẽtariis quadruplò maior (vti ſolent, qui imagines, non plantas viuas, viderunt) ipſa planta depicta, nec tamen ab eo deſcripta. Perelegans eſt, ſed perpuſilla planta hæc vmbilicata, & videtur è genere earum quas paraſiticas feſtiuè quis dixerit, propterea quia non niſi aliena quadra veſcitur, cibo, & diſco. Innaſcitur ferme ſemper dorſis ſtriatis Chamæ conchæ, quæ humi obuoluta ſit

ta ſit vacua hoſpite ſuo Veſcò apud Italos *Cape tondo* vocato; Pedicellis cirriſue, glabris, nitidis, exilibus, vncias binas altis, crebribus, ſurrectis, ſingulis ſingulũ clypeolum medio centro fulcientibus, circinatum vmbilici, cum ouracis appenſis in memoriam reuocantibus, vnde Monſpellieſes præceptores Vmbilicum marinum vocitarunt: notiſsima quippe illic Piſcatoribus ſtagni Magalonenſis & Lateræ accolis. Frontignanæ etiam refluæ ſtagnantiſq; aquæ ſalſæ innumeras plantas obruunt. E fundo quippe inq; aqua, non in aere, creſcunt & viuunt vt Mathiolus pinxit. Virent enim primùm ex ſqualido cinereoq; colore; Poſteà egeſti vndis, exceptiq; litore, albeſcũt, vti conchilia & corallinæ vocatæ, quas guſtu ſubſalſo & amaro æmulatur: nec dubium quin vrinas ciat, & materiam articulis impactum digerat. Semen nuſquam vllum vmbilicis claudi non putamus, certè nunquam in multis milibus obſeruauimus. Ventrem ſiſtere ſcimus, vt hunc ſcrupulũ eximamus docto & candido Anguillaræ, qui neſcio qua de re Senam & Caſsitham hariolatur veriſimiles quia emphyla aut aphyla planè contrariæ notæ legatur, potiſsimùm quia aluum ſoluunt, quod hîc neq; expetitur, neq; veriſimile ſit: tota plantula ſiccior actu & tactu quàm calidior eſt, & multum diuretica, quare Galeno aut eius codice error, qui aſtruit humidã, ex Ægineta & Plinio req; ipſa expungendus.

Fuit quando Tragum ijſdem fere maritimis oriundum, hanc Androſacem opinati fuimus, ſed nos retinuit Pliniana verſio, quæ accuratior hîc, quàm quæuis alia videtur: delineat quippe ſine folijs in cirris folliculos, habentem, & in his ſemen, albam amaram, in maritimis Iſtriæ. Videtur legiſſe θυλάκιον, non ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ſed ἀντὶ τῆς κεφαλῆς, quaſi dicat folliculum, pro capitulo, ſeu verterit ex Dioſcoride: ſeu, vt veriſimilius, vterq; ex eodem authore. Cæterùm Cortuſi munus valdè leuidenſe fuerit, ſi Morſum gallinæ vel Alſinæ, foliolis neutiquam nudam, non ex Syria, ſed è veteri quapiam maceria decerptam, quis patefaceret Commentatori, qui proinde non auſus fuit oratione repræſentare.

Ανδράχνη. PORTVLACA Domeſtica.

Ger. Burgel.
Bel. Porcelcyne.
Ang. Percelynne.
Gal. Pourpier.

QVAMVIS ἀνδράχνη ſcribatur, tamen ἀδράχνη dicta potiùs videatur, ortu quòd teneritudine quadã læta & carnoſa luxurient, ramuli foliaq; albicent, quadã ſpumoſa fuligine ſiue tenui quapiam aſpergine cinerea, quæ in marina euidentius multò cõſpicitur, vbi nec colitur, & aura ſpumea afflatur quam ἄχνην dicunt. Tribus autem differentiis, quot nouimus penè eadem facies eſt, præſertim domeſticæ & ſylueſtris: quarum tamẽ contrariæ facultates & effectiones vidétur principiis genericis differre, & ſtabilire noſtrũ docendi modum, qui figurarum priuſquàm facultatũ annectit ſeriem. Etenim quamuis Dioſcoridi Satiua Portulaca refrigerat, Sylueſtris tamen calefaciat, & eadem exulcerat. Nec tamen inficiandum, multas eſſe plantas, quę quamuis polleant contrariis affectionibus, tamen eodem generis ambitu cenſeri debent, vti hæc marina plãta Portulacæ foliis, & facie, quam Crithmum Dioſcoridis putarunt: nam nihil videtur illi obeſſe, aut deeſſe quò minus Portulaca ſit. Cæterùm, non aſtringit ſed refrigerat, legendum eſſe norit qui attentius caput de Portulaca apud Dioſcoridem à carcere ad calcem luſtrarit, ea enim illius prima & ſumma facultas, ideo δύναμιν ἔχει ψυκτικὴν καὶ οὐ ςυπτικὴν facilis namq; lapſus rerum ignaris amanuenſibus. Et quilibet etiam ex illa vi, qua hæmediam dentiúmve ſtuporem aufert, minimè aut minimùm certè aſtringere deprehendere quit in quotidianis acetarijs, quũ vulgo eſitantur tenellæ Cymæ, & folia craſſa, carnoſa, Thelephij & Scorpioidis vulgaris: ſucculenta tota, rotundis teneris viticulis humi reptantibus, flore puſillo Sedi: ſemine in theculis ſeminis Papaueris nigri plenis cauli hærentibus.

SYLVESTRIS.

QVI

QVI Domeſticam norit, Syluestrem non poteſt non noſſe, quæ minor duntaxat tota, locisq; ſqualllidioribus, vinetis glareoſis, viarumq; interdum ſtratis reptat: ramulis rubentibus, folio Oleaſtri, figura cætera duplò minor tota: ſed guſtu acidiore, & non refrigerante, ſed potius acri calfaciente, vt in Norbonenſi agri vinetis & ſatis, vbi acrior multò, quàm in Anglia, aut humētibus frigidis ad Septentrionem: quin etiam exulcerat, ſi Dioſcoridi fides habenda, apud quem interpretandũ φύλλάρια λάσια ſiue foliola firma quadam cum hirſutie eſſe: vt ſanè ſunt, πλατύτερα, id eſt, latiora, quàm Domeſticæ eſſe: neutiquam ſunt, niſi ſibi ipſis comparata, quia ſunt breuiora & latiuſcula, quaſi rotundiora: aut ſit fortè immutatio illa apud hunc qualem frequētem & Theophraſtum latioris & anguſtioris folij, in Helenio, Phlomo, & alijs non paucis monuimus.

τηλέφιον *FABA INVERSA, ſiue CRASSVLA, an TELEPHIVM?*

Ger. Wundkraut, knabenkraut, fotz zwang, vnd fotzweyn.
Belg. wonden Cruyt, & Smeerwortele.
Ital. *Faba graſſa,*
Gal. Repriſe, Ioubarde des vignes, Feue eſpeſſe.
Ang. Orpyne.

VAGVM & pluriuocũ fuiſſe Telephij nomē, ex Crateuæ & Dioſcoridis geminatis deſcriptionibus & varijs plantis accommodatis videre eſt. Crateuæ quippe notæ, vti recentiores doctiores ſcitè monuerunt, Scorpioidē, quæ Dioſcoridis libri 4. calce penultima appingitur, exprimere videntur: nec ſanè abs re, nam facultates illi ineſſe eximias ad *diſſepuloticæ* & inuicta vlcera, non modò lectio, ſed & animaduerſio facti periculi crebra, teſtatur. Inſuper duobus locis duas plantas Telephio nomine inſignit, non parùm tamen ſimiles: alteram hoc capite, alteram libro 3. quam Romanis Illecebram nuncupatā dicit, vtrãq; facie & viribus vulgò notã: PRIOR CRASSVLA dicitur, quia folijs craſſis, carnoſis, Portulacæ hortenſis non abſimilibus, floribus albis, luteis vel purpureis in vmbellis Drabæ: cætera prorſum Portulacæ ſimilia, radix alba, carnoſa, tuberoſa compacta, Dentis Leonis bulboſi, aut Leucacãthæ Dioſcorideæ, vinetis, cultis, ſyluoſis, marginibus, ſaxoſis, Angliæ, Sabaudiæ, Galliæ, & paſsim alibi abundat. Hanc rigidi cenſores pro Telephio faſtidiunt, & inquiunt calore & abſterſione carere: reſpondent periclitatores, illam multis dotibus pollere, & plura pręſtare quàm quæ Dioſcorides ſcribit: addimus nos, calorem illi non deeſſe, neq; ſiccitatem, quantã Galenus & Ægineta prodiderunt, nempè primi ordinis, id eſt, guſtui vixdum perceptibilem: ſiccitatem verò cuiuſmodi in Semperuiuo: Abſterſionem qualē farinæ fabarum & Portulacæ, quæ tamen videntur potius lenire muccoſo glutine, cùm primo ad pulſũ linguam tangunt. Sed fruſtrà ſæpè monemus, iſtos defici modeſtia & peritia. Etenim ſi calefactione, ſiccitate, & abſterſione, Telephia curarent vulnera, numnã id præſtarent pręſentius, quæ multò tum calidiora, tum magis abſtergentia ſunt? Sed curata putamus tum potiunculis, tum pulticulis, & fomentis ex iſta paratis, ad acrimoniam ſaniei erodentis, & opus naturæ prępedientis retũdendam, ac cacochymiam corrigendam intus & foris.

Effig. apud Dodo. Epi. 41.

Scorpioides Dioſc. Telephium Crateuæ.

Alternabatur Dioſcorides, vti videtur, vtri eſſet aſcripturus Illecebram Romanis dictam herbulam, Telephij ne generi, propter vſum & nomenclaturã: an ſemperuiui, propter faciem & figuram: & quia videtur optionem feciſſe Lectori, vtrum mallet eligendi, nos Telephio aſſcribemus. Siquidem non ſemper viuit & vrit, atq; eadem præſtare poteſt quę Telephium, aut quæ in Telephijs & Cacoeticis vlceribus ſanandis deſiderantur: tametſi alio modo, vt exercitati operum exploratione norunt, idem affectus diuerſis, & interdum contrarijs, expugnetur. Sic in vulneribus, capitisq; fracturis, vtimur calidis exſiccantibus, vt Iſide, & de Minio, vel frigidiuſculis, interdum humentibus, vt ſanguine columbino & Roſaceo, ad mitigandum, digerendum, & expellendum excrementa à parte.

SCOR-

SCORPIOIDES, an Crateuæ TELEPHIVM.

Math. depicta, non descripta, pag. 1305.

RECENTIORVM verò & Monspelliensium Portulacæfoliam Scorpioidem, vulgò sic dictam à siliquosis corniculis Scorpionis caudæ instar reflexis, Galegæ semine plenis, doctiores, qui Telephij speciem coniectabant, non infirma ratione nitebantur. Est quippe folio Portulacæ flore luteo, non tamen albo, Medicæ aut Trifolij parui, pratensis lutei: gustu item & facultatibus non multum diuersis. Monspelliensibus cùm satis, tum vinetis, Latrensis portæ admodum familiaris.

Crithmum Dioscoridis, an Portulaca marina?
Empetrum, vulgò Fœniculum marinum. *Ang. Sampere*, Perchepier.
Cæpea.
Halimus.
Chrysanthemum marinum, Math. Crith. tertium, vel secundum.
Kali.
Salicornia.
Blanchette.

CRITHMVM, seu CRITHAMON, an Portulaca Marina? BATIS Plinij.

PLERÆQVE sunt maritimæ stirpes quæ Crithmi descriptionem quadamtenus designare valent, nulla autem penitus explere. Quod quidem non vt nodum in scirpo quæramus, scribemus, sed potius vt hasce tricas expediamus, quę animum quò minus verum statuat, irretitum tenent. Et paucis vniuersum negocium componi potest. Si stare lubet antiquis herbarum designationibus, vides hic fruticosam dici plantam à Dioscoride folijs pinguib. longioribus, & latioribus, quàm Portulacæ, albicantibus, salsis, & cætera. Huic descriptioni habemus plantam quandam, quæ melius congruit, quàm FOENICVLVM Marinum, cunctis fermè herbarijs hodie Crithmum putatum, quod neutiquam Portulacæ, vt Dioscoridi placet, sed potius facie tota & vmbellis Fœniculo, vt inspectio ipsa vulgus ignarum vocare docuit. Et folia non albent, sed virent Porraceo colore: nec quia muria conditur & passim esitatur, ideo sit Crithmum habendum: etenim non paucæ aliæ sunt maritimæ, quæ in acetarijs expetuntur, & muria seruantur, eisdem fœniculo isto facultatibus pollere creduntur. At illa, quæ à similitudine PORTVLACA MARINA dicta fuit, folijs latioribus & longioribus quàm Portulacæ, atq; albicantibus, pinguibus. In sabuletis, adeoq; saxeis, maritimis, copiosa, cuius flores albidi, herbidi, Atriplicis: multò propior est vero Crithmo. Cæterùm, ineptiuscula audacia eius est qui accumulandi tot species vni incertæ, cùm quælibet earum longissimè à descriptione absit: alioqui cur non & tam multas Kali species, neq; descriptas, nescio an notas Diosc. non possit quis vnam accumulare, & pro Crithmo vindicare: nam fermè omnes naucleris in cibum cedunt, nobis etiam in mare Ligustico acetarijs mansæ, penuria melioris cibi, non pessimi saporis visæ fuerunt.

FOENICVLVM marinū, siue EMPETRVM vulgo Sampere & D. Petri Herba. Math. Crith. primū, effi. 489. PORTVLACA Marina. Mathiolo Halimus vulgaris. Effig. 160.

Et sciunt exercitati, secundum Crithmum Commentatoris planè Pastinacæ aut Eringij gustum, odoremq; præ se se ferre, vnde Arabum Secacul opinionem fecit, vulgus Pastinacam marinam vocat. Vtrumq; litus superi inferiq; maris Italici hac planta scatet, ne non putet Senensis se munus leuidense à Cortusiana magnificentia accepisse, quod pueriliter solitus est iactare, & inculcare putidiuscula infantia. Tum tertiæ & quartæ speciei ab illo depictis, quid negocij aut similitudinis cum Crithmo: tertij, etiam flores lutei sunt, radiati, vt Chrysanthemi, quò retulimus: cætera eius delineatio, nihil ad Crithmum. Quartum demùm montanum est, non maritimum, gustu & odore Eringij, radice similes sunt, Crithmo valdè dissimiles. Hinc videre fit ea quæ meris assertionibus, non rationibus, aut veris inspectionibus, asserta ab illo sunt, eadem facilitate dirui, atq; stabilita fuere.

Montanum Eringium recentiorum.

fuēte. Hæc si oculis & manibus versasses, vti nos fecimus, non tam futiliter asseuerasses sententias neq; veras, neq; perspicuas, quæ magno detrimento sunt non modò Tyronibus, sed doctis quampluribus.

Κηπαία *CEPOEA.*

CVM hæc eadem Domesticæ *Portulacæ* figura, vna aut altera vagula notula radicis & coloris additis, quasi satis foret nota, & redditæ illi facultates, quæ satiuæ consimiles sunt, mentione etiam incerta, de Asparago Myacanthino, quem proximè *Portulacæ* caput, apposuit Dioscorides: Videtur & hæc nihil aliud quàm hortensis, vt vox Κηπαία testatur, Portulacæ species, quæ illinc huc irrepserit, argumento & methodo hic non vestigandis. Eoq; Galenus fortè ratus è *Portulacis* vnam, eam tacitam preterijt. Marinam Portulacam, spurium Halimum, Becabungam, Crithmum secūdum Mathioli flore luteo, deniq; medij speciem huc licuit adducere, sed nihil libuit asserere. Neq; ingenuos decet tyrones, cuiusmodi sumus, tantū sibi indulgere in Naturæ doctorumq; theatro, quantum sibi arrogat ἄυτος ἔφα Pytagoras alter Herbariorum Senensis noster, qui vt solitus, hanc pro filio suo Odorico Melchiorio, pro ętate sua non imperito sibi missam, nunc tandem, cognitam asseueret: nec tamen vllam notam addat vel figuræ, vel naturę, nedum locorum quę nos certiores faciat, illū Cæpeam hanc adamusim suam congruentem certam explora tamq; habuisse. Hanc nos superius dedimus inter Portulacas.

ἄλιμος *HALIMVS.*

ANNO 1563. Octobri mense, quidam Botanicus Italus, qui ex Sclauonia onustus raris plantis redibat, quandam locis maritimis lectam fruticem nobis spectandum dedit, Cisti magnitudine & modo, folijs Oleæ albicantibus, Portulacæ marinę, siue Halimi vulgaris: sed semine & flore tunc orbus erat ramus, quem adhuc habemus Antuerpiæ. Hanc cuncti Herbariorum Senatus Venetorum Halimum affirmabant: Et Leo ille famosus agyrta dicebat, se sępius quosdam, qui in acetarijs teneriorem esitarint vidisse: cui ne nunc quidem magnoperè refragamur, nam salsa erat, & maritima. Sanè planta videtur esse salsa, vel nominis vel natalium argumento, Halimum.

Quid si negationem eximas, & dicas, Dioscoridem dixisse spinas habere, nam vt quid inter spinosas & vallatorias & finitimas, maritima cùm sit, recenseret: nam quę vesca sūt & holeracea secundo libro differunt ur.

KALI magnum Sedi medij folio, semine cochleato. Soede, Gallis.



QVAMVIS tres plantæ sint inter se congeneres & maritimæ, quę Crithmum, vt dudum dicebamus, adumbrare possent: tamen nulla videtur antiquis nota fuisse, aut certè descripta, tantùm abest, vt ex hisce SAL istud, vocatum apud Arabes KALI, ex istarum vna vsta, & quod mirum, fusa fieri nouetint, vix taciturí si sciuissent. Quare vt nomen, sic & plāta, & modus salis istius parandi, videmur Grecis recentioribus, aut Arabibus Philosophis Chymistis & yalurgis deberi, qui ex ista, quam argutè effigiatā damus, copia, per initia Autumni aceruatum super scrobe, cui ligna insunt decussatim instructa, vt accensa meta herbæ Kali dum vritur & liquatur, inq; fundum scobris defluat, coga turq; in glebam aut saxum pulli nigricantis, vel cinerei coloris, illi vocant Kali, vel SODE ad vitrum conflandum in Italiam inq; Septentrionem ex Gallia Norbonēsi & Aquitania deferunt. Vrit non secus ac


cauſticũ. Hæc ſpecies & notior in maritimis Galliæ Norbonenſis, vbi tum ſponte, tũ ſata, cãpos maritimos frequentia, cauliũ rubentium operit purpura. Fruticat etenim caule cubitali & ſeſquicubitali, carnoſo, Portulacæ concolori. Folijs item denſis, anguſtis, fimbrioſis, Sedi medij ſiue Semperuiui minoris teretifolij duplò longioribus, acutioribus, inter quæ ſemina Limacem puſillum ſpiramúe imitantia, colore fuſca, folliculis Maluæ ſeminis ritu occluſa. Minus obuia hæc Septentrionalibus, imò nuſpiam fermè.

BLANCHETTE Norbonenſium, ſiue Kali minus.



EOSDEM ad vſus ſedulò colligunt maritimi coloni Norbonenſes, iiſdem natalibus, folijs, & caulibus minoribus multò, minusq; carnoſis, anguſtioribus, nec ita rubentibus, ſed ex pallido virentibus, vnde vulgo *Blanchette*, quaſi Kali album vocatum. Semen exiguum, nigrum, lucidum, Vrticæ aut Acetoſæ. Non ſolùm calidioribus regionibus hæc, ſed etiam ad Septentrionem Angliæ, Normaniæ & Belgij familiaris.

SALICORNIA, ſiue Kali geniculatum vermiculatum. Ang. See grape.



MVLTO frequentiſsima ad quaſlibet maritimas oras tum Oceani, tum Mediterranei maris: ſed effigie multò rarior, & cui folia videntur teneri turiones ramulorum: ſemen nullum. Sunt enim è radice fibroſiore quàmplures cauliculi bicubitales, recti, geniculis multis donati, extremis quaſi folijs craſsis, pinguibus, carnoſis, teretibus, rubentibus, per crebros geniculos inſertis, & pyxidatim, quaſi alabaſtriculi, quadã cum Equiſeti ſimilitudine, & cornua recta obtuſius mucronata imitantibus: guſtu non inſulſo, nec temperamẽto aut vſu diſpari à cæteris, verùm vbiq; neglecta.

KALI ſpinoſum Capite de Tragano.

LITO-

Litoreum CHRYSANTHEMVM *flore Buphthalmi aut Conizæ, folijs Kali, aut Iuæ muſcatæ.*

ILLIS accenſeri debet hæc, quam putarunt nonnulli Crithmum, quia non niſi maritimis gaudeat, flore pereleganti, radiato aureo Aſteris aut Buphthalmi: folijs pluribus per interualla caulem rectum cubitalem & ſeſquicubitalem ambientibus, ſtellatim cingentibus, rectis, pinguibus, ex viridi cinereis, vel pallidis: guſtu ſalſo, nec alio quàm vna quæpiam ſuperiorum. *Effig. Mat. 491. ſub nomine Chrithmi.*

- *Perfoliata duplex.*
- *Perfoliata Napifolia Anglorum ſiliquoſa.*
- *Corinthe Plinij.*
- *Androſæmum.*
- *Androſæmum Belgarum an Climenon? commodiori loco, proximè Periclimenon.*
- *Aſcyrum.*
- *Hypericum.*
- *Centaurium minus.*
- *Centaurium luteum.*
- *Coris Monſpelliaca.*
- *Coris Mathioli.*
- *Camphorata Monſpellienſium, an Chamæpeuce Plinij Laricis folijs? debuit recenſeri inter Chamæpytides.*
- *Antirrhinum*
  - *Purpureum.*
  - *Album.*
  - *Luteolum latifolium.*
  - *Minimum, ſiue Oruntion vel Aruntium.*
  - *Plinianum, ſiue Dioſc. Oſyris.*
- *Linaria purpurea.*
- *Belueder, Scoparia Italorum.*
- *Oſyris rara repens floribus cæruleo purpureis.*
- *Linum ſatiuum vulgare purpureum.*
- *Linum marinum Luteum.*
- *Campanula Lutea Linifolia Montis Lupi, flore Volubilis.*

PERFOLIATVM *vulgatius, flore Luteo, folio Vmbilicato.*

- *Ang.* *Thorow waxe.*
- *Bel.* Durcwas.
- *Gal.* Perfoliata.

IN Burgundiæ, Sabaudiæ ſegetibus, & lætis, alibiq́; Galliæ Germaniæq́; hæc occurrit; è radice vnica, ſimplici, fibroſa, multos graciles ramulos promens, quæ folia tranſmittũt eoq́; apud Germanos Durchwachs, quaſi folifora vel folifida dicuntur Græcè Διαφια & Διαφίλλα. Sunt enim rotũda, cana, Tithymali ampliora, tenera, exucta, nec pinguia, colore ex glauco virentia, & læuore Plinianæ Cerinthes, cui multum ſimilis. Per Auguſtum flores ſunt in ſummo puſilli, ambitu radiato ex aureo pallentes: ſemina fuſca Saxifragiæ hircinæ pratenſis: guſtu non amara, ſed manſu reſinoſa, hyperici aut Clymeni. Colitur etiam à Chyrurgis ad fracturas, vlcera, & hernias vtenda. Variantem hanc iam pridem & hoc anno vidimus in Morgani horto, floribus ſpecioſiore ſitu & ſertis vmbellatis elegãtiores. *Effig. Dod. Ept. 172.*

SILIQVOSA.

QVANDAM item donarũt recentiores Perfoliatæ nomine, quæ tamen ambiguæ naturæ videtur inter Barbaream Buniadem & Perfoliatam, non minus frequens, sed sæpius in montibus calidiorum regionum, occurrit folijs maioribus, longioribus, asperioribus, habitioribus, rigidioribus, aliquantum sinuatis Dentillariæ modo, siliquas angulosas Leucoij prælongas, exiles, seminis Brassicæ plenas aut Leucoij. Gustu neutiquam acri.

CERINTHE Pli.

FACVLTATE, gustu, & effigie, illis & Hypericoni, nõ ita absimilj, sed hilariore multò aspectu ea est, quã Cerinthem apud Plinium cõiectarunt recentiorum doctissimi nõ pauci, minus tamen incertis admodum indicijs: colore ex vegeto viridi, glauco & cęruleo, oculos oblectãte: folia sunt oblonga, non disparia superioribus, nec gustu ingrato, sed tamen medicato, & quasi Climeni siue Androsemi Belgarum vocati, veluti si quis gustaret ceram nouam molliusculam. Etiamnũ hoc mense Augusti in horto peritissimi Pharmacopœi H. Morgani, floribus luteis Androsemi vel Hyperici prægnans visitur, semineq; didimo, foris atro, intus medulloso Canabini aut Raphani. Eius floribus apes capi & oblectari putarint, sũt enim vt venusti, sic nõ insuaues, & gustu subdulci: folia autem cùm manduntur, quiddã ceræ nouæ, aut Erithaces vocatæ, sapiunt, vnde dictam fuisse verisimile est.



ὑπερικὸν. HYPERICVM.

- Ger. S. Johans kraut.
- Belg. S. Jans cruyt.
- Ang. S. Iohns Worte.
- Gal. Millepertuis.
- Ita. Hyperico.
- Hisp. Coraioncillo.

Effi. Dod. Epit. 74. NVSPIAM de elegantiorib. iconibus Hypericum, Ascyrum, & Androsemum, congeneres species, noscitare licet, quàm quæ in Mathioli cõmẽtarijs affabrè expressæ: historia verò iam trãslatitia & vulgatior, tum quia accuratior Dioscoridis descriptio, tum quia plantarum inter se tanta cognatio, vt vna duntaxat nota, cæteræ latere queant, si copia adsit, neminem. Vbiq; vulgatissima & vsu tritissima medico & chyrurgo Hypericum dicta, margines satorum, areas desitas, & ruinosa sectans, etiamq; lętiora loca. Tota planta multum ortu, virgultis, solo, & tépore, sed rotundis, rubentibus floribus & folijs, æmulatur Centaureũ minus: sed huic nomen Perforatæ vel Milleforæ, quòd folia obuersa Soli, innumeris ferè poris, acu quasi traiectis, aciem tum nostram, tum Solis transmittant radios. Flores odori, pingues, glutinoso contactu hærent, atq; chartas sanguineo Anchusæve cruore inficiunt. Semen in pericarpijs copiosum, odorum, resinaceum, amarum, & ingratũ gustanti, ad vulneraria balsama nulli secundum, multo Chyrurgorum peritissimorum Monspelliensium experimẽto, vbi etiam oleum vernaculè de Trescalan vocatum, quotannis paratur longè optimum ad hunc modum.

OLEVM HYPERICONIS.

Accipit

Accipit summitatũ Hyperici } añ. ℒ. ij.
& olei communis.

Myrrhæ
Gummi Elemni } añ. vnc. ij.
Terobinthinæ. vnc. iiij.
Aloes. vnc. j.
Thuris
Masticiches. } añ. vnc. ß.

Infundantur, bullianto; in diplomate ex arte. Ad Icterum etiam & Calculum vtilitas conspicua.

ASCYRVM.

SECVNDVM Hypericum est Ascyrum notissimum, amnium & riguorũ riuulorumq; pratensium amans valdè, quadratos rectos viticulos è radice multum fibris sparsa exiles erigens: alterius folijs paulò maioribus, venosis, punctim poros peruios habẽtibus, & floribus itidem luteis, coccineum cruorem affricanti illinientibus. Semen odore resinaceo sui indice, nares feriente. Haud dispàris, sed infrequentioris vsus. Effi. Math. 937

ANDROSEMVM excellentius dictum, seu magnum.

VT excellentius, sic rarius, nec nisi opacis & syluosis gaudens, verius Androsemum vocatum, quòd non modò floribus, sed etiam folijs tritu & pressu muriceum remittat succum, quo vno præ cæteris Androsemum agnoscas, & discernas, par est: Procerior maiorq; tota, & altero tãto maiora folia, pauciora, quàm Hyperici, cui etiam similius flore & semine: Procerioribus, bicubitalibus, gracilibus, rotundis, rubentibus ramis. In collibus & nemorosis pone Riuoli Pedemontanæ arcem: Norbonensibus etiam Seuenis pascuis & Syluosis, etiamq; in Anglia æstate superiore prope Bristoiam: In Vincentij præruptis & syluosis trans flumen. Effi. Math. 939

ALTERVM tomentosum.

IN agri Monspelliaci locis natura vdis & subtilliis, sed feruidioribus Solibus exustis, sæpius Hypericũ occurrit palmo non maius, & humo pronius, folijs item minoribus ex interuallo rarioribus: flore & semine luteolis pallidioribus, tota cana & hirsuta, minus odora: non alio sapore, sed imbecilliore.

CENTAVREVM paruum.

NVLLI non notissimum Centaurium, Hypericoni omni sui parte simillimum, nisi flore rubro & insigni amarore (vnde Fellis terræ nomẽ) discerneretur facilè. Accuratiores nimiò figuratum aut descriptionũ exactores, qui Centaurij minoris notas expressiores desiderant, nodum in scirpo quærunt: vtinam non multò plures deterius insignitas haberemus. Effi. Math. 635

CENTAVREVM Luteum.



QVID verò de isto altero luteo sentient, magnoperè scire auemus. Quamplurimis tum Galliæ, tum Angliæ locis, istud luteum nuncupatum: prope Rondeletij & Assatij prædia, multa Monspellij: collibus vrbi Bristoiæ eminentibus, inter segetes itidem. Radice exigua, folia ima proximè humum pusilla & strata, vt in altero. Caulis sesquipalmum altus, ex interuallis bina folia, aut potius vnicum binis apicibus vtrinq; donatum traijcit, non secus atq; Periclimenis videtur huic & superiori contigisse: nam Periclimenon alterum, traijcit foliũm, præsertim superius, prope flores: Alterũ, bina distincta folia. Floribus alterius, sed aureis

intensè luteis, amara est: quid vsu præstet nobis nondum cõpertum est.

CORIS Monspelliaca.



Κορὶς, aut potius κόρη, virgo, puellàve dici potuit, quia tota pulchella & perquàm hilaris vultu hæc nostra: verùm Hippocrates & antiqui, κορίω, id est, pupillā, vocarunt, propter semen oculi pupillæ, seu anteriori humori crystallino ambitu sphærico, haud absimile, cuiusmodi in hac cernitur: quam quia nusquam nisi Monspellij & Frontignanæ ad radices Ceti, & prope Magalonem, reperimus, nec alibi notam audiuimus, ideo cognominem fecimus vrbi, lectissimis nobilitatæ stirpibus. Hanc autem perraram nisi huc appositissimè quadrasset, Ericā minimam putassemus, aut mediæ cuiusdā inter Hypericū propter purpurissā, & Aiugæ propter folium naturæ: Iam non aliò, quàm ad Corim referri posse arbitramur. Fruticat quippe ramulis multis, dēsis, duriusculis, surrectis, rotundis, palmū altis & sesquipalmū, lignosis, cuius etiam foliola densè stipata Ericæ maioris, & condita, florum purpureorū tyrsulis consimilibus, purpurea, cœrulea, nitidiore & amœniore decoris spectantur. Semen vtriculis mollioribùsve alabastriculis conclusū, rotundū thamarisci par, glaucum vel pullum, tenuissimis tuniceis glumis inuolutū, quasi ocelli pupilla tutior inde futura foret. Radix multò sanè maior, longior, & crassior, quàm pro plantæ modo, Anchusæ minoris par & cōcolor. Tota namque planta rubella visitur, & succo purpureo radicis pannos imbuendo cōmendatur: amaricat gustu subacri, non inodora. Eapropter Corin nō dubitarunt profiteri Rōdelletius & Assatius, doctissimi Præceptores, & in Academia simpliciū indagatores, quibus frequens assentiebatur auditorū corona. Cuius tamen elegantia si minus capiantur isti morosuli plumbei censores, quibus nihilpenè à nostra mediocritate profectū placere quit, arrigāt aures attenti, magni Senēi.s de Cori historiam percepturi, qui sic infit, vbi nuda Dioscoridis verba recitauit, & in Italia (vt nullies repetit) nasci dixit: Sed quòd de Cori mentionem fecerit Galenus in simplicium censu, mihi incompertum est. Quæ denique κορὶς, Græcè, Coris etiam Latine, & Cori Italicè vocatur. Hactenus est cōmentatus ille maximus Mathiolus, cuius sanè mirandum cùm in cæteris plerisque, tum maximè in hac planta cōmentanda acumen, quo Italis rerum nunquam fortè auditarum, nedū cognitarum nomina eruit noua, & literis mandat. Et porrò pictori negotium relinquit figuræ exprimendæ, si viuam, nō pictā vidisset, melius fortè nostræ cognitioni & suo honori cōsuluisset. Cōsulamus igitur nos huius figura & natura repræsentanda, illi operosæ molis volumini plerumque muto.

Mathioli Coris.

CAMPHORATA Monspel. an CHAMÆPEUCE siue humilis Picea Plinii?



SATIS adumbrare videtur CHAMÆPEVCEM Monspelliensibus Cāphorata herba vocata, emittit quippe è radice lignosiore cauliculos plures, graciles, rectos, pedales, foliolis Laricinis dēsè stipatos. Gustu deficcāte, insipido. Nemausensis Amphitheatri augustæ antiquitatis in hiulcis parietibus, per vetustatem rimas agentibus, hæc prouenit, nec non alibi prope Namausium & Monspelliū, inter pontem Iuuenalem dictū, & Portam Latrensem: in Gallia verò, & reliqua Italia, rarò occurrit.

ANTIR-

αὐτίῤῥινον ANTIRRHINVM. *Vulgo Caput canis & caput vituli.*

{*Germ.* Orant.
Angl. Calfes snowte, or snap dragon.
Gal. Moron violet.

NON potuit commodiore, veriote, insigniorève nota prodi hæc planta, quam Antirrhini, siue naris Vituli nuncupatione: nulla nãque stirpiũ seminis inuolucro, caput, vultum, nares, oculos, adeóque hiatum oris vitulini exprimit, atque hæc, quæ in Italiis & Galliis, præsertim Prouincialis & Norbonensis, admodum obuia inter olivieta: floribus conspicua purpureis, ex rubro violaceis, oblongis, vel roseis, vel albidis, calathum effigiantibus, sed supernè buccas flaccidas, rictũque Leonini oris æmulantibus, & conniuentibus, non patulis, quò sedulæ apes inde mellificaturæ, si fortè irrepserint, rursum quasi valuulis occluduntur. Et folia & cauliculi sparsi, fragiles, Leucoii, lutei, siue Keyri, nec radice absimili. Semine nigro, nigri papaueris minore, hortis Belgicis, Anglicis, & Germanicis, florum decoris causa colitur, nec ruri oritur. *Effig. Dod. epit. 219.*

Varietas. Non diuersæ naturæ aut figuræ est luteum floribus Antirrhinum, sed duntaxat foliis latioribus, breuioribus, nec in agris perinde frequens, hortis dũtaxat vt peregrinum alitur.

MINIMVM forsan Archigenis ORONTIVM, vel Aurantium quo auriginem morbum siue Icterum leuat.

ET hũc Antirrhinã esse docẽt capitusa mẽbranacea vitulinæ, aut Simiæ caluariæ, prorsũ figuræ: folia, flores purpurei, prorsũ similia, sed minora, & secundũ foliorũ exortus per interualla prodeuntia, minora, vt est ipsa tota planta exilior minũsque fruticosa, vbi uis tum hortorum, tum incultorum marginibus sponte plurima, apud Germanos Orant vocata, nomine, vti videtur, persuaso & deflexo ab Archigenis Orontio. Iam minor, iam maior & lætior prodiens, folia angustiora multò lini aut osyridis. Quapropter nonnullis hanc Pliniano Antirrhino eandem esse, visum fuit. *Dod. effig. 220.*

ὀσυρὶς. OSYRIS *aut Linaria, que vrinaria, aut Plinii antirrhinum, vel Beluedere Italorum, Scoparia?*

{*Ger.* Lynkraut, vnser frauwen flaschs.
Angl. Tode flar.
Belg. wild vlasch.
Gal. Lin sauuage.
Ital. & Hispa. Linaria.

INTERPRETATIO nomenclaturæ videtur herbã signare diureticã, siue vrinariam, à sero siue vrina, quæ græcis ὀῤῥὸς ἢ ὀῤῥὸς, & οὐρὸς, & συρῶ, quod est traho: quare cúm Linaria vulgaris sit vrinaria vocata, propter insignẽ vim trahendi vrinas, & figuræ etiam quàm quæuis alia concors, nihil est quur exploratissimam fastidiamus, illam incertæ vis & facultatis peregrinam præferamus, quia verrendo sit aptior, quasi non quàmplurimæ sint frutices, quorum è virgultis possunt scopæ concinnari, neque tamen ideo Osyrides fuerint: nec Galeni quicquam suffragatur sententia, quippe videtur ille & Paulus, sequutus nominis significatum, quasi à verrendo aut purgando fuisset conflata appellatio, Osyridem siue Scopariam significasse. Et vbi quis seuerius expendat Scopariam, seu Beluidere Italorum, videbit folia longiora esse, quàm Linariæ, & numerosiora, non amara, qualem tamẽ Galenus & Paulus volunt, nec vllius certi commodi ad ea quæ efficacissimè & verissimè Ictericis fermè in hydropem deductis præstat Linaria vulgaris, vbique frequentissima, & Lini similitudine notissima, Esulam minorem adeo imitata, vt prudentiores barbari isto versiculo vtramque necessareo distinxerint: *Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit*. Flos tamẽ est Linariæ elegantior, & maior secundum summos caules infundibulis *Effig. Dod. epit. 96.*


fundibulis

fundibulis,quaſi caudicellis Delphinij,aut Regalis conſolidæ,fronte vero Antirrhini rictu & aſpectu.

LINARIA PVRPVREA.

VT fruticoſior,ſic elegãtior multò & rarior,& propior deſcriptioni,ea Linariæ ſpecies, quam primùm ad Veganij Norbonenſis montium radices ,in caſtanetis Syluis inuentam,in Flandriam amicis ferendam multis ab hinc annis miſeramus: verùm,quia vires exploratas non habemus, paucis notis duntaxat oratione pictam damus: non enim niſi foliis paucioribus, floribus purpureis,ramulis gracilioribus,magiſque flexilibus,pedalibus, & ſeſquipedalibus, vimineis, etiam verrendo aptis,differt:alioqui primo intuitu Linariam putes.

SCOPARIA,BELVEDER Italorum.



NON perinde bellula hæc aut ſpecioſa videtur re, atque eſt Italico iſto nomine, flores etenim perexiguos, racemoſos, obſoleti viroris alis,iuxta quas naſcuntur,cócolores fundunt:virgæ numeroſæ, ſparſæ, crebribus foliis, Lino duplò longioribus Pſyllij, totã æſtatem virentibus: & propter raritatem exoticam apud Italos in hortis & in penſilibus figulinis vaſis ali ſolita,hodie perquàm vulgata.

OSYRIS PVRPVRO COERVLEA repens.

PRORSVM ſimilis hæc flore & folio Linariæ ſuperiori purpureæ,cui annectenda venit, cauliculis tamen gracilioribus ſeſquipalmaribus,non erectis,ſed humi proſtratis, Polij, Coris Monſpelliacæ, aut Seſamoidis primæ ritu : flores cærulopurpura hilariore nitẽt,Cori concolores. Tota herbula guſtu eſt amaricante,nonnihil acri. Hanc nuſquam vidimus,præterquàm in vireto noſtri H. Morgani.

LINVM SATIVVM, vulgare cæruleum.

{ λίνον.
Germ. Flachß ſt lein.
Gal. Lin.
Ital. Lino.
Belg. Vlaſch.
Angl. Flax.

Math.effi.414 PARITER Græcis Latini Linum vocarunt, propter corticis libivre recta ſtamina,in filamenta recta diuelli ſolita,quæ etiam λίνα dicebãtur:vnde Linea & Libella,qua directiones

rectiones angulorum & parietũ ſtructuræ librabantur. Sic etiamnum hodie filum fabri lignarij directorium Lineam vocant: ſic & piſcatores, filum, cui annexus eſt hamulus, lineam. Tam frequẽtis olim & hodie notitiæ planta, vt præterquàm quòd de linariis iam deſcriptis facillimè percipiatur, etiam ſuperuacaneum ſit lineamenta depingere: quæ hanc ſuis ſtrãgulat amplexibus inter Caſſithas relata fuit. Theophraſto viſum fuit, Linum degener factum, in Lolium abire. Noſtrates coloni ſibi viſum pernegant, aut auditum.

LINUM MARINUM Luteum.

IUXTA prata & litora herbida Norbonenſis maris, ac inter ſtagnum & mare fruticat, pedalibus & ſeſquipedalibus ramulis rectis, numeroſis, gracilioribus, paucioribùsque quàm lini folijs, lentis, corticeque ad nendum commodo, flore non diſsimili, ſed luteo, minore, Iunio, Iulio. Semineque & pericarpiis minutioribus multò: non notum reliquæ Galliæ, Germaniæ, & Angliæ. *Math. effig. 416.*

CAMPANULA lutea Linifolia Montis Lupi, flore Volubilis.



PERQUAM elegans in decuexis Montis Lupi quà ad Septentrionẽ vergit, Linifolio aut Poligalæ, palmaris herbula, flore luteo peramœno, maiore quàm pro plantæ magnitudine, Iaſione aut Volubilis donata, quã hîc pictam damus, vt ſtudioſis illic innoteſcat, quia rara eſt, nec alibi nobis viſa, ſic vſu minus cognita.

Reponenda hæc proxime Telephium, vbi omiſſa fuit.

ROSEA.

RODIA RADIX.

ROSEAM vocarunt priſci hãc radicem, rimoſo cortice & frequenti, ſed puſillo tubere inſignem, roſeoque halitu fragrantem, odoris Roſei prærogatiua, quem manſu aut attritu nullã radicem, ac ne ſtirpem quidẽ, ſpirare (prẹter peregrinũ illum Aſpalathũ, cuius meminimus inter frutices) nouimus. Ex Allobrogum & Delphinatiũ ſaxoſis, mõtoſis, nec non Taurinis Alpibus Pedemõtium, iam diu in viretis multis Belgicis, Gallicis, Anglicis, & Italicis, Iulio & Iunio vmbellas edit, luteis floſculis pallentibus & herbidis, Drabæ, aut potius Craſſulæ, quam tantoperè præ ſe fert, caulibus pluribus rectis, & foliorũ multiplici ſerie, ortu, poſitu, ſitu, diuiſura, craſsitie, imò & quadantenus radicis loco natalitio, ſaxeo, macilento, corpulento, rugoſo, & diſparili coalitu, vt cõgeneres ſint putandæ: minora tamen huius folia dentata minutim, Tithymali ſerrati proxima, & radix maior, torulis & vberoſis papillis rugoſiſque inſignata, foris fuſca, intus albicat virens. Sed vetuſtior & ſiccior, cõcolor eſt adeò Schænæ peregrinæ, vt inſtitores interdum fallãt fruſta adultioris, quam guſtu exceſsúve vllius qualitatis vix ſuperare videtur, eoque nobis ferè perſuadetur, non procul abeſſe à Roſæ aut Craſſulæ temperamento, quamuis non neſciamus Galenum, eumque ſequutos, ſecũdi caloris gradu donaſſe hanc: verùm non nuſquam labi, humanæ eſſe Mineruæ, indicio manifeſto eſt planta Onoſma, quam radicem abſolutè Hippocrates cùm vocaſſet & deſcripſiſſet, magnus ille interpres Pergamenus nec Onoſma eſſe ſuſpicatus eſt, ſed ſeorſim duobus in locis, quaſi duo fuiſſent, vnã eãdem bis, & iiſdem *Radix Hippocrat. Onoſma Dioſco.*

planè

Planè verbis, de Hippocrate mutuatis, describit plantam sine caule Anchusæ similem. Fit hodie nulli in vsum vt propter Medicorum ignauiam, & succedaneorum ad Chephalalgias copiam veniat, vt Rosex, Roseaceum, Nymphex, consimilisq; facultatis simplicia, quæ huic proximè subdidit Dioscorides, vnde de facultatibus coniectura eliciēda lectori.

Glaux.
Polygala.
Polygonum.
Polygonum marinum.
Polygonum montanū, sericeum minimum.
Polygonū montanū alterū pusillo teretifolio.
Multigrana Herniaria Serpilli facie.
Serpillum.
Thymum.
Satureia.
Satureia altera.
Satureia hortensis satiua.
Rosmarinum coronarium.
Stœchas Arabica.
Lauendula vtraque.
Casia Monspelliensium, an Theophrasti?
Hyssopum Arabum.
Hyssopum Græcorum cum Origanis.
Graciola recentiorum, an Papauer spumeum Diosc?
Helianthos, an Panax Chironium? aut Helenium, secundum Diosc.
Psyllium & eius varietates.
Coronopus vtraque.
Serpentina.
Sedi Montani Petrei & Pinastrifolia planta.
Myosuros.

GLAVX.

EVSCIS & leguminosis fuit etiam Glaux, à colore foliorū, quæ anersa glanca spectātur, vti saligna, quas salices Poeta canit. Galax etiam, glax, & eugalactō, quasi Lactea, vel Lactifica dicta, vt quæ lactis vbertatem esu suggereret. Iam verò cùm huius frequētior desitus sit vsus, minus licet statuere, etiam si veram nosses, quænam sit hodie habenda, & è multis, quæ Glaucis emētiuntur, aut referunt naturā, vtra vtri sit præponēda, incertum.

GLAVX EXIGVA.

Dod efig. 38. EXIGVA tamen illa herbula maritima, quæ nonnullis Glaux vocatur, non perperam quadrare videtur: flosculos enim promit Tunicis, Garyophylleæ aut Leucoij, exiguos, florum calices dilutè purpurascentes, inter foliola Tribuli, aut Lentis, vel Herniariæ similia, crassiora: cauliculos complures partim reptantes, partim & surrectos, teneros, holeraceos, Portulacæ aut Sedi, palmum & sesquipalmum altos: cespite summo, radix gracilis fibrosa: Zelandiæ & Angliæ plerisque mari cōterminis, salsis lacustribus cōuallibus reperitur: Morgani hortus aluit. Alteram Glauco affinem putamus è Leguminum familia, eódemque reiecimus.

POLYGALA.

Mathioli Polygala. QVAMVIS ob lactis vberi prouentum, quem spondebat nomenclatio, debuit esse notissima Polygala, tamen nullam dum habet nostra ætas quam afferat. Quam autē plantulam quo argumento Senensis Polygolam legittimam vindicet, piget referre, sunt

sunt enim normæ Lesbiæ & plumbeæ illius tãti herois ratiocinationis, quas cuilibet aptes asseri licet adamussim congruent. Sic hic huius Astragali putati, & alterius huic consimilis, tacitas descriptiones si præteriit ille, quiduis libuerit comminiscatur, & illi sanè per nos fides habeatur: addemus verò nos descriptionem eius, quæ seritur, & pecoris sagina dicitur, nõ item asseueremus audacter incertissimam rem, quod est supinæ ambitionis.

NOSTRA.

LENTICVLÆ foliis & facie crassioribus pusilla & tenera planta in Galloprouinciæ pascuis montosis prouentu multo seritur, flosculi sunt lutei, minores Cytisi aut Araci, siliqua & semine minutis, quæ lactis augent prouentum gregi & armentis.

RECENTIORVM Poligala.

QVÆ tamen doctis Poligala, aliis Onobrichis visa fuit, non minus placet, si æquè pabulo cedit: duriusculis tamen est ramulis, non leguminosis, aut holeraceis, sed Genistellæ oblongis aut Hyssopi angusti folij: purpurei, pallidi flores, albidi interdum Fumariæ, Æstatis initiò Crucis die emicant, eoque Germani Cruysbloemen vocant: squallidis & senticosis prouenit. Hist. Dod. 81.

πολύγονον

POLYGONVM MAS vulgare.

Sanguinaria, Centumnodia.

Angl. knot grasse.
Ger weggrasse.
Belg. wechgras & duysent knoop.
Gal. Corrigiole.

Dod. effig. 74.

SANGVINARIA centinodiáve, innumeris geniculorum nodulis, & foliis rutaceis, vel Hyperici, nihil cõtemptius aut vulgatius habẽt compita & rura, secus vias, areas, sepulchreta, inuitis diurna diuturnaq; proculcatione & neglectione restibili segete lasciuit, totámque æstatem humum insternit virore, reptatu serptuque ramulorum exilium viticulorum, qui innumeris flexibus se implicant, semenque subter foliola in geniculis condunt numerosum, triquetrũ, pusillum, Rumicis iam defluxis puniceis, aut purpureis flosculis vel albidis. Rubella est radix, prolixiusque fibrata, vti planta serpit, vnde Proserpinaca dici potuit. Proserpinaca.

MARINVM MAXIMVM altum.



NON NVSQVAM in Adriatico, Veneto & Anconensi litoreis sabuletis, sæpissimè autem in mediterranea Norbonensi ora, ab vsque Marianis aquis, ad Cetum montem aut promontorium dictum, polygonum istud occurrit longè maius, & multò speciosissimum: quippe subter foliola rutacea, candida, glabra, lucida, secundum nodulos & flores candidos condita, partim etiam maiora, longiora viridia, Galegæ aut Portulacæ marinæ habet a radice & viticulis alterius, prolixius reptantibus, humiliusque instratis arenosis siticulosisque sabuletis: tota planta albicantibus. Semen ad geniculos in foliaceis thecis candidis nitentib. Salso & astringente gustu. Alibi Galliæ, nec Angliæ, & Belgiæ, nuspiam visa nobis.

MONTANVM minimum niueum & Sericium,

SED vspiam toto illo collium amœnissimo procursu comparet quicquam rarius, aspectu, aut attrectatu & obseruatu dignius, ista minima, sed pulcherrima argutáque naturæ soler-

SCORPIOIDES, an Crateuæ TELEPHIVM.

Math. depicta, non descripta, pag. 1305.

RECENTIORVM verò & Monspelliensium Portulacæfoliam Scorpioidem, vulgò sic dictam à siliquosis corniculis Scorpionis caudæ instar reflexis, Galegæ semine plenis, doctiores, qui Telephij speciem coniectabant, non infirma ratione nitebantur. Est quippe folio Portulacæ flore luteo, non tamen albo, Medicæ aut Trifolij parui, pratensis lutei: gustu item & facultatibus non multum diuersis. Monspelliensibus cùm satis, tum vinetis, Latrensis portæ admodum familiaris.

- Crithmum Dioscoridis, an Portulaca marina?
- Empetrum, vulgò Fœniculum marinum. *Ang. Sampere,* Perchepier.
- Cæpea.
- Halimus.
- Chrysanthemum marinum, Math. Crith. tertium, vel secundum.
- Kali.
- Salicornia.
- *Blanchette.*

CRITHMVM, seu CRITHAMON, an Portulaca Marina? BATIS Plinij.

PLERÆQVE sunt maritimæ stirpes quæ Crithmi descriptionem quadamtenus designare valent, nulla autem penitus explere. Quod quidem non vt nodum in scirpo quæramus, scribemus, sed potius vt hasce tricas expediamus, quę animum quò minus verum statuat, irretitum tenent. Et paucis vniuersum negocium componi poteſt. Si stare lubet antiquis herbarum designationibus, vides hic fruticosam dici plantam à Dioscoride folijs pinguib. longioribus, & latioribus, quàm Portulacæ, albicantibus, salsis, & cætera. Huic descriptioni habemus plantam quandam, quæ melius congruit, quàm FOENICVLVM Marinum, cunctis fermè herbarijs hodie Crithmum putatum, quod neutiquam Portulacæ, vt Dioscoridi placet, sed potius facie tota & vmbellis Fœniculo, vt inspectio ipsa vulgus ignarum vocare docuit. Et folia non albent, sed virent Porraceo colore: nec quia muria conditur & passim esitatur, ideo sit Crithmum habendum: etenim non paucæ aliæ sunt maritimæ, quæ in acetarijs expetuntur, & muria seruantur, eisdem fœniculo isto facultatibus pollere creduntur. At illa, quæ à similitudine PORTVLACA MARINA dicta fuit, folijs latioribus & longioribus quàm Portulacæ, atq; albicantibus, pinguibus. In sabuletis, adeoq; saxeis, maritimis, copiosa, cuius flores albidi, herbidi, Atriplicis: multò propior est vero Crithmo. Cæterùm, ineptiuscula audacia eius est qui accumulandi tot species vni incertæ, cùm quælibet earum longissimè à descriptione absit: alioqui cur non & tam multas Kali species, neq; descriptas, nescio an notas Diosc. non possit quis vnam accumulare, & pro Crithmo vindicare: nam fermè omnes naucleris in cibum cedunt, nobis etiam in mare Ligustico acetarijs mansæ, penuria melioris cibi, non pessimi saporis visæ fuerunt.

FOENICVLVM marinū, siue EMPETRVM vulgo Sampere & D. Petri Herba. Math. Crith. primū, effi. 489. PORTVLACA Marina. Mathi-lo Halimus uulgaris. Effig. 160.

Et sciunt exercitati, secundum Crithmum Commentatoris planè Pastinacæ aut Eringij gustum, odoremq́; præ se se ferre, vnde Arabum Secacul opinionem fecit, vulgus Pastinacam marinam vocat. Vtrumq; litus superi inferiq́; maris Italici hac planta scatet, ne non putet Senensis se munus leuidense à Cortusiana magnificentia accepisse, quod pueriliter solitus est iactare, & inculcare putidiuscula infantia. Tum tertiæ & quartæ speciei ab illo depictis, quid negocij aut similitudinis cum Crithmo: tertij, etiam flores luteī sunt, radiati, vt Chrysanthemj, quò retulimus: cætera eius delineatio, nihil ad Crithmum. Quartum demùm montanum est, non maritimum, gustu & odore Eringij, radice similes sunt, Crithmio valdè dissimiles. Hinc videre sit ea quæ meris assertionibus, non rationibus, aut veris inspectionibus, asserta ab illo sunt, eadem facilitate dirui, atq; stabilita fuère.

Montanum Eringium recentiorum.

fuête. Hæc ſi oculis & manibus verſaſſes, vti nos fecimus, non tam futiliter aſſeuetaſſes ſen tentias neq; veras, neq; perſpicuas, quæ magno detrimento ſunt non modò Tyronibus, ſed doctis quàmpluribus.

Κηπαία *CEPOEA.*

CVM hæc eadem Domeſticæ *Portulacæ* figura, vna aut altera vagula notula radicis & coloris additis, quaſi ſatis foret nota, & redditæ illi facultates, quæ ſatiuæ conſimiles ſunt, mentione etiam incerta, de Aſparago Myacanthino, quem proximè *Portulacæ* caput, appoſuit Dioſcorides: Videtur & hæc nihil aliud quàm hortenſis, vt vox Κηπαία teſtatur, Portulacæ ſpecies, quæ illinc huc irrepſerit, argumento & methodo hic non veſtigandis. Eoq; Galenus fortè ratus è *Portulacis* vnam, eam tacitam præterijt. Marinam Portulacam, ſpurium Halimum, Becabungam, Crithmum ſecūdum Mathioli flore luteo, deniq; medij ſpeciem huc licuit adducere, ſed nihil libuit aſſerere. Neq; ingenuos dece t tyrones, cuiuſmodi ſumus, tantū ſibi indulgere in Naturæ doctorumq; theatro, quantum ſibi arrogat ἄυτος ἔφα Pytagoras alter Herbariorum Senenſis noſter, qui vt ſolitus, hanc pro filio ſuo Odorico Melchiorio, pro ętate ſua non imperito ſibi miſſam, nunc tandem, cognitam aſſeueret: nec tamen vllam notam addat vel figuræ, vel naturę, nedum locorum quę nos certiores faciat, illū Cæpeam hanc adamuſſim ſuam congruentem certam explora tamq; habuiſſe. Hanc nos ſuperius dedimus inter Portulacas.

ἅλιμος *HALIMVS.*

ANNO 1563. Octobri menſe, quidam Botanicus Italus, qui ex Sclauonia onuſtus raris plantis redibat, quandam locis maritimis lectam fruticem nobis ſpectandum dedit, Ciſti magnitudine & modo, folijs Oleæ albicantibus, Portulacæ marinę, ſiue Halimi vulgaris: ſed ſemine & flore tunc orbus erat ramus, quem adhuc habemus Antuerpiæ. Hanc cuncti Herbariorum Senatus Venetorum Halimum affirmabant: Et Leo ille famoſus agyrta dicebat, ſe ſępius quoſdam, qui in acetarijs teneriorem eſitarint vidiſſe: cui ne nunc quidem magnoperè refragamur, nam falſa erat, & maritima. Sanè planta videtur eſſe falſa, vel nominis vel natalium argumento, Halimum.

Quid ſi negationem eximas, & dicas, Dioſcoridem dixiſſe ſpinas habere, nam vt quid inter ſpinoſas & vallatorias & finitimas, maritima cùm ſit, recenſeret: nam quę veſca ſūt & holeracea ſecundo libro differunt ur.

KALI magnum Sedi medij folio, ſemine cochleato. Soede, Gallis.

QVAMVIS tres plantæ ſint inter ſe congeneres & maritimæ, quę Crithmum, vt dudum dicebamus, adumbrare poſſent: tamen nulla videtur antiquis nota fuiſſe, aut certè deſcripta, tantùm abeſt, vt ex hiſce SAL iſtud, vocatum apud Arabes KALI, ex iſtarum vna vſta, & quod mirum, fuſa fieri nouerint, vix taciturì ſi ſciuiſſent. Quare vt nomen, ſic & plāta, & modus ſalis iſtius parandi, videmur Græcis recentioribus, aut Arabibus Philoſophis Chymiſtis & yalurgis deberi, qui ex iſta, quam argutè effigiatā damus, copia, per initia Autumni aceruatum ſuper ſcrobe, cui ligna inſunt decuſſatim inſtructa, vt accenſa meta herbæ Kali dum vritur & liquatur, inq; fundum ſcobris defluat, coga turq; in glebam aut ſaxum pulli nigrican tis, vel cinerei coloris, illi vocant Kali, vel SODE ad vitrum conflandum in Italiam inq; Septentrionem ex Gallia Norbonēſi, & Aquitania deferunt. Vrit non ſecus ac



P. i. cauſticum


causticũ, Hæc species & notior in maritimis Galliæ Norbonensis, vbi tum sponte, tũ sata, cãpos maritimos frequentia, cauliũ rubentium operit purpura. Fruticat etenim caule cubitali & sesquicubitali, carnoso, Portulacæ concolori. Folijs item densis, angustis, fimbriosis, Sedi medij siue Semperuiui minoris teretifolij duplò longioribus, acutioribus, inter quæ semina Limacem pusillum spiramúe imitantia, colore fusca, folliculis Maluæ seminis ritu occlusa. Minus obuia hæc Septentrionalibus, imò nusquam fermè.

BLANCHETTE *Norbonensium, siue Kali minus.*



EOSDEM ad vsus sedulò colligunt maritimi coloni Norbonenses, ijsdem natalibus, folijs, & caulibus minoribus multò, minusq; carnosis, angustioribus, nec ita rubentibus, sed ex pallido virentibus, vnde vulgo *Blanchette*, quasi Kali album vocatum. Semen exiguum, nigrum, lucidum, Vrticæ aut Acetosæ. Non solùm calidioribus regionibus hæc, sed etiam ad Septentrionem Angliæ, Normaniæ & Belgij familiaris.

SALICORNIA, *siue Kali geniculatum vermiculatum. Ang. See grape.*



MVLTO frequentissima ad quaslibet maritimas oras tum Oceani, tum Mediterranei maris: sed effigie multò rarior, & cui folia videntur teneri turiones ramulorum: semen nullum. Sunt enim è radice fibrosiore quàmplures cauliculi bicubitales, recti, geniculis multis donati, extremis quasi folijs crassis, pinguibus, carnosis, teretibus, rubentibus, per crebros geniculos insertis, & pyxidatim, quasi alabastriculi, quadã cum Equiseti similitudine, & cornua recta obtusius mucronata imitantibus: gustu non insulso, nec temperamẽto aut vsu dispari à cæteris, verùm vbiq; neglecta.

KALI *spinosum Capite de Tragano.*

LITO-

Litorenm CHRYSANTHEMVM *flore Buphthalmi aut Coniſæ, folijs Kali, aut Iuæ muſcatæ.*

ILLIS accenſeri debet hæc, quam putarunt nonnulli Crithmum, quia non niſi maritimis gaudeat, flore pereleganti, radiato aureo Aſteris aut Buphthalmi: folijs pluribus per interualla caulem rectum cubitalem & ſeſquicubitalem ambientibus, ſtellatim cingentibus, rectis, pinguibus, ex viridi cinereis, vel pallidis: guſtu ſalſo, nec alio quàm vna quæpiam ſuperiorum. *Effig. Mat. 491. ſub nomine Chrithmi.*

- *Perfoliata duplex.*
- *Perfoliata Napifolia Anglorum ſiliquoſa.*
- *Corinthe Plinij.*
- *Androſemum.*
- *Androſemum Belgarum an Climenon? commodiori loco, proximè Periclimenon.*
- *Aſcyrum.*
- *Hypericum.*
- *Centaurium minus.*
- *Centaurium luteum.*
- *Coris Monſpelliaca.*
- *Coris Mathioli.*
- *Camphorata Monſpellienſium, an Chamæpeuce Plinij Laricis folijs? debuit recenſeri inter Chrmapy: ides.*
- *Antirrhinum*
  - *Purpureum.*
  - *Album.*
  - *Luteolum latifolium.*
  - *Minimum, ſiue Orontion vel Aruntium.*
  - *Plinianum, ſiue Dioſc. Oſyris.*
- *Linaria purpurea.*
- *Belueder, Scoparia Italorum.*
- *Oſyris rara repens floribus cæruleo purpureis.*
- *Linum ſatiuum vulgare purpureum.*
- *Linum marinum Luteum.*
- *Campanula Lutea Linifolia Montis Lupi, flore Volubilis.*

PERFOLIATVM *vulgatius, flore Luteo, folio Vmbilicato.*

- *Ang.* Thorow waxe.
- *Bel.* Duerwas.
- *Gal.* Perfoliata.

IN Burgundiæ, Sabaudiæ ſegetibus, & lætis, alibiq; Galliæ Germaniæq; hæc occurrit, è radice vnica, ſimplici, fibroſa, multos graciles ramulos promens, quæ folia tranſmittũt eoq; apud Germanos Durchwachs, quaſi foliſora vel foliſida dicuntur Græcè διαφια & διαφίλλα. Sunt enim rotũda, cana, Tithymali ampliora, tenera, exucta, nec pinguia, colore ex glauco virentia, & læuore Plinianæ Cerinthes, cui multum ſimilis. Per Auguſtum flores ſunt in ſummo puſilli, ambitu radiato ex aureo pallentes: ſemina fuſca Saxifragiæ hircinæ pratenſis: guſtu non amara, ſed manſu reſinoſa, hyperici aut Clymeni. Colitur etiam à Chyrurgis ad fracturas, vlcera, & hernias vtenda. Variantem hanc iam pridem & hoc anno vidimus in Morgani horto, floribus ſpecioſiore ſitu & ſertis vmbellatis elegãtiores. *Effig. Dod. Epit. 172.*

Accipit summitatũ Hyperici } añ. ℒ. ij.
& olei communis.

Myrrhæ } añ. vnc. ij.
Gummi Elemni

Terobinthinæ. vnc. iiij.

Aloes. vnc. j.

Thuris } añ. vnc. ſ.
Maſtiches.

Infundantur, bulliantq; in diplomate ex arte. Ad Icterum etiam & Calculum vtilitas conſpicua.

ASCYRVM.

SECVNDVM Hypericum eſt Aſcyrum notiſsimum, amnium & riguorũ riuulorumq; pratenſium amans valdè, quadratos rectos viticulos è radice multum fibris ſparſa exiles erigens: alterius folijs paulò maioribus, venoſis, punctim poros peruios habẽtibus, & floribus itidem luteis, coccineum cruorem affricanti illinientibus. Semen odore reſinaceo ſui indice, nares feriente. Haud diſparis, ſed infrequentioris vſus. Effi. Math. 937

ANDROSEMVM excellentius dictum, ſeu magnum.

VT excellentius, ſic rarius, nec niſi opacis & ſyluoſis gaudens, verius Androſemum vocatum, quòd non modò floribus, ſed etiam folijs tritu & preſſu muriceum remittat ſuccum, quo vno præ cæteris Androſemum agnoſcas, & diſcernas, par eſt: Procerior maiorq; tota, & altero tãto maiora folia, pauciora, quàm Hyperici, cui etiam ſimilius flore & ſemine: Procerioribus, bicubitalibus, gracilibus, rotundis, rubentibus ramis. In collibus & nemoroſis pone Riuoli Pedemontanæ arcem: Norbonenſibus etiam Seuenis paſcuis & Syluoſis, etiamq; in Anglia æſtate ſuperiore prope Briſtoiam: In Vincentij præruptis & ſyluoſis trans flumen. Effi. Math. 939

ALTERVM tomentoſum.

IN agri Monſpelliaci locis natura vdis & ſubſtilliis, ſed feruidioribus Solibus exuctis, ſæpius Hypericũ occurrit palmo non maius, & humo pronius, folijs item minoribus ex interuallo rarioribus flore & ſemine luteolis pallidioribus, tota cana & hirſuta, minus odora: non alio ſapore, ſed imbecilliore.

CENTAVREVM paruum.

NVLLI non notiſsimum Centaurium, Hypericoni omni ſui parte ſimillimum, niſi flore rubro & inſigni amarore (vnde Fellis terræ nomẽ) diſcerneretur facilè. Accuratiores nimiò figurarum aut deſcriptionũ exactores, qui Centaurij minoris notas expreſſiores deſiderant, nodum in ſcirpo quærunt: vtinam non multò plures deterius inſignitas haberemus. Effi. Math. 635

CENTAVREVM Luteum.



QVID verò de iſto altero luteo ſentient, magnoperè ſcire auemus. Quamplurimis tum Galliæ, tum Angliæ locis, iſtud luteum nuncupatum: prope Rondeletij & Aſſatij prædia, multa Monſpellij: collibus vrbi Briſtoiæ eminentibus, inter ſegetes itidem. Radice exigua, folia ima proximè humum puſilla & ſtrata, vt in altero. Caulis ſeſquipalmum altus, ex interuallis bina folia, aut potius vnicum binis apicibus vtrinq; donatum traijcit, non ſecus atq; Periclimenis videtur huic & ſuperiori contigiſſe: nam Periclimenon alterum, traijcit folium, præſertim ſuperius, prope flores: Alterũ, bina diſtincta folia. Floribus alterius, ſed aureis

intensè luteis, amara est: quid vsu præstet nobis nondum cõpertum est.

CORIS Monspelliaca.

Κορὶς, aut potius κόρη, virgo, puellàve dici potuit, quia tota pulchella & perquàm hilaris vultu hæc nostra: verùm Hippocrates & antiqui, κορίην, id est, pupillã, vocarunt, propter semen oculi pupillæ, seu anteriori humori crystallino ambitu sphærico, haud absimile, cuiusmodi in hac cernitur: quam quia nusquam nisi Monspellij & Frontignanæ ad radices Ceti, & prope Magalonem, reperimus, nec alibi notam audiuimus, ideo cognominem fecimus vrbi, lectissimis nobilitatæ stirpibus. Hanc autem perraram nisi huc appositissimè quadrasset, Ericã minimam putassemus, aut mediæ cuiusdã inter Hypericũ propter purpurissã, & Aiugæ propter folium naturæ: Iam non aliò, quàm ad Corim referri posse arbitramur. Fruticat quippe ramulis multis, dẽsis, duriusculis, surrectis, rotundis, palmũ altis & sesquipalmũ, lignosis, cuius etiam foliola densè stipata Ericæ maioris, & condita, florum purpureorũ tyrsulis consimilibus, purpurea, cœrulea, nitidiore & amœniore decoris spectantur. Semen vtriculis mollioribúsve alabastriculis conclusũ, rotundũ thamatisci par, glaucum vel pullum, tenuissimis tuniceis glumis inuolutũ, quasi ocelli pupilla tutior inde futura foret. Radix multò sanè maior, longior, & crassior, quàm pro plantæ modo, Anchusæ minoris par & cõcolor. Tota namque planta rubella visitur, & succo purpureo radicis pannos imbuendo cõmendatur: amaricat gustu subacri, non inodora. Eapropter Corin nõ dubitarunt profiteri Rõdelletius & Assatius, doctissimi Præceptores, & in Academia simpliciũ indagatores, quibus frequens assentiebatur auditorũ corona. Cuius tamen elegantia si minus capiantur isti morosuli plumbei censores, quibus nihilpenè à nostra mediocritate profectũ placere quit, arrigãt aures attenti, magni Senẽ: s de Cori historiam percepturi, qui sic infit, vbi nuda Dioscoridis verba recitauit, & in Italia (vt millies repetit) nasci dixit: Sed quòd de Cori mentionem fecerit Galenus



Mathioli Coris. in simplicium censu, mihi incompertum est. Quæ denique κορὶς, Græcè, Coris etiam Latine, & Cori Italicè vocatur. Hactenus est cõmentatus ille maximus Mathiolus, cuius sanè mirandum cùm in cæteris plerisque, tum maximè in hac planta cõmentanda acumen, quo Italis rerum nunquam fortè auditarum, nedũ cognitarum nomina eruit noua, & literis mandat. Et porrò pictori negotium relinquit figuræ exprimendæ, si viuam, nõ pictã vidisset, melius fortè nostræ cognitioni & suo honori cõsuluisset. Cõsulamus igitur nos huius figura & natura repræsentanda, illi operosæ molis volumini plerumque muto.

CAMPHORATA Monspel. an CHAMÆPEVCE siue humilis Picea Plinij?

SATIS adumbrare videtur CHAMÆPEVCEM Monspelliensibus Cãphorata herba vocata, emittit quippe è radice lignosiore cauliculos plures, graciles, rectos, pedales, foliolis Laricinis dẽsè stipatos. Gustu deficcãte, insipido. Nemau sesis Amphitheatri augustæ antiquitatis in hiulcis parietibus, per vetustatem rimas agentibus, hæc prouenit, nec non alibi prope Namausium & Monspelliũ, inter pontem Iuuenalem dictũ, & Portam Latrensem: in Gallia verò, & reliqua Italia, rarò occurrit.



ANTIR-

ἀντίῤῥινον **ANTIRRHINVM.** *Vulgo Caput canis & caput vituli.*

Germ. Orant.
Angl. *Calfes snowte, or snap dragon.*
Gal. Moron violet.

NON potuit commodiore, veriore, insigniorevè nota prodi hæc planta, quam Antirrhini, siue naris Vituli nuncupatione: nulla nāque stirpiū seminis inuolucro, caput, vultum, nares, oculos, adeóque hiatum oris vitulini exprimit, atque hæc, quæ in Italiis & Galliis, presertim Prouincialis & Norbonensis, admodum obuia inter olieueta: floribus conspicua purpureis, ex rubro violaceis, oblongis, vel roseis, vel albidis, calathum effigiantibus, sed supernè buccas flaccidas, rictūque Leonini oris æmulantibus, & conniuentibus, non patulis, quò sedulæ apes inde mellificaturæ, si fortè irrepserint, rursum quasi valuulis occluduntur. Et folia & cauliculi sparsi, fragiles, Leucoii, lutei, siue Keyri, nec radice absimili. Semine nigro, nigri papaueris minore, hortis Belgicis, Anglicis, & Germanicis, florum decoris causa colitur, nec ruri oritur. *Effig. Dod. epit. 219.*

Varietas. Non diuersæ naturæ aut figuræ est luteum floribus Antirrhinum, sed duntaxat foliis latioribus, breuioribus, nec in agris perinde frequens, hortis dūtaxat vt peregrinum alitur.

***MINIMVM** forsan Archigenis **ORONTIVM**, vel Aurantium quo auriginem morbum siue Ictērum leuat.*

ET hūc Antirrhinā esse docēt capitusa mēbranacea vitulinæ, aut Simiæ caluariæ, prorsū figuræ: folia, flores purpurei, prorsū similia, sed minora, & secundū foliorū exortus per interualla prodeuntia, minora, vt est ipsa tota planta exilior minúsque fruticosa, vbiuis tum hortorum, tum incultorum marginibus sponte plurima, apud Germanos Orant vocata, nomine, vti videtur, persuaso & deflexo ab Archigenis Orontio. Iam minor, iam maior & lætior prodiens, folia angustiora multò lini aut osyridis. Quapropter nonnullis hanc Pliniano Antirrhino eandem esse, visum fuit. *Dod. effig. 220.*

ὄσυρις. **OSYRIS** *aut Linaria, quæ vrinaria, aut Plinii antirrhinum, vel Beluedere Italorum, Scoparia?*

Ger. Lynkraut, vnser frauwen flaschs.
Angl. Tode flar.
Belg. wild vlasch.
Gal. Lin sauuage.
Ital. & Hispa. Linaria.

INTERPRETATIO nomen clature videtur herbā signare diureticā, siue vrinariam, à sero siue vrina, quæ græcis ὀῤῥὸς ἢ ὀῤῥός, & οὐρὸς, & οὐρῶ, quod est traho: quare cùm Linaria vulgaris sit vrinaria vocata, propter insignē vim trahendi vrinas, & figuræ etiam quàm quæuis alia concors, nihil est quur exploratissimam fastidiamus, illam incertæ vis & facultatis peregrinam præferamus, quia verrendo sit aptior, quasi non quàmplurimæ sint frutices, quorum è virgultis possunt scopæ concinnari, neque tamen ideo Osyrides fuerint: nec Galeni quicquam suffragatur sententia, quippe videtur ille & Paulus, sequutus nominis significationi, quasi à verrendo aut purgando fuisset conflata appellatio, Osyridem siue Scopariam significasse. Et vbi quis seuerius expendat Scopariam, seu Beluidere Italorum, videbit folia longiora esse, quàm Linariæ, & numerosiora, non amara, qualem tamē Galenus & Paulus volunt, nec vllius certi commodi ad ea quæ efficacissimè & vetissimè Ictericis fermè in hydropem deductis præstat Linaria vulgaris, vbique frequentissima, & Lini similitudine notissima, Esulam minorem adeo imitata, vt prudentiores barbari isto versiculo vtramque necessareo distinxerint: *Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit.* Flos tamē est Linariæ elegantior, & maior secundum summos caules in- *Effig. Dod. epit. 96.*


 fundibulis

fundibulis,quasi caudicellis Delphinij,aut Regalis consolidæ,fronte vero Antirrhini rictu & aspectu.

LINARIA PVRPVREA.

VT fruticosior,sic elegãtior multò & rarior,& propior descriptioni,ea Linariæ species, quam primùm ad Veganij Norbonensis montium radices,in castanetis Syluis inuentam, in Flandriam amicis ferendam multis ab hinc annis misseramus: verùm,quia vires exploratas non habemus, paucis notis duntaxat oratione pictam damus: non enim nisi foliis paucioribus, floribus purpureis,ramulis gracilioribus,magisque flexilibus,pedalibus, & sesquipedalibus, vimineis, etiam verrendo aptis,differt: alioqui primo intuitu Linariam putes.

SCOPARIA, BELVEDER *Italorum.*



NON perinde bellula hæc aut speciosa videtur re, atque est Italico isto nomine, flores etenim perexiguos, racemosos, obsoleti viroris alis,iuxta quas nascuntur,cõcolores fundunt:virgæ numerosæ, sparsæ, crebribus foliis, Lino duplò longioribus Psyllij, totã æstatem virentibus: & propter raritatem exoticam apud Italos in hortis & in pensilibus figulinis vasis ali solita,hodie perquàm vulgata.

OSTRIS PVRPVRO COERVLEA *repens.*

PRORSVM similis hæc flore & folio Linariæ superiori purpureæ,cui annectenda venit, cauliculis tamen gracilioribus sesquipalmaribus,non erectis,sed humi prostratis, Polij, Coris Monspelliacæ, aut Sesamoidis primæ ritu : flores cærulopurpura hilariore nitét,Cori concolores. Tota herbula gustu est amaricante,nonnihil acri. Hanc nusquam vidimus,præterquàm in vireto nostri H. Morgani.

LINVM SATIVVM, *vulgare caruleum*.

λινον.
Germ. Flachß & lein.
Gal. Lin.
Ital. *Lino.*
Belg. Vlasch.
Angl. *Flax.*


Math. effi. 414 PARITER Græcis Latini Linum vocarunt, propter corticis libivre recta stamina,in filamenta recta diuelli solita,quæ etiam λινα dicebãtur: vnde Linea & Libella,qua directiones

rectiones angulorum & parietũ ſtructuræ librabantur. Sic etiamnum hodie filum fabri lignarij directorium Lineam vocant: ſic & piſcatores, filum, cui annexus eſt hamulus, lineam. Tam frequẽtis olim & hodie notitiæ planta, vt prçterquàm quòd de linariis iam deſcriptis facillimè percipiatur, etiam ſuperuacaneum ſit lineamenta depingere: quæ hanc ſuis ſtrãgulat amplexibus inter Caſſithas relata fuit. Theophraſto viſum fuit, Linum degener factum, in Lolium abire. Noſtrates coloni ſibi viſum pernegant, aut auditum.

LINVM MARINVM Luteum.

IVXTA prata & litora herbida Norbonenſis maris, ac inter ſtagnum & mare fruticat, pedalibus & ſeſquipedalibus ramulis rectis, numeroſis, gracilioribus, paucioribusque quàm lini folijs, lentis, corticeque ad nendum commodo, flore non diſsimili, ſed luteo, minore, Iunio, Iulio. Semineque & pericarpiis minutioribus multò: non notum reliquæ Galliæ, Germaniæ, & Angliæ. *Math. effig. 416.*

CAMPANVLA lutea Linifolia Montis Lupi, flore Volubilis.



PERQVAM elegans in deuexis Montis Lupi quà ad Septentrionẽ vergit, Linifolio aut Poligalæ, palmaris herbula, flore luteo peramœno, maiore quàm pro plantæ magnitudine, Iaſione aut Volubilis donata, quã hìc pictam damus, vt ſtudioſis illic innoteſcat, quia rara eſt, nec alibi nobis viſa, ſic vſu minus cognita.

Reponenda hæc proxime Telephium, vbi omiſſa fuit.

ROSEA.

RODIA RADIX.

ROSEAM vocarunt priſci hãc radicem, rimoſo cortice & frequenti, ſed puſillo tubere inſignem, roſeoque halitu fragrantem, odoris Roſei prærogatiua, quem manſu aut attritu nullã radicem, ac ne ſtirpem quidẽ, ſpirare (prçter peregrinũ illum Aſpalathũ, cuius meminimus inter frutices) nouimus. Ex Allobrogum & Delphinatiũ ſaxoſis, mõtoſis, nec non Taurinis Alpibus Pedemõtium, iam diu in viretis multis Belgicis, Gallicis, Anglicis, & Italicis, Iulio & Iunio vmbellas edit, luteis floſculis pallentibus & herbidis, Drabæ, aut potius Craſſulæ, quam tantoperè præ ſe fert, caulibus pluribus rectis, & foliorũ multiplici ſerie, ortu, poſitu, ſitu, diuiſura, craſsitie, imò & quadantenus radicis loco natalitio, ſaxeo, macilento, corpulento, rugoſo, & diſparili coalitu, vt cõgeneres ſint putandæ: minora tamen huius folia dentata minutim, Tithymali ſerrati proxima, & radix maior, torulis & vberoſis papillis rugoſiſque inſignata, foris fuſca, intus albicat virens. Sed vetuſtior & ſiccior, cõcolor eſt adeò Schænæ peregrinæ, vt inſtitores interdum fallãt fruſta adultioris, quam guſtu exceſsúve vllus qualitatis vix ſuperare videtur, eoque nobis ferè perſuadetur, non procul abeſſe à Roſæ aut Craſſulæ temperamento, quamuis non neſciamus Galenum, eumque ſequutos, ſecũdi caloris gradu donaſſe hanc: verùm non nuſquam labi, humanæ eſſe Mineruæ, indicio manifeſto eſt planta Onoſma, quam radicem abſolutè Hippocrates cùm vocaſſet & deſcripſiſſet, magnus ille interpres Pergamenus nec Onoſma eſſe ſuſpicatus eſt, ſed ſeorſim duobus in locis, quaſi duo fuiſſent, vnã eãdem bis, & iiſdem planè *Radix Hippocrat. Onoſima Dioſco.*

sunt enim normæ Lesbiæ & plumbeæ illius tāti herois ratiocinationis, quas cuilibet aptes asseri licet adamussim congruent. Sic hic huius Astragali putati, & alterius huic consimilis, tacitas descriptiones si præteriit ille, quiduis libuerit cōminiscatur, & illi sanè per nos fides habeatur: addemus verò nos descriptionem eius, quæ seritur, & pecoris sagina dicitur, nō item assueeremus audacter incertissimam rem, quod est supinæ ambitionis.

NOSTRA.

LENTICVLÆ foliis & facie crassioribus pusilla & tenera planta in Galloprouinciæ pascuis montosis prouentu multo seritur, flosculi sunt lutei, minores Cytisi aut Araci, siliqua & semine minutis, quæ lactis augent prouentum gregi & armentis.

RECENTIORVM Poligala.

QVÆ tamen doctis Poligala, aliis Onobrichis visa fuit, non minus placet, si æquè pabulo cedit: duriusculis tamen est ramulis, non leguminosis, aut holeraceis, sed Genistellæ oblongis aut Hyssopi angusti folij: purpurei, pallidi flores, albidi interdum Fumariæ, Æstatis initiò Crucis die emicant, eoque Germani Cruysbloemen vocant: squallidis & senticosis prouenit. *Hist. Dod. 38.*

πολύγονον POLYGONVM MAS vulgare.

Sanguinaria, Centumnodia.

Angl. knot graße.
Ger weggraffe.
Belg. wechgras & duysent knoop.
Gal. Corrigiole.

Dod. effig. 74.

SANGVINARIA centinodiáve, innumeris geniculorum nodulis, & foliis rutaceis, vel Hyperici, nihil cōtemptius aut vulgatius habēt compita & rura, secus vias, areas, sepulchreta, inuitis diurna diuturnaq; proculcatione & neglectione restibili segete lasciuit, totámque æstatem humum insternit virore, reptatu serptuque ramulorum exilium viticulorum, qui innumeris flexibus se implicant, semenque subter foliola in geniculis condunt numerosum, triquetrū, pusillum, Rumicis iam defluxis puniceis, aut purpureis flosculis vel albidis. Rubella est radix, prolixiusque fibrata, vti planta serpit, vnde Proserpinaca dici potuit. *Proserpinaca.*

MARINVM MAXIMVM altum.



NON NVSQVAM in Adriatico, Veneto & Anconensi litoreis sabuletis, sæpissimè autem in mediterranea Norbonensi ora, ab vsque Marianis aquis, ad Cetum montem aut promontorium dictum, polygonum istud occurrit longè maius, & multò speciosissimum: quippe subter foliola rutacea, candida, glabra, lucida, secundum nodulos & flores candidos condita, partim etiam maiora, longiora viridia, Galegæ aut Portulacæ marinæ habet: radice & viticulis alterius, prolixius reptantibus, humiliusque instratis arenosis siticulosisque sabuletis: tota planta albicantibus. Semen ad geniculos in foliaceis thecis candidis nitentib. Salso & astringente gustu. Alibi Galliæ, nec Angliæ, & Belgiæ, nuspiam visa nobis.

MONTANVM minimum niueum & Sericium,

SED vspiam toto illo collium amœnissimo procursu comparet quicquam rarius, aspectu, aut attrectatu & obseruatu dignius, ista minima, sed pulcherrima argutáque naturæ soler-



ſolertia elaborata plantula: vix vnciam & ſemunciam æquant denſi cõfertique ramuli ſarmentoſi, duriuſculi, denſiſsimis geniculis, & foliorũ quaſi denticellis, Herniariæ aut Thymi tenuifolij foliolis minoribus, per interſtitiola viſu vix diſcernenda. Eximio vellere ſericeo & niueo candore lucẽtibus glomerulis foliaceis, delicatiſsimis, tenuiſsimiſque membranulis contexti flores vniuerſam supernè plantam ornant & oculant: exilis radix lignea quàm & cauliculi longior. In aruo cui ſubeſt ſpecus Frontignanenſis cõcameratio & fornices hæc non ita à Chameiride diſsita. Mirabundus Præceptor Aſsiatius & Iaco. Vtenhouius Gaudauenſis, commilitones multò doctiſsimi, iam tum Polygonum rebantur: ſeminula aceroſa Erythrodani marini, vix viſu capi queunt præ exilitate.

HERBA TVRCA. Herniaria multigrana Serpilli facie.



SEMINIS feraciſsimam hanc nõ inſcitè vocet quis multigranam humi reptricem herbulã: innumeris quippe ſeminulis in ſurculoſis cauliculis, fusè ſparſis, denſiſsimis, luxuriantibus, arua olivetaque Norbonẽſia ſcatent ad rus *Boutonet*, altero à Mõſpellio lapide, & Riuoly Pedemontium, ſecus caſtrum. foliolis eſt Serpilli, ſed Alſinæ minimæ minoribus, crebribus, creberrimis & ſeminulis, vt Polygonũ (ideo mille grana dicta) media inter & ſubter foliola acernata, Atriplicis Centinodiæve minora: floſculi luteoli plurimi. Tribuli terreſtris multò

Herba Turca. minores nec diſsimiles: vniuerſa ex herbaceo flauet. Herba Turca vocitatur, commendatúrque ad viperea maleficia, venenatáque cætera, tum foris tum intus vtenda: ad hernias emplaſtris fidem ſuperat, ſtillatitia octiduo hepatis obſtructiones & Icteritiam perſanare proditur. Ea pro p ter nonnulli Helleborinem fecerunt, vt fuſius illic monuimus.

POLYGONVM alterum pusillo vermiculato, ſerpilli foliolo.



QVIA non ita diſsimilis hæc nomine eſt, etiam eòdem tradenda videtur, quia rara & indicta hactenus fuit: nobis autem induſtrij iuuenis Iacobi Reinaudeti Maſsilienſis Pharmacopœi primũ innotuit. Ramulis & cauliculis ſurculoſis, prolixis, gracilibus Serpilli, humi ſparſis: collibus maritimis Galloprouinciæ, non ſecus ac Herniaria multa luxuriat, è geniculis foliola puſilla, teretia, ſucculenta Aizoi vel Illecebræ, Thymo paruo noſtrati æqualia & ſimilia. Radix prælonga, lignoſa, ſapore amaricante, calidiuſculo.

ἕρπυλος. SERPILLVM.

Ital. Serpillo.
Germ. Quendel, ſthuener Koel.
Hiſp. Serpolo.
Gal. Serpolet.
Angl. Wild time
Belg. wild Thyme ꝛ onſer vrauwẽ bedſtroo.

ASER

A SERPENDO DICTVM SERPILLVM, hodie quoddam ſatiuum, quod habitius & grandius, quoddam ſylueſtre, incultis marginibus, ſterilibus & collibus gaudens: Facies vtriq; Thymi noſtratis vulgaris: flores & folia ſimilia, ſed maiora, in gracilibus cauliculis duris, lignoſis, reptantibus, in capitulis Thymi vulgaris: floſculi purpura rubentes, nonnunquam & albentes. Vtriuſq; notior facies quàm vſus: vſus nempe medicus, non eſculentus: ſi namq; adeò excalfacit & acrimonia ſiccitateq; tor ſiones ventris diſsipat, quî poteſt non magno diſcrimine dari hepati inflammato, aut etiam cerebro admoueri phrenetico? Id innuiſſe videtur Dioſcorides, nô inflammato, ſed phlegmone ex ſanguinea pituita conflato hepati profuturum: Initio quidem ipſo, aut potius declinante affectu, neutiquam ſtatu ſummo: vti nec phreneticis, dum furia cerebrum obſidet. Hæc methodico Medico reſponſioni ſat erunt, verùm non exploratori auidiuſculo animum explebunt. Dicet enim ille, ſe Sinapiſmos admouiſſe ſpleni hepatiq; inflammatis, ſicq; morbum curaſſe, auerſa nempè inflammationis materia à centro, & per venarum ductus ad ambitum tranſvecta, ſicq; digeſta: Cuius quidem therapeutices nonnulla exempla etiam apud claſsicos autores reperias. Hac rationis vmbra ſeſe abdunt qui oleo Vitrioli inflammationes & vlcerationes renum ſanare profitentur. Sic carpis & ceruici cauſtica admouentur febribus periodicis euellendis. Sed hæ delitiæ commentatori Senenſi: nos Botanici ſumus. Serpillum refrigerare putatur corpora ęſtu Solis feruida, non ſecus atq; Allia, Cępe, cæteraq; acria veſca. Rationis quædam veſtigia videre eſt in diuini Maronis Bucolicis. *In flore varietas Mat. Effi. 724, & 725.*

θύμος *THYMVM & EPITHYMVM Duplex Mauris Àlhaſce*

Ang. *Tyme.*
Gall. Thym.
Ital. *Thymo.*
Ger. **Welch, vnd Romiſcher Quendel.**

SI Mathiolo magno licuiſſet vidiſſe & meminiſſe illius maioris Thymi, folijs Tymbræ aut Hyſſopi, cuius ſurculi capitulis ſpicatis, Stæchadis ritu, floribus operti ex pallido purpuraſcentibus, atq; numeroſa cirrorum fibrarúmve cæſarie implicantur, viriumq; pręſtantiorum commendatione, ex Syria Venetiàs aſportantur: deinde Norbonæ maritimis collibus puſillum Thymum vulgatum, folio & flore Serpylli rigidiore, paſsim itidem Epithymi cincinnis & capilamentis delicatiſsimis obuolutum: perſuaſum ſanè fuiſſet vtriq; Thymo innaſci Epithymum. Neq; enim (ut Mathiolus ſcribit) id Dioſcorides negat, ſed tantùm maioris, è quo prodit iſthęc fœtura, meminit. Monſpellienſes Medici iſto minori Thymo innaſcente, frequentius, eoq; lubentius vtuntur, quia ibi recentius & copioſius, quàm illud Syriacum, iam diuturna & diſsitiſsima tranſvectione ſemiexoletum. Minus quidem mirum, cùm vel plebeculæ noſtratis experimento Thymum vulgatum Melancholiam educat. Et maiore conatu quàm emolumento inſtaurat demortuas concertationes Mathiolus, noſtrumne ſeu Arabum cum Dioſcorideo ſit vnum: Idem certè eſt, non quidem quo ille ancipiti argumento aſſeuerat, alioquin non ſolùm plantæ & ſtaminum flores Epithymum forent: ſed etiam omnes plantæ partes, vi purgandi Melancholiam donatæ. Notio ex rerum diſtinctione perſpicua, atq; Dioſcoridis lectione. Eſt enim nihil aliud Dioſcoridi, quàm capitati floſculi geminatiue, quibus aptantur caudicellæ, capillamenti inſtar, coloris fuſci, vel rubelli nitentis: floſculi interdum candidi, nonnunquam herbacei: Thymo verò vtroq; purpuraſcunt, quibus etiamnum Veneti recentiores, Pharmacopœi, vel nominis, vel etiam vſus argumẽto, Epithymi loco vtuntur, & ſuis Theriacis miſcẽt. Nomen quidem id præfert, & vſus facilè fert: tota namq; planta, nedũ flores, purgat. Cur iſtud Europæum, ſeu minimum Thymum, non curarit ſculpendum Mathiolus, viderint critici, aut potius Cratenſes, quorum Thymum Cræticum dictum appoſuit. *Mat. effi. 721*

θύμβρα. *SATVREIA ſiue THYMBRA vera S. Iuliani.*



IN Thyrreni maris aſperis & ſalebroſis S. Iuliani Hetruſci, magno prouentu oritur aſpectu perquàm elegans Herbula, quam nullus non fatetur Satureiam veram. Piſanis etiam vernaculo idiomate *Tymbra di Santo Iuliano* dicta. Virgultis exilibus, palmum altis, ſarmentoſis, lignoſis; ſolijs ab imo crebribus Thymi Cretici, ſed anguſtioribus, longiuſculis, ſpicã teretẽ ſũmo gerẽtibus, floſculo copioſo intertextã: Guſtu acri & odoro, vniuerſa ex obſoleta purpura albicat, Thymo maiore minor, minori fermè par. Hęc Dioſcoridis germana videtur: Cęteræ verò duę etſi non ſpicatę, vſu tamen Satureiæ nomen indeptę fuerunt vulgo: cui in condimentis & lucanicis loco Piperis eſt: Ea pręſertini, quę in montoſis & ſaxoſis Narbonenſibus & Pedemontanis vbertim griſcit.

SATVREIA ſiue TYMBRA *altera.*

Dod. Effig. epit. 332. HVIC folia rigidiuſcula Thymi maioris, vulgaris Hyſſopi æqualia, aſperiuſcula, nigricant ſnpernè, bina quaternáve oriuntur ex interuallis, & indidem flores promuntur purpurei diluti: lignoſa radice: guſtu eſt Piperis tota, eoq́; vulgo Piperella dicta.

SATVREIA Hortenſis.

Ang. *Sauorie.*
Germ. Kundel, ſwybel Hyſop.
Ital. *Sauoreggia.*
Gall. Sarriette, Sauorie.

Mat. Effig. 723 ALTERA raro ruri, vt plurimùm in hortis viſitur, folijs quàm hæc mollioribus, anguſtioribus, paucioribus, tum folijs, tum floribus. Belgis & Anglis quotannis ſeritur, & moritur. Fabis cum Selino inciſa & infrixa edulium gratum illis frequens habetur.

Quam Mathiolus pictam & germanam reli nquit, videtur potius Polium fœmina Recentiorum: nec vlla ſpica donatur, aut in cibis commendatur: deniq; nullam niſi vagam & incertam eſt ſortita notam.

EPITHYMBRA, EPITHYMVM, & CASSITHA *Plinij.*

CÆTERVM, Epithymbra non modò hiſce omnibus, ſed etiam in Hyſſopo Serpillo alijsq; non paucis congeneribus clauiculis innectitur, eoq; meritò ambigitur, ſuapténe adoleuerit radice, atq; finitimis plantis ſurrecta ſeſe implicuerit, vnde alimentum vberius nacta, illi radiculæ exaruerint. Sed ex ſimili ratio facilè liquet. Cuſcutæ enim oriundi & arrependi conditio par. Ortu namq; primulum & amplexata vites Norbonenſes, tam multis oſculis, per quandam quaſi ſynaſthomoſin, eorum ſuccum populatur, & genium defraudat, vt radices ſui muneris minus iam neceſſarij oblitæ, feruore areſcant, & abrumpantur, (non ſecus atq; auraci exareſcunt, fœtu excluſo, & mutato alimenti ductu) pendulis illis capitulis & ſtaminibus Caſſithæ in Vitium aliarúmve ſtirpium amplexibus relictæ, vbi ideo putãtur enatæ. Sic nobis deprehenſum in vinetis, & ſemine collecto & ſato non pauci prodijſſe ſciunt veram Cuſcutam.

SAXIFRAGIA, ſiue Saxifraga antiquorum.

IAM SÆPIVS ET NECESSARIO monuimus, Saxifragæ vocem apud Authores eſſe multivocam, nec vnius cuiuſpiam ſtirpis indicem eſſe, ſed virium inſigniorum efficatiæque qua ſunt prædita, ferè omnes vulgo Saxifragæ vocatæ, quę

Græ-



Græcorum Lithontriba poſſent dici, vt non paucę cōpoſitiones. Eoque Betonicā Galeno, Paulo, & aliis claſsicis, Saxifragam vocatam,& Keſtrum,cū Meo legimus,quia vtrūque Lithontribū eſſet, ſeu tu dicas lapidum terebram, aut,vt Plinius,viriculum. Sed quando opera noſtra naturæ ditandæ,& illuſtrandæ Hiſtoriæ ſtudet,nihil attinet anxius ſciſcitari,irrepſerit ne huc caput iſtud,quaſi intruſum cuiuſpiā Latini amanuenſis imperita audacia, vel intempeſtiua commentatiuncula,fortè ad Codicis marginem, prope Tribulū marinum aſſcripta, deinde inter Tribulum & Limonium inſerta. Sanè non videtur caput iſtud adulterinum cenſendum,aut inſititium, quia Latina,vti quiritantur, nomenclatura Græculæ præierit; quippe illa in uerſiuncula facilè fit, nec ſine exemplo, præſertim in ſtirpibus. Quin Paulus & Trallianus,vti videtur ex Dioſcoride & Galeno,non Saxifragam Latinè, ſed σαρξίφαγον,carnemúe exedens,ſcribunt Græcè,apud quos etiā legas Sapon,id eſt,Sapo,Stupā, & alia nomina è Latinis mutuata.

NVLLAM verò è tam varia Saxifragarum tribu videmur poſſe Dioſcoridis genuinā profiteri, præterquàm vnam hodie, cuius laus & prærogatiua penes Italos, & Venetos, pręſertim Patauinos,etiamnum eſt. Quàmplurimi tractus aridi,cretacei,montoſi,ſaxoſi, ſteriles & ſabuloſi,vbi Polium montanū & Thymū,prouenit: Huius magnā copiā in Italia,Galliæ Delphinatu,& Anglia,fundit: Sparſis pedem altis,multis,crebribus,exilibus Serpilli ramulis,contortíſque vnà & implexis in imo,vbi multis gramineis exaſperantur geniculis,vti Poligonatū,radice parua,& paucis fibris impacta,colore albicāte,multū gramineā Holouſtium referente: foliola bina,longiora,anguſtiora,Tunicis, aut potius Tymbræ Piſanæ magnitudine,& ſimilitudine ex geniculis, in viticulis ſarmētoſis,exiguis,capillaribus, rectis & ſparſis, ſingulis ſingulum floſculum oblongum quadamtenus Tunicis,ſumma ora fimbriolis,vel apiculis tenuibus crenatum: vbi ſemen ſubrubrum, rotūdum,exiguum. Hæc vt poſterius vſu & nomine Saxifragæ recepta,ſic potior & verior, Italis præſertim hodie credita,tum propter famigeratiſsimam facultatē, tum etiam propter arctam, quam cum Epithymo videtur habere ſimilitudinem; verùm non vſquaque certa iſthæc ſimilitudinis coniectura, quam Commentator ex recentioribus exercitatiſsimis arripuit: namque valdè varii codices interdum Thymum, interdum Epithymum,& alicubi neutrum habent: Sicuti videre eſt è caſtigatiore Græcolatino Lutetiæ excuſo anno 1549. pagina. 370. Eapropter minimè oportuit illas, quas idem ſtatuebat binas,alteram Thymo, alteram Epithymo (quę illius eſt conſtantia)improbare, & è ſaxis Hetruſcis reuellere, vt iiſdem rimis tertiam impingeret noua adducta icone.

ANGLICA SAXIFRAGA.



Varietas. HÆc eadē operit Iulio & Auguſto acclinem cretaceum, & aridum montem, arte militari aggeſtum inter Chipnam & Malburū Angliæ,Briſtolienſi à Londino via,ſed variat floribus,qui longè minores albidi,muſcoſi,non ſecus ac tota planta.

λιβανωτὶς στεφανωματικὴ ROSMARINVM CORONARIVM.

Ital. Roſmarino Coronario. *Hiſp.* Romero. { *Ang.* Roſemary. *Ger.* Roſsmarin. { *Bel.* & *Gal.* } Roſmarin.

VNIVERSI tractus collesq; aridi,saxei,& steriles,cùm Norbonensis,tum etiam Galloprouinciæ,coronario Rosmarino ornantur,vbi vbertim glifcit, & totam hyemem vernat,floréſq; ex pallido cœruleos alit. Tanta ſuppetit copia colonis, vt etiam clibanis calfaciendis,focoq; domi alendo ſuccendatur. Verùm inibi minor multò quàm plerisq; locis Germaniæ & Angliæ,vbi cultu luxuriat,adultior & procerior multò perennat. Nō tamen vſquam menſas, cytharáſve ex illius fruticis reſecibus, radicibus, ſurculíſue farmentoſis vſquam illis in regionibus concinnatas nobis videre licuit : quin penè Commētatoris fide freti,fabros illic illud ſciſcitati ludibrio fuimus. Oleū parant diſtillatione perquàm odorū & vtile ex ſummis virgultis & floribus Paraclyticis & induratis articulis Schyrro detentis. Aqua ſtomacho amica & cordi.

STÆCHAS.

Gallis & Officinis Stæchados.
Ang. French Lauender.

Effig. Mat. 698 MAGNA voluptate non ſemel pedibus & oculis luſtrauimus florente Stæchade purpuraſcentes colles Norbonæ,aſperoſq; tractus in Galloprouincia,iiſdē atq; ſpica Lauendula,Roſmarinus,Thymū tenuifolium,& Saturea,durior natalibus : quibus omnibus tanto prouentu ſcatet, vt etiam clibanis calfaciendis ſatis ſuppetat. Nobiles verò illæ & rariſsimarum ſtirpium alumnæ Stæchades inſulæ,huic cognomines, non ex aduerſo Maſsiliæ,vt perperam ex Dioſcoride perſuaſum eſt(bidui namque itinere & litore indidem abſunt) ſed è regione Olbiæ,vulgò Hyeres,vrbecula olim tam lauta, quàm nobili,à qua etiamnum hodie Inſulæ Stæchades nomē retinent, non Maſsiliæ,dicuntur namque Hyeres Inſulæ. E radice lignoſiore cauliculos emittit cubitales & ſeſquicubitales, lignoſos, in quibus copioſa foliola oblonga, Satureiæ hortenſis longiora, albicantia, incana,anguſtiora, & minora,quàm Lauēdulæ,aut Roſmarini coronarij. Capitulis ſpicatis in ſummis virgis Thymi Cretenſis, ſed maioribus,è quibus flores folliacei cærulo purpurei exeruntur. Semine ſubfuſco Vrticæ aut Lauendulæ ſuccreſcente. Aduerſus omnes capitis morbos à frigida cauſa efficaces,vſus frequens comprobauit.

SPICA. LAVENDVLA, ITALIS

Spigo & Nardus Italica,

Ital. Lauanda.	*Ang.* Lauender.
Gal. Lauande.	*Ger.* Lafander.
Bel. Lauender.	

Effig. Math. 31 HAVD abs re nomen Spicę Latinum & tritum ad Stæchadem alluſit,idem enim ſignat Stæchas Græcè, quod Spica Latinè; nempe propter ſimilitudinem totius, primùm facie,deinde ſaporis,odoris & loci. Vtrauis vtriq; ſimillima, neque ſpecie diuerſa. Folio & flore ſpicato Lyſimachiæ,aut potius Viticis purpureo,alias albo: hoc tantùm diſcriminis intereſt; Spicæ fragrantia maior, grauior, folia maiora & latiora Stæchadis : Lauendulæ, aromatici,& gratiæ pluſculum: eoque affectibus matricis ſemen & folia commendatiora, tum fomentis & lotionibus,tum pulueribus dilutis intrò ſumptis,ad ſuffocationem & aſcenſum ex vaporibus putridis,& ad partus accelerandos.

CASIA *Poetica Monſpellienſium an Theophraſti?*

POETICAM Caſiam,qui cum Caſsia ſiue Canella & Cinamomo,nominis ſono ducti congerunt, nulla vt id facerent fuerunt ratione illecti : tantò minus ſtirpium veſtigatori ſagaciſsimo Anguillaræ aſſentiendum,cùm Lauendulam & Roſmarinum coronarium Theophraſti Caſiam cenſet. Nec non Guillandinus,indefeſsi laboris vir,hallucinatur,dum Chamæleam Caſiam eſſe putat. Neuter id dixiſſet ſi vidiſſet, plantam Romano Nor-

Norbonensiq; agro vbere prouentu oriundam, Sparthi caule, striato, colore Polemoniæ: folijs Thymeleæ, aut Stœchadis, vel Lauendulæ: Cocco copioso Cneori, vel Asperagi marini æmulo, glutinoso admodum: caule sesquicubitum & cubitum alto: Flosculo multiplici Oleæ, ex viridi flauescente. Hanc *Præceptor* Rondelletius, Pellisierius Magalonẽsis & Monspelliensis Episcopus, perquàm eruditus, commilitonesq; nostri, Casiã fecerunt, quia in Diosco. deerat & in Theop. supererat. Floret Iunio, semẽ rubet Augusto, ad ripas Lani prope pontem Castri noui, & alibi pasim in Galloprouincia iuxta sepes & oliuetarum margines.



HYSSOPVS ARABVM Mesuæ & Officinarum.

{Ger. Hyssop. / Ital. & Hisp.} Hyssopo. {Ang. & Gall.} *Hisope.*

VT in Hyssopo Græca diximus, tametsi hæc vera non sit Diosc. tamen iamdiu cõmuni consensu recepta ista Hyssopus fuit, quia valdequàm viribus efficax est, eoque in Officinas deducta Mesuæ autoritate, qui Hyssopum ramis Thymi atq; folijs, sed maioribus, facit. Eiq; occasio fortè ex Symphito Petreo hallucinandi fuit, cui Origanũ (simile nepè Hyssopo) & Thymũ cõparantur. Nec mirũ iam tũ ita persuasum fuisse hac lectione Arabibus, cùm Senensis, extra erroris aleam Cõmentator, eõdem impegerit: vbi nõ solùm de nouo à se reperto, sine probatione, Symphito, sibi plaudit: sed etiam folia Thymi contextui, & Symphito reperto affingit: quæ neq; Græco codice, neq; Latinis versionibus vsquã cõparent. Collibus asperis Romaniæ & Veronẽsi tractui, præsertim secus Athesim, ad angustias saxorum & arcem munitissimã, quæ Imperatoriam à Venetorum ditione discriminat, è regione montis Baldi, sponte fruticat hæc, nuspiam alioquin nisi in hortis. *Math. effi. 693*

HYSSOPVS candidus Anglorum.

Varietas. Eadem hortensis in Anglia nullo mãgonio dimidio sui folijs & ramulis adeò candescit, sine lanugine, vt quamlibet niuem aut calcẽ facilè prouocet, semisse altera viridi remanẽte. Horum vtrũq; montibus, collibus, & hortis oritur.

GRATIOLA recentiorum, an SPVMEVM PAPAVER? *Math. effi. 697.*

HACTENVS non parũ vexauit multorũ ingenia huius plantę assertio: Saponariam quippe alii, Behen album & vulgare quidam, siue Ocimastrũ aruorum, demùm Gratiolam Spumeum Papauer fecerunt. Huic enim (præterquam quòd Oleæ vel Struthij foliis, & floribus albis donata est) etiã vis strennuè purgandi supernè & infernè inest: radix multiplici flexu, crassiore propagine, summo sparsa cespite, Pratis montosis orunda; rarò tamẽ spumea, sed quadamtenus albida foliis est herba, amari & ingratissimi gustus.

HELIANTHOS, siue flos Solis, an PANAX CHIRONIVM, & HELENIVM *secundum Diosc?* *Effi. Mat. 744*

HELIANTEM pleriq; putarunt illã plantã quæ locis aridis vberè prouenit, humi serpens, & interdũ surrecta, sarmẽtosis cauliculis, palmũ altis: Folijs rigidiusculis colore, crassitie, & effigie Cysti parui, sed minoribus multò, quẽ Helianthẽ, siue Solis florẽ, vocarũt, floris aurei Potentillæ vel Pentaphylli similis cõmendatione. Qui quia similis recensetur de Chironio, ideo Chironiũ putarũt. Nos in Helenio mentionẽ huius fecimus. Mõspellij Cisti parui speciem faciebãt: sed crescit hîc in Anglia & alijs locis passim, vbi nulla Cystus. Astringendi siccandiq; vi pollet: acrimoniam nullã prodit: eoq; minus Chironij opinionẽ facit: sed faciet fortassis magis Centaurũ luteum vocatum, effigie cùm sit & viribus haud procul recedentibus, & quòd acrimonia non caret, non nihilq; odorum est.

ψύλλιον *PSYLLIVM, Pulicaris herba.*

Gall. Herbe à puces.
Ital. *Psillio.*
Belg. Vlooy cruyt.
Ger. Psylien kraut, flohe kraut.
Hisp. Zorgatona.
Ang. *Fleewerte.*

Effi. Mat. 1067 1068. CONCINNA nomenclatio Psyllio facta, à pullicem ementiente, semine nigro, nitido, intus muccoso admodum & refrigerãte, lubricante, quod vniusmodi nec diuersum est in sarmentacea stramineaq; planta trifariam variãte copiosum habetur. Ea autem sponte Norbonẽsia & Galloprouinciæ veruacta proscisaq; arua operit & insternit. Quæ autẽ frequentissima exilioribus ab ima radice exigua, fibrosa, ramulis totum caulẽ pedalẽ ambiẽtibus crebribus fruticat, folijs angustis longioribus Scopariæ, Beluidere aut Coronopi, incanis, hirsutis: Imbricatim compactis globulis, squammosis, oblongis, *Pimpinellæ* vel *Stœchadis* Arabicæ primulum florentis, quos apiculi staminei candicantes ambiunt frequentes Coronopi vel Plantaginis. Hæc etiam inter olivueta sabulosasq; scrobes Monspelij agri prouenit.

Marinum.

Varietas. QVOD littora sabulosa maritima lubenter sectatur, habitiore, sed non dissimili aspectu, longioribus aliquantò ramis fruticat, & folijs multò prolixioribus magisq; densis & hirsutis, minus incisis: cuius etiam non aliud semen, vel flores, vel vsus.

PLINIANVM fortè maius, radice perenni.

IISDEM in tractibus, sed marginibus & squallidis oliuetorum incultis collibus, sarmẽtosius lignosiúsq; prolixa foliorum & surculorum caudata, comosáq; fœtura densissima implexa fruticat, & reptando cespitem ornat lætiore aspectu, sed hirsutie ex viridi albicãte. Semine haud dissimili, sed maiore fuscoq;, siue castaneæ corticis colore: radice lignosa, dura, fibrarum procursu prolixa. Eidem vsui in medicamentis arteriacis, & bilem siue pręparantibus, siue educentibus: nec aliud ab istis innuit Plinius *Psyllium*, vt nonnulli minus accuratè eius de lacte gummíve sententiam expendentes opinantur, Tithymaliq; quoddã genus Pityusa dictum, interpretãtur: neutiquã id scripturi, si illis venisset in mentem seminis & herbæ muccaginosum & lactei cremoris similem succum, ad purgandam choleram (etiamnum à nostris Medicis hodiernis commendatum) Plinio vocatum fuisse Lac vel Gummi, laxiore interpretatione, vt non rarò hic autor solitus est.

Κορωνόπους *CORONOPVS, Cornu Ceruinum.*

Gal. Corne de Cerf, Pied de corneille.
Angl. *Buckhorne.*
Belg. Crayen voet, & Herts hoꝛen cruyt.
Germ. Kraenfuß.

Effi. Dod. 71. A Coruino pede, quẽ effigiãt folia, dicta fuit Græcis Coronopus: & hodie eodẽ nomine vtraq; nota, iãdiu & recepta Craenvoet vocitatur. Sed quæ Ruellij dicitur, multò melius Coronopi species habetur, quàm illa Serpentaria Math. quæ incerta est, & folijs longè dissimilior: tũ huius vires exploratiores habẽtur, quas Medici multi admirãtur, dum vident intrò sumptam, aut præcordijs admotam, accessiones febrium, quæ originem ab obstructione duxerunt, quasi fascinio amoliri, præsertim ab imperitis Cursoribus: haud tamen difficilis causæ vestigatio, quæ ab eodem principio pendet, quo cæteræ plantæ congeneres, similes effectus febrientibus admotæ, edunt. Serpentaria verò potius Holoustii species est, quã eò adduximus. Fol. 17. Quinetiam vulgatior & magis obuia è maritimis in hortos Belgarum, Anglorum, & Germanorum, translata ad acetaria, & calculum, folijs Psyllij aut Plantaginis marinæ, crassis, pinguibus, hirsutis, vtrinq; fissis & laciniatis, cornicum vngues aut ceruinum cornu præferentibus. Vere in thyrsulis gracilib. hirsutis dodrantalibus flores, & spicæ Plãtaginis aut Holostij Monspelliaci similes, concolores, sed minores.

minores. Radix tenuis, medicum astringens, cum nonnulla calfactione, calculosis hodie expetitur, non secus ac totius herbæ stillatitia aquâ.

Cornu Cerui alterum vulgi. *Varietas.*

CORONOPVS REPENS *Ruellij, echinato seminum inuolucro, an Theophrasti?*

LVBENS hæc inter Polygonum proculcatis itineribus, sed humentibus oritur, facie, folio cum superiore eodem prorsum, flore albo in cauliculis sessilibus, reptantibus: Semina in folliculis orbiculatis, ambitu nonnihil spinosis, cætera similia, cognitu peruia. *Effig. Dod. 71.*

CORONOPI & SEDI *montani media planta Massiliensium.*



HANC nouam antiquis & neotericis indictã, visum fuit subdere, cum propter nonnullam inter se similitudinem, tum propter eosdem natales maritimos. Collibus & cautibus Massileæ vicinis ad maris allisiones, inter Tragacanthũ passim luxuriat densissimo spar soque foliorum stipatu, Sedi minimi saxei montani, vel Pinastri ritu, positu, & rigiditate, innumeraetiam sobole cauliculorum dotrantalium, semen pusillum Plantaginis, aut Serpentinæ vulgaris, spicis includentiũ. Radix longiuscula, lignosa, crassior, gustu nonnihil calida, aromatica.

SERPENTINA.

SVPERIVS dictũ fuit Serpentinæ plantam & nomenclaturam recẽtiorum esse, neque Coronopum esse, sed potius Holoustium: est enim follis Gramineis aut Vetonicæ syluestris humi procumbentibus, radice lignosa Vetonicæ Garyophylleæ, semine & spica Holostij Monspelliaci aut Coronopi vulgaris. Prouenit in montibus Galloprouinciæ, Auerniæ, & passim in Italia. *Mathiol. effig. 494.*

Varietas. Superiori similis tota, nisi habitioribus foliis, flosculis, cauliculis incanis & hirsutis foret: Apeninis montibus & in Delphinatu repertu facilis.

μυόσουρος; CAVDA MVRIS.

Gal. Queue de Suoris.
Germ. Mausent Forn.
Belg. Muysen sterthens.
Angl. Blod strange.

HVC referrenda etiam videtur pusilla illa scite μυόσουρος, à recentioribus vocata, propter seminis spicatum mucronem teretem oblongum muris candicellæ non absimilem, flosculis per Maium & Iunium albidis, crebribus, palmaribus breui marcescentibus vestitum, Plantaginis quadamtenus modo, seminæ exiguo incluso nigricante: foliola sunt gramminea angusta, pollicẽ & sesquipollicẽ alta, rigida, gustu plantagineo. *Effig. Dod. Ept. 119.*

Nostrates Caryophilli, an Cantabrica Plinii?
Caryophilli varietates.
Cantabrica Plinij.
Vetonica.
Caryophylli syluestres minores: minúsq; odori, siue Armerij, latioribus foliis.
Armerij varietates.
Superba recentiorum.
Caryophillus Marinus omnium minimus.
Muscipula siue viscaria duplex.
Draco.
Ptarmica duplex.

CARYOPHILLI nostrates an Cantabrica Plin.

Germ. Negelin vnd Grasʒblumen.
Angl. Cornations, and doble gilloflers.
Belg. Ginoffen.
Gallis, Gyrofflees, Oilletz.

Effig. Dod. epis. 189. ANTIQUIS etiam indicti videntur florum elegantia nominatissimi Caryophilli, ob eam quam cum Cariophyllis exoticis habent odoris cognationem, ac nonnullam caliculorum cum Anthophyllis similitudinem, quorum sunt differentiæ duæ, nempè syluestris & satiua: varietates autẽ permultæ. Qui namque in hortis colitur, ex intortis geniculatis cauliculis calices teretes glabros gerit senis foliolis, sed multiplis conflatos, per *Varietas.* extremas oras scitè fimbriatos, odorem Caryophillorum, aromaticũ simulante, è medio staminulis exortis geminos apiculos ostentantibus, triplicis varietatis, in pensilibus vasis aut torulis hortorum spectantur: nempè aut purpurascunt dilutius, aut intensiore cruore nitent, non pauci ex albido, nonnulli punctis quasi aspergine purpurea versicolores sunt, cunctis diutissimè florentibus, folia per interualla bina, glauca è geniculis caulium *CANTABRICA Pli.* teretium & gracilium iunceorum: Semen item minutũ, præsertim syluestri, quæ quidem si nihil à satiua nisi cultu & mangonio differt (quod tamen nonnulli inficiantur) Plinij CANTABRICA planè videatur, quamuis ab illo paucis designetur, vbique nasces caule iunceo pedali, in quo flosculi oblongi, velut calathi, in his semen perquàm exiguum: quæ quidem descriptio nonnihil videtur quadrare cum VETONICA, inter notha à Dioscoride relata delineatione hac: Montosis pratis & cultis nascitur, radice rubente to- *VETONICA* ta & odorata, foliis porraceis, sed eorum medio puniceo, in recto calamo triangulari, & in ipsis floribus purpureis. TUNICEM herbarij putant, qui aduersus pestiferos affectus miscent in antidotis: tametsi doctissimus Bernardus Monspelliensis Polemonium Belgarum siue Ocymastrum imperat, vt cuius radices plurimùm commendantur de eadem dote.

ARMERIA, minóres Caryophillus syluestris, minus odorus, foliis latioribus.

QVAMVIS solo & cultu dumtaxat distare videantur isti spõte nascentes Caryophilli à superioribus, tamen etiam dum coluntur in areis hortorum, distinguũtur ab illis foliis latioribus, cauliculis humi stratis, in quibus singulis flores confertim numerosi congesti, Saponariæ in modum sunt calyculi, & flores minores, simplices, vt plurimùm cruore coccineo rubentes, nec odore perinde fragrantes, atque superiores, nec adeò serò prodeunt, siue in hortis, siue in agro: est enim plurimus hic Caryophillus vbiuis in petreis montosis & syluosis marginibus calidarum & frigidarum regionum Aprili & Maio.

Angl. Pinkes.
Belg. Pluymkens.

HORUM

HORVM eadem, quam in superioribus diximus, colorum varietas cernitur, quippe notulis candidis purpureis cruor intermicat interdum, interdum autē niuei asperso diluta purpura nitent flores, qui etiam argutioribus fimbriantur crenulis altioribus, aut laciniolis: angustiora etiam sunt folia, caules pedales & cubitales, odoris suaui: elegantiæ causa in hortis habetur. *Dod. Effig. epit. 191.* *Varietas.*

ARMORARIA Syl. pratensis.

{*Ger.* Gauchblum. id est, flos Cuculi.
{*Belg.* Crayenblomkens.

SED in vliginosis pratis Angliæ, Belgiæ, & Normaniæ prouenit Syluestris Armeria vocata, inodoro flore, simpliciore, altius crenato, foliis breuioribus, latioribus, Centaurium minus, aut Viscariam similātibus. Venenis commendant, qui putant Tunicem esse: nec prorsum falluntur, quia non frustra opem experiuntur: & nonnullis Practicis Arabibus etiam Tunix vocatur, non secus atque Polemonium Belgarum siue Ocymastrum, quod est Gordonij Tunica. *Dod. Effig. epit. 192.* TVNIX. *Tunicis vox videtur trūcata à Betonica.*

SVPERBA Recentiorum. *Ger.* Hochmut.

Varietas altera. QVOD iuxta viarū squallidos & editiores margines Germaniæ, & Italiæ, florem ostentaret speciosiorē multò, & Phœnicea purpura insigni Centaurio minori concolorem, Superbā quidam vocarunt, quæ syluestris superioris species est: gracilioribus viticulis, erectis, rigidioribus, pedē & cubitum altis, paucioribus, exilioribus, angustioribus foliis.

IN Agri Norbonēsis montosis plantula est non inelegās, quę huc referenda videtur, nam sesquipalmarem & pedalem erigit cauliculum geniculatum, superioribus consimilem, nec flores dispares gerit, aut calyce ita diuersum: sed semen Scabiosæ, aut Carthami, nigrum, pellucidum, quo facilè quilibet plantam rariorem hanc à Caryophillis discernere potest.

CARYOHILLVS MARINVS omnium minimus.


HARVM omnium minima, similis & quadantenus cognata videtur illa, quam Belgæ Herbarij Moly marinum indigitarunt, alij Holostium, vtrique potissimum propter folia graminea. Sunt enim rigidiuscula, quamplurima, sparsa humi, colore glauco, similia Caryophilleis. Cauliculi graciles, iuncei, dodrantales, & palmares, in quorum summo vmbellæ compressæ Thlaspi Caudiæ, aut Schænoprasi concolores. Radix illi subest prolixa, tenuis, ruffescens Serpentinæ aut Caryophilleæ. Hac arearū margines ornant Belgæ & Angli, apud quos in maritimis frequens oritur: Calidis & Mediterranei maris litoribus, non perinde occurrit. *Effig. dod. epit. 377.* *Moly marinū.*

SED conuallibus Calcaris Seuenæ montis, passimque alibi in Gallia Lugdunensi locisque à mare dissitis, prorsum eadem reperitur, nisi plures funderet cauliculos pedales, folia item quadruplò maiora, & reliqua grandiora: quænam sit planta apud antiquos iam non occurrit.

MVSCIPVLA, siue VISCARIA.

PRÆTER has, hic geminas damus pictas, quas plebecula Muscarias, Viscarias, siue Muscipulas vocitat, quia glutine quopiam muccóue adeò viscido sint perlitæ, vt non solùm manum

manum, sed etiam muscas & papiliones præteruolantes minimo contactu implicet. Oritur apud Norbonenses in locis squallidis & segetum marginibus, folijs Armeriæ syluestris, pratensis aliquantò longioribus: flore & caliculo Centaurij minoris, aut Vetonicæ superbæ dictæ: cauliculis plurimis cubitalibus, semine pusillo Lychnidis.


Muscipula.


ALTERA flore muscoso.

REGIA via qua Monspellio Frontignanam itur, caliculis, semine, folio, & cauliculis, oritur non multum diuersa planta, sed perquàm exiguo flore racemoso, ex luteo herbaceo. Vtraq; hodie vsu incomperta.


Aphylanthos.

APHYLLANTHOS *Monspelliensium.*

EMINVS hodie notis ea est cui nomẽ Aphyllãthos fecerunt studiosi Herbarij Monspellienses, non quia nulla folia emittat, sed quòd adeò sint exilia & iuncea, vt vixdum emersa arescant, & festucas præferant, paleásve, pallidiusculo colore in imo cespite è fibrosa Iunci radice: cauliculis sesquipalmaribus plurimis, iunceis, gracilibus, enodibus, glabris, per æstatem flores dentatos cæruleos, Lini aut syluestris Caryophilleæ minores, in glumoso acere gestantibus: gustus tota planta amaricantis, nonnihil calidi: Plurima glariosis strigosisq; Ilicetis Norbonæ.

DRACO, *aut potius* TARCHON *Symeonis Seti & Auicennæ.*

Math. effi. 593 NON est de nihilo, quòd pleriq; omnes paulò elegãtiores holitores, hãc ex Lini semine cupiã Cepacæ aut tuberosæ radici inserto, emergere affirmant: nam tametsi nõ temerè cuilibet experienti cedat, reiq; ostentum, & euentus rarior fidem penè abroget, tamẽ si quis in afflatu maritimo & natalibus Squillæ non auulsæ inserat, optato voto nõ frustra bitur, vt nobis asserebant quidam Lygures & Hetrusci herbarij non pauci. Idem euenire tradunt, si in Raphano aut Cępe foraminulo facto adigatur Lini semen: & argumento vtũtur saporis, quẽ salis & aceti vnà mixti quodãmodo præfert: in acetarijs frequentissimè esitatur, Nasturtij gustu, & ritu: Nec vspiam nisi in hortis visitur: èq; radice in varias partes diuulsa propagatur & plantatur: quia semen, quasi spurium, & non genitabile, exiguum & euanidum est. Folia angusta, cuspidata, crassiuscula, Kali aut Asteris marini, sed longiora

giora *Ptarmicæ*,non tamen crenata Betonicæ modo,vt quidam decepti similitudine Ptarmicæ tradũt: flosculi lutei,in ramulis sparsi:caules cubitales:radix Scordei aut Gratiolæ, longius vagatur per summum cespitem,exigua.

PTARMICA folio Taraconis,sed crenato,flocello, vmbellicato,candido.

QVAMVIS perplures plantæ,quę ciete sternutamenta olfactæ valent,Ptarmicæ hodie dici posśint : tamen hæc id nominis præ cunctis hodie est apud herbarum peritos assequuta,quam Pyrethrum nuncuparunt, quia esset gustu feruido, diuq; linguam vexante Pyrethri modo : nonnulli Ptarmicen coniectabant, quòd odore ingratiusculo & acriore nares feriret,sternutamentaq; cieret,quibus non ægrè accedimus,quando aptiorem *P*tarmicam nondum nouimus : Nam quas alias mox subdemus, longius multò à Ptarmicis abesse putamus.Huic siquidem flores in vmbellis Anthemidis, Cotulæ minores,aut Stratiotidis millefoliæ,folia longiora Taraconis,sed ambitu tantillum crenata, in multis gracilibus cauliculis pedalibus & cubitalibus.Radix fibrosa,repens.

PTARMICA altera Gallorum.

COGNATIOREM multò Thlaspis putabit,qui gustarit aut olfecerit hanc, quàm Pyrethro aut Ptarmicæ: Est enim gustu ignauiore,quàm vt *P*yrethrum æquet : & odore penè nullo,nec sternutamentum ciente: Quare non magis hæc Ptarmica sit,vt quidam cõiectabant, quàm Terribilis vocata,indę caput de Alypo relata. Etenim Monspellij enatam habuimus in horto eruditisśimi professoris Regij Laurentij Iouberti,folijs,facie, virgultis,& floribus concoloribus Candiaci Thlaspi.

Bupleurum.
Bupleurum alterum latifolium.
Scorpioides Bupleuri folio.
Lithospermum { *maius,* *minus.*
Lithospermum Plinianum inter miliacea.
Alsine.
Paronochia, Alsinefolia tectorum.
Paranochia altera.
Anagallis.
Anagallis lutea.
Anagallis aqutica.
Antyllis prior maritima Anglica.
Antyllis prior maritima Norbonensiũ duplex
Elatine.
Veronica. { *mas* *fœmina.*
Nummularia.
Bugula.
Symphitum petreum.
Bellides.
Bellis cærulea,siue Globularia Monspel.
Miosotis.

BEVPLEVRVM.

FOLIIS aliquantum similis est ea herba quæ recentioribus βούπλευρον Hippocratis ex Plinij historia putatur,nec pesśimè quadrare nomenclaturæ & effigiaturæ videtur:folijs namq; longis,angustis,quadamtenus Graminis, Lachrymæ,Iobæ, aut Gladioli,multis strijs,lirisve rigidis,quasi costas in folijs singulis effigiantibus,& laterum modo inclusis,

ſis,vt de Heptapleuro loquitur Plinius,per lõgitudinẽ ſquabris, in caule ſeſquicubitali & cubitali admodũ geniculato,ſquabro,rotundo,rigido,inq; ramulos abeunte,quorũ ſum-
Dod.Epit.373. ma vmbellis puſillis,ſparſis,luteolis Anethi donãtur,& ſemine Aniſi aut Anethi oblõgo, longiore,graciliore:lapidoſis & ſtrigoſis Ilicetis cocciferis Norbonæ paſsim floret Iulio & Auguſto: Radix digitum minimum æquat,nigricans Peucedani figura,guſtu,& odore, cuiuſmodi & ſemen:quo etiam magis retinemur in veri Bupleuri perſuaſione, Nicandri & Plinij autoritate,ſi foret planta hæc cibo idonea. qualem Hippocrates commendat: nam in medicamentis,vt placuit Glauconi & Nicandro,non incommodam dicet, qui ſaporem & odorem quadamtenus Hyperici depræhendet,temperato calore,aliquãtum ſicciorem.

ALTERA BVPLEVRVM congener latifolia, AVRICVLA Leporis dicta,non eſt ELAPHOBOSCVM.

Varietas. Dod.epit.374. ISDEM in locis non procul Gramontia ſylua, longè frequentior hæc reperitur,quæ planè eadem cum ſuperiore eſt,natalibus,figura,viribus,vmbellis,& floribus:folio alioqui latiore,rigidiore,latiuſculo in medio,& ſupernè in anguſtum deficiente, nonnihilq; concauo aut inflexo. Vnde illic ſtudioſi *Auriculam Leporinam* vocitant, alij *Elaphoboſcum* fecerũt,quia ſit folio aliquantum,vti putant illi,Therebinthi:atqui Dioſcoridis collatio exprimit primum folij latitudinem digiti,deinde modum & poſitum Therebinthi, ſimilitudine plãtæ Ferulaceæ, qualem dedimus alibi inter Paſtinacas:nam de Plinij liquet illuc conferendum,qui Oluſatri folium Elaphoboſco dat.

SCORPIOIDES repens Bupleurifolio.

Dod.effig.48. IN oliuetis & aridis montoſis Monſpellio vicinis frequens occurrit hæc, alibi rara planta,nec niſi in hortis viſitur, vocaturq; Scorpioides propter ſeminis inuolucrum, quæ terna hærent hirſutie obducta in ſe conuoluta, & aliquantum Scorpionis caudam æmulantur.In caule caduco,reptante,ſeſquipalmari,& interdum pedali, folia è geniculis promente Boupleuri latifoliæ ſimilia,reflexa,minus rigida.

λιθόσπερμον. LITHOSPERMVM vtrunque

Officinis Milium Solis.	Ital. Milium Solis.
Belg. Peerlecruyt ende ſteen ſaet.	Ger. Meerhirſen.
Gall. Gemil.& herbe aux perles.	Ang. Gromell.

Effig. Dod.epit. 317. Mat.epit. 416. LAPIDEA duritie & Herculea ſeminis vi nuncuparũt hãc Heracleiam plantã: notitiæ peruulgatæ omnes differentiæ,quę à magnitudine,habitu,& folijs quæruntur. Paſſim in Gallijs & Anglia locis incultis Lithoſpermum minus,magiſq; obuium fit:ramis & alis duris,rectis,aſperis,rotundis,albidis, folia anguſta, acuta Phylireæ aut Liguſtri, vel Polygonati nigricantia,rudia tactu,ſqualida,floſculi albent in alis & ſummo ſecus folia. Vniones lucidi, læues, rotũdi,albidi,aut pulli prælucidi Milio æquales,ideo Milion Soler, id eſt,montiũ,dictũ potius quã Solis. Effractum multũ ſiccitatis, abſterſionis,nonnihil acrimoniæ habet. Locis ſtrigoſis aut quibus coli deſitum,ſemen minus,nitidum,ſed rugoſum & aſperum,vti etiam folia. Maximus huius vbiq; in officinis vſus,æſtate colligunt & venum ferunt mulierculæ:in Anglia plurimùm ſponte.

Soler melius quã Solis,vide in Silere Montano.

Varietas. Eſt vbi minimum videas palmum altum,foliolis Lini anguſtis,ſecus quę granula puſilla,rotunda,polita,& prorſum minora.

LITHOSPERMVM maius.

Dod.epit.339. SARMENTOSIS inſtratũ humi ramis,gracilibus,hirſutis,porrectioribus,quos alterno fermè ſitu,ab imo crebra cingũt folia lõgiora,acutiora,latioraq; minoris Lithoſpermi nigrican-

nigricantibus, aſperis, quibus occuluntur hirſuti qaſilli, & ſemen idem, ſed durius & maius, defluxis purpuraſcentibus floſculis, oblongius, atq; calculo exterendo, lotiòq; mouẽdo efficacius multò, minus tamẽ vſurpatum quàm minus, quia minus frequens, minorq; ſuppetit copia, nec perinde ſeminis eſt ferax. Belgio & Germaniæ hortenſe vtrumq;. Mõſpellij propter Sellæ nouæ pontem & decliuibus, ſaxoſis, vmbroſis, ſyluoſis, ſpõtè multũ.

ALSINE, Hippia.

Ang. Great Chickeweede.
Ital. Centone, Pauarina, ſeu Pizza Gallina.
Morſus Gallinæ.
Ger. Vogelkraut.
Bel. Muer ende vogelcruyt.

ALSIOSIS non modò ſed etiam parietinis, & imbricamentis oblectatur Alſine, quę Auricula muris vocitata fuit antiquis ob foliorum admodum arctam ſimilitudinem, cum genuina Myoſotide, teneriuſcula ſiquidem herbula eſt, Gallinis & auiculis pabulo grata, eoq; vocata plebi morſus Gallinæ. *Plurimos ramulos geniculatos, rotundos, folioſos*, Anagallidis vel parietariæ minores minuſq; hirſutos floſculos etiam ex capitulis Anagallidis, vel Hollauſtij explicat, albidos, ſtellatos. *Semine exiguo in pericarpio oblongo*, guſtu inſulſo aqueo refrigerante. *Effig. Dod. epit. 56. Auricula muris Morſus Gallinæ*

ALSINE Minor recentiorum, ſiue Hippia minor.

Ang. Middle Chickeweede.
Gall. Morgeline Mouron.

PERSIMILIS ſuperiori, ſed minoribus tũ foliolis, tũ ramulis, humi procumbentibus, propiuſq; ad Anagallidem, quàm Parietariam eformatis, cætera non diſsimilis, neq; oriunda diuerſis in locis. *Dod. effig. 57.*

ALSINE Minima.

Ang. Little Chickweede.

ET hæc proximè deſcriptam Anagallidem admodum præfert, verùm tota tenellis capillaceiſq; ramulis, exilibuſq; Serpilli lenticulæ vel tenuifolij Thymi, numeroſioribus: non diſpari loco, ſitu, aut effectu, notiſsima. *Dod. effi. 58.*

ALSINE Myoſotis.

Ang. Small mouſe eare.
Ger. Meuzoalin.
Gall. Petitte oreille de ſouris.

HANC etiam propter ſimilitudinem foliorum Aurem murinam vocitarunt, & Alſinẽ, quam valdè exprimit, vt Dioſcorides innuit: à radice caſsiuſcula, rotunda, rectis item multis viticulis creſcit, ſemipedem & pedem altis, foliolis auriculas murinas vel centaureũ minus imitatis, binis, ab imo multis per interualla. ſecundum quæ in capillaceis pedicellis floſculi exigui Gallij vel Aparine cærulei floſculi. Rarior hæc, niſi Italiæ Galloq; prouinciæ herbidis marginibus & campeſtribus, nullo excellenti guſtu. *Dod. Effig. 59.*

MYOSOTIS Hirſuta reptans.

ADMODVM familiaris hæc hortis, vinetis, ſegetibus, & pratenſibus, vulgo Pharmacopœorum Auriculæ muris minoris nomine notiſsima, & aptiſsimè ſic vocata, propter hir-

hirsutiem effigiemq; auri murinæ haud absimilem, repit humi tota ramulis palmaribus, hirsutis, mollioribus, Scorpioidem minimam vel Anagallidem referentibus: flosculis albidis, & semine non dispari, radice multis fibrillis sparsa.

ANAGALLIS Phœnicea mas, & Cærulea fœmina.

Ang. Pimpernell.
Gall. Mouron à fleurs rouges, & Bleues.
Ger. Gauch heyl.
Belg. Guychel heyl.

Effig. Dod. 60.61. GAλλις dicebatur Græcè Hyacinthus, vnde à colore hyacintheo Anagallis nuncupari potuit. Fortè dixit antiquitas Anagallidem, quia superbula floribus venustis vias passim ornet, colore oculis grato & amico. Antiquorum duas nouit nostra ætas, Phœniceam & Cæruleam, quæ neutiquam effigie diuersæ sunt, sed duntaxat colore atq; effectu. Etenim Phœniceam siue marem illitu sedem euocat, quam prolapsam reprimit Cærulea, vt Dioscorides ex aliorum historijs recenset. Vtraq; autem passim fruticat teneris cauliculis & folijs Alsinę, copiosis floribus & semine pusillo in pericarpijs Lini.

Cærulea autem, præterquàm quòd non perinde frequens, variat colore & acrimonia, caloréve remissiore est, si antiquorum historiæ standum.

ANAGALLIS LVTEA.

LVTEA quàm visu pulchra & rara transmarinis regionibus vti Lugduni, tam crebra in Angliæ nemoribus, locisq; opacis, Mense Iunio & Iulio. Flores promit luteos, vmbrosis gaudet, cætera mari & fœminę similis, idcirco harum vnam quamlibet qui norit, primo quoq; intuitu cæteras duas noscitabit. Superiore ęstate maximam huius copiam nacti fuimus in quadam densa & amœna Sylua Couentriæ proxima: itemq; dum hæc commentaremur, altero à Bristoia lapide, in Northonij Equitis nemorosis pascuis propè deuexum fluminis Danem. Hallucinatos planè suo more queritatur Senensis, qui herbam vocitatam *Panarinam* Barbaris Insubribus, Hetruscè verò *Centone*, Anagallidem tradunt: atqui si sciret vtramq; harum *Pimpernell* plebi Pharmacopœorū & mulieicularum hîc in Anglia dictitari, næ ille multò grauius sibi ferendum putaret? Quasi verò non vulgi sit peruertere nomenclaturas, veteres delere, nouas suo, non nostro arbitrio, cudere & cômutare: si seipsum intueatur, iamiam & vulgi decipula captum dicet. Nam morsum Gallinæ, qui est Alsine, Anagallidem hanc vulgi more hallucinatus fecit. Et vtinam non nemo bonus genius illi in mentem non Diaboli Morsum, huic loco prorsus alienum, sed potius errores suos, & supercilium fastu Cerbereo elatum sibi spectãda immisisset. Quin hanc Succisam, tametsi iamdiu Trago & Fuschio monentibus, hîc non pauci imperiti Pharmacopœi & plebecula Scabiosam dicant & vtendam præcipiant: Illuc si distulisset, multò consultius fecisset: nam fortè Scabiosæ species est, & saltem ad scabiem multum pollet.

MORSVS GALLINÆ Folio Hederulæ, flore figura & pericarpijs Anagallidis.

Belg. Hoenderbeet.
Germ. Hunerbiß.

Effi. Dod. Epit. 62. non est Elatine. VBIQVE passim iuxta sepes reptat cauliculis hirsutis Alsines Myosotidis, folia pusilla, angulosa, Hederæ aut Hepatici trifolij, flores Cærulei Anagallidis aut Teucrij pratensis. Semen paruum inclusum pericarpijs.

AN-

ANAGALLIS AQVATICA,
ſiue Becabunga Germanorum, non eſt Cæpea

Gallis. Berle.
Belgis. watterpungen.

GALLORVM plebecula hanc Berulam dicit,ſed conſultius recentiores Herbarii Anagallidum vnam, vt cuius folia & vires non parum imitatur, nec non natales ſectatur vdorũ,ſecus pratenſes riuulos in pigris aquis, aut ſubſtilliis ;folia edit leniter ambitu crenata,fruticoſis ramulis,teneris, carnoſis Portulacæ & Nũmulariæ in humũ,deflexis ac ramulis crebribus, fœtura diri florum cœruleorum Anagallidis ſimilium,ſtipatis: Radix multis ſparſa fibris albicat, & Nummulariæ modo ſubtus ſerpit, tota guſtu acriore Naſturtii, odore non ingrato,nec minore ope apud Friſios & Germanos vſurpatur,aduerſum indigenam morbũ illic Scorbutum nuncupatũ,qnem iuuat,non ſecus atque Cochlearia, Cardamine aquatica ſiue Berula,&,aliæ quas alibi diximus. Porrò Cæpeam non videri,inter Portulacas diſſeruimus.

ANTHYLLIS PRIOR Lentifolia
Peplins effigie, maritima.

QVASI floridulæ,lanugine cana qua pubent Anthyllides dictæ videntur, aut potius à floſcellorum exilitate,quales cernuntur gemmei perelegantes, puſilli, in Anthyllide hac Maritima lẽtifolia dicta à nobis depicta. Ac tametſi per notas minus accuratas ne nacto quidem veram primam Anthyllidem, integrum fuerit certò aſſeuerare quænam Dioſcoridis prima ſit, tamen quoad eius fieri quit, vt conſulamus rerum Hiſtoriæ, non pœnitendi iudicii coniecturæ aptandæ ſunt tum deſcriptioni, tum plantæ iſti, quæ non perperam inter ſe quadrant. In Angliæ inſulis Auſtralibus, ea præſertim quæ Portlandia vocatur, litore Norhtmanñiæ obuerſo, plurima quam hic damus, puſilla prouenit in ſabuletis & arenoſis vadis depreſsis, & apricis: geniculis, & ramulis palmum tréſve vncias longis, anguloſis, pallentibus & foliis,Lenticulam, Alſinem minorem, vel Peplin referentibus. Floſculi ſummis inſunt ex buxeo herbacei,dentatim ſtellati, Sedi minoris Iunio & Iulio : Semen Tythymali in perexiguis Chamæcyſæ triquetris thecis alit: prolixiore,exili,geniculata radice,ſabulo altè infoſſa Soldonellæ modo:tota ſalſa,guſtanti amaricat & parum quiddam calfacientis indicat. Nec heſitationi locus iam foret,ſi quam certùm habemus facultates hanc ſortitam eſſe,quales primæ Dioſcorides aſſerit, tam confidenter decernere auderemus effigiem planè eandem eſſe: nos monet tamen non parum Alſine quæ quia huic, vt ſanè eſt, cùm ſimilis admodum foret, eodem nomine Anthyllidis vocata donataque fuit, vt apud Dioſcoridem videre eſt. Et multò aptius congruũt huius nouę maritimæ foliola legumini Lenticulæ, quàm paluſtris Lenticulæ. Quare comparatio videtur accipienda de Lenticula legumine,non de Muſco paludoſo quem βρύον ὅμοιον φακῷ, id eſt, muſcum lenticulæ ſimilem,vocat Dioſcorides,non abſolutè Lentem.



MARINA INCANA ALSINÆ
folia, Norbonenſium, an prima ANTHYLLIS Dioſcoridis?



ETIAM maritimis agri Nitiobrigi ad *Peraus* & *Lateras* reptat hæc passim, vti superior, ramulis compluribus, sesquipalmaribus, foliolis Alsinæ, aut potius Lenticulæ, sed per interualla quædam, quasi circum geniculos exortis, numerosis? copiosissimis item flocellis in summo aggestis, muscosis, albidis, floridum quasi nomen Anthyllidis ostentantibus & testantibus, seminis etiam pusilli feracissimis: gustu amaricante, subsalso, nitroso, calidiusculo.

ANTHYLLIS Marina Norbonensium altera, admodum salso-acida, Chamæsycæ facie.



NEc aliò debet aut potest referri hæc maritima iisdẽ locis reptans, quàm inter Anthyllides, vt quæ aliis multò salsior sit. Foliis & facie est Herniariæ aut Chamæsyces: flosculis pusillis subter foliola ex albo purpurascẽtibus; semina in florũ calyculis quàm Clinopodij minoribus multò occluduntur. Tota gustu salso, acidulo, lactei succi expers, & exucta: nec proinde Chamæsyce statuenda, vt quidam, qui siccam tantùm in suis museolis viderant, prodiderunt.

PARONYCHIA Alsinefolia.

QVIA ei vnguium affectui medetur quem Græci Paronychiam, Cicero autem reduuiam dicit, Paronychia dicta fuit: hodie minus sanè nota, propter multas plantas, quæ consimiles sunt, eandemque adumbrant apud Dioscoridem, magis quàm presse delineant: inter quas tamẽ in tectis & parietinis reperitur vna, vt si quæ alia, Paronychiam imitata designationem. Pusilla est plantula tota Alsinæ figura, non multis foliis Alsines vel Lenticulæ, nec dissimilibus donata, sed exorta ad imum cauliculum aut pedicellum dodrantalẽ, albidum, admodũ exilẽ, qualis Callitrici Apulei putati: in quo summo flosculi candidi, & theculæ minimi Thlaspi pares, sed compressæ & foliaceæ: gustu aliquantum acri, eoque opinionem fouente eorum qui Paronychiam autumant. Nam illa capillacea, quam Commentator iactat, non perinde potest Paronychiis prodesse: esseque gustu & facultate Capillarium cæterarum, monuimus alibi.

PARONYCHIA ALTERA, FOLIO Rutaceo, flore albido.

COnvictrix in parietinis locisq; mucidis, petrosis, vmbrosis, vbiq; cum superiore obuia etiã est hæc; cauliculis dodrantalibus & palmaribus, crassiusculis: foliola Rutæ bifida, interdumq; trifida incisura, magnitudine & parilitate quadamtenus cernuntur,

colo-

colore pallidula & ſubrubra, ſucculenta: floribus albidis, ſeminula etiam in thecis Scorpioidis Myoſotidi non diſparibus: vtraque exeunte hyeme Vere primo floſculos edunt: deinde minimo æſtu marceſcunt, vt nuſpiam toto anno compareant.

ELATINE DIOSCORI. *Veronica fœmina Fuſch.*



QVID hîc carpat aut balbutiat Commentator neſcit, neque ſcire voluit nos, ſibi ignotam fuiſſe veram Elatinem, côcinnat tamen effigiem fortè Alſinę, facultates verò reticet, nec quid ſibi voluerit, hiſcere audet: Genuina autem Elatine omnium nuperorum ſuffragiis, viribus & facie congruis, eſt ea quam Germani Scriptores, Doctiſsimus pręſertim Fuſchius, Veronicam fœminam dixerat, quanquam alius generis âmari Veronica. Plurima in ſegetibus Norbonæ, Galloprouinciæ, Delphinatu, Germaniæ & Italiæ quibuſdam locis: rarius in Belgio, & Anglia comparet. Pedalibus ſerpit viticulis, tenellis, flexilibus, pluribus, ab exili radice: folia Helxinę minora, rotundiora, ſed piloſa & incana, ad Nummulariam vulgo dictã accedentia, promunt: floſculi Hederæ terreſtris, aut Anthirrini, ſed perpuſilli, albidi, & ſemen exiguũ, nigrum, ſubrotundum, Anagallidis par ac ſimile. Aſtrictoriæ non modò hæc facultatis, meritò diſſentericis, tumoribúsve feruidis prodeſt: verùm etiam tanti fit hodie ad cancros, carcinomata, maliq́ue humoris vlcera, vt euentus ſuperet, aut temeret fidem: Naſum qui decreuerant abſcindere perdocti Medici complures, præceperantq́ue eiuſdem ſententiæ Chyrurgis valde exercitatis id faciendum, quidam miſellus Barbitonſor, qui de quopiam ſuo hero eximio Medico hanc dotem didiciſſet, diſſuaſit: huius litu & potu effecit, vt nec naſus abſcindendus foret, & vt reliquo corpori in lępram prono optimè eſſet: amaricant folia aſtringuntq́ue ſiccitate non exaſperante.

VERONICA VERA & *maior.*

Germa. Erenbreiſz ſt Grunheyl.
Belgis. Eeren prijs, Laudata nobilium.

EST hæc etiam nominatiſsima, nec vulgatæ commendationis ad vlcera, vulnera, ac pleraque virulentorum affectuum. In ſyluis Septentrionalium paſsim, ſed editis & môtoſis Meridionalium collegimus puſillam, ramulis crebribus, villoſis, purpuraſcentibus, *Betonica Pauli Dodo. 21.* gracilibus, pedalibus, ſtratis: folia nonnihil ad Teucrii vel Chamædrios crenis accedũt, ſed lenioribus, & Berberidis quaſi effigiãtibus folium, ſed hirſuta Piloſellę: flores dilutè purpureos ſummi turiones edunt, Germanicæ Germandreę, ſeu Teucrii pratenſis effigie, ſed minores: in marſupiolo compreſſo grana minuta. Fibroſa, nec prolixa radix.

MINOR *Serpillifolia* VERONICA.

NEC hæc niſi tractibus Septentrionalibus etiam in hortis ſponte multa ſerpit, Alſinę vel potius Serpilli ritu & habitu, eoque nonnullis putabatur Serpilli ſpecies. Verùm craſsiore multò eſt folio, nec crenato, aut hirſuto albido, vt Veronica mas, cui nihilò minùs foliorum ordine & ortu, viticulis, floribus, & ſeminis vtriculis permultum ſimilatur, ſed magnitudine inferior. Radix tenella, fibroſa, ſubtus repit: calida nonnihil & deſiccans, ad Serpilli guſtum inſipidiorem accedens.

NUMMULARIA, CENTIMORBIA, num Ereſtedanum Theophraſt?

Germa. Phenninck kraut. Egelkraut, et clein Naterkraut.
Belgis. Penninck cruyt & Egelcruyt.
Angl. Hearbe twopence.

Centimorbia. OPACIS & riguis gaudet, ſed regionum Septentrionarum, & frigidiorum potius quàm calidiorum (vbi pauca) indigena eſt Nummularia, à foliorũ circinnata rotunditate nũmum imitante dicta: bina exeunt hæc, ex aduerſo æquis, ſed crebribus ſpaciis viticulorum humi repentiũ, Elatinæ longitudine, & ritu: colore & habitu quadâtenus Vincæ peruincæ, aut potius Anagallidis, luteo flore, cui etiã floribus luteis, ſtellatis iuxta foliorum exortus, etiam gemino ordine adeò ſimilis eſt, vt per initia non facilè ſit diſcernere: ſed Anagallidis luteæ progreſſu temporis longiuſcula fiunt, & in imo nonnihil ſinuantur: nec ſemen diſsimile. Non modò inſigni quapiam aſtringendi & exſiccandi dote in gargariſmata recipitur, ſed etiam tot ad affectus vtilis tantoperè habetur, vt Centimorbia ſit dicta, & appellitetur hodie: Angliæ, Germaniæ, Belgio, & Normãnæ Galliæ vmbroſis vdis, ad ſepes familiaris.

SYMPHYTUM Petræum.

SYMPHYTI Petræi quæ adũbrarent delineationẽ non deſuerũt plantę pleræque: at non ſimilitudinis, aut figuræ cauſa, ſed virium & naturę, quã glutinãdi vtriq; ineſſe ſcirent, vtranq; tametſi diſsimilẽ Symphytũ vocarũt. Συμφύω enim eſt cõiungo, cõglutino, ſeu cõmiſto. Sed nos potius ad quãpiam Cunillæ, id eſt, Origani, Thymi, Serpilli, Satureiæ, vel Coris Monſpel. cõgenerẽ deducebat Dioſ. lectio: in Petroſis enim lignoſum, ſurculoſum totũ & odoratũ oritur, ramulis Origani, foliis paruis, capitulis Thymi, vti Plinii, vel vt nõnulli, qui cõiungunt λεπτὰ κεφάλια, capitula tenuia Thymi, nulla foliorũ deſcriptione. Saliuam cit, tum ſubdulcis eſt, purpurea radix, longa, digitum æquans: quorum ſimul ſubducta notio facit, vt nondum vllam queamus ſtatuere ſtirpem Symphyto vero eandem. Coris verò Monſpellienſiũ, atq; Sideritis odora puſilla, ſpicato flore nos poterant adducere ad Symphyti perſuaſionem: verùm moroſis non omnia penitus quadrare videbuntur. Et Senenſis plauſus præproperus, capite de Hyſſopo, repertam eſſe iam perſuaſerat: verùm eius poſteà ſupina negligentia, vel ambitio meticuloſa, nos de eadem opinione deturbauit: quippe docturus ſibi repertum Symphitum Petrẽũ, natales pluſquàm prolixè enarrat, puchritudinem celebrat, interea nihil addit quæ ad certiorem probationem faciat, nõ faciei, non viriũ, aut vſus quidquam. Quare quid vult ſibi, vt aſſentiamur, ſi nihil explicat, extricat, aut docet? Vidimus iamdiu plantam, quam putamus ab illo repreſentatã, prope Bernardi celſos Sabaudicos montes, & de Anguillara audiuimus, cur nõ auſus fuerit, vt in quàmplurimis, deſcribere: audere id igitur poſſunt, qui viderunt. Eſt ex floribus purpurea confertis, ſpecioſis, Ericæ maioris, ſpicatis, foliis puſillis Chamæpiteos, breuioribus aliquantũ hirſutis Piloſellæ modo, in ſurculis pedalibus, lignoſis: ſed inodora, radix lignea, non purpurea, nec dulcis guſtu planta, nec ſaliuaris. Quam ille cùm ſe reperiſſe, Deo ſecundo, exultabat, ſoliis Origani & Hyſſopi, non animaduertebat Hyſſopo Dioſcoridis folia eſſe Origani: & Dioſcoridem nõ folia, ſed caules Symphiti, Origano aſsimilaſſe, vti & Plinius: folia verò parua diſtinctè, & ſeiunctè dixiſſe.

Symph. Petreũ Mat. creditum.

BUGULA, quidam Prunellam.

GALLIS, vt Ruellio & aliis, vires illæ decantatæ à vulnerariis Medicis & Empiricis, ad foris intùsque multos morbos curandos, qui Symphito ineſſe folia Origani legerant, anſam dederũt opinandi Buglam vulgò vocatã, aut Bugulam, eſſe Symphytũ Petræũ: eſt ſanè miræ vis cum Sanicula potionibus vulnerariis; quare vel iſto nomine & certi-

certitudine malim, vt Symphito vti, quàm Mathio. incertæ cóiecturæ acquiescere. Consolidam mediam, id est, Symphitum, Chyrurgi vocarunt, seu Solidaginem & Bugulam. Sed huius similem *Prunellam* vocatam, aut Consolidam minorem, eodem nomine donant, propter vultum & vires haud ita dispares, alioqui natales Bugulæ vel mediæ consolidæ sunt vda prata, & syluæ, & horti: sarmentosis ramis, exilibus, flexilibus, humi reptantibus, & foliis Becabungæ vel Anagallidis aquaticæ, & alicubi depactis, vnde alii eriguntur surculi, angulosi, sesquipalmum alti: quibus folia crassa, rotunda, oblonga, leuiter serrata, & auersa parte Hederæ Pruniue modo, aut granati colore puniceo, (vnde fortassis vtrauis Gallis *Prunella* promiscuè dicta) flores iuxta folia à medio summo tenus verticillatus spaciis cœrulei elegantesque prodeunt, interdum niueo candore. Radix fibrosa, tenera, maior quàm Prunellæ.

PRVNELLA SYMPHITVM *Petræum*.

PRVNELLÆ enim pusilla, sed prolixior subest radix, virgultis item reptantibus, quadratis, hirsutis, palmū & sesquipalmū longis, inflexis: foliis longioribus, supernè acutioribus, Pulegii regii, vel Origani, vel Trifolii, spicatis & purpureis comis longioribus. Oritur hæc pratis & hortis sponte, etiámque locis aridioribus & saxosis Garmuntiæ Syluæ, & alibi finitimis Monspelliaci agri, inter Lados & Ilices Baphicas, vbi flores dilutiores multò, folia ima profundius incisa vtrinque, Valerianæ agrestis modo: vocant vulgò illic Symphitum Petræum, nec parum laudant Assatius & D. Medici.

CONSOLIDA *minor Officinarum, an* BELLIDES *Pliniana?*

Gallis. Marguerites, Pasquettes:
Ital. *Primo fiore*.
Belgi. Madelieuen, Bersowen, Margrieten.
Ang. *Daysie*.

ETsi tacitus Bellides prætetiit Dioscorides, tamen quæ apud Plinium extant perpauca & vaga, persuaserunt posteritati hosce flores, qui in pratis abundè primo Vere erumpunt, Bellides esse: Nam inquit ille; Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente: cui coniecturæ fauet nomenclaturæ expensio: Potuerunt namque funestæ illæ Beli Danai Regis quinquaginta natæ (quæ totidē nuptæ maritis, eos quælibet suū iugularunt) nomen dedisse, vnde fortè postea istos flores vocarint, quia multi visuntur gregatim vnà & belluli, vnde vocantur vulgò *Marguerites*: sunt quippe glomeruli multi florū quasi vniones, siue Margaritæ, è pediculis crebribus, palmaribus, teneris, pilosis, erumpentibus è medio foliorum, quæ *Pratensi* minori frequentiori insunt multa, viridia, crebra, crassiora, Oleæ aut *Pilosellæ*. Radix pusilla *Plantaginis*. *Mathio. 913.*

HVIVS autem differentiæ varietàs in florum colore & magnitudine: Est enim flos frequentius albus, medio luteus Anthemidis. Interdum & purpureus. Nec quæ in hortis coluntur ad coronamenta, differunt, nisi cultu: annua enim & frequenti transplantatione maiores, habitiores, confertiores, duplicati, & triplicati, & elegantiores euadunt flores. Hucce potissimùm vtuntur vulnerarii, vnde Conolidæ minores dictæ fuerunt. *Varietas.*

BELLIS MEDIA.

PERPARVM videtur differre quam Mediam recentiores statuūt. Est quippe foliis alterius *Pratensis* duplò maioribus, & flore in sesquipalmari & pedali, pediculo gracili, nec diuerso à superiori. Hanc à se lectam in *Syluosis* montibus Germaniæ nobis communicauit D. *Pennius* Anglus. *Math. Effig. 911.*

BELLIS *Cærulea*, GLOBVLARIA *Monspelliensium*.



A Florvm glomerulis globísue Globularia recētioribus vocata, Monſpellienſibus præſertim, apud quos Gramuntiæ ſyluæ vicinis deuexis pratis oritur, foliolis Bellidis vulgaris, nigrioribus, ſed iuxta pedicellos rigidiuſculos palmares & ſeſquipalmares anguſtioribus. Flores cærulei, pulchelli, in orbē glomerati, Scabioſę mōtanæ modo & colore. Radix lignea, fibroſa. Rarior hæc Italiæ, Germaniæ, & Franciæ.

BELLIS MAIOR.
CONSOLIDA Media Vulnerariorum.

{ *Germa.* Genſzblum.
{ *Ang. Greate dayſie.*

QVæ recentioribus maior Bellis vocatur, caules emittit graciles, lignoſos, plures, teretes, cubitales & pedales, Iacobeæ ſimiles, è fibroſiore & ſparſa radice, in quibus flores medio luteos, & ambitu candidos Buphthalmi, aut Pyrethri vulgaris; folia Senecionis, ſerrata: ſecus margines agrorum & pratorum familiaris.

PILOSELLA, Auricula muris.

NEc etiam iſtius vulgatiſsimæ herbæ vſpiam, quòd ſciamus, meminēre antiqui, ſed dumtaxat recentiores, qui Piloſellam vocarunt, ab hirſuta Piloſaque foliorum ſuperficie quadātenus albicante, oblonga Bellidis, ſed aliquantum ſupernè concaua, auriculam murinam effigiante, vnde Myoſotidem quidam dixerunt; tametſi alia ſit Dioſcoridis Myoſotis: Pedicelli item hirſuti, graciles, palmares, & ſeſquipalmares ſunt: Floréſq; edunt æſtate Bellidis, aut Hieracii pallidiuſculi concolores: vniuerſa aſtrictoriæ facultatis quadam tenuitate calida mixtæ, cuius ea eſt vis, vt ſucco decoctóue acies chalybeæ cādentes ſæpius merſæ, quamlibet duritiem lapideam, ferreámue præcidant & demoliantur, nec tamen retundantur, aut hebeteſcant. Vi etiam eſt præſentiſsima ad calculum.

{ *Gnaphalium* { *Vulgare.*
{ { *Marinum.*
{ { *Alterum montanum.*
{ { *Tertium Anglicum.*
{ *Leontopodium.*
{ *Stachas citrina an Chryſocome?*
{ *Stachas citrina altera minus odora.*
{ *Inodora altera flore maiore.*
{ *Apios.*

GNAPHALIVM marinum: Cotonaria vulgi.

Bombax humilis. *Petit Coton.* ΓΝΑΦΕΙΝ dicunt Græci vellere carperéve lanas aut pannum, non ſecus ac ξαίνειν, tergere, concinnare, & interpolare, vnde Strutio & Gnaphalion, quod Romani eodem ſignificatu Centunculum nuncuparunt, & Tomentariam, ac Plinius Chamæzylon (ſic enim emendamus, quod omnes etiam recentiores legunt Chamæzelon) appoſitè dixit: nulla namque planta raritate, elegantia, & vtilitate propius imitatur Goſsipium, imò nihil aliud, quanta eſt, niſi tomentum videtur, ſi radicē exceperis, & intimam florum ſuperficiem,



ficiem, corymbos enim Abrotani fœminæ aureos, numerosos, multifidis caulium surculis, quos stipat lanugo candida, aut cinericia perquàm densa, cingunt que folia quoquouersum multa, fungosa, eadem pube obducta, tactuique vniuersa planta valdè quàm blanditur, holosericì attrectatu, sesquipalmum pedémve alta fruticat, duriusculis virgultis, sarmentosis, tomento crasso incanis: radice lignea, recta palmum longa, inflexa, Aizoi medii vel Paralij Tithymalli similia ortu, situ, & figura, sed minora. Vniuerso litore & sabuletis à Marianis aquis ad Ceti mōtis radices & lacum plurima, alibi haud temerè occurrit Norbonę. In Adriaticis littoribus non vidimus, & nonnullas plantas primùm ostendimus Venetis, & Veronēsibus Bellicoco & Casseolario: Cortusio verò Patauij chartaceum Herbarium spectandum cùm dedissemus, huius cū Polyrhizi Aristolochia, Thymalli serrato, floribus Opontiæ, plantulam nobis periisse animaduertimus, nec multò pòst easdem depictas Mathiolo suo muneri missas fuisse, quo lubentius persuasi fuimus, propterea quia neque descripsit in postremis commentariis, neque quænam & vnde oriunda foret, monuit, nec flores apposuit pictor, quia illi nostræ flos semenque tunc defuit: triquetrum enim, pusillum, acerosum, oblongum, albidum. Astringit magnoperè & desiccat tota planta, nonnihil salsa, nec tamen ingrata, aut amara, aliquantum aromatica odore, quadamtenus citrinę Stæchadis, vel gummi Elemni: Iulio floret. Sæpius vsi fumus surculis pro ellychniis, qui viuidè alunt flammam, Olei quippe cæterique pinguis liquoris potrix est.

GNAPHALIVM vulgare, Filago Centanculus.

VSQVEquâque quidem Gnaphalium istud vbique aridis & sterilibus multum & notum, videtur foliis & cauliculis imitari maritimū, differt tamen cùm foliis, floribus, lanugine, odore, cādore, tū speciosaq; & hilari aspectu; Gnaphaliū superius, à Filagine, quę potius ad Stæchadem citrinā referenda sit, aut certè cognitionis vtilitatisq; causa, sit cū ista quæ statim subdetur Montana à nobis vocata, medii generis: est enim dysentericis & profluuiis immoderatis non parum accommoda. Herbula filago est plusculis cauliculis, pullis vel cinericiis, lanugine tectis, gracilibus sesquipalmum altis, foliolis crebribus, aduolutis, breuioribus quàm Stæchadis citrinę. Floribus glomeratim oriētibus: partim mediis è surculorum diuaricationibus, partim etiam extremis surculis, subluteis & pallentibus: molicella tota & pusilla, frequentior hæc hac delineatione occurrit. *Gnaphalium.*

Varietas GERMANICI maioris & secùndum folia floridi.



INTERDVM & aliā vidimus in Germania maiorē filaginē etiā foliis & caule Stæchadis citrina: & inodorā, alibi etiā flosculis non in summo, sed inter foliorū interualla passim secūdum longitudinē ortis: quemadmodū oriuntur in ista, quā vt nondum planè notam, hìc appinximus.

AN-

ANGLICVM *folio longiore perperam Leontopodium alterum Mat.*



Gnaphaliũ tertiũ Anglicum. GRACILIBVS & rectis virgis, nullis fissũ alis, proceritateq; æquat Absinthiũ, colore etiã & figura refert: folia ab imo cespite, radiciue capillacea, duplò longiora & latiora quàm Stæchadis citrinæ, fermè Salignea effigiant, toto reliquo caule Psylio longiora, angustiora, sed pauciora, prope quæ media in pedicellis exiguis vellicatim terni quaternive flosculi, pappofi, è Buxeo pallidi Senecionis, vel Stæchadis citrinæ hęrēt astringit: nõnihil amaricat, multũ exsiccat. Tertio à Lõdino miliari opacæ sylux clitrus multam alit, cis Tamesim.

GNAPHALIVM MONTANVM *Purpureum & Album Pilosella minor Fusch.*



MYOSITIDIS vel Pilosellæ minoris effigie oritur hęc in arduis frigidis, iugis, & quo loci Vaccinia nigra, aut Idea Theophrasti vitis putata, fœliciter proueniunt: vix sesquipalmum æquat, perexigua radix, reptãs fibrillis. Folia incana, mollia, ad imũ penè tota, vti in Bellide, reliquo caule pusillis, perpaucis & exilibus, flos summo singulus globulus est, Scabiosæ ferè, sed compactis flosculis permixtis, partim purpureis, partim candidis, hìc rarior, *frequẽtius quippe occurrit flore* albo: *Varietas.* valde quàm astringit, & exsiccat, gustu insulo. Rauisburgi Germaniæ & ad Calcaris montem Norbonæ prope pagum sæpe collegimus.

LEONTONPODIVM SIVE *Pes Leoninus.*

PEDEM Leoninum propter villosam foliorum & florum effigiem crus pedi annexum aliquantum referentem, dixerunt, quemadmodum pedem Leonis, Leporis, Vrsi, *Mathio. 1193.* Columbæ, Corui, & Gallinæ, tum antiqua, tum nostra ætas. Iam inde à Brunffelsii Germanorumque aliorum de re Herbaria meritissimorum scriptorum temporibus inuenta & descripta herbula montana, quæ non paruis foliis Rosam, seu Rorellam imitatur. Est quippe foliis angustis, oblongis, hirsutis, sed incanis, præsertim in imo, duos pollices lõgis, Gnaphalii, Stæchadisue Citrinæ latioribus: In caule summo itidem hispido, ternos, quaternósve digitos alto, gestante flores, nigracantes ex fusco violaceo, & capitula latiusculo, sed denso ambitu sparsa, ac nonnihil quibusdam foraminulis impressa, quasi Leonis vestigium, vel soleam imitatis. In Germaniæ arduis, adeoque Italiæ Alpinis & Baldo Veronensi inuenitur, sed rarius, idcircoque quid possit aut præstet nondum scitur.

CHRI-

CHRYSOCOME aureaue coma. STÆCHAS CITRINA *noſtras, ſiue Luteus Amaranthus.*

Ang. *Gold flower.*
Ger. Mottenblumen, Rheinblumen.
Belg. Reynbloemen, motten cruyt.

CONSPICVA florum corymbaceorum aurea coma nomen dedit Chryſocomæ, quã hactenus noſſe non potuit ætas noſtra, veri Hyſſopi Dioſcoridis ignoratione, cuius corymbaceis comis aſsimilantur huius flores aurei. Iam cùm Hyſſopum veram inferius oſtenſam & aſſertam à nobis, corymbis comparamus Stæchadis Citriuæ dictæ, reliquaſq; deſcriptionis & virium expendimus notas, perſuaſum planè habemus, *Stæchadem* iſtam veram Chryſocomen, quam etiam *Luteum Amaranthum* vocarant Græci, à colore & fulgore penè immarceſsibili, cuiuſmodi in iſtius plantę floribus eſſe quilibet Pharmacopœus agnoſcet: Perſtāt namq; diutiſsimè corymbaceæ vmbellæ, rotundæ, multiſq; quaſi florum bullatis glomerulis, ſparſim tumultuarieq; cōditæ, Origani non abſimiles, aut Hyſſopi Dioſcoridis à nobis datæ, lucente nitenteq; per maturitatem coma aureo pallore, & mollicello vellere, puſillo intus ſemine Maioranæ, ſed exiliori, ruffo, acri, odorato: In cauliculis, rectis, albidis, nonnihil incanis palmum & ſeſquipalmum altis: folijs oblongis, anguſtis, leui hirſutie incanis, Stæchadis, vel Linariæ Oſyridis, quam doctiores minus rectè Chryſocomen antumaruut. Radix fibroſa, gracilis, nigra foris, gummi Elemnium vel Cyperum rotundum Syriacum, redolens vti flores & tota planta: guſtu etiam aromatico, medicato, acuto & feriente, non nimio feruore ſubaſtringēte: cuius amicorum quorundam doctiorum imitatione experti ſumus, admodum inſignem vim, ad iecoris ex glutinoſis ſuccis ac vaporibus craſsis intra tunicas diſcurſantibus, diuturnos affectus. Pulmonibus verò inflammatis non impunè dari meminiſſe par eſt, ſed affluxu pituitæ acidæ, ſeroſæ vel ſalſæ calefactis aut eroſis: Eoq; tutius vertiſſet interpres, pulmonarijs vel peripneumonicis, quàm inflammationibus pulmonum. Præſtantior hæc & ſpecioſior Norbonenſis Galloprouinciæ, & Hiſpaniæ aridis & petroſis, vbi odoratiſsima & plurima, ęſtate, radice perenni. In Germania ad Rhenum, reliquaq; Gallia paucior & inefficatior. Eapropter nihil quò minus veram Chryſocomen ſtatuamus obſtare videtur, niſi verbulum vnum aut alterum, quibus ſubeſſe quippiam labeculæ Monſpellienſes noſtri pręceptores Rondelletius & alij, qui hanc Chryſocomen vocabant, iamdiu ſubolfecerant ex Pliniana & codicis calamo exarati coniectura. Sic enim legebāt ῥαδίαν λεπτὴν, radicē rigidam ſiue firmam & tenuē, nigram vt hellebori, ὡς ἐλλέβορε μέλαιναν nigra ſanè eſt foris: & paulò mox κυπείρῳ ἀρμόζουσαν vel συμαζουσαν ἐν τῷ γλυκεῖ, nempe Cypero reſpondentem guſtu ex ſuaui auſteto, quæ odori & ſapori huius quàm quòd maximè congruere illis viſa fuère. *Amaranthus Luteus.*

STÆCHAS Citrina Altera.

NEMANSII ET MONSPELLII meminimus alteram huic ſimilem, ſed graciliorem totá, nigriorem, ſqualidiorem, cineritiam, pluribus cauliculis viti ceis pedalibus: Radice exiliore minusq; fibrata, quia raro niſi in rimoſis ruderibus & mœnijs vrbium victitat, fuſca foris, minimum odora. Florum corymbi ſinguli in ſingulo caule, nec aggeſti, vti ſuperiores. Semen tamen ſimile exile fuſcum quod Londini ſatū nobis floruit & annuè viguit.



STÆCHAS Citrina altera inodora flore.



RARIVS hæc multò occurrit Ilicetis Cocciferis *Sommieres* inter & Monſpellium, tota pulchella, facie Stæchadem Citrinam præferens. Folia tamen ſūt latiora incana, vti tota planta: Cauliculis palmaribus, in quibus flores itidem Stæchadis Citrinæ alterius grādiores, lōgiores, Lactucæ agreſtis quadamtenus. Radix non magna, lignoſa, inodora tota: minus nota, peruia, aut inuētu facilis, ideo nondum vires agnoſcuntur.

APIOS vera, ſiue Pyriformis radix Dioſcoridis.

RADICIS indicio cognitu facilis Apios, quæ rotunda, turbinati coni Pyrum imitantis eſt, cæteroquin nobis hęc inquilina, primumq; annis abhinc plus minus decem viſa Venetijs, apud eruditum Senem & Doctorem Comalcum, qui iſtam primùm è Creta Inſula erutam, illiq; *Pyrariam* vernaculè vocatam, ſtudioſis quàmplurimis detexit. Deinde nobis atq; peritiſsimo Pharmacopœo Valerando Donrez viſendi attractādiq; copiam fecit plantulam Cæpacea radice, Pœoniæ breuiorem craſsioremq;, vnum è bulbis ſimulante, concolorē, pullámve foris, ſed intus albicantem, iam aridam, rugoſam, aliquot emergētibus gracilibus cauliculis promentibus: foliola Lini aut Hyperici minora, breuiora anguſtiora, floſculis, pallidis, tithymali minoribus. Hæc quin eſſet vera Apios non ambigebat ille, vt cuius vis purgatricis periculum non ſemel ſe feciſſe aiebat, grauis & minimè triuialis peitiæ vir: cui eò lubentius aſſentiebamur, quòd nullā aliam videremus figura perinde Apio quadrare: & iſtā iamdiu iactatā leguminis ſpeciē, quàm Fuſchius Apiū ſecit, tā lōgè abeſſe à legitima Apio, quàm diſsidet Cyclamē à Cicercula, cuius eſt fermè effigies illa Fuſchiana: radicibus quidē bulboſis, ſed neutiquā purgātibus, imò ab Opilionibus peregrè proficiſcentibus eſitari ſolitis, vocariq; Nutʒ carðʒ Anglis, & Germanis, vt in Aſtragallo monuim⁹. Multò autem magis mirati fuimus, nō incelebrē Tholoſatē Medicū Augerium Ferrerium, qui libello de Lue venerea, hanc eandem ſibi alijsq; adeò veram eſſe perſuaſerit, vt profiteri auſus ſit poſteritatis theatro ſe præparatas miniſtratáſq; iſtas rapulas Venereis ægrotis vidiſſe, adq; lotiones & fomenta dolorū decoctionē vſurpaſſe, porrò Imperat decoctionē harū faciendā vti Guaiaci, Salſæ atq; Chinæ ſiue officinarū Apij, quā docendo aliud longè eſſe ab iſta planta, multum diuq; æſtuat. Optimum virum monuiſſe potuerunt illius primæ qualitates alimentoſæ & ignauæ potius quàm medicatæ. Apij autē vox, quia polyſima variæq; ſignificationis apud Græcos eſt præſertim literula vna aut accentu mutato: eoq; noſtri Barbari non tamen indocti, ſed magis de re quàm de verbis anxij, cùm hanc radicem & Pyrum propter figuræ ſimilitudinem, atq; ἄποιον aut Chinam, propter nullam fermè guſtui perceptibilem qualitatem vocaſſent, (ſic enim fonat ἄποιον Græcis, qualem vocat cucurbitam Galenus, nonnulli aerem) dederunt imperitis anſam putandi Apios Dioſcoridis ad Gallicam luem mirum quantum prodeſſe. Hincq; errorem geminarunt cùm quòd iſtos bulbillos nulla purgandi vi pręditos Apium verum Dioſcoridis fecerunt: tum quia autumarunt verum Dioſcoridis Apium morbo Gallico magnum pręſidium: cuius facultates non præſtātiores quàm Ebuli aut ſimilium infernè ſupernéq; humorem pituitamq; excernentinm, Dioſcorides tradit. Et quia prudentia huius veræ imperarent quadragenam potationem catharticam futuram? aut ſi rectè agerent, cùm drachmam. ſ. purgationis ergo Echinæ decocto addendam pręcipiunt? Verùm nos honoris cauſa iſtis iſtorum nomini parcimus, hancq; duntaxat reſponſiuncu-

unculam parentamus Præceptorum nostrorum manibus meritissimis, quos illi inscitiæ ignauiæque traducebant sua inuectiuncula.

ETIAMNVM in cognatione faciei & coloris geminus obrepserat error superioribus annis, propter duas radices nondum à quoquam descriptas, quarum alterã Acori speciem & faciem præferentem auara institorum fex Cynæ suffecerat: alteram articulatam Pyriforma tuberculis prægandibus, Apium ab effigie turbinata mentiebantur, à colore verò & cõcretione Cynam, nominis & rerum ignoratione persuadentes Cynam & Apii radicem idem esse, quia vtraque eodem vocata esset fortè nomine Apij, vt monuimus in Acoro.

Acorus Tholosas. *Occiduæ floridæ Pyriformis.*

- *Polium montanum*
  - *Marinum flore albo.*
  - *Mediterraneum flore luteo.*
  - *Venetum.*
  - *Creticum.*
  - *Mediterraneum minus.*
- *Polium Lauendulæ folium, fœmina dictum.*
- *Ageratum flore*
  - *Albo*
  - *& Luteo.*
- *Ageratum Anglicum.*
- *Eupatorium Mesuæ.*
- *Teucrion.*
- *Teucrium pratense.*
- *Chamædris.*
- *Chamædris maior.*
- *Chamædris montana, frutescens, durior.*
- *Chamædris altera minima.*
- *Euphrasia.*
- *Scordium, siue Palustris Trissago.*
- *Scordium alterum Plinii, Mentastro simile.*
- *Origanum*
  - *Heracleoticum.*
  - *Onitis.*
  - *Syluestre origanum. Dioscori. an Syriacum?*
- *Tragoriganum*
  - *Cretense Venetorum.*
  - *Alterum.*
- *Hyssopus Græcorum folio Origani genuinus.*
- *Amaracus vulgatior, siue Maiorana nostrâs, non Dioscoridis Sampsucus.*
- *Amaracus, siue Maiorana repens* Σάμψυχος *Dioscoridis.*
- *De Amaraco Galeni & Pauli in Parthenio.*
- *Marum vulgare, siue* Mastic *Gallorum.*
- *Marum Syriacum.*
- *Pulegium*
  - *Mas Plinii floribus albis.*
  - *Fœmina.*
  - *Ceruinum Monspelliensium angustifolium.*
- *Dictamnum Cretense.*
- *Pseudodictamnum, floribus verticillatis.*
- *Pseudodictamnum album Officinarum, Fraxinella & Tragium recentiorum, cum Glycyrrhiza.*
- *Clinopodium.*
- *Clinopodium alterum.*

S.i. *Ocimum*

Ocimum
- *Maius Citratum.*
- *Medium Duplex.*
- *Caryophyllatum pusillum.*

Acinus.
Erinos.
Mentha quadruplex. *Sysimbrium syluestre, siue Mentha aquatica.*
- *Vulgata rotundifolia duplex*
- *Romana*
  - *Angustifolia.*
  - *Cardiaca.*

Mentastrum.
Mentastrum niueum Anglorum.
Mentha Graca, inter Lepidia.
Calamintha montana prastantior.
Calamintha montana Palegio similis Nepeta vocata.
Calamintha tertia Mentastro cognata, est Sisymbrii, siue Mentastri aquatici species foliis oblongis.
Cattaria.
Polycnemon, siue multitibia an Calamintha aquatica Belgarum? Altera facie Clinopodii an Polycnemon?
Apiastrum siue Melissophyllum.
Melissophyllum Turcicum, siue Moluca duplex.
Melissa Turcica, Sideritidis facie flore cæruleo.
Cardiaca.
Cardiaca eiusque varietas Aspera vocata Melisa, siue Moluca.
Marrubium.
Marrubium Craticum.
Ballote, siue Marrubium fœtidum.
Galiopsis.
Lamium.

Vrtica
- *Communis maior & fœmina flore muscoso.*
- *Syluestris Dioscorid. Romana Officinarum femine Lini.*
- *Minor. Cania Plinii.*
- *Acrior non mordax, siue mortua duplex.*

Sideritides, siue ferruminatrices
- *Heraclea, siue Herculea, Tetrahit, herba* IVDAICA.
- SCORDIOIDES *Monspelliaca.*
- *Montana.*
- *Menthe folia Anglica.*
  - *Secunda Mathioli. est Canabis fœmina.*
- *Prima Mathiol. vulgi est Marrubium aquaticum.*

Reliqua Sideritides quia facie diuersa, alibi.

πόλιον ὄρεινόν *POLIVM maritimum Montanum.*
Angl. Poleye.



INTER LVSTRANDVM CVNCTAS HERBARUM gentilitates, & similitudines, nullam tribum videmur congruentius posse annectere superiotibus quàm hanc: cuius figura, habitus, & quasi modus, magnitudóue non longè ab illis absunt, & foliia dūtaxat ambitu dentato, aut crenato, serratóuedistant. Est autē Polio nomen inuentum à canitie, canísve capillamentis & tomentacea hirsutie, quæ non modò capitula corymbacea (vt ait Dioscorides) sed etiam vniuersam

sam plantam incanam reddunt, perinde ac Gnaphalium, præsertim locis maritimis, & deuexis collibus, & arenosis litoribus, cuiusmodi ad Ceti montis insulam & Magalonam Norbonensis Galliæ, vbi speciosius & crebrius, quod idem Maritimum & Montanũ dici potest: ab radice lignosa, recta, fibrosa, statim numerosis fruticat cauliculis, rotũdis, sesquipalmeis, æque spatiis crebribus folia oblonga, Gnaphalii leuiusculis impressa crenulis, rigidiuscula, quæ ex aduerso vnâ caules cingunt: inque summo radiatim circinatíue florum globulos corymbeos effigie Serpilli candidos, effigiant: vti & vniuersa planta tomentosa lanugine pubet incana. Istud præ cæteris odoratius: sed quiddã acutum & grauiusculum naribus vnà cum suauitate afflat. Semen paruum & teres, oblongum.

VENETVM.

QVOD minus multò crescere meminimus in Insula Lyo Venetæ ditionis & clientelæ, necita incanum.

CRETICVM.

NEc aliud videtur quod Creticum dono habuimus: nempe huic magnitudine par, lanugine & habitu maritimo Monspelliaco simile.

MINVS & mediterraneum.

PASSIM istud etiã locis perquàm à mare dissitis Allobrogum, Lugduni, & Valentiæ, glareosis, & asperis, salebrosis, montosis, & planis fruticat, viticulásque palmares erigit crebras, tenues, foliis crebribus ex interuallis emissis, angustioribus multò & Iuę moscatæ, sed minimè incisis, leuiusculis tantùm denticellis in ambitu extantibus: alterius flores pallidi albidiúe: non diuersum semen est, nec odor, sed ignauiora.

LVTEVM.

PROPE Aquisextias quibusdam superciliis collium & cliuorum luteis occurrit floribus, spectatu iucundis.

POLIVM Lauendæ folio, flosculis pallidis, Fœmina Recentiorum.

QVI nondum in maritimis verum Polium nouerant, istum plantam Polium fecerũt: Siquidem persimilis etiamque congener Poliis est: tametsi odore penè nullo, gustúque emplastico & ignauiore: quam Polium Fœminam ideo quidam dictitant: nec loca maritima amat, vti Polium germanum, sed montosi, glareosa, Sabaudiæ, Delphinatus, & Galloprouinciæ: Repta[?]; Serpilli modo, lignosis surculis, dodrantalibus, inflexis, crebrò geniculatis: & numerosis foliis incanis, Stæchadis, aut spicæ Lauendulæ: flosculis etiam confertim è calyculis Rosmarini: crassiuscula & duriore radice. *Cord. 125. vbi minus verè qua dam.*

Ἀγήρατον, AGERATVM, vel non senescens, MESVÆ, Eupatorium Officinis.

Ital. Herba Giulia.

FLORIS aurea gratia, senectã nõ sentientis, vmbellæq; corymbaceæ, Elichrysi æmulæ, satis superq; fuerant docendo nostrate Ageratum esse Diosco. genuinum, quibus de notis etiam notissimũ vel Pharmacopœorũ calculis vbiuis gentiũ iamdiu fuit: nec proinde opus fuit istis Herbariorũ rabulis, & triuialibus declamatoribus tam multa aceruare, vt nullius momẽti obiectiones diluerent: potius inter parandum Mesuæ Sirupum de Epithymo gustassent decoctum, aut folia Agerati Norbonensis & planè siluissent: est

enim non modò valde acre & amarum, sed etiam ad ciendum vrinas intrò sumptum, forisque suffitum, admodum efficax: odor etiam suauis quadamtenus Romanæ Chamæmillæ fragrantia, index certior est facultatū emolliendi vuluæ duritias, vrinasq; nidore eliciendi, quas Diosco. memorat. Præterea collatio cum Origano hîc valde opportuna est, siue totam fruticem, & vmbellas, vt Dioscorides, siue etiam reliquam plantæ faciem perpendas. Sunt enim hæ bullatæ vmbellæ, vt Elichrysi, Origani, Hyssopi & Chrysocomæ, quas inter se confert Dioscorides, qui tamen hîc foliorum non meminit: vti neque Chrysocomæ, quam Hyssopo assimilat: Hyssopum autem Origano. Quid si etiam Origano folia assimilasset propterea istud nostrate Ageratum periisset? neque enim adeò procul absunt folia ab Origano: quinimò quibusdam Norbonæ locis & Tusciæ squalidis, sed depressis, videas Agerati fruticuli folia multò minora, & tantillum crenata, rigida, dura, pluraque virgulta, Origanis variis inibi fruticantibus, toto habitu non dissimilia.

Varietas Candida.

Agerati visitur interdum etiam illic specioso candore, nitentibus florum bullis, haud tamen de cætero, ab illo diuersum.

AGERATVM Septentrionalium & Anglicum.
Angli. Mandelem & Mandelem.

Balsamila minor Dodo. Epit. 885.

CVLTV tamen adhibendo humidiore, vel cœlo Septentrionali algidiore, valde variat quod colunt vireta Gallica, Germanica, Belgica: latius proceriusque fruticans, maioribus ramis, latioribus, longioribus foliis, & altius multò crenatis, flaccidis, ad Galli cristam herbā accedentibus. Sed Angliæ hortis viuacius nihil, isto etiā Norbonico semine fato, ramis caducis, magisq; serratum foliis, diu perstans, admodum diuersum. Idē contigit etiam Altheæ arboreæ Prouincialis, quæ in Maluam abiit triennio pòst quàm in Angliæ hortis seueramus, hirsutie canitieq; exutis: quasi foret species diuersa. Istud sponte enatum clarissima Monspelliensium schola & collegium Venetorū Medicorū Sy-rupo Epithymi & Mesuftiarum compositionibus, vt legitimum Eupatorium addunt: Græcorum autem medicamentis, nostram Agrimoniam. Quod institutū si cui minus arridet, ista vtatur moderatione, vt vtriusq; nempe Græci & Arabici Eupatorii æquas portiones misceat, vti in Antiballomenis monuimus: præsertim vbi vtrius sit gentis compositio, incertum fuerit. Neque arbitrandum Eupatorium Mesuæ esse idem cum nostra Agrimonia, Dioscoridis Eupatorio recepto, vt non nemo autor minimè malus, nec indoctus Belga nuper persuadere voluit: cui lubenter astipulabimur, cùm hasce notas à Mesua Eupatorio tributas suo, nostrati conciliarit: quæ sic habent: *Herba longitudinis cubiti, amaritudinis multæ, cuius folia sunt sicut Centaurei minoris, viridia, sed sunt aspera & incisa, & Stipes eius est subtilis, & quando exsiccatur citrinescit, & eleuantur super eum flores, qui sunt sicut subcitrini, longitudinis pauca.* Quæ Arabica simplicitate, exprimunt tum delineationē Centaurio proximā, tum perquàm amaram & Absynthio similem, Choleræ purgatricem facultatem (neutiquam Gratiolæ, impendiò effrænis & visceribus hostis) paulò superius recensitam innuunt, aliaque non pauca indicia, cuiuis plantæ potius, quàm Agrimoniæ ascribenda: eapropter satius fuit Agrati speciem retinuisse, ob eas rationes quas adduximus.

MESVÆ Eupatorium. Agrimonium.

τεύκριον TEVCRIVM.

Germ. Grosz Bathengel,
Gallis. Grosse Germandree.

PVTANT Hemionitidem alii: nos potius Spleniū Teucrii inuentoris cognomine donatum à Plinio, & hanc Dioscoridis prætermitam, quæ tamen spleni optimè facere nata est, & nihilo secius ad Teucrum inuentorem referri potest, per Plinianā Historiam: cùm constet neutri harum proiecta exta adhæsisse, nedum sanguine exinanita fuisse. Ac tametsi Teucrii notio minus certa videtur propterea quòd descriptio aut malè aut mutilè

tilè prodita est. Verùm huius vt & consimilium Chamædris & Germandriæ dictæ deuoluta est ad posteritatem cognitio, adeò vt etiam qui descriptiones nullas norunt vernaculè omnes vno nomine Germandreas vocent. Nec ambigendum quin legitimæ sint. Ac primum Teucrium saxosis multis aridisq; montibus fruticat, virgultis multis, rectis, lignosis, ac proceritate dupla Chamædrin vincunt. Folia verò similia sed crassiora, aliquantò minus incana, rugosa, & aspera: flores consimiles minori Germandreæ, sed purpurei saturioris ex interuallis & ex auerso Chamædris ritu vti & flores oriuntur.

TEVCRIVM pratense. Offici. Germaniæ & Bataniæ perperam Chamædrys.
Ger. Etiam Gamander.
Ang. Wilde Germander.

IN nemoribus & pratis subfruticula, cauliculis exilibus, nec duris, sesquipalmum altis, radice lignosa, fibrosa, folia ex aduerso & interuallis bina, quaterna, sena, caulem vestiũt in ambitu serrata, modo & magnitudine Chamædris maioris: spicatis Thyrsis: ramuli caulium summi donantur cæruleis ex purpura floribus Anagallidis concoloribus, Hyacinthi modo. Nondum Chamædri vtrauis nota vtebantur Germani Seplasiarij isto, similitudine quidem decepti, sed viribus ducti quibus, ad viscerum obstructiones, Cacochymiam, virginumq; fœdos colores, miris pollet & certissimis hæc plantula. Et hanc vnã duntaxat Germandream tum vocitabant illi: quam nomenclaturam vulgus postea impertiuit Chamædri, etiam apud Anglos & Gallos.

CHAMÆDRIS Querqula minor. Trissago, siue Trixago.
Ital. Quercivola, & Calamandrina.
Gall. Germandree, ou Chesnette.
Ger. Gamander leyfen Bathengel.
Ang. Germander.

ABVNDE exprimit huius folium & faciem nomenclatura Chamædrys, siue Querculæ, vbiuis locorum præsertim apricorum adolescentis. In Burgundiacis verò collibus vniuersos quasi tapetis videas stratos purpereos & viridantes opacè montosos campos, quantum est inter Chalonas (vulgo *Chalon*) & Machaonem. Radice exigua, surculosis virgultis, numerosis, pedem altis: folijs in ambitu serratis, binis, numerosis, vt quercus, sed profundè minus. Floribus purpureis ex ijsdem interuallis vt Teucrio.

CHAMÆDRIS MAIOR.

SED quæ Antuerpiæ hortis visitur folijs est maioribus c ãdidioribus, & flore cæsio pallescente: vbi etiam niues imbrésq; brumales aspernit. Illa contrà breui marcescit.

CHAMÆDRIS montana frutescens, durior.



HÆC nobis primùm innotuit Lugduni opera nostri Valerãdi Donrez, qui è Sabaudis & Delphinatus mõtibus erutam habebat. Eã Chamædreos Montanũ nomine, quia illi facie tota proxima, donauimus. Est quippe folijs Chamædryos vel Scordij similimis & paribus: sed auersa parte Potentillæ siue Argentinæ dictæ modo, incanis, & inæquali exortu, nõ verticillatim binis, prodeũtibus, Cauliculi verò duriores, lignosiores multò, maiori Germãdreæ siue Chamædryos, pedales, humi sparsi, colore ex fusco rubentes, Alypo Norbonensi concolores. Radix lignea, Tota nonnihil amaricat, Salicis gustu.

CHAMÆDRIS minima. Fœmina Dodonei.

HERBVLAM iſtam olim Germani herbarij nomenclatores dixerant alteram Chamæpytim, quam floribus & odore quadantenus refert: ſeſquipalmũ alta multiplici cauliculo quadrãgulo, lanuginoſo, implexo humiq; incuruo: Fumariæ Plinianæ non Chamæpyteos: folia numeroſa, parua, dẽſa, multũ inciſa, Abſynthij aut Quercus ritu, ſed longè minora edẽte. E quorum interuallis, floſculi purpuraſcentes circum emicant. Semen puſilla incluſum capſula, nigrũ, Calaminthæ montanæ modo. Radice craſſa multis capillamẽtis.

EVPHRASIA, ſiue εὐφροσύνη, alia ab Euphroſyne Bugloſſo.

Ocularis.	*Ger.* Augentroſt.
Belg. Oogentrooſt.	*Ital.* *Eufraſia.*
Gall. Eufraſe.	*Ang.* *Eyebricht.*

APVD antiquos Botanicos nulla extat mentio vllius Euphroſynes, præterquàm Bugloſſi, quam εὐφρόσυνον παρὰ τὸ εὐφραίνειν vocarunt, quod in vinum deiecta, vt loquitur Plinius, animi augeat voluptates. Ac tametſi non paucæ poſſunt eadem nomẽclatione inſigniri, vt Verbena (cuius decocto aſperſa cænacula lætiores conuiuas reddit,) atq; Meliſſa, Pimpinella & aliæ, quibus imbuta pocula animos voluptate demulcent : tamen hęc herbula Græcam originem teſtata, ducentos & eò plus annos, iam poſteritati Euphraſiæ ſiue Euphroſynę nomine innotuit, ad oculorum caligines & morbos pituitoſos perúagatæ commendationis : vnde Germani Augentroſt, oculorum ſolamen: Anglis *Eyebright*, oculorum lumen, dicta fuit. Nec abs re ſanè, vt cuius puluere ſępius ingeſto, per ſe, vel cum Aloe, ex aqua fœniculi aut Verbenæ, mirùm quantum opis pręſtetur oculis, fluxione, aut caligine vexatis. Vino autem cui multa Euphraſiã iniecta fuerit, quantumuis magnoperè commendetur à multis, non perinde fidendum: vt cuius potu tantùm trimeſtri in Heluetia vſum ſocium & cõmilitonem noſtrum, meminimus penè ambobus orbatũ oculis, & fluxionibus modò non oppreſſum: quum dũtaxat antea leui cataphora & lachrymatiunculis laboraret. Quare puluere, aut decocto, citra vinum, tutius vtetur quis, & ea præſertim, quæ ſtrigoſo ſolo puſilla eſt, palmaris, hilari aſpectu, facie, cauliculis & folijs criſpantibus Teucrij parui, aut Veronicæ fœminæ, exilioribus: floſculis item puſillis, ex luteo albicante, & purpuraſcentibus. Pratis ſtrigoſis gaudet, ſapore amaricante, deſiccante, calfaciente.

σκόρδιον. *SCORDIVM, Trixago Paluſtris.*

Ger. Waſſer battenig, Lachen knoblauch.
Gall. Scordion & Chamaraz.
Ang. *Water Germander.*
Ital. *Chalamindrina Paluſtre.*

AB omni memoria celebrem fecẽre Scordiũ Allij teter odor, & alexiteriacũ nomẽ: ſed tamẽ penè perierat ſuperiori ſęculo cũcto ignota plãta: vix enim vigeſimus hic eſt annus cùm primùm Academiæ Pharmacopœiſq; Monſpelliacis innotuit verum Scordium opera Epiſcopi Monſpellienſis Gulielmi Peliſſerij, Rondelletio Pręceptori in Piſcium ſtirpiumq; veſtigatione Theſeo & riuali. In herbidis namq; & amœnis maritimis agri Monſpelliaci animi cauſa dum vnà ſpatiarẽtur, inibiq; Allium ſubodorarentur, illicò herbulã vixdum arreptam, & eminus conſpicati Scordiũ eſſe deprehenderunt. Indidéq; varijs plãtis in Galliã & Italiam miſsis, amicos verũ eſſe Scordium monuerunt. Illi facies vniuerſa prorſũ Triſſaginis, radices numeroſiores, fibris crebribus fũmo ceſpite ſparſis : folia craſſiora, denſiora, ſucculentiora, nonnihil tomentoſa, rugoſa, aſpera, viridantia, vt Mentaſtri.

SCORDION alterum Plinij, latioribus folijs, Mentaſtro ſimile.

Officinis ſaluia agreſtis & ſaluia Boſci.
Ger. Wild Salben.
Ang. *Woodſage.*
Bel. wilde ſauie.

Alterum

ALTERVM & quidem Plinianum fecerunt illam in sylvis Germaniæ & Angliæ frequentem Agrestem vocatam Saluiam, fortè nonnulla de foliorũ similitudine. Quippe folia magnitudine & habitudine Saluiam, colore verò atro, virēte, superficiéq; rugosã Scordium Melissámve referunt: etiamq; odor quiddã Scordij, non tamen prorsum Allium, sapit. Herbacei ex luteo sunt flores Saluiæ, aut syluestris Hormini nō absimiles, minores vnaq; serie ad easdemq; partes penduli, vti Digitali, lutei: rotundum & fuscum semē est: facultates Rubiæ, ad sanguinis grumos dissipandum. Sphacelos Theoph. Dod.

ORIGANVM Heracleoticum, Cunila.

Ital. Origano.
Ger. Wol gemuot, Kottdosten, siue Costents.
Hisp. Oreganos.
Ang. Organe, or wilde Margerome.
Gall. Mariolaine bastarde, Origan.

QVASI cliuosos, editos, montososq; natales amaret ὀρίγανον appellata fuit hęc, quam iam haud nobis difficile nosse ex Hyssopo alibi indicato & probato, à quo non variant Origani species tres, nisi magnitudine & vmbellarum disparilitate. Heracleoticum autem est illud Hispanicum in Flandriam saccis plenis quotannis deferri solitũ, & ab institoribus distrahi: vtuntur enim vulgò Piperis & Satureiæ vice in obsonijs. Belgæ hanc plantam colunt, pedem altam, folijs & virgultis Maioranæ maioribus, quibus summis nō in vmbellam circinatam collecti sunt flores, sed in paruis thyrsis, spicatis, ternis, hinc inde dissipatis vt Thymi, odore Maioranam prouocantibus, præsertim in Lusitania & Lucania enatæ.

ORIGANVM ONITIS Galloprouinciæ, maius, & minus.

MONSPELLII circum inq; Galloproníncia, notissima sunt duo Origana, maioris & minoris discrimine duntaxat discrepantia: nisi quia huic Amaraci facies & folia, sed minora & rotundiora Heracleotici fermè: Caules recti, pedales, fruticosi, ramulis & fastigijs breuibus, coactis, spicatis, confertim in vmbellam collectis, floridum corymbum imitantibus, & per æstatem purpurascentibus, admodum glutinosis.

MAIVS.

Est hoc quidem maius, & fruticosius, hirsutius, sed viribus, sapore, & odore contemptius alioqui: perquàm simile, & passim occurrens.

SYLVESTRE Origanum Syriacum.

VENETI Pharmacopœi & Medici è Syria aut Creta Origano vtũtur longè optimo. Cui cauliculi exiles, folijs paruis, capitulis numerósis, collectis, ambitu vmbellam imitatis, Onitidi proximis, sed non perinde accumulatis, albis flosculis. Gustanti grata tota & aromatica, Dictamni & Piperis acrimonia. huius fasciculos multos habebat seduli & probi Pharmacopœi Martinelli Officina ad Angeli Symbolũ. Sed Seplasiarij nō pauci illic & alibi in Italia, veras Theriacas ementiuntur & nundinantur istius nicella, & veræ precio distrahũt, non tanto errore, quanto flagitio: est quippe efficax & gratum antidotum dissolutis veneno viribus, aut stomachum dolentibus.

CRETENSE apud Venetos Tragoriganum, siue Hircinum.

HIRCINVM videtur nuncupatum quasi pabulo gratum foret capris, vt Onitis Asinis, potius quàm hircum fœteret: grata enim & mitis Tragorigani potio, Dioscoride teste, cuiusmodi huius, qui surculis dodrantalibus & folijs paulò quàm Thymi Cretensis maioribus, densis & rigidis, floribus per interualla & verticillos, purpureis, Clinopodij modo fruticat: sapor feruens Piperis, aut Thymi illi, qua & foliorum addita coniectura, Creticum Thymum id vocarunt Origanum recentiores, quod nos Tragoriganum putamus. Cùm inter Thymi Cretensis fasciculos & quisquilias istud semē repertũ hortis creditum fuisset, fœliciter adoleuit Italiæ, & Flandriæ hortis.

ALTERVM TRAGORIGANVM.

HERBVLA illa fruticosa, quam iãdiu decerpsimus in horto Antonij Cortusij Patauini magni Mathioli pręconis & seruitoris, nulla melius videtur genuini Tragorigani

effigiem & facultates explere potius quàm Mari, quo nomine isti nomenclatores præpropere illam donaruunt, nam Fruticulus est sesquipalmum altus, albidus, multis cauliculis tenuibus Serpilli folijs, vel istius Tragorigani proximè descripti: flosculis subter folijs purpurascentibus, saporis acerrimi, odore fragrantissimo & vrente: tritum namq; digitis eminùs non secus ac Flammula percellit nares & cerebrum ferit. Multas licuisset Tragorigano aptare, sed nullas reperimus istis duabus veriùs aut commodius quadrare. Non esse Marum, semidescriptum à Mathiolo foliis serpillis, odore Pulegij, suo loco dicemus. Vid.tur species altera Calaminthæ.

Genuina HYSSOPVS Græcorum folio Origani, vmbellato flore.

CLARA & notissima olim Hyssopus, sapientissimi Salomonis nota altera Sermonum Naturalium, qui cuncta disseruisset à Libani Cedro ad vsq; Hyssopum de pariete enascentem: nisi non sit eadem Palæstina, quæ Græca: vbi tamen perinde cognita, & quasi ὑο-μενον ἐπὶ τον ὦπα impluens oculos vel visum, tametsi possit & εἰς τὴν ὄπιν quia vocem raucā ...nicè pulmonésq; iuuat. Ne aperiamus fores declamatoribus, paucis, & aptis Hyssopi historiam perstringimus: nam non minus vulgaris notitiæ Hyssopus fuit olim quam sunt hodie varia Origani genera in Galloprouincia: & in Romaniæ asperis Hyssopus vulgaris hortensis sponte fruticat: sed quia duplicem facit Dioscorides, & notiorē ait quàm vt describatur: nobis hinc inde emendicandæ notæ, quæ Criticis istis declamatotibus claudāt concionandi valuas. Alioquin quod chartis illinent semper habituris. *Proximo Stæchadis capite iisdem viribus Hyssopum dicit, & altero mox Heracleoticum, folijs Hyssopi similibus, sed vmbellam non Trochoides, id est, circinatam, vel turbinatam qualis Hyssopo: quin potius vmbellis veluti diuisam, vel disperatam: & in extremis virgis semen non densum.* Denuò paulò mox Onitidem candidore folio, & similiorem Hyssopo, quàm Heracleotico. Semen non quidem esse corymbos sed ita coniunctum vt speciem corymborum prębeat. Primùm quando ex Philosophiæ præceptis Phroniæ tacito ductu à notioribus vniuersam nostram cognitiouē haustam fuisse docemur, nobis quippiam certi statuendum & cognoscendum cuius ope & perspicua notione in cæterorum cognitionem prouehamur. Ea de re cùm sit Serpillum non minus frequens quàm certum & notum, eiq; à Dioscoride folijs & ramulis Origanū collatū, cui quidem author idem Hyssopum assimilauit folijs & vmbella. Nobis minutias istas accuratius perpendentibus, neglectis neutiquam facultatibus, nō magis, videtur iam ambigendum de vera Hyssopo quàm de Serpillo aut Origano. Quin etiam Maioranam hortensem certissimæ cognitionis Botanicus Cratæuas, Isaac Serapio, & Mesues similē faciunt Hyssopo. Intuere iam communioris & vbiq; Galliæ, Belgiæ, (vbi Anglicū vocatur, quia in Anglia plurimum lætius, & cibis aptū prouenit, præsertim in hortis) vmbellam habet circinatam, turbinatámve, densam & congestam ex multis flosculis, purpuream. Eius dum flosculi maturescunt, Semina frequenti pericarpiorum serie ac glomeratione coniunguntur in Corymbi æmulationē, non secus atq; in Maiorana cernere est, nec non in Origano Onitide, & vulgari. Quòd si ad folia, vires, vmbellam, totam deniq; effigiem respicias, Hyssopum sanè, nisi foret Origanum, futurū dicas. Est igitur ista planta prorsùm congrua tot notis quot possunt & opus est adferri ad geminæ Diosc. Hyssopi cognitionē: odor suauis, Origani Hispanici, Heracleotici putati, acrimonia mitiore: Nec quicquam videtur differre ab illa plāta quàm Doctor Treuisanus Patauinus in horto suo colebat: putabántq; Docti Hyssopum folio Origani vel Origano similē: omnia quippe similis huic, acrior tamen: de floribus & semine nihil prodimus, quia nondum planta, vtpote recens allata, floribus seminéve donata erat. Corymbi autē vox Plinio & posteritati fraudi fuit: nam legenti tria semina Hyssopi mederi Epilepticis, ratus nasci è Corymbis istis baccas hasce seminibus hallucinatus: Siquidem vmbellis attribuūtur semina, Corymbis Baccæ.

AMARACVS vulgatior siue MAIORANA nostras,
non Dioscoridis SAMPSVCVS.

- *Ger.* Maioram, Meyeron.
- *Bel.* Mariolcynen.
- *Gal.* Mariolaine.
- *Ital. & Hisp.* *Maiorana.*
- *Ang.* *Marierom.*

Quia

QVIA ex Cypro Amaracus laudatissima & odoratissima ad vnguenta expetita fuit, adulati Poëtæ Cypri Regi Cynaræ, fabulati sunt eius puerum Amaracũ vocatum, dum alabastrulũ vnguinis suauissimi plenum ferret, lapsum, id fregisse, præque luctu intabuisse, & in Amaracũ versum fuisse: vnde Herba vocata fuerit Amaracus, quam & Sāpsucum Ægyptus & Syria dixêre. Hodie notissimam quidem habemus Maioranam, quę tametsi non sit ea quam Dioscorides, per terrā repentē ramosam multis cauliculis Calaminthæ foliis describit: tamē tātoperè affinis est ea quam mox ponemus, vt quin sit species vna, minimè hærendũ: quod idē sapor Thymi, color incanus, odor Mari, suauiorque quàm Origani, testantur: perinde vt figura, palmi & sesquipalmi surculosa, alis numerosis, quas cingunt foliola rotunda Origani: vti & summitates spicatę, in quibus flosculi purpurantes: radices subsunt exiles. Nusquam nobis visa nisi in hortis.

Hanc maiorem dictam, tum aliam tenuiorem, delicatiorem, odoratiorem, Origani facie, alioqui non dissimilem, colunt Gentilemque & minutam vocitat plebecula: fragantior enim est & in holere aptior, cuius oleum stillaticium coagulo leporino remistum & Moschi tantillo, arcanum conceptui fœlicitando nulli referandum, autumant. *Varietas.*

SAMPSVCVS Dioscoridis, siue AMARACVS serpens.

VT non inficiamur vulgatam Maioranam Sampsuci speciem esse, ita istam rariorem multò & humi serpentem verius Amaracum dici debere asseueramus. Non enim rectis erigitur, aut fruticat ramulis, vti superior, sed in cespitem caducis Serpilli modo, cui alioqui persimilis folio, effigie & magnitudine est: cuiusmodi quæ in Belgio Neruii creuerat sedulo Pharmacopœo Ioanni Mouton, & nonnullis in Gallia hortis, etiamq; Antuerpiæ nostro Coldenbergio, stirpium peritissimo.

MARVM, est Mastic Gallorum & Anglorum.

REGI Thraciæ cui nomē Maroni esset, sunt qui Mari herbæ appellationē acceptā tulerint: verùm tamen potuit etiam ab Amaraco per apocopen dici; vtpote eùm Amaraci species videatur Marum, adeoque tantoperè affine sit, vt multi hodie Maioranā legitimum esse Marum in literis miserint: idemq; ausi sint Marum receptũ siue Mastic Gallorũ decernere Clinopodiũ: quæ tamen herba parum Clinopodio congruit, prout quadrant quas nos illic damus: & odor, sapor, color Amaracum & Origanum, aut potius Marum fatentur: eoque Galli vocant Mastic, quia odoratior & gratior est quàm Origanum, aut Sampsucum, vti Galenus vult Marum, Lib. de Antidotis. Quare cùm tot talésq;, quot & quales hactenus desiderabantur, eóque plures, habeamus plantas; nequiquam par est Maioranam nostram Marum asserere: nósque Sampsuco priuare; quem nullus nescit speciem Maioranæ esse.

MARVM SYRIACVM, gracilioribus sarmentis, minoribus capitulis & foliis.

SI cui interim superior, siue Mastiche Gallica, minus videatur Maro congruere, saltem hanc nō respuat Syriacam, quæ gratissimo & vegeto est odore, imò & facie tota Maioranam præfert, aut Origanum: sed gracilioribus, non breuioribus, pedalibus, & sesquipedalibus viticulis: corymbacéisque aspectu elegantioribus, delicatioribus capitulis, etiā decimum fermè annum, ex quo Venetiis Alepo Syrię habuimus, odoris fragrantiam retinentibus. Cæterum nisi harum vtrauis in Mari veri persuasione nos retinuisset, licuisset huc adferre Marum Cortusianum, quod alibi Tragoriganum fecimus, quia vrentior & vehementior est, quàm vt Marum deceat, sicuti inibi monuimus. *Dodon.*

γλήχων PVLEGIVM Regium vulgatum.

Germa.

Germa. Poley. Gallis, Pouliot. belgis. Paleye.
Angl. Peny riall, Penny Reyall. Pulioll roy all. Podding grasse. Organye.

SIMILI Dictamno facie Pulegiũ, ſic Latinis dictum à pulicibus, quos nidore fugat & necat, acriq; & peramaro guſtu, pecori ſi eo paſcatur balatũ extorquet, idcircóq; βλήχων nomen factum illi, niſi etiam ſit quia è pulmonibus pituitam craſſam farctámque extundat. Hodie regium & vulgatum Pulegium immeritò, ſed ſolito more reſpuunt publici cenſores, & rationis ne micam quidem addunt. Plinius non niſi vnum genus deſignat Maris & Fœminæ mentione, quod idem eſt & Dioſcoridis. Eſt omnibus facultatibus efficaciſsimum receptum Pulegium, in hortis quidē floribus purpureum, vtplurimùm: at Pedemontis planitie itinere medio ad læuam, quà Ryuolio Taurinum itur circa margines Pulegio florente obductos, non paucas plantas floribus candidis, viuidis legimus: ac deinde idem aliis locis repertum, Cortuſio & Venetis quibuſdam ſtudioſis oſtendimus: foliis vtrũq; Syſimbrii, aut Origani, toto caule ex interuallis cum floribus verticillos alterius planè modo conſtantibus: vires, odor, prorſus eadem.

Mas Pulegij floribus albis.

Anguſtifolium, ſiue CERVINVM, Monſpellienſium, odoratius.

MINIME mirum Ceruinum Linguagothicum nulli dum fuiſſe deſcriptum, aut pictum. Nam tametſi Norbonæ Monſpellii eſt vbiq; obuium, & nulli non cognitum: tamen quia haud temerè facilè occurrit in Italia, Germania, aut aliis Galliæ Regionibus, illis ideo videtur fuiſſe ignotum. In luco Gramontio pone cœnobium, & in primo aditu ad lutoſas ſcrobes multa fruticat crebribus ſurculis, multò quã alterius erectioribus & rigidioribus, dodrantē altioribus: foliis minoribus, crebribus, Satureiæ æmulis, & æqualibus: ex interuallis per verticillos diſtinctis, è quibus florũ veluti purpuraſcentes globuli oriuntur. Radix verò diſsimilior alteri Pulegio, ſummo ceſpite ſparſa & multiplici flexu multorũ quaſi aſparagorũ bene adultorũ, Gratiolæ vocatæ modo. Huius ſapor, odor & vires multò quàm alterius gratiora, vehementiora, & probatiora: vtriuſq; enim cùm maxima copia ſuppeteret noſtris præceptoribus Regiis & Monſpellienſibus profeſſoribus, tamen iſtud præ altero, Pharmacopœis accipiendum imperabant.



DICTAMNVM.

VNI, Cretenſis Idæ montis quaſi ocello Dictæo vocato, debentur nomenclatio educatióque decantatiſsimi Dictamni, Pulegio adeò affinis, vt nonnullis agreſte ſit dictum pulegium. Huius nõ ita magno precio multam copiam emunt non modò Italicæ, ſed etiam Belgicæ & Anglicæ Officinæ hodierno die, tametſi non paucis ab hinc annis floribus donatum perrarum & charum erat: quippe perpaucum olim, idque floribus orbatum adferri ſolitum fuit: Idcircoque flore caſſum eſſe Dioſco. veriùs quàm antiquis, de eo prodiditum fuiſſe, credebatur. Iam planta cognita, lis iſthæc reliquēda maleferiatis: floribus enim ſpecioſis, purpureis, multis, trans lucidas concolores ſquammas ſpicatas, emergentibus, Stæchadis modo, copioſum ad nos affertur. Quinimò, vt fertur, Piſanæ orę & Liguſticæ aſperis deuexis ſatum, creuit, & floruit, exili ſemine, in plantam paris pulchritudinis, qualem ipſi vidimus: tertio tamen vel quinto pòſt anno, in ſpurium abire audimus.

PSEVDODICTAMNVM floribus verticillatis.

ISTVM

ISTVD quidem Pseudouocatum audiebamus de quibusdam Italis in monte Nigro dicto Pisæ & Liburnæ contermino & aliis locis maritimis nullo satu oriri: nec verò illic vnquam sata, aut in affinem speciem degener facta videtur; nam caules multiplices cubitales, recti, terni, aut quaterni: folia ex interuallis bina, paria, & vt caulis incana: omnia deinque similia, nisi quia flores cõsimiles, dissimili modo & situ oriuntur. Sunt enim non ex spicis, sed ex foliorum pediculis.

ὤκιμον. OCIMVM medium vulgatius, BASILICVM.

Germ. Basilgen. Gallis. Basilicq. Ital. Basilico. Hisp. Albahaca. Belgis Basilicom. Ang. Basill.

QVAMVIS antiqui excusi, tum calamo exarati codices, vbique Ocimum, non Ocymum, aut Ozimum habeant; tamen quia herbula hæc eximiè odora cerebrum feriret & sternutamenta cieret, eam primulùm Ozimum vocitatam, id est, odoram fuisse, naturæ & doctis nos assentiri par est, odore enim mirum quantæ fragrantiæ esse Ozimum Troglodyticũ & syluestre nasci iamdiu notum est. Nec ocyus cæteris quàmplurimis oriri certum: quare id Ocymo farragini leguminum tribuendum fuit, vt postea dicemus. Math. 333.

Ocymi autem vel Ozimi vna species est, varietates tres notissimæ vel mulierculis, quẽ odoris & oleris gratia in figlinis vasculis colunt, aut in puluillis areolisve viridariorum: frequentissimum autem Ocymum vulgare, siue Medium dictum, quod quidem duplex odore habetur: vnum quippe vilius & abiectius, odorem suauem etantilla grauitat mixtum, Apiastri modo spira: radicem & cauliculos pedales & folia Mercurialis Parietariæ, vel Agriorigani, sed nigriora mittit: flosculis è calyculis verticillatim caulẽ ambiẽtibus: semine pusillo nigricante, quadamtenus Thlaspi. MEDIVM vulgatius.

Medium Citratum.

ALTERVM nullatenus distat, præterquàm odore gratiore & cordi amabiliore, qui corticem Citrii mali redolet; idcirco Citratum vocitat vulgus, non à Citri folio, vt falsò scribunt quidam.

MAXIMVM Caryophyllatum ac Citratum.

RARIVS istud, & regionum calidarum amantius, cuius folia, cunctaque planta quadruplò maiora, odora, Caryophylli cum Citro confusã iucunditate, semine, nec vlla sui parte alioqui diuersũ.

MINIMVM Amaraci figura Caryophyllatum.

NON diuersa huius facies, sed minor tota dumtaxat, quæ Caryophylli halat fragrantiam, eapropter vulgus, qui in tessulis & pensilibus figlinis, alit Caryophyllatum vocat, & gentilem, quemadmodum rosam quampiam Canellatam, à Cinnamomo, & Moscatã, à Mosco dicere cõsueuit. Hic aspectu pulchellus, interdũ crispantibus, foliis & cõuolutis in glomerum: vitreæ phialæ, cui insit aqua, angusti oris, intrusum, viuit augeturque radice aquæ potrici, diu reliqua herbula virente. Complures aliæ vel differentiæ, vel varietates sponte oriri produntur apud Abyssinos, quas nobis non planè notas hic silemus, fusius alibi dicturi, quæ de Ocimi natura culta, & viribus penè prodigiosis, tum ab aliis prodita, tum à nobis comperta fuêre.

ἄκυνος. ACYNVS, siue Sterilis.

NON tantùm persimilis, sed & congener Ocimo videtur ἄκυνος, ac per y proferẽda; quòd sterilẽ infœcundamq; signat plantã: vti etiam Plinius fortè interpretatus fuit, qui hanc herbam coronarum & ciborum causa in Ægypto seri, nunquam florere, alióque nomine Epitreton vocari, aut potius Epipetron (vt Theophrastus habet, qui hanc inter ἀνανθῆ censet) scribit. Quare cùm illi florẽ non negasset Dioscori., eiúsque studiosissimus Ruellius Ocimum, siue minus Basilicum, posse esse Acynon, ni obstaret Theophrasti Pliniique mutila Historia, dixisset: Senensis candor consuetus hæc arripit, & quasi sua

si suaobtrudit exprobatque doctis, nec interea lectori quidquam commodi molitur: tamen exploso Ocimo illo minimo, Calamenthum illud inodorum viarum vbique frequens & contemptum, à Manardo iamdiu adductum profert, illique nulla probatione præfert. Sedenim qui acrius menstruisque ciendis aptum Calamenthum istud norit, neutiquam assentietur. Et aliæ sunt plantæ quæ multò aptius quadrarent, ni aduersarentur vires, nempe sistendi menstrua, & igni sacro medendi; si conguerent etiam folia, & rami floribus vidua, ex Theophrasti & Plinii Historia, quod nusquam tradit Dioscorides. Quare fieri potuit, vt quòd Plinio in Bechio, & Dioscoridi in Dictamno contigit, idem vsu venerit Theophra. nempè vt nullum agnosceret florem in Acyno; quem posteà Plinius sequutus sit: apud quem tamen legunt nonnulli Acynon non penitus flore carere: sed in hortis non florere. Et si coronaria fuit, verisimilius est flores habuisse. Sed quemadmodũ Bechio & Petasitidi, quia præproperè florent, & citissimè deflorescunt, deesse florem quidam putarunt: sic fortè isti, quia obscurius & serius flores promit, ac sæpius interdum emersos amittit, intempesta Autumni qualibet minima sæuitia: sicuti videre est in nonnullis pusillos & serotinos flores edentibus. Aut aliud fortè sit Theophrasti Acynos, à Dioscoridis, vt vidimus in Teucrio, Tragio, & aliis. Nam illa, quam nouimus huic loco admodum congruam, flosculis purpureis, verticillatis, ramulis quadratis, siccis, & exilibus, foliis hirsutis, lanuginosis Ocimi, multa secus sepes viarũ fruticat, nonnihil aut perparum odora, & gustanti multò siccior quàm Ocimũ, tantillo calore subastringente, vt Bethonica. Quare posse sistere menses, si à partium imbecillitate fluunt: posseque igni sacro mederi perspicuum est: cùm moderatè repellat digerendo, quo pacto Mentham siccam, tametsi calidam, admouent inflammatis partibus nostri tonsores Empirici, & breui discutiendo deprimunt tumores tum calidos, tum frigidos.

Caprificus vel ERINOS *Nicandro & Plinio, Galeno autem Echinus; seu vipera, apud Dioscoridem frequentius Erinos, interdum & Echinos.*

NOMINIS etymon notióve veriloqua Erini, vel Erinei, satis perspicuè insinuat ob lacteum succum, quo plurimo turgeret, hanc plantam sic nuncupatam fuisse. Est quippe Erinos ficus præcox fugaxque, lacte turgens primo aut exacto iam Vere, florum vice, quo caret semper ficus seu syluestris, seu domestica, ornatu: quam sequutus gentilitatem Plinius, proximè Caprificum subdidit. Et inquit, *Palmo altam cauliculis quinis ferè Ocymi similitudine, florem candidum, semen nigrum, paruum: manare lacte multo & dulci*. Quæ designatio partim ex Dioclis libro Radicario, seu ῥιζοτομικῷ, & Nicandri Theriacariis versibus, partimque de vulgata Dioscoridis litera collecta est. Cui quidem vt nunc aptaremus non inscitè quandam plantam nobis notam, tametsi diu elaborauimus: tamen propter hiulcam codicum lectionem, atque è Galeno notam Erini, in Echinon variationem, lubuit nullam certò asserere: sed dumtaxat vnam aut alteram, nec vulgares & præ cæteris aptiores, in medium adferre exercitatioribus stirpium vestigatoribus. Quædam plantula est in montium depresis decliuibus, & conuallibus vdis vel riguis, quam *Dulce Lupinum Lac*, id est, Süß wolffs milch, Germanicè dicunt: turget enim succo lacteo, minimè aut minimum acri, eóque Tragus Esulam dulcem vocauit: foliis Ocymi longioribus, radicibus geniculatis implexis, & altius depactis.

Altera ESVLÆ *Syl. Tragi, folio similior Ocymi dentato.*

Trag. Epit. 101. SED alterius Esulæ syluestris dictæ, Germanicè Wolffs milch walden, id est, Lac Lupinũ syluestre, folium proprius accedit ad Ocymum ambitu circinato & crenis latioris folii. Cæterùm, vtrius vel vires, vel facies magis quadret legitimo Erino, industrii esto lectoris: cuius etiam hîc Cõmentatoris impudentiusculum commentum liceat deprehendere & ridere. Is namque quam sibi visam & lectam ad riuulos aquatum adeò lacteo succo manantem, vt eo manus inficeret; palàm & audacter asseuerasset, non verbis ausus fuit describere: sed pingendam curauit plausibili in vulgus Pharmacopœorum icone, quinis

quinis nec pluribus erectis de cespite caulibus: Ocymi folio, bino, nõnihil crenato per interualla donata, nullã addita prorsum quæ dubiam vel fidem, vel plantã fulciret historiæ cuius picturæ quum eum puduisset, postremò de vltimis commentariorum interpolationibus curauit expungendam, nullam interea in huius misellæ subreptitiam locum suffecit, ac ne verbulum quidem subdidit, qua id de causa demsisset.

POLYCNEMON, quasi multitibia aut multicruria, an CALAMINTHA *aquatica Belgarum.*

AEQVE nos habuit anxios conquisitio *Polycnemonis*, quasi tu dicas multitibiã mulsuram, aut geniculatam plantam: fruticat enim multis geniculis intercepto *Pulegij* caule, folia origani edẽte, nec vmbellas, sed corymbos, odoratos & acres, Dioscoride autore. Cui succinctæ delineationi, quãtum coniectando licet, vnamquampiam aptare oportet mediæ cuiusdam habitudinis & effigiaturæ inter Origanum, Pulegium, & Clinopodium. Quales aliquot adeò similes habebamus, vt quàm cui antiponeremus, aut veram proderemus, ambigeremus. Ea propter vnã aut alteram exercitandi causa Candidatis proponemus, quæ nulla non nota congruunt: vt est fruticosa quædam non ita magna stirps, exigua radice, caule geniculato, folijs Origani vel *Pulegij*, vnde Pulegium agreste, propter odorem & folia similia, dicitur, flores Corymbi specie cæsij, vel Pulegij, tota in cana. Caulis multiplex, incanus, geniculatus, quadratúsq; Pulegij, & sarmentosus, præsertim locis aridis decerptæ plantæ. Flores verticillos amiciunt, in summóq; visuntur instar corollæ vel Corymbi aggesti ex pluribus flosculis, Pulegij modo. Vniuersa planta suauem spirat odorem: sed quapiam acrimonia nares ferientem. Huius vsi sunt olim Belgæ Pharmacopœi Calamenthi loco: eoq; id nominis adhuc illic retinet. Inter veruacta & sata ripásq; agrorum, pratorum, in Belgio prouenit & in Anglia. Stillicidio & vrinæ difficultati scimus profuisse: Sydeniticam esse haud in dubium vertet, qui illam gustarit.

ALTERA SERPYLLI & CLINOPODII figura, an Polycnemon?

QVANDAM etiam Clinopodij & Serpylli facie plantã videre meminimus superiore anno in Morgani hortis, quam quondam rebamur Polycnemon: surculosis enim ramulis, geniculatisq; Serpylli aut Pulegij crescit, vix sesquipalmo longioribus, serpentibus folijs Origani minoribus, Serpylli odore non ingrato, acri gustu.

Κλινοπόδιον *CLINOPODIVM aut Lectipes.*

MVLTISVRVM siue Polycnemon, consequutione quadã appellationis & viriũ comitantur Clinopodium, siue lectipes, propter lectipedũ, quorũ surculis delineat effigiatu: am notissimam hodie eodem nomine vel Pharmacopœorum vulgo apud Monspelienses & Lugdunenses, in qua ad veri Clinopodij expressionem vix est quod optes. Aridos namq; & glareosos occupat tractus, surculis plusculis, sesquipalmũ longioribus, radicis exiguæ folijs paruis Serpyllum æquantibus, cui & similia vel Calamenthi montani, vel Ocymi minimi, nonnullis leuiusculis in ambitu crenis apparentibus. Cauliculi complures sarmentosi, prædurí, crebribus ab imo summo tenus geniculãtur verticellis & alabastrulis Lamij quaternis, sed multò minoribus, cruscula totidẽ exprimẽtibus, purpureis flosculis Calamẽthæ. Calida planta, calorem non ita magnũ gustanti præbet, sed siccitatem, odorẽ suauem spirat Serpylli quadãtenus. Hanc si propius figurã intueare, quæ melius Clinopodium exprimat, inuenies nullam. Marum quippe, quam Mastiche plebecula Gallorum vocat, Maro quadrat aptius: nęc verticellis aut floribus Marrubij tam concinnè conditis vel digestis, nominis argumentum nempè Lecticæ vel Triclini pedem referat.

Gemina MENTHA Vulgata serpens rotuntifolia, Pulegij flore, verticillata.

Belg. Bruyneheylige, seu fusca sacra.

MINIME dicta Mentha fuit, quia mentem percellat: quum potius spiritus oblectet, gratia odoris, vnde ἡδύοσμος vocatur. Nec de odore, qui non semper suauis est, vt Galenus etiam notauit, aut illius contrario sensu: sed potius quia μίνθῳ esset concolor, aut hirsuta, dicta videtur μίνθα, vel μίνθος, vt legitur apud Theophrastum. Est enim μίνθος lanugo muscidáve pubes humentibus & putrescétibus penè cunctis sub dio apertis obduci solita, qualem cernere est in succis & decoctis herbarum diutulè seruatis & passim in oletis & sterquilinijs: cui hand absimilis tenera illa hirsuties pulla, quæ in Mentha agresti, sed præcipuè in Calamentho visitur, vnde dicitur Calamentha, quasi pulchrior Mentha, muscida & pubens, sunt autem species duæ & totidem altrinsecus obuersæ varietates.

Binæ namq; Menthæ rotundiore sunt folio & fusco purpurante, minus hirsuto, caule quadrato: Sed vni flos secundum totos ramulos Sisymbrij siue menthæ aquaticæ modo, per interualla flores insunt purpurei Pulegij.

Alteri verò omnia planè eadem, nisi quòd folia ex aduerso bina, rugosa, alterno situ decussatim & deinceps insunt hærentia, quadam crucis imitatione, vnde Cruysmunt, siue Crutiata Mentha dicitur: flore etiam diuerso spicato mentastri, procumbit humi vtraq;, & ex agris videtur in hortos translata.

ROMANA Officinarum siue præstantior angustifolia.

Ger. Spitzs muntz, spicata.

ROMANÆ itidem geminæ non nisi leue discrimen: vtriq; enim folia oblóga, angustiora, albidiora, hirsutiora, odoratiora, efficatiora folia, vnde Romanæ nomen & Balsameæ: cui flos spicatus Cruciatę menthæ prorsus.

ROMANA angustifolia, flore coronato, siue Cardiaca Mentha.

Ger. Hertz muntz.

ALTERI flos glomeratim in verticillatis ramulis, purpureis sacrę menthæ similis, odore & vi peramica cordi ac cerebro: Ideoq; Germanicè Hertzkraut, siue Cordi herbã vocarunt. Omnes vulgatę cognitionis, & opis multiplicis: humentia amant, nec semine, sed radice & surculo propagatur.

AQVATICA siue SISYMBRIA *Mentha, rubrofolio, & flore nigra Mentha. Balsamine Officinarum.*

CVM esset hæc cognatior menthæ quàm Sisymbrio, rectius huc à nobis dilata fuit. Est siquidem folijs (sed maioribus) facie & odore menthæ fuscæ, quam idcirco qui norit, minus mirabitur si legat in Sisymbrium abire, vel hoc in illam redire sponte, cultu, aut neglectu. Iuxta & subter aquas leniter labentes passim: radix menthæ nigræ ritu reptat, non alto solo depacta: caules quadrangulos, ramulos numerosos amiciunt glomeruli florum purpureorum Pulegij Regalis, odorem menthæ, sed vehemẽtiorem, non ingratum vibrantes.

MENASTRVM.

Ang. Horse mynte.

VT appellatione defluxum à mentha, sic etiam asperiore & crassiore habitu odoréq; grauiusculo degener videtur Mentastrum, quod vbiuis secus mœnia, vda, & scrobes vrbiũ scatet, maioribus, crassioribus folijs, rugosis, incanis super & subter, hispidioribus, leniter crenatis, Menthæ, cuius consimiles flores spicatos sortitur, caules amblentibus quadratos caducis ramulis, calore & odore ignauo.

Varietas Anglici cinerei & NIVEI.

CVLTIORES horti in Anglia Mentastrum quoddam alunt, vulgatò longè minus & odoratius, cuius folia partim sunt viridi colore, partimque niueo candore, & læuore nitidissimo, cuiusmodi in Hyssopo & Saluia euenire notauimus. Balneis & compositionibus Officinarum, vt Pulueribus Diacalaminthæ & Diacymini, hanc vtpote gratiorem, nec minus efficacem, præstaret indere.

CALAMINTHA *Montana præstantior.*

QVASI elegantiore aspectu odoréq; delicatiore esset quàm *Mētha*, Calaminthe vocata fuit: certè hilariore nitidioreq; habitu esse nullus inficiabitur, qui Vincentinam & Veronensem viderit. Et vtinā cætera omnia perinde paucis & scitè expediisset Diosc. atque Calaminthæ differentias signauit: næ ille multos scrupulos nobis exemisset. Et quāuis tam perspicuè ostenderit, tamen non diu est cùm primùm Officinæ peritiores Calamenthum à Cattaria dignouerunt, & vsurparunt, côniuente adhuc ignara quôrundam *Pharmacariorū* ignauia, qui sciunt quidem istud verius & efficacius quàm Cattaria, sed labori aut nummo parcunt. Neque enim obuium istud montanum, nisi Norbonensis Sequenæ vmbrosis, saxosis cliuibus, & in Romano atque *Patauino* agro, vnde meminimus quosdam medicos Taurinenses doctissimos curasse quottannis magna vi accersendum, cuius aqua stillatitia ad menstrua cienda vterentur, sperato successu: est enim gustu & olfactu suauiter acri. Etiam dū est viride plurimi fit apud Italos: arefacto non aliud ad theriacam illam mysticam præstantius, virgis riget quadratis, nitidis, cubitum altis, & quàm Menthæ gracilioribus: folia edentibus Ocimi, aut Melissophylli, sed minora, speciosiora, hirsutiora: flores item Melissæ, sed purpureos, semine Portulacæ minuto, odore Amaracino, Menthæ suauiore.

CALAMINTHA *altera, foliis maculosis odore graui Pulegii: Diosco. Nepeta.*

APPRIME sedulus hic Dioscori. hanc Pulegio similē facit: vt certè est, foliis quippe regalis Pulegii aliquantò maioribus, albidis, variegatis maculis, minoribus quàm superioris Calaminthę, ex pullo porraceis, odore *Pulegium* testante, (vnde Syluestre pulegium antiqui dixerant) sed vehementiore ingratioreq;, præsertim feruidioribus tractibus, squallidis, cliuosis Italiæ Norbonæ & Galloprouinciæ, vbi nomine Calaminthę, siue Nepetæ Officinis vsurpatur, non secus atque Cattaria alii illic vtuntur: & in reliqua Gallia, Lugdunensi præcipuè, vbi etiam totam æstatem flores purpurantes pallentésque verticillatim virgas cubitales amicientes, fundit. *Perperam Matthio, Icon. 677. Montanum.*

MENTHASTRI FOLIA *aquatica, hirsuta, Calamintha Diosc. est Sisymbrii species quædam recentiorum.*

FACILIS huius dignotio *M*entastrum intuenti: vtraque enim aquosis viret marginibus satorum aut pratorum, huius caulis cubitum & sesquicubitum æquat: foliaque *M*enthastri aut Sisymbrii edit, incana: flores *M*enthæ spicatos purpura obsoleta, odoris grauis Sisymbri, nec gustu minus calfaciente.

CATTARIA, *siue Mentha Catti.*

Germ. Katzen müntz.
Gallis. Herbe au Chat.
Italis. *Gattaria*, seu herba Gatta.
Belg. Catten cruyt.
Ang. *Cattis Mynte.*

E Calamenthæ Melissęque participe tribu est ista præstans viribus herba, antiquis fortè ignorata, quam Cattariam plebecula vocat, peramœni spectaculi argumento: vixdum enim conspectam vbi olfactarit Cattus, amplexatus & dissuauiatus fuerit, lasciuiendóq; illi iam accedendo, iam recedendo sese vtrisque pedibus diu & multū affricuerit, colludēdotādē miris gesticulationibus vniuersam auidè ligurit, sed auidius si ea ex agris in hortos fuerit transinota: tenerior namque tunc est, odoréq; nō perinde vehementi, alioqui agresti similis, quadratis, numerosis, rectis culmis, durioribus, stratis: folia iuxta interualla promentibus bina, incana, Melissæ, aut Marrubii æqualia: flores intra & circū superiorum foliorum exortus ramulos ambientes, & extrema spica caudata decorantes, Menthę aut Mentastri: cuius etiam vdis natalibus gaudet: plurimam nihilominus viarum & cultorum margines dant: Strenua calfaciendi & attenuandi dote, sed eximia prærogatiua ad conceptus facilitandos, prolificumque vterum reddendum.

Non est Nepeta antiquorum.

μελισσόφυλλον, ἢ μελίφυλλον *APIASTRUM*, *Citrago*.

Germa. Mantzenkraut.
Gallis. Melisse.
Belgis. Confilie de greyn.
Ang. *Bawme.*

NON mulò præstantior aut dissimilior Priscorum Melissa, qua non secus atque Catti sua mirè capiuntur Apes, quibus aspergebant Coloni diuini præcepto Maronis,

Tu iussos asperge liquores,
Trita Meliphylla, & Cerinthe ignobile gramen.

Citraginē vocauit posteritas quòd similiter Citrio suauè spiret, & cordi prosit: tametsi nō nullis è locis lecta, quiddā pædoris aut cimicū eius gratiæ odoræ ascitū sit, & idcirco dubitatum sit, vera ne esset, an aliūs speciei nostrâs hæc, quæ nulli regioni in hortis deest, sed in quibusdam Italicis & Pedemontanis hortis meram suam sibi halat gratiam, Basilici aut Citrii, eximitque quamlibet de odore argutationem, quippe de cætero nulli non cognita: folia Menthæ, Ballotæ, aut Cattariæ, rugosa, aspera, sed viridantia: ramulis quadratis Marrubii, edentibus orbiculatim flores albidos, copiosos, in verticillis Ballotæ aut Cardiacæ: teneros tusos turiones excipiunt mulierculæ onis, sacharo, & rosacea, placentulasq; pinsunt parturientibus, puerperis, & enixis, quibus vires impendiò deiectæ fuerint, aut secundinæ non probè eductæ: stillatitiæ ad cardiacas confectiones, multa vsio.

MELISSOPHYLLON Turcicum.



TAMETSI ne nares quidem muccosas latere potest huius eximiæ plantæ odor, qui Melissæ Citreúmve malum adeò imitatur, imò & superat, vt illicò cui sit asscribenda classi moneat, & penè præ nimia fragrantia fastidium faciat, illo exuberanti halitu permixto, qui à Cimicū fœtore haud longè abesse subolet nonnullis: tamen merita est imprimis vel accuratissimam delineationē, propter visendam venustatem, & vires non contemnendas. In viretis duntaxat fruticat, radice non magna, caule quadrato, sesqnicubitali, aut maiori, foliis Chamædris vel Scordii, serratis, in acutū desinētibus per interualla ab imo summoq; tenus, multarum alarum ramulis ambientibus verticullis septenis octenísve ex spinosis caliculis, radiatis, congestis, in quibus flores purpurei, cæsii, Teucrii aut Trissaginis. Semen Augusto aut Septembri nigrum oblongum, Psylii, apicello donatum albo, quā sursum tendit.

CARDIACA.

Ger. Hertſzgeſpert, vnd Hertsgeſpan.
Bel. Hertgheſpan.
Ang. *Motherworte.*
Gall. Agripaume.

AD hanc claſſem ſpectat genus illud Marrubij, cui recentiores Cardiacę nomen dedêri eximiæ dotis & cordis affectibus amicæ merito. Radix eſt multifida, in terram flexibus ſparſa, quadratis caulibus fruticãs. Marrubij folijs herbaceis, crebrioribus, longioribus, & altioribus multò fiſſuris, quàm Acutæ ſpinæ vulgaris. Flores item purpurei verticillis caulem ambiunt, odoréq; quadantenus Marrubium præferunt. Vires Meliſſophylli, ſuppares.

CARDIACA MELICA ſiue Moluca Syriaca.

DVAS etiamnum Meliſſophylli congeneres & inter ſe perſimiles (tametſi peregrinas & minus cognitas) virium commendatione & odoris coniectura hæc ætas Cardiacas vocauit, nomine etiam quadantenus eôdem alludente, nam Melicam & Molucam appellãt, non ab Oceani trans Tropicum noſtrum inſulis Molucci: ſed nomine cum planta miſſo è Syria Venetias Martinelli Sequini opera, anno ferè decimo exacto. Harum maior (quam Antuerpiam primùm doctis amicis dono miſimus, deinde Narbonæ & Londini ſeuimus) duos tresúe cubitos alta, multas fundit propagines è radice lignoſa, fibroſa, multifida, albicante: caules item rotundi, craſsiores, culmoſi, intúſq; caui, nonnullis obſcuris ſtriarum ſecundum longitudinem veſtigijs, & æquis ſpacijs ſemigeniculatis porriguntur, vtrinq; ex aduerſo bini, exiles, ſed prolixiores pedicello, totidémq; folia fulciẽtes, circinata vt Meliſſæ, diuiſuris minus quàm Cardiacæ noſtratis, profundis: Proximè pediculorum exortum geniculos amplexæ ſubſunt ſpinulæ prętenues, quas operiunt patulæ ſenæ octonæve campanulæ, multiangulæ, tenues, membranoſæ, albidæ, & rigidiuſculæ, adultæ: Summa ora lunatæ & ſpinulis horrentes, quarum è medijs centris purpuraſcens albidúſve flos, Lamij, aut Cardiacæ noſtratis non abſimilis exit, ſuccedente ſemine anguloſo, Pyramidis effigie, cunei baſim apicémq; conſtituentibus, albidis, alterius Cardiacæ. Gratiorem hęc quàm Meliſſa odorem ſpirare videtur his quos minimè iuuat, ille impendiò fragrantior, & quaſi ſitum putorémq; cimicum redolens, Apiaſtri odor. Hęcnáq; Citrij prodit, ſed mitiorem.

MELICA vel MOLVCA aſperior Syriaca.



Ramulus MOLVCÆ ſiue Cardiaca minus aſpera Syriaca.

MOLVCA ASPERIOR.

HVIVS varietatem ſæpius aluimus in amicorum hortis Monſpellij, quam nunc aſperam Melicam aut Molucã dictitant: vtpote aſperiuſculis caliculis tantùm diuerſã, anguſtioribus infũdibulis, ſed aculeis infeſtioribus, rigidioribus, longioribus ſeptenis vel octonis, caule quadrato & leuiter caniculato. Sed par cuneiformæ triquetrũ vtriq; ſemẽ, infundibulis fuſcis, nõ ita albis, a-

antiqui,ſed etiam docti barbari poſteriores experti ſunt,& literis mandarunt, qui Vrticæq; mortuæ & fœtentis nomen indiderunt,qua nota facilè dignoſcitur à congenere Lamio & perquàm ſimili.

LAMIVM ſiue Archangelica, albo flore.

Ger. Todtneſſel. Bel. Dood netell. Gal. Ortie morte. Ang. Dead netel.

VRticeo etiam generi primo intuitu hanc aſſignat vulgus: eſt quippe folijs ſimillimis Vrticæ,& caulibus quadratis. Galiopſy ſimillima,multò tamen procerior tota. Floribus oblongioribus,maioribus,fabæ aut matriſiluæ: quæ per interualla foliorũ verticillatim quaſi anſæ inflexæ,& laruatam cuculo adumbrantes Lamiam tribadem,(vnde Lamium fortè dicta)caules amplexãtur,minus graue olentes,albidi vel pallẽtes: Admodum etiam nota hæc: tametſi lubentius ſenticetis & ſepibus,quàm domuum ruderibus vicina accolit.

LAMIVM Luteum.

NEc hæc in ſyluoſis & opacis videtur ſpecie variare,niſi proceriore caule, numeroſiore,hirſutiore: folio,flore pereleganti,luteo,& alioqui nõ diſſimili,nec alijs viribus,ſed multò efficatioribus ad vulnera, vlcera,& tumores, vnde Sideritis putata, & noſtris auis Archangelica vocata.

Ἀκαλήφη ſiue vrtica Communis,ſiue maior & fœmina, flore muſcoſo, Milij ſemine.

Ger. Neſſel. Bel. Netel. Gal. Ortie. Ang. Nettel.

MORDACI,pruriginoſa,vridáq; lanugine Vrticæ inuiſæ & noxiæ,notiores vbiuis gẽtium quàm vt deſcriptionis egeant,eóq; duntaxat diſtinximus à flore,ſemine magnitudine & vi,ſpecies,quas vno dũtaxat nomine ἀκαλήφην & κνίδην,Græci vocarunt, quaſi non tangendas,quia ſæuum punctoriæ vſtionis dolorem inurerent,cuiuſmodi fermè veſparum aut apum aculei: tametſi miranda magis iniuria, cùm perquàm exilis,mollicella, nec penetrare potis iſthæc videatur lanugo.

Maximo importunóq; prouentu cuncta ſcatet Europa communi ſiue maiori quàm ceteræ,latioribus folijs, nigrioribus,& interdum purpurantibus,minus altè ſerratis,procerioribus: caule & ramis,ſemine in racemaceis filamentis Milio minore ſubruffo, cuius in Officinis Borealium,Penuria Romana vulgò dictæ,plurimus vſus.

VRTICA ſylueſtris ſiue Romana Officinarum,ſemine Lini.

TAMETSI hæc non niſi calidioribus regionibus, vt Hiſpaniæ, Norbonæ, Italiæ, & Romaniæ frequentior & vulgatiori tamen Romana non eſt dicta ob natales,ſed propter ſeminis maioris maiorem efficaciam, quod menſe Auguſto & Iulio maturum piloſis villoſisve pillulis,Echinum referentibus,è pedicellis,in caule flexuoſo,folijs donato, altiùs quàm cęteræ Vrticæ fimbriatis colligitur,ad gluten pituitoſũ incidendũ,extergẽdum,quum opinionem aſthmatis & orthorpneæ veræ facit, vtiliſsimum: non tantùm enim pręparat viſcidum farctũ,ſed etiam delectu educit clementius,Chartami ſeminis ritu & Doſi: Rondelletio in magna commendatione.


VRTICA minor ſiue Canin Plinij acrior.

VVLGATISSIMA minima in hortis & ſatis vbiq; gentium hæc,admodũ mordax,ſimilis planè maiori communi,ſed minoribus folijs & caule breuiori,tametſi magis vrida vi: Omnium vtilitas hodie corticis librię; Vrticarum aqua diu macerati in India Orientali apud Callecutios & Goas multa, ad lineos pannos delicatiores, quos illinc adferunt in Occidentem & Septentrionem,quidem commodo inſtitores precio, eleganti tenuiſsimaque textura,ſed non magnæ durationis.

SIDERITIS, ſiue ferruminatrix.

VOCABVLO QVOD FERRO SAVCIATIS PARTIBVS opem promitteret,nobilitarunt primi mortales complures plantas, Sideritéſq; vocarunt potius virium conſimiles effectiones ſequuti, quàm vultuum affinitates generi-

căsve differentias,sic σιδηρῖτις terra,ars,& lapis Magnes,dicta,quia ferro vel aduersarentur,aut vteretur,vel consentirent.Sic plebs Gallica Carpentariā siue fabrorum vocat, qui bus sæpè vulneratis remedio est:nec alia notione Stratiotides siue Militares,vocatæ fuerāt. Sed cùm huic sęculo diuersi admodum generis,nec minus excellētes,& multò plures innotuerint,quàm quæ huc vel possint vel debeant cōgeri:nostrā cœptam viam insistentes, quālibet hac dote & nomine claram,suæ addemus classi:alioqui Helxine à Diosc.Sideritis dicta, & sexcētæ aliæ tum Sideritides tum Stratiotæ possent huc aceruari.Hanc itaq; Sideritidem Heracliam, siue ferruminatricem Herculeam,Docti Barbari illam multo experimento compertam & vocatā Tetrahil,siue Iudaicam, esse sanxerunt: non modo propter vires efficacissimas & planè Herculeas,sed etiam quia quàm proximè delineationem Dioscoridis,si quę alia, repræsentat. Strigosa enim vel sabulosa, arida perpetuò amat, inq; Autumnum perdurat: Iulio & Iunio floribus purpurantibus,passim in Maritimis & montosis Italiæ Insubræ,& ad Apenninos mōtes, Venetijs ad Lio, inq; Gallijs Norbonēsi & Lugdunēsi reptat.Virgultis pedalibus iam



surrectis,iam depressis,quadratis, duriusculis,ternis aut quaternis,verticellis crebribus per interualla donatis,firmis,asperis,pungentibus, planè Marrubij Cretici similitudine, etiámq; floribus albicantibus ex diluta purpura.Iuxta quos & subter folia sunt longiora,angustiora Marrubij itidem Cretici,incana,&,vt totus caulis,scābra & crispa,ambitu laciniato vt Chamædris, aliquādo laciniosa diuisura obscurius apparet in quibusdā folijs, quę puto causa fuit vt Dioscorides iam quernæ frōdi, iam Saluiæ & Marrubio cōtulerit.Radix lignosa Marrubij,minus fibrosa: iamdiu valdè magno emolumento cognita practicis quibusdam Iudęis & Maranis cursori bus,qui hac enterocellas & alba menstrua curant . Vehementer exsiccat nonnihil odora,astrictione insigni,nec ingrato sapore,ad vulnera nata,& prorsum tanto Herois nomine digna. Quò magis dolet peritis & candidis plantarum arbitris, Commentatorem nostrum eò securitatis ignauæ progressum,vt cum quænam esset vel Italicis Iudęis Iudaica herba,se nescire quereretur,quā scitè,vt semper omnia,Ruellius,& ex eo Fuschius expressisset,tamē in vtrumq; de re herbaria optimè meritum inscitiæ calumniam impegerit:& sensim studio planè deprauato plausum è triuio captarit. Huicq; herbę de sua classe pulsę,sibi missas,vt semper iactat,nec tamen nisi mutilè descriptas,alias suffecerit,scilicet Marrubium aquaticum vulgi.Cuius natalitia,folia maiora,latiora:caules cubitales, nec asperi,multáq; alia refragantur:quin potius Verbenę aut Marrubii speciem insinuat. Sed cum illum huius prioris fortè pœnituisset,ei alteram multò adhuc confusiore facie, quasi subsidiariā dat,herbarijs Canabim fœminā vocatā:quam inter Vrticas,Lamium & Galyopsim referimus:folijs namq; facie & verticillis Lamij,floribúsq; purpureis,nec nisi ad riuulorum margines fruticat: neutra ad vulnera explorata vtilitatis.Alteras duas figuras equidem parum notas,cur idem autor pingendas curarit, & prorsum tacitas prætermiserit, non iam quærendum:potius ferendum sui malæ consciæ ostentationis studium ducimus. Nos alias à viris multæ exercitationis non parum approbatas hîc damus,quò expendantur,& non vt asserantur describimus:nec vllius assensum aucupamur.

Marrubium aquaticum vulgi.

Syderitis 2. Mathioli.

SIDERITIS *Monspelliaca Scordioides, siue Scordij folio.*

PORRO pręter hanc Iudaicam, Monspelliensium schola aliam speciem Syderitidis nouit,palmum & sesquipalmum altā,viticulis angulosis,rectis,pluribus,aridis, lignosis,

coma

coma & verticillis Hyssopi, foliis & facie & colore Scordei Dioscoridei, sed minoribus, magísque rugosis, rigidis, crispis, pilosisque, quàm Tetrahit Iudaicum, nec minus laciniosis, sed hirsutioribus: flosculi Satureiæ vulgaris dictæ (quę tymbra est) ad foliorũ articulos & verticillos, amaricante exsiccantéque gustu, nonnihil aromatici suauísque halant, quod Chamædryn aut Betoniam referat. Ad ripas deuexas Patibuli Monspeliaci, squalidósque margines & colles prope vrbem, & nouum Castrum & alibi Norbonæ multã meminimus.



MONTANA.



INDVSTRIVS ille & gnarus materiæ Medicæ cunctæ Valerandus *Dourez*, ex Sabaudię Alpinis hanc sibi lectam, vnà nobiscum vnam Syderitidum opinabatur: & quidem sic satis bellè quadraret Heracleæ Syderitidi, ni fossã angustiora multò essent, vìque efficatiore carerent: est quippe cæteroquin verticillatis circis asperiusculis, pallidis Marrubii aut Tetrahit, pluribus verticulis, tenuibus, lignosis, nec quadratis, binum palmorum: radice flexuosa, prolixa, lignosa, pulla, amaricante gustu, præsicca, nec ingrata: vsu nullo explorata.

Cannabis { *Mas.* / *Fœmina infœcunda.* }

Cannabis erratica paludosa, siue sylu.
Aquaticum Canabinum Mas, Eupatorium dictum Auicenna.
Canabinum Eupatorium aquaticum dictum Fœminam Septentrionalium.
Crista Galli herbariorum, num ἀλεκτορόλοφος *Plin? an num potius*
ALLIARIA *Recentiorum, & Pes Asini Pandectarij?*
Stachys, spicatis circinatóque ambitu cinctis floribus purpureis & luteis.
Stachys Spuria folio Echij, aut Calthę, Belgarum.
Herba Venti Rondeletij & Monspeliensium, pannosis, flaccidis sub Hyemem folijs, an Othonna Diosco?
De flore Africano, siue Othonna Italorum inferius.
Betonica.
Betonica aquatica Septentrionalium, an Climenon Dioscor?
Climenon Italorum, siue Ciciliana cum Periclimeno.
Scrophularia.
Serratula.
Herba sacra recta, altior est Verbena nostras: sed Peristerion, siue Columbaria dodrantalis, in aquaticis est longè alia, qualem Ægineta memorat: sitne Scabiosa minima?

Scabiosa vulgaris { *Maior satorum, sitne ψώρα Ætij?* / *Media serrato angusti folio, flore Globulariæ.*

Scabiosa montana { *Alpina maxima.* / *Maior calidarum regionum & eius varietas.* / *Omnium minima.* }

Iacea nigra, vulgatior Practicantium.

Iacea maior folio multum laciniose, Dentis Leonis.

Iacea lutea.

Iacea nigra serpens { *Maior.* / *Minor acaulis ferme.*

Cyanus { *Maior.* / *Minor.*

Sesamoides altera.

Chrysanthemum.

Caltha, siue Calendula.

Tragopogum, & eius varietates.

Scorsonera & varietates.

CANNABIS.

GRÆCIS κάνναβα fonticuli sunt sparsæve scaturigines, quò loci cùm lubens Cannabis spontè & sata luxuriet, videtur id nominis indepta: gliscit namque seges Cannabina rectis culmis, quadratis, striatis, horridísq;, serratis, nigricantibus foliis, Vrticã, aut Sideritidẽ quadantenus exprimẽtibus, sed septenis aut nouenis è singulo pediculo diuisuris Lupini aut Ricini, multò notior quauis designatione: non disparis vsus, sed in immensum vtilior quàm Vrticæ Molucæ. Cunctis enim populis penuriã Lanæ, Lini, Xyliq; resarcit, ad vestium stragula, velorum, *Papyrum*, quamlibet denique supellectilem. In marem & fœminam seminis duntaxat fœcundo prouentu distinguunt: Nam ex eodem solo pingui, vdo, aut riguo enatæ, quæ molliore culmo, delicariore cortice, aptioreq; ad nendũ & textrinas, fœminã faciunt: cuius florũ seminísq; spes in situ muscosum & puluerulentum, quasi filicis, perit. Quæ verò robustior, horridior, fruticosior, rudentibus & capistris torquẽdis nata, Mas habetur mulierculis, adagio iocantibus fœminã potiorem mari. Huius autem semen est non parũ ad multa proficuũ: ex eodem Oleum pressum tumoribus & scirris opitulatur, lucernis alit lychnia & lucem. Lac etiam vel pultes eiusdem macerati, aut iusculis decocti, fluxiones sistit diuturnas, dolores repentinósque flatuum vortices, & humorum fluctuationem compescit: somnum conciliat. Vsus tamen nimius molesto sopore perfundit. Tritũ capiti, vel pedibus imis admotum, haud abs re Icteri humores, vaporesq; tenues à cẽtro auertere & euocare putatur. Radices podagricis tophis proficuæ. Odorẽ grauẽ & nõnihil virosum eructat, & vel capitis in eo decubitu temulentos facit. Succus verò foliorũ certa pernicies insectis interraneis, & vulnerum putridorũ alumnis: non qua facultate idẽ foliorum Persicæ, aut Iuglandium putaminis succamẽtum efficit: sed vapido tetróque situ, odore, & exsiccandi vi, qua alimentum præripit illis & populatur, excrementis dissipatis: multum alimoniæ suggerit Gallinis, Cortalibúsque; sed hyeme fœcũdiores, postea steriles & quasi pinguedinis mole obrutas reddit. Auiculis etiã cibus est, ac tantũ saginę adfert, vt aut enẽcet, aut cantillandi adimat alacritatem & facultatem, vt Carduellis, Linottis. Lacunis aut scrobibus aquę plenis merguntur vtriusque sexus fasces & manipuli, vbi macerantur eluunturque multum & diu: deinde siccantur Sole, vt tundantur, ac demùm cortices staminei tundendo velluntur, vt Lino fit ad filum & telas. Sed lacustris aqua, cui inrabuerit, tantoperè viru nocet, vt epota pręsentissimo sit sitientibus exitio; nullis enim antidotis quantumuis tẽpestiuè datis occurri potuit fato *M*arquisii Arboii fratris Guisiorũ, eiúsq; vxori & quãplurimis generosis, qui superioribus annis prope Olbiam in *P*rouincia æstates feruidas cùm transmitterent,

rent, imprudenter ſontanam lympidam, ſed occultis mæandris & ſubterraneis cuniculis indidem in ſontem illapſam hauſiſſent.

CANABIS erratica, paludoſa Syl.

ALIA non eſt hæc à Satiua, vt etiam de Dioſcoride diſcitur, niſi quia illius proceritate vincitur. Hæc tamen craſsiorem caulem Briſmaluæ parem indicij aſſequitur: vmbroſis lacunarum marginibus Cicutæ ſociatur, itemq; cænoſis, fœtidis, ſecus villas & mœnia. Flaccidiora folia, ſed hirſutiora aliquantùm & Sideritidis fimbriatis oris: floribus purpurillis & albicantibus. Radix compertiſsimi commodi ad tophos, & ſpretas remedia durities.

AQVATICA Canabina, Eupatorium dicta, Mas.

PASSIM iiſdem natalibus & Canabina facie oriuntur duæ plantæ ſimiliter diſcretæ ſexu, quas propter amicas hepati vires, fortè & ob folia, Eupatorium vocarunt, marem & fœminam. Ille rotundo ſubpurpureo caule, intus medulla alba referto exit, duos tresúe cubitos æquante, aliquantum hirſuto: vti & folia crenis fimbriata, nigricantia, aſpera, Canabinis ortu & ſitu adeò accedentia, vt permulti Pharmacopœi, Belgæ præſertim, Eupatorium Auicēnæ folijs Canabinis proditum, vocitent. Glomeroſos villoſoſq; in ſummo fert flores, ex diluta purpura albicantes, inq; auras papposi abeuntes. Radice ſparſa latè fibris. Amaricantis guſtus, odoris nō minus ſuauis quàm Betonica vel Agrimonia, cui viribus æquiparant Medici & Pharmacopœi illic: ac quoties pręſcripto vtrumq; eodem pręcipiunt Dioſco: ideum & iſtud intellectum iri volūt. Nec ſpretui habebit is qui nouerit nonnullos ad affectus iſtius decocta non modò nō cedere Agrimoniæ, ſed etiam excellere: impacta hepati ac ſpleni reſerando non multa calfactione: etiamq; ſanguinem temperando & cunctis partibus concoctioni dicatis tonum, roburq; conciliādo. Obeſæ nimis naris aut Rinocerotides erant, qui fœtere dictitabant. Quippe ſuauiter ſpirat manifeſtò omnium fermè regionum ad aquas alumna.

FOEMINA Canabina Septentrionalium, ſtellato & odoro flore



NON item tot regionibus frequens, ſed Borealibus magis, & ipſis in vdis aut medijs riuulis cūctantius fluentibus viuit hæc, viuida radice, multis prolixioribus & gracilibus aquaticarum modo fibris, caules promentibus cubitales & ſeſquicubitales, ſubpurpureos, rotundos, ramulis multis, diſtributos ex interuallis, & è regione ſibi Canabina folia magis tamē ſerrata latiora non perinde hirſuta. In extremis foliola vngules roſe os imitata, ſtellata, luteos vmbilicos atris pūctis maculatós aſteris attici ambiētia, odorē Gūmi Elemni aut Reſinæ, aut Cedrini ligni quod adoletur, edunt. Semen Pyrethri longum, compreſſū, & hirſutie veſtibus hærens. Minoris hæc notitiæ, eóq; minoris vſus: vulneribus introſumpta præſertim plurimùm confert. Et eadem quæ ſuperior potis eſt. In Anglia vbiq; vdorum, pręſertim Londini & Auxonę.

CRISTA Galli Herbariorum num ἀλεκτορόλοφος *Plinij: an nūm potius* ALLIARIA *Recentiorum? Galli centrum inferius adducitur.*

Propter

PRopter folia quæ cristæ Gallinacei æquiparantur ἀλεκτόρολοφον & Cristam Romani etiam Plinij ætate dicebant, vnde nostri fortè istam pratensem luteorum florum paruorum & foliorum denso amictu fastigiatam in Cristæ modum multiplæ & densæ ferocioris Gallinacei coniectarunt, aut retinuerunt, folijs vtiq; magis suadentibus, quæ ex aduerso bina ambitu diuisuræ prorsum cristatæ sunt, sensimq; à medio latiore in angustius desinunt cristæ ritu. Caulis tenuis, pedalis, sesquipedalis, rectus è radice exili, pratorum præcipuè amantis. Semen in vtriculis foliaceis vel siliquosis, teneriusculis, Pseudomelanthij, fuscum, compressum, rotundum: nullo dum tamen experimento oculis prodesse, aut in eos indi compertum habemus: Vulgus etenim non istud, sed Scarleæ læuius & lubricius solet genas inter & tunicam inserere semẽ, & huc illucq; oculũ versãdo, ducere, nullo molestiæ sensu. Hanc etiam Centrum Galli dicunt, quibus ad duellum sit incitamentum, & si flores non parum ad cristæ nomenclaturam alludant. Nulli non pratorum & agrorum marginibus multa, gustu subastringente.

ALLIARIA, Pes Asini Pandectarij, an Alectorolophos Plin?

PErinde vulgaris hæc, itidem Dioscoridi prætterita putatur, quòd neminem odor illius tędiosus Allij latere queat: delineatio autem nõ pessimè quadrat Plinij Alectorolopho: quippe folia per initia circinata Hęderæ terrestris lõgiora, altiúsq; serrata euadũt, fimbriatis, acutis in ambitum denticulis, tota planta Vrticam referente, præterquàm siliquis, Napi semine plenis, nigricante, vt vult Plinius. Flores multi, albidi Irionis: alba radix, multos caules bicubitales fundens. Tota gustu calidiusculo, humente melioreq; odore & gratiore quàm Allij: Quò fit vt mulierculæ, præsertim Angliæ, folia succulenta, tusa, salsamentis & intinctibus frequenter misceant, multumq; ad incolumitatem annuam tuendam primo Vere comedent. Quare si quis vires consulat, hanc certiorem dicet quàm superiorem, cuius vires multum absũt ab Alliaria. Hæc autẽ Erisimum aut Erucam facultate refert: quare tussientibus magis proderit, vt placet Plinio.

Pedicularis Alectorolophos. Cæterùm Septentrionalium strigosa macilentáq; prata montosa Norbonensium palmarem pusillam quandã habent, floribus Alectorolophi superioris, plurimùm rubris, interdum albis: nos inter Filipẽdulas dicemus, quorum folia & facies imitatur: Sed facultatibus virosis, pratis infesta, & pediculis hostis, quare quidam Pedicularem vocant.

STACHYS, spicatis circinatoq; ambitu cinctis floribus purpuris & luteis.

DE culmorum florumq; verticillatis spicatis extremis dictam fuisse στάχυν siue Spicam certũ est: vnde coniectura non perinde vera vt solerti perdoctus & modestus Anguillara Spicam Lauendulam opinatus fuit: Senensi autem hîc moderatio defuit, qui spernendo meliora tum iudicia, tum plantas, suam intrudit Stachyn, Marrubio quidem non ita dissimilem, sed neutiquam spicatam, nec adeò congruam, vt est ea quam Germani feld Andorn vocant, id est, Syluestre Marrubium. Eius siquidem est persimilis, prociore caule quadrato, crassiore, candidiore, & hirsutiore: tumq; folijs longioribus, nonnihil ad effigiem & incisuram Betonicæ vel Ballotæ accedentibus, plusculis alarum ramulis quadratis, quos flores purpurei partim verticillato ambitu, Marrubij aut Lamij ritu, distinguũt, partim superiora spicant Hyssopi vulgaris aut Betonicæ modo, quam Dioscorides spicatam summis caulibus Satureiæ similitudine dicit: Hæc passim sponte in Norbonæ asperis, non procul Perauis & Magalona occurrit: interdum purpureis, aliàs luteis floribus: odoratior, gratior multò illa quam Senensis priorem & Germanam ratus fuit.

Altera folio Echij, aut Caltha, apud Flandros STACHYS spuria.

Minus

MINVS verò Stachys appellationem tuetur, nedum vt vera ſit ea, quam multi Belgarum horti aluut, vocantque Stachyn. Foliis ſiquidem eſt proximis Myoſotidi, piloſis, vel Echii, non Marrubii, neutiquam candidioribus, ſed viridioribus: ac potius flaccidis, quàm craſsioribus, aut rigidioribus, nuſpiam ſerrato ambitu: quam potius quiſpiam alterum Echium luteum meritò putet: minus enim odora eſt, ſuccóque aqueo prægnat.

ὀθόννη HERBA VENTI *Rondelletij & Monſpellienſium, pannoſis, flaccidis ſub hyemem folijs, an* OTHONNA?

QVASI Lintéariam, pannoſámve quis dicat, propter folia eroſa, multiſora, & ſqualida, ὀθόννη nomẽ fuit, eapropter herbæ cuipiã aptius cõgruit, quàm ſucco illius, vel lapidi Thebaio: ſed quæ de hac nutantibus ſententiis produnt Dioſc. ac Plinius, legenti plus quo torqueât, quàm vnde animum expleant, ſuggeruñt. Nec enim ſuccum, aut plantam ſibi viſam, ſed potius quas de incerta vel lectione, vel auditione opinationes hauſiſſent, ſcriptas reliquerunt, ex quibus ignotis notis, ne ſiquidem præ oculis foret ipſa planta, eam valeat certò quiſquam aſſequi. Quare ſi illi ſummi veſtigatores nihil certius voluerunt, aut potuerunt decidere, in re tam controuerſa, ne nobis quidem id tentandum. Coniectura tamen indulgendum doctiorum, ne illi noſtra cauſa fruſtra operam poſuiſſe videantur. *M*aximæ exercitationis præceptor eruditiſsimus Rondelletius conferre non ſemel ſolebat cum Othonna hac, quandam *M*onſpellienſi Academię admodũ notam, & vulgo illic *P*harmacopœorũ Venti herbam vocatam. Etenim ſolibus ęſtiuis, imbribus & flatu iam marceſcentia folia crebrò pertuſa, & multiſora, quaſi vento peruia, viſuntur, Verbaſci ſimilia, Saluiæ, aut Menthæ maiora, parum quid ſerrata, caules ramulis diuiſos quadratis, cubitales ambientia: quibus indiciis melius hanc, quàm viroſum illum Africanum florem, literæ Dioſcoridis reſpondere putabat: Apud quem legebat & reſtituebat φύλλα ἡδυόσμῳ ἐμφερῆ, πολύτρητα, ψαφαρὰ folia *M*enthæ, non ἐυζώμῳ ſeu Erucæ ſimilia, multiſora, ſqualentia. Sed quia huius flores purpurei ſunt, & Lamii modo, verticillato ambitu ramos ſtipant, hîc illi aqua hærebat: reliquumque deſcriptionis potius deprauatum conquerebatur: Nec de flore Indico, ſententiæ aſſentiebatur, vt nos infra oſtendemus.

De Ocello Africano, ſiue Othonna Italorũ, infernus.

κέστρον BETHONICA.

Germa. Brann Betonie.
Belgis. Betonie.
Angl. Betony.

MVLTA ſalubritatis tuendæ & reſtituendæ olim merita præconia apud Latinos Betonica, κέστρον Græcè dicta fuit, à floris emicante ſpicata, mucronata acutie Ceſtrũ aut vericulum, vt loquitur *P*linius, ſeu viriculũ præferente: indidemq́; fortè σαξίφραγον rũpipetra dicta: ψυχρότροφον verò ſeu ſoli frigidi alũna: quia opacis & vmbroſis proueniret, cunctis gentibus notiſsima. Caulẽ quadrangulũ, rectũ, pedalẽ & cubitalem erigẽs: folia ex interuallis Chamædrios, vel Teucrii, crenata, thyrſos florum in ſummo ſpicatos brunellæ, vel Biſtortæ, purpureos elegantes. Radix albicat multis ſparſa implexis fibris, & vno ſupernè nexu aptis, Ellebori nigri modo. Cuius ſanè facultates longè diſpares à foliorum & florum viribus comperiuntur: ſunt enim hæ multum ſtomacho orique ingratæ & nauſeam, rugitus, vomitumque cient: folia contrà odora, aromatica & grato ſapore nonnihil roborante, cibo & medicamento naturæ amica. Vt maior diſparitas, quàm Aſaro videatur illi contingere, cuius radices quidem turbas cient, vomitum & ſeceſſum: folia tameſi ſint gratiora & aromatica, non tamen excitos tumultus pa-

eant, vti Betonica. Itaque verisimile antiquos suum Cestrite quasi Betoniceum dicas vinum floribus & foliis, non item radicibus inditis parasse, eoque sic faciendum hodie illis qui caseos longè saluberrimos & sapidissimos hîc in Anglia & alibi parant, autores sumus, non modò enim renibus innoxii sunt tunc futuri, sed etiam profuturi. Quædam enim naturæ maximè eorum esu iuuantur, & muccum pituitosum in lotio mingendo euerrunt. Est enim diuretica & Litontriba, vti Galenus libro nono de sanitate tuenda innuit, qui inibi σαξίφραγον, aut Saxifragam nuncupat. Sic Platearius Cestrum Meum dixit, ob consimiles vires diureticas. Betonicas aut Vetonicas, tum Æginetæ, tū recētiorū, Tunices, seu Garyophylleos vocatos, quia multò diuersæ sunt classis, suis quamque familiis reddemus. Gens enim Vetonum diuersis plantis, vt res & occasio ferebat, nomen suum accommodarunt, vt de Plinio & proximo capite liquet.

κλύμενον. BETONICA AQVATICA Septentrionalium, an CLYMENVM.

Angli. Water Betony.

QVAMVIS inclyto Regi Clymeno illam cognominem decreuerint, Cicilianam seu totam Sanam Gallis vocatam, de qua fusius alibi diximus, tamen & hanc Clymenon putatam, experimentis celeberrimâ Vigoni Chyrurgi, tum opinione percelebrem, decuit huc adduci. Eam enim descriptam is autor impensè collaudat, ac eius natales propè Genuā, cuius ciuis fuit, ad fontem *Labreuadore*, siue equorum aquatorium dictum, indicat. Amat quippe non secus atque Betonica vmbrosa, frigida, sed magis humentes elices & crepidines fossarū, qui hac scatent, in Northmannia & Angliæ præsertim. Idcirco *Water Betony*, seu Betonicā aquaticā vocant Angli. Edit quadratū, fuscum caulem, bicubitalē, geniculatum, canum, & rectum, crassum Betonicæ: folia ex viridi nigricant, ambitu, figura & crenis Betonicæ, aut Scrophulariæ, sed maiora: alæ nonnullæ in summo sunt, floribus nigricantibus purpureis pusillas cassides imitatis; vnde semina pusilla in lagenulis Blattariæ, aut Digitalis purpureæ. Fusca radix, multū fibrosa. Clymenon etiānum hodie propter insignes vires putant, miscentq; vulnerariis & vlceribus prauo humore imbutis, deterrimique humoris & dolore sauciis. Vulgus Chyrurgorū sua mundificatiua, quæ ruptica vel abstersoria dicuntur, ex eadem parat. Cruribûsque cutè erosis admouent folia.

SCROPHVLARIA MAIOR Millemorbia, Ficaria, Ferraria siue Castrangula.

Germa. Braunwurtz.
Belgis. Speenkruyt.
Gallis. Grande Scrofulaire.

NON potest non nosse Scrophulariam à radice factoque vocatam, qui proximè dictam Betonicā nouerit, non enim ouo ouum similius: sed radix tuberculis aspera & capitulis papillosis donata Fabariæ, aut Alabastritidis corraliuæ dictæ: alba, solida, strumosa, incondita, subtus porrecta cespite, obstat quò minus interdum etiam exercitatiores inter legēdum vtramuis pro altera euulsam accipiamus. Huic tamen folia longiuscula natales syluæ & nemora vda, vmbrosa, montosa. Calidior etiam hæc vtrauis Betonica & vlceribus strumosis, cauernosis, cadauerosis, carcinomatis, atque depascentibus sideratis oportunior. Tuberculis insuper ab humore frigido glaciatis, aut schirris carcinomata minantibus, discutiendo & emolliendo opitulatur.

SERRATVLA.

PERINDE lubens,ſed frequentior in nemoroſis & decliuibus Pedemontis aut Septētrionaliū Northmaniæ & Angliæ exit hæc,antiquis item prętermiſſa,ac de folijs minutim venuſta fimbriola ſerratis dicta Serratula. Sed ea ſunt partim Bethonicæ virore, læuore,& crenis:partim non ſerrata,ſed laciniata,vt in Scabioſa viſitur. Flores autem purpurei,è ſquammoſis capitulis Iaceæ,guſtu fermè Bethonicę,aut Virgę aureæ,à qua per initia erumpens non facilè diſcernitur,& promiſcuè proueniunt in ijſdem ſyluoſis, ijſdemq́; facultatibus ad vulnera & enterocelas commendantur.

Communis VERBENA *ſiue* SACRA *procerior recta.*

AVGVSTA vôce ἱερὰν quaſi ſacroſanctam & luſtralē hērbā hanc nuncuparunt:ritibus quippe pacis & belli verrēdiſq́; Iouis aris, Veruenis vtebantur, vnde ſatius nomen, quàm ab herbenis ducere. huic enim ſuam etiamnum ſeruat nomenclaturam,prolatione paulū mutata,plebecula Itala,Galla & Angla,Veruenā dictitans,antiquūq́; obtinēs,delira quadā perſuaſione. Quippe ad Veneris illicia,ad diras & clades impendentes auerrūcandas non parū pollere hodie quidam amētes amātes,& fanaticæ Lamiæ Mulomedicæ profitētur:quas impietates iādiu ipſi audiuimus & riſimus. Nec vel hanc ſupinā aut aliam rectā dictam,arbitramur præſtantiores eſſe primis,ſecundis,tertijs aut quartis qualitātibus, quàm ſint,Bethonica,Euphraſia,Roſmarinum,Stachas & conſimiles. Pagorū viarūq́; margines & vrbiū areas occupat hæc,folijs virentibus,minoribus per interualla lacinijs,obtuſis,Quernis,altioribus,Senecionis vel Scabioſæ. Ramulos & caules graciles,anguloſos,glabros,cubito maiores,promentes floſculos purpura pallentes,Calamenthe minores. Longiore,& fibroſiore radice.

PERISTERON *ſiue* COLVMBARIA *dodrantalis,in aquaticis,deſiccans & aſtringens,qualem Æginéta memorat, an ſit* SCABIOSA *Minima?*

IAM attentius ſacræ Verbenæ delineationem,& huius Columbariæ hiſtoriam excutienti,facilè patet ipſas inter ſe figura,viribus,& nomenclatura diſcerni oportere:quantumuis Plinius breuitatis ſtudio,diuerſum videatur innuere,& vtramq; vnà inuoluere. Etenim pręterquam quòd huic dodrātalis, vnus è ſingulari radice caulis,ex eóque folia ὑπο λευκὰ inciſa,nataleſq́; aquoſi ſunt:viribus diuerſis,ſi non contrarijs pollere traditur,Paulo Dioſcoridi ſuffragante; ſiccando & aſtringendo ereſipilata reprimere, vlcera putrida coercere,vulnera glutinare, inq́; cicatricem ducere: demùm doloris immunem præſtare vuluam ſiue ὑστέραν:vnde nobis quidam ὑστερικὴν,quaſi Matricariam diuinabat cōcinnius dictā, quàm à colūbis. Sacra quippe illa nō modo œdemata antiqua & tumores mitigat,ſed & tonſillarum cruſtas rumpit & exſiccat nimirum calefaciente vi, qua prodeſſe capitis affectibus pituitoſis,& doloribus cronicis autor Galenus eſt: nec in humidis oritur hæc Sacra aut expiatrix,ſed illa vocata Columbaria, vt cui lubenter aduolent,aut aſſideant Columbæ: neutiquam vulgari Sacræ,quæ alia occaſione περιστερεῶν videtur dicta. Quippe nō ſemel audiuimus multæ lectionis & obſeruationis Præceptorem Rondelletiū è ſuggeſto Regio monentē (bona Græcæ opinationis venia) non περιστερεὼν à Colūbis, quæ nec Verbenis victitāt,aut oblectantur: ſed potius περιστερεῶν,quaſi Colūbariā,quòd iuxtà Colūbaria in ſterquilinijs lubens proueniat. Mirabatur idē triuiales ſemper & negligentiores meditationes Senēſis, qui nō olfeciſſet hāc Supinā ſiue ſtratā & humilē ſatius dici,Sacrā autē rectius rectā:nec illā diſtinxiſſet rectis ramulis, pluribus,cubitalibus, anguloſis, Querna ſubglauca folia edētibus. Et tametſi nō neſciret ab alijs alias adductas plā tas non paucas,ſed æquè omnes incertas,pro Verbena minore, vt eſt pratēſe Teucriū,& quędam apud Italos Colūbina dicta Bugulę flore,aliæq́; cōplures : tamen facie viriumq́;

 con-

coniectura, Verbenam minorem, Columbariam eſſe opinabatur, nempè ea quæ minima vocatur, propius reliquis Scabioſis, Verbenā iſtam adumbrat. Eſt quippe folijs Verbenæ, inciſuris per ſumma altioribus, laciniosis, ſimilibus tamen, & altera ſuperficie albidis, ad terram ſtratis, latioribus, minus ſerratis. Caule plurimùm aſſurgit recto pedem & cubitum alto, gracili, ſupernè in ramulos rectos ſparſo: hilari flores, rotūdos villoſósq; ex cæſio cœruleos vel glaucos, Morſus Diaboli: ſemine compreſſo, radice puſilla, quantus paruus digitus, parum fibroſa. Propè Monſpellij Ægidiam portam ad riuulum, & agrorum margines Norbonæ plurima. Etiam in Apeninis Bononiæ meminimus: eandē Angli & Belgi horti habēt. Hac plurimùm vtuntur Monſpellienſes Pharmacopœi, propter inibi maioris Scabioſæ penuriam, non modò ad ſanguineum ſerum putridum educendum, defecandumq́;, & Thoracem pulmonéſq; congerie pituiroſa expediendum: ſed etiam ad Morpheas Arabicáſq; Elephantiaſes, & Græcorum lepras ſquammulásve, reprimendas item impetigines ex aceto Fumaria incocta, ſacri ignis excretiones, pruritus, cutisq; ſcabies fœdas: quas dotes fermè omnes Dioſcorides Columbariæ verbenæ iudicabat, noſq; enarrauimus, ne ſi minus placerent lectori illius tanti viri coniecturæ, noſtráq; commentatiuncula, ſaltem plantæ huius vtilitas tanta foret accepta.

SCABIOSA maior, Satorum vulgatior, ſitne ψῶρα Ætij?

- *Ger.* Apoſtemen kraut, vnd Grind kraut.
- *Bel.* Scabioſe.
- *Ang.* *Scabius.*
- *Gal.* Scabieuſe.
- *Ital.* *Scabioſa.*

Vulgarem non nouit Mathiolus: & Iaceā illi nigram maiorē laciniosam inſcius ſuffecit.

ET quamuis pluribus plantis poſsit accommodari Scabioſę nomenclatio, (non ſecus atq; Pſorę Ætij) vt Iaceæ, Morſui Diaboli, ſimilibus facie & viribus: tamen non eſt de nihilo quòd vulgus tam diu iſtis Scabioſis id nominis vindicarit: vnde propenſior eſt animus eò vt auguretur quampiam harum Ætij Pſoram eſſe, quamuis nuſpiam extare apud antiquos meminerimus. Sed maior Scabioſa notior eſt apud omnes, quàm vt delineationis egeat, conſimili ſuperiois vultu, ſed latioribus folijs, pullis, hirſutis, inq; terram repādis & recumbentibus, & altioribus inciſuris, nec perinde Verbenam Sacram, vt maiorem Valerianam exprimentibus. Radix ſimplex, longior, caulem plurimùm ſingularem, cubitum & ſeſquicubitum altum fundens, & florum cęſariem villoſam Cyaneo purpurā imitantem, in ſegetibus, planis, & decliuibus lętior degit.

Media SCABIOSA ſerrato, anguſtifolio, flore globul ria.

DISSIMILIOR aliquantò hæc maiori Scabioſæ, quàm priori, minimæ Verbenæ pntatæ: in marginibus agrorum Septentrionaliū lætior multò, & maior adoleſcit, quàm in calidis. Caulis è radice exiliore, ſimpliciore, cubitalis, alis diuiſus, folia Iberidis aut criſtæ Galli, aliquantum ſerrata. Flores Globulariæ aut Scabioſæ.

Scabioſa ALPINA Maxima, montis Iura & Saleua.

Parum

NON patũ speciosiorem & maiorẽ hanc è iugis oriundã Iurę & Salanę nobis impertiuit singularis amicus D. Pennius, ea Morgano hac æstate flores perelegantes cæsios velleris instar sericei. staminulis crebribus amicictibus globulos echinatos, Dypsaci, rotũdiores, minores, aspectu hilares, & Scabiosæ vulgaris duplò maiores: folia itẽ Scabiosę. altero tanto ampliora, altius incisa, & Centaurio maiori Belgarũ similia, penè paria: angulosos ab imo & numerosos bicubitales & tricubitales caules, multis alis diuisos amplectẽtia, per æquas intercapedines, iuxta singulos exortus alarum, cauo protuberante & rorem excipiente, Dypsaci more: gustu nihil diuersum à cæteris percipitur.



MOTANA calidarum regionum maior.

COLLES AMAT hæc plagæ temperatioris, vt Pedemontis propè Riuoliam, & Norbonæ, vbi montanam vocatam Herbarii folio angustiore, albidiore, parum hirsuto lenuisque laciniato ad imum caulem Verbenacæ, aut vulgaris Scabiosæ: superiora verò in ramulis pluſculis, gracilioribus, altius diuisis, & flores per Iunium & Iulium promentibus purpureos Scabiosæ, paruæ, aut Iaceæ capitulis squammatim compactis, vbi semen trifolii Asphaltitidis, pullũ, copiosum, inuolucris membraneis arguta cócinnitate effictis, angustiis plicarum fornicum pusillorum cohibentibus.

Iamdiu est quando in hortis Herbariorum Belgarum quandam multò maiora fundere folia, teneriora, crassiora, succulenta prasina caulibus & floribus, duplo maioribus, nec iam essétne diuersa species ab illa, succurrit. *Varietas.*

MONTANA omnium minima.

HARVM omnium minimã hanc animus fuisset verbenã paruam facere, nisi in montibus cretaceis & incultis obuia foret. Nam sesquipalmum pedalésve paucos edit cauliculos, foliis in imo sæpius donatos angustioribus, inter Sesamoidẽ & Scabiosam minimam, floribus dilutæ purpuræ, è squamosis capitulis alterutrius non diuersis.



IACEA NIGRA vulgatior Practicantium: Alba Monspelliensium in Ocymoide dicta fuit.

SVBDENDAE Scabiosis Iaceæ, quas à Ianthino florum colore vocauit fortè quis recentiorum Græcorum: tametsi Barbaris Practicis duntaxat notæ fuisse videntur, qui nihil præstantius ad hernias inuenisse Iacea nigra narrant. Errat oppidò Senensis, qui huius facultates Violæ flammeæ asserit, & à Scabiosis discernere nesciuit, à quibus non minus distat quàm Morsus Diaboli ab illis: & Iaceæ sapor non perinde ingratus, subdulcis astrictio, siccitas efficatior multò, calor prope nullus: sed decepit illum nomenclatura Iaceæ vtrique communis: illam tamen tricolorem Iaceam malim dictam ἀπὸ τῶ ἴου à Viola, vt etiamnum vocatur, quàm quòd plurimum humi iaceat, vt quidam autumant. Cæterùm, qui hanc Plinii Hyosciridem diuinant, ferendi sunt: tametsi pluris ducant virium quàm effigiei coniecturam, cùm vtraque consentiẽte sit opus. Intubo dicit Plinius similem, minorem, tactu asperiorem: vulneribus contusam præclarè mederi. Quæ vt nihil certi de figura afferrent, tamen quandam plantam similem opis istiusmodi, indicant: neque enim Serides sunt tantæ ad vulnera laudis, quantæ ista IOVIA Seris Pliniana, aut Iacea nostra est: quam duplicẽ, nimirũ albam & nigram Practici vsurpant, frequentior multò nigra, notiorque, pratis & incultis multa fruticans, foliis nigricantibus, hirsutis, rigidis, à radice multis, sed in caulibus cubitalibus, & sesquicubitalibus obtusioribus laciniis dissectis. Flores ex purpureo nigricant, in ventriosis poculis squammulis compactis, semini Cyanci, aut Cartami.

HYOSCIRIS Plin.

IACEA maior folio multum laciniosο, Dentis Leonis, maiusculi vasculis, floris purpurei, & lutei.

SEGETVM hæc potius quàm pratorum est, in Gallia & Anglia plurima altiores cubito & sesquicubito caules edens, circum quem folia multa multumque laciniosa Hieracii modo sunt; globulos duplò maiores, communiores, turbinatos, squàmulis loricatos, gerit, apicibus florum purpureorum obductos Cyani maioris. Radix digitum æquat lignosa. Semen item Cnici, minus: horti Belgici hanc vt præstantiorem ad vsum Medicum colunt: tametsi in Angliæ segetibus Couentriæ conterminis abundè proueniat.

IACEA maior lutea.



Varietas.

INTERDVM eandẽ videre est in segetibus Mõspelliacis, floribus luteis, venustis: Carthami syluestris nullatenus diuersam, capitulis, foliis, aut caulibus: Nisi quia tota asperiuscula; quam qui malit Plinii HYOSCIRIDEM, nobis secundis, liceat.

CAPITVLIS SPINOSIS IACEA.

Varietas.

AD Cellam nouam & vicinis vinetis Monspellii minor sponte visitur alia, nigræ eadem prorsum radice & effigie: duntaxat tristiore aspectu, florem edit purpureum interdum album, in squammoso & spinulis horrido capitulo, Calcitrapæ haud absimili.

κύανος

IACEA pumilla, humilis, serpens, acaulis fermè, flore Cyaneo & albo.



RARIVS occurrit hæc, & ferè Norbonensium est: marginibus satorum ad Pontem Monspellio milliare dissitum, via qua Frontignanam itur, obuia eodẽ in aruo, vbi studiosi solebant Phallarides colligere, foliis est paruis, laciniis Hieracii, retusioribus, minoribus, vnà cum cauliculis dodrantalibus humi stratis: flores & capitula Cyani prorsum, cerula minus obsoleta purpurantes, vel albidi: radix crassior, & semen cęteris non absimile.

Incana altera CYANI aut IACEÆ, capitulis & flore.



PROPIOR hæc Cyano quàm Iaceæ: vtrique tamen haud absimilis, quam quidam Ptarmicam, siue sternutariam arbitrati sunt, propter saporem acriorem, amarum, halitumq́; tetrum, cerebro sternutamenta interdum extorquentẽ. Non ita multi sunt anni, quum primum in Linguagotiæ vinetis, & cis Cellæ nouæ Monspelliacæ Pontem plurimam, iamque in hortis plerisque Angliæ vberè propagatam videmus, ab vna radice du riore, plures caules emittente, totam hirsutie pilosam, incanã, Gnaphalii foliis triplo maioribus, crebribus, leniter serratis, ab imo multis ad vsque summa, oblongiora, acutiora, graciliora, squámulis albidis compacta capitula Cyani, aut Iaceæ apicibus villosis, ex purpurante paleo colore in pallidum languentibus.

MORSVS DIABOLI.

Germa. Teuffels biß.
Gallis. Mors de Diable.
Ang. Dewelles bit.

NON video quid negotii sit hanc non esse è Scabiosis vnam probare, quod quidam contendunt: verùm adeò Scabiosis ẽst similis, vt plerunq; pro iisdem accipiatur: euidens tamen discrimẽ in radice, à qua tota Teuffels biß, id est, Diaboli morsus dicitur, quod nomen Herbarii retinent, nam antiquis non debetur. Cùm itaque sit multis crassis fibris sparsis, depacta, præcisa apparet quã crassiores coëunt fibræ plures, quasi præmorsa foret à quopiã cacadęmone: tametsi idẽ ferè cernatur in plãtagine, quare malunt alii dictã ab vrida vi qua mordicat bubones & carbunculos pestilentes, quibus magno leuamento admouentur. In pratis & viis quibuslibet occurrit multa, cubiralis & bipedalis: foliis Scabiosæ vulgaris, sed rigidioribus, nigrioribus, hirsutioribus in imo, in summo autem caule aliquantum serratis (non profundè incisis, vt scabiosæ): floribus item prorsum Scabiosæ, sed purpura fusca, tristiore aspectu.

κύανος. CYANVS VVLGARIS.
Baptisecula Officinarum.

Germa. Cornblumen.	*Belgis.* Coreubloemen.
Gallis. Blauez & Bluetz.	*Angl.* Blew Bottell.
Ital. Fior Campese.	

CÆLESTIS cærulę æmulus color flori ineſt Cyaneo, ſic vocato etiam apud *Pliniũ:* Blaptiſecula vulgo, *Bluetz* & *Blauetz* dicta Gallis eodē à colore: etiãq; Germanis *Cornblumen*, ſiue ſegetũ flos: quia importuno luxu ſegetes vbiq; præter cæteras Secalis paſsim propemodũ enecet, præſertim frigidiuſculis terris. Huius diuerſitates inſigniores Erratici & Hortēſis. Ille in caule anguloſo cæſia albicantiáue folia, anguſta, in arctum deſinētia, acutis laciniis ſinuata Scabioſæ, aut Dentis Leonis more gerit, capituláque oblonga calycis effigie ſquãmatim foris cōpacta, ex acerofis teſsilis nitidis, è quorum medio cærulei erumpunt flores ſenis plurimùm foliolis, ſemen ſub meſſem relinquentibus, anguloſum, acutum, oblongum, & hirſutie obductum glauca.

Vtraque propinquior Scabioſis & Iaceis, quàm Intybis.

CYANVS *Maior hortenſis.*

QVEM alterũ Cyanum alunt horti quidam in Gallia & Germania, non ita diuerſis eſt foliis, ſed maioribus, latioribus, flaccidis, minúsq; laciniofis, ad Lychnidem, aut Flomãm paruam hirſutie & mollitie accedentibus. Nec flores diuerſi, ſed maiores, ſpecioſiores, ſaturioréque in purpureum vergenti cœruleo: radix longior, & viuacior, quàm ſuperioris.

CYANVS *minimus viticulis Sparteis ſtriatis, copioſis, perpuſillis caliculis, flore purpureo obſoleto.*

NORBONENSIS item opulentiæ videtur hîc Cyanus, nec perinde obuius, niſi ſtrigoſis, aridis, propè Monſpelliacum patibulum & Caſtrum nouum. E radice lignoſa ramoſos valde emittit & vimineos graciles ſparteos pedales, duriores, lignoſos, multis alis diuiſos, piloſos, incanos, vti & folia puſilla Cyani, aut Iberidis, aut Scabioſæ paruæ montanæ diuiſura: flores aſpectu triſtiore in cornulis pellicula ſquammatim conſertis quadruplò minoribus, numeroſioribus. Calycibus Stæchadis citrinæ alteræ paribus. Cyaneo guſtu, non perinde, vti ſuperior, amara. Semina non diſsimilia.

CYANVS *peramarus, repens, capitulis ſquaroſis Seſamoidis parui.*

MINVS obſeruata hæc: non aliò quàm ad Cyaneũ aut Iaceã referēda, ſed habitu ipſo & aſpectu ſuperficiei proximè ſuperioris ſimilior occurit (nec niſi quærenti) ſubterque Seſeli pratenſe ramulos ad Sellam nouam & alibi agri Monſpelliaci reptando latitat: foliolis oblongis, anguſtis, Lauendulæ rigidis illius plantæ, quam incanis, albidis Cyani & Iaceæ mediam, vna interiecta planta, proximè deſcripſimus, ſimilibus in cauliculis gracilibus, viticoſis, palmaribus, pedalibus, & ſeſquipedalibus: quorũ ſingulis ſummis ſtaminei flores ſinguli Iaceæ, obſoleta purpura, è poculis ſquammoſa inſertione conflatis prodeunt. Radix digitum paruum æquat. Tota planta guſtu perquàm amaro & ingrato.

σησαμοειδὲς τὸ μικρὸν SESAMOIDES *parua Dioſcoridis ſquammoſis lucidis capitulis Cyaneis, flore cœruleo.*

Aliud & primi Dioſcoridis rutaceis folijs, ciem Harmala & Rutis.

EXACTE poteſt æquiparari Cyaneis Seſamoides, à ſeminis Seſami ſimilitudine, adeóque vſu, vt nos putamus dictum. Iamque multi ſunt anni quum verum minus notum fuit



fuit ſcholæ Monſpelliacæ profeſſoribus eximijs Rondelletio & Aſſatio. Siquidem lineamenta perpendas,ſolia ſunt Cyani parui prorſũ, inciſura & ortu Coronopi, hirſutiora,maiora(tametſi fortè μακρότερα legendum,vt alibi crebrius monuimus) flores radiati prorſum Cichorij concolores & ſimiles ſupernè,ſubtus capitula ſquãmulis compacta Chamælei lęuis Theoph. Cyani aut Iaçeæ modo habentes. Semine intus Seſami aut Cardui minoris : radice Tragopogi,exiliore.Cõmentator noſter cum ſuis *Bellè aſtipulantibus omnibus ex imagine*,aut potius ignauię, *notis* , huic Phalaridis flores & capitula commentus eſt, & affingit,ſuo ne,an ſui Theſei errore,neſcio : fortè quia qui illi pictam miſerat à nobis Patauij ſiccã habuerat: Tametſi in Italia Longobarda non infrequentior quàm Norbonẽſi agro plurima ſqualidis collibus,& etiam herbidis ad Lanum.

CHRYSANTHEMVM ſegetum folio multiſciſſo.

CONSPICVVM aureum florem iſthęc fatetur Chryſanthemi appellatio, eiuſmodi eſt ſanè ille,quo ſegetes frigidiorum tractuum Galliæ,Germaniæ, & Angliæ ſcatent, flauam per meſſes Cererem ornãte, ac vnà cum Cyanei & Papaueris Rheadis floribus inſternente,magna ſpectatoris voluptate,quaſi tricolori tapeto. Regionibus æſtuoſis rarius.Caules illi teneri,glabri,virentes,pluſculi,rotundi,ſeſquicubitales. Folia crebra ab imo ſemunciam lata,toto ambitu Arthemiſiæ modo & crebrò inciſa,pallentia, tenerã,viridãtia. In ſummo aureæ orbitæ nonnihil ſulgentes,latiores,compreſsiores,Anthemidis, bellidis maioris, & calendulæ ſimiles. Oleracea eſt guſtu & nonnihil caloris indicante, ei tamen parcit pecus in Anglia,nec item olere manditur : ac illis ſignis deficitur, quæ in Calendula graphicè Dioſcoridis Buphthalmum exprimunt.

CALTHA Poetarum & CHRYSANTHEMON oculatum verius Dioſcoridis, Calendula Offici.

QVIPPE noſtrâs *Kalendula* quin ſit Poetica Caltha nullus neget,qui in Georgicis Luteolam Caltham,& in Plinio grauiter odoratam leget:Columella autẽ Buphthalmum hanc innuere videtur, vbi ſauẽtia lumina Calthæ canit, nempe aureum rutilumq́; flauorem,& orbẽ circinnatum vmboneq́; in centro extante cõſpicuo,luminis,ſiue oculi,in ſpeciem.Vnde Cachlan,id eſt,hiantulam & apertam dixerunt:ſicq́; Caltham putet quis deciſam à Calatho (vt Melyphyllõ à Meliſſophyllo)qui quaſillus Latinis,Seruio teſte,poculum & calyx eſt, cuiuſmodi oſtentant ſingulis fermè Calendis Calendulæ florum pocula flaua : cuius & nos ſumus ſententiæ,à quo hiſce ſalebris permultis perplexi,diſcendi cauſa Monſpellienſem Epiſcopum Gulielmum Pelliſſerium,Dioſcorideæ Plinianæq́; lectionis mirum quantum auidum & peritum,Magalonæ audire meminimus (inter complura loca partim hiulca,partimq́; luxata, quæ ille interpolabat) diſtinctius legentem,hunc in modum è codice calamo exarato,capite de Chryſanthemo,χρυσάνθεμον ἢ κάλθα,τρίφερα ϖοα ταμνώδης πλείους δὲ(non λεῖος,nempè plures,non læues legendum) διαφέρουσα καυλὸς καὶ φύλλα : deinde ϖολυσχιδῆ ἀνθῆ μηλινὰ ἰσχιρῶς σίλβοντα,reliquũ autẽ vt in vulgata editione Lutetiana conſtabat. Id eſt: Chryſanthemum ſeu Caltham, tenera herba fruticoſa,plures (in vulgatis læues) ferens caules & folia : tum multifidos, id eſt, crebrò, aut minu-

Ang. Marygold
Ger. Ringelblumen.
Bel. Goudbloemen.
Ital. Fior d'ogni meſe.

minutim fissos flores luteos, admodum splendidos vel rutilos, magnos oculos (non bouis) exprimentes: circaq; oppida eandem nasci, & olere mandi. Quam hac cęsura literam Calendulæ seu Calthæ vulgatæ componẽtes, tam plenè & exactè vtramq; vtrauis indicari, vt nec herba alterius descriptionis, nec descriptio alterius plantæ egere visa fuerit. Etenim fruticat Caltha Galloprouinciæ & Norbonæ cum multis in aruis & incultis propter segetes & oppidorum rudera, tum Monspellij, paulò vlterius Ægidio fonte aruis vrbi conterminis. Caules è radice parua, fibrosa, complures, sparsi, teneri, læues: foliáq; Leucoij flores eximio fulgore nitentes edũt, vel etiã rutilos (sic enim στίλβων Cicero, rutilum Martis fulgorem vertit) oculi amplum orbem effigiantes, argutis minutissimisq; crenulis multis scissos, quod est ἄνθη πολυσχιδῆ: nulli nõ horto decora & inquilina, culta autẽ altero & tertio tãto plenioribus & habitioribus floribus paucis coronariorum speciositate secunda. In cibum etiam cedit & iusculis inditur, gustu & odore nõ ingrato: acetarijs etiã miscẽt multã mulierculæ, tũ cordis affectibus tum icteritię & fœdis coloribus indũt virgunculæ, respirandiq; difficultate vexatæ. Ius & teneræ cymæ luteo ouorum in placẽtam exceptæ & mansæ, nimis menses fluentes sistere, cunctantes autẽ impellere compertũ est.

- *Saluia*
  - *Maior* ἐλελίσφακος
  - *Minor* σφάκελος
  - *Baccifera Cretensis*
  - *Candida, niuea.*
  - *Crispa.*
- *Horminum.*
- *Horminum syluestre*
- *Scarlea.*
- *Colus Iouis quorundam, & Galiopsis Lutea.*
- *Verbascum*
  - *Syluestre Saluifolium verticillatum, angustifolium, Monspeliensium, an Phlomos Lychnitis, siue Lucernaria Diosc.*
  - *Syluestre Saluifolium, latifolium lignosum, fruticosum, verticillatum luteum.*
  - *Saluifolium purpureum.*
  - *Mas.*
  - *Fœmina.*
  - *Maximum odoratum.*
  - *Nigrum odoratum Luteo flore.*
  - *Purpureum Ericæfolium.*
- *Æthyopis.*
- *Blattaria Pli. an Chrysogonum.*
- *Primula Veris an antiquorum Phlomides siue Verbasculi?*
- *Primula Veris pratensis & odora lutea* } *eiusq; gemina in flore varietas.*
- *Primula Syluarum, eius triplex varietas.*
- *Sanicula altera Alpina siue Auricula Vrsi flore purpureo albo & luteo.*
- *Baccharis.*
- *Digitalis* { *Purpurea. Lutea.* }
- *Helenium.*
- *Helenium secundum alibi.*
- *Buglossum Diosc. siue Borrago recentiorum.*
- *Buglossum vulgare angustifolium.*
- *Borrago semper virens.*
- *Buglossum peregrinum radice multifida Pulmonaria.*
- *Buglossum erraticum, Echioides asperum.*
- *Anchusa*
  - *Onocleides.*
  - *Lutea.*
  - *Tertia.*
  - *Quarta, est Lycopsis.*

Lycopsis

Lycopsis, siue Lycapsis degener Anchusa Æginета, Commentatoris Cynoglossum, sine caule, sine flore.
Echium.
Onosma.
Cynoglossum.
Cynoglossum pusillum.
Cyrsion vtrumque.
Symphytum.
Pulmonaria.
Nicotiana.
Petum vlceratia ferruminaria & Herba Sancta.
Arction.
Personata.
Xanthion.
Petasites.
Cacalia.
Tussilago.

SALVIA Maior scabrior Dioscor. ἐλελίσφακος.

Germa. Groſʒ Salbey, Breit Salbey. *Gallis.* Grosse Sauge. *Italis.* Saluia Maggiore. *Belg.* Groote groote Sauie. *Hisp.* Saua siue Saluia. *Ang.* Great Sage.

FOLIORVM squalor cinereus, decolor, pallensque facies, arenti & marcescenti similis, qualis in torridis collibus enatæ Saluiæ est, occasio fuit ἐλελίσφακον vocitandi, quasi dicas Sole afflatam, tabefactam, aut sideratam: tametsi potuit æquè scitè à medendis sphacelo penè demortuis partibus, quibus calorem natiuum, roburque insitum reuocaret, qua pollet familiari facultate nostræ vitæ primordiis benefica. Vnde Saluia Latinis dicta, quia saluos & incolumes præstet innumeros, eapropter Rithmicus versificator quem in admirationem rapuissent tam diuinæ vires, sciscitatur, *Cur moritur homo, cum Saluia crescat in horto?* Antiphone, *Contra vim mortis non est medicamen in hortis.*

Conspicuas duas differentias in Elelisphacũ & Sphacelum è Theophrasto etiamnum licet obseruare. Vnam nempè Saluiam maiorem in vinetis Aquitanicis, Linguagothicis & Pedemontanis, vbi fruticat multa, squabriore, rugosiore, maiore, magisque squalente aspectu; quæ eadem in hortos transuecta fuit & vocata maior Saluia. Eius sunt plures varietates, cunctę Menthæ, folióq; nō Cotoneæ, vt mēdosè Grçca, extāt. Pliniū legenti manifestum fiet, qui tamen germanitate nominum deceptus, Saluiam in Mentham demutauit.

SALVIA Coccifera, siue Baccata, Cretensis.



QVAS inter perquàm pulchra ea est Cretensis baccata nostrati prorsus similis figura, odore, ac sapore, lignosis surculis. Sed hi instar Gallarum rotūdis excrementis Pistachiorum magnitudine & forma, sapore minus calido, magis astringente, non insuaui donantur, multiplici lignosi surculi, quibus nos impertiuit apprimè sedulus & peritus vestigator stirpium Iacobus Reinaudetus Pharmapœus Massiliensis.

Varietas.

Valde

Valde variat etiam in Anglia, vbi sarmenta quædam & palmites eiusdē plantæ partim spadiceo colore, partim candore plusquam niueo visuntur, & folia quasi pellucida. Quæ nonnullis etiam rugantur, & fimbriis multis in ambitum crispa cernuntur, non sine voluptate.

SALVIA MINOR *pinnata, Theoph.* σφάκελος.

Germa. Clein Salbey, edel Salbey.
Ital. Saluia minore.
Belgis. Cruys sauie & Dorkens sauie.
Ang. Litle Sage.

ALTERA verò differentia, quæ auritis, aut pinnatis est ad imum, Circeæ modo, foliis, minus squarosis & coriaceis, minoribus multò: eoque nobilem dictam, & Sphacelum putamus, nec vllam eius varietatem nouimus: nullum enim discrimen in sapore, aut odore est.

ὅρμινον. HORMINVM.

TVM Satiuum tum syluestre notius hodie, quàm vt pluribus afferendum sit: nedum in hæsitationem reuocandum: vtrunque medicatum est: sed vehementius Syluestre ad Venerea illicia, vnde nomen acceptum: ὁρμᾶν quippe est impetu cęco agi instinctuq; ferri & cieri intestino, vti quos in Venerem vrget libido: ideò παρορμᾶν πρὸς τὴν συνουσίαν, in Venerem lacessere dicit hic. Nusquam autem nisi in hortis, cultu Herbariorum visitur Satiuum, foliis Pseudodictāni vel Marrubii ex interuallo binis & in summo purpurascentibus, collectis vt in Dictamno: iuxta quæ tota circum caules quadratos, pedales & cubitales, flores sunt verticillatis pyxidulis purpureis ad cæruleū vergētibus: quæ hiantes per maturitatem deorsum nuunt pendulę: semine papauereo maiore, nigro, ablongo, mucaginem aquæ merso, vt Psylium, emittente: ęstate floret.

SYLVESTRE HORMINVM.

RVDERA & prata macilenta sectatur syluestre dictum: foliis maioribus & aliquantùm laciniatis oris Blattarię similitudine & colore: quadratis & paucioribus virgultis, sesquicubitum altis: per internalla flores verticillati in spicas longiores abeunt, deorsum inclinatas, cęruleas purpurascentes: nigro, nec absimili priori, semine glutinoso. Vtrique radix lignea: Sed illius odor nullus, huius verò Scarleam redolent flores.

SCARLEA, *Centrum Galli, Officinis Gallitricum.*

Germa. Scharlach.
Belgis. Scarleye.
Gal'is. Oruale, Toutebonne.
Ital. Schiaria.
Ang. Clarye.

EST autem quam vulgus Gallicum *Oruale*, conspicua ad Horminum allusione, & cōsimili de dote vocitat, notissima: Germanicè & Belgicè Scarley quasi dicas, oculum clarificans, mixtis Latina & Germanica voculis. Semen quippe palpebram inter & oculum insertum, atque diutulè retentum, quantum est sordium illic, illico euerrit & rapit, quotidiano etiam vulgi experimento. Seritur, & oritur anno post, Iulio & Iunio: flores edit cęruleos & albicantes Saluię vel Dictamni: in quadratis caulibus folia pręgrandia Verbasci, aspera, admodū hirta, rugis & veluti verrucis nōnihil hirsuta, Æthiopidis aut Verbasci pube, & syluestris Hormini similitudine: sed minor radix, dura & sublutea. Semē in calycibus nigrū καρβαρίων, capitis ve grauitatem facit, odore, quē vniuersa spirat, non tamen ingrato: eoque magni vsus quibusdam septentrionalium ad Zyti Bierę que confectionem: Lupuli namque vel penuria, vel vegetioris potionis faciendę causa, cortinis feruenti-

uentibus addunt; fitque temetum, quo non multis depletis poculis temulenti fiunt, hilaritate propemodum insana: in nonnullis tamen, risu quàm miseratione magis digna. Menstrua & secundinas ducit, & Venerem ciet, quare minus, quin sit Hormini species, refragandum.

COLVS IOVIS folio Vrticæ, aut Hormini, Galeopsis Lutea recentiorum.

HIs meritò accensenda videtur ea, quam nescio qui rei Herbariæ nomẽclatores, Galiopsim luteam dixêre, & Colum Iouis: summo caulis fastigio colum flauo penso inuolutam, nonnihil effigiantes: facie quippe Hormino propiore quàm Vrticæ, aut Ballotæ. E radice Lamii simili, caules edit non multos, cubitales & sesquicubitales, quadratos, hirsutos, quibus folia Vrticæ, aut Trachelii albida, ad basim sinuata, latiora, læuia, Gallitrici minora: flores in verticillis lutei, Saluiæ aut Scarleæ. Scaturigines vdósque syluarum margines amat, Galliæ, Germaniæ, & Italiæ. Gustu nonnihil calido, exsiccante.

VERBASCVM Syluestre Saluitenuifolium Norbonensium, an PHLOMOS LYCHNITIS Diosc?



MVLTIPLICIS differentiæ itẽ φλόμος, vel φλόγμος, deductus è flammis, aut Elychniis, quæ huius tomento bombaceo concinnãtur & aliũtur, Tapsum potius maius dicunt, aut Taxũ practici, quia toxicis aduersetur: tametsi cognati cunčti saluiis facultate & facie adeò sunt, vt syluestrem saluia plebs vocitet minores species montosas, inter quas frequentissima plerisque omnibus agri Norbonẽsis collibus glariosis, Mõspellio vicinis, fruticat hic quẽ Phlomus Lychnitidẽ videtur innuere Diosc. rarus alibi Galliç, vel Italiæ. Peramœno aspectu florum luteorum Fabę vel Marrubii, in verticillatis circinationibus secundum foliorum exortus hinc inde porrectis, pallidulis villis staminum, folia scabra, crassa sunt, densa lanugine cana, asperáq; tactu & crispata, Saluię Angustifoliæ angustiora, sed lõgiora, & ad Elychnia valde accommoda: vnde videtur Dioscor. Lychnis dicta.

SYLVESTRE Saluifolium, fruticosum, lignosum.

ALII proprior cęteris hic Marrubium & Saluiam imitatus: eóque vocant quidam horti Anglię, Italię, Belgię & Gallię, agrestem Saluiam: foliis scabris, albidis, aliquantum hirsutis, quadrangulis, in virgis lignosis, breuibus, bicubitalibus, per interualla foliorũ flores promentibus luteos, Marrubii vel Archangelicæ modo, verticillatim hęrentes, visu per iucundos.

VERBASCVM Nigrum Saluifolium, purpureo flore.

PRATIS sabulosis familiaris hic Saluifolius, præsertim non procul Taurino Pedemõtium: pariter Germaniæ, Gallię, Anglię, saxosis pratis herbidis & ruderibus. Folia quàm maximè Saluiam agrestem, siue Scordeum Plinii, aut Horminũ æmulantur, secundúmque caulem & ramos ab imo quadratos pedales & sesquipedales numerosi flosculi, verticillati, purpurei, vel cærulei, per fœniceta.

SYLVESTRE Saluifolium,fruticoſum,lignoſum.

PVRPVREVM Erucæ foliũ Angliæ & Galliæ etiam obuia hæc tum pratis,tũ ruderibus, quam horti quidam alunt in Belgio,cognitu & deſtinctu facilim,foliorũ laciniofæ oræ Erucæ,aut potius cornuti papaueris diuiſura, & colore nigriore, ramoſos caules & cauliculos ambiunt:flores per interualla Saluiæ aut Hormini modo & colore,tota viridante & hirſuta ſuperficie. In mole templi diruti Bathoniç Anglç prope Thermas,videre erat ſuperiore anno.

φλόμος. *VERBASCVM MAS,Thlapſus Barbatus.*

Germa. Wullkraut.
Gallis. Bouillon blanc Maſte,
Belgis. Wollcruyt.
Ang. Mulleyne the male.

QVI obſeruarunt muſtellas conflixiſſe cum ſerpente,peneque enectas & victas, paſtas iſto Thlapſo, & factas denuò alacres,duelliũ inſtauraſſe,Taxũ vocarũt:alioqui luculenta foliorũ magnitudine,& videndi vbiq; conſuetudine,nulli nõ cognitũ.Folio prægrandi,ſimili,& pari,Enulæ,pube obductum multa & leni & incana,quali in Gnaphalio & Æthiopide. Caulem admodum procerum, trium cubitorum,à ſui medio ſummo tenus flor.bus luteis ſtipatum,thyrſumque, ſiue funalem exprimentem, viſendum,vnde vulgo *Torches* & Græcis φλόμι à flamma, quam alunt funales, aut Phlomi folia & caules in lucernis.Radix pollicem craſsa.

FOEMINA.

HANC ſi albidis exeat floribus,& ſenis foliolis diuiſis,fœminam vocant, alioqui folio conſimili & pari.

MAXIMVS oderatus meridionalium,Thlapſus barbatus.

EXCELLIT hîc vt magnitudine foliorum,ſic etiam odore ſuaui,omnibus Verbaſcis: tametſi varietas tantum videtur deſcripti communis Phlomi fœminæ,vel maris: floribus quippe luteis & interdum albis exit,ſenis foliolis:quç arantur rubris lineolis,odore ſuauiſsimo,folio longiore,latiore: radice craſſa,nec aliubi diſsimilis tota planta. In Belgicis, & Gallicis Northmannis hortis alitur. Pedimontani verò agri,Norbonæ,Angliæ,& Italiæ, occurrit paſsim in campeſtribus.

NIGRVM Latifolium Luteum.

ET huius omnia penè ſimilia,foliis namque Enulæ inter & Digitalem vel Symphitum nigricantibus obſidetur,paribus,ſcabris grauiter olẽtibus,nec incanis, floſculis ex herbaceo luteolis,ſtellatis,minoribus:ſemine item Papaueris minore,Digitalis ritu incluſo: è radice æque cæteris magna,caulis gracilior Blattariæ cubitalis.Pratis Brabanticis, ſabuloſiſque & herbidis,atque in Francia,& Anglia,Iulio & Iunio ſponteprouenit.

ÆTHIOPIS φλομίδιος, ſiue Phlomitis.

HVIC nomenclaturam Magica futiliſque mendaciorum magiſtra ſuperſtitio commẽta videtur,quòd iniecta flumini folia quantũ eſſet aquæ exhauriri crederetur: tametſi veriſimilius,quia optima ex Æthiopia adueheretur: niſi ſit dicta, quaſi fuliginoſa cinefacta,cineréve aſperſa, αἰθὼψ, namque Græcè fulligo eſt,ſiue fauilla aduſta.Inquilina hæc hortis Germaniç,Angliç,Galliç,& Italiæ:vbi primùm vidimus ex Græcis & Illyricis mõtibus maritimis allatã,iamq; ſatis vulgatã eſſe,& cognitu facilẽ,Thlapſi barbati admodũ ſimilẽ,cõſtat, Magis tamẽ incanis,mollioribus:carptaq; delicatiore lõgiore lanugine,cuiuſmodi Cretenſis Dictamni,& lacinioſa vndulatáq; criſpante ora,circum imum caulem accu-

accubantibus, & ambientibus quadratum, hirsutum, binum pedum, & sesquicubiti, multas in alas sparsum, quæ secundum lõgitudinem verticillatim flores ambiunt Scarleæ aut Hormini: sed albidi, & semen non dissimile. Radix cognatã Verbasci naturam testatur.

CHRYSOGONVM, an potius BLATTARIA Plinii, quàm recentiorum TORMENTILLA?

AB aurea florum fœtura dictum Chrysogonum credere par est: Eapropter si Blattaria Plinii Chrysogonum Dioscoridis non est, nulla iam planta in memoria est, quæ non longius multò absit à Chrysogono, quàm hęc Blattaria. Quippe densè fruticat, multisq; firmis ramis, & rigidis sesquicubitalibus, & duos cubitos altis, rectis: foliis Quercus, aut Verbenæ: flores adeò Verbasco, foliorumque quinario numero, & colore accedunt, vt vtrãlibet pro vtrauis accipere facilè fit, etiã monente Plinio. Verùm Blattariæ flauo saturiore, & magis rutilo, initiò præsertim, folia non perinde incana, aut hirsuta, sed obscurè viridantia. Semen pullum, inclusum pericarpiis Lini aut potius Digitalis purpureæ. Radix Napi aut Raphani syluestris, alba, digitum crassa; sed æstate exeunte per Autumni initia, ex atro foris intùsque rufescere quidam amici affirmabant; nempè excocto ab æstu alimento: quemadmodum Carduo Benedicto vsu venire videmus, & quidem minus de hac miramur, vt cuius flores interdum purpurei, punicei & cærulei conspiciantur, non modo in Belgii & Galliæ Herbariis hortis, sed etiam in Taurini & Riuoli marginibus campestribus herbidis. Amara admodum, calidaque & sicca gustanti; quare qua alliciat blattas & tineas dote arcana malim scire, quàm non potius (quemadmodũ Absynthio, Abrotano, & aliis amaris arcentur) ab-actum iri idem animalculum suspicari; farctus viscerum meseraicarũq; expedire certum: incertum verò quid ad morsus venenatáq; possit. Eapropter qui præ hac Tormentillam septifoliam, inter Pentaphylla memoratam, mauult Chrysogonum facere, ob radicum (tametsi perparum rufescant) effigiem flores & folia, ac denique vires ad venenata plurimi faciendas: sanè per nos optionem habeat, dummodò hasce nostras coniectationes sic accipiat, vt eas, quæ sunt lubenter cessuræ potioribus vestigatoribus, non ignauis obtrectatoribus.

Græcè similem rapo, non æqualem, aut extuberantẽ radicem χυθιαν γογγύλη

TORMENTIL.

φλομίδες, PRIMVLÆ variflora, an Antiquorum PHLOMIDES, siue Verbasculi?

AVerna germinatione, florumque quasi rediuiua vernatione, vulgus Primulas veris, quia primulùm tum erumperent & florerent, vocitauit. Huius plures varietates, præsertim in Anglia, lautitiæ & florum deliciæ amantissima, quàm alibi conspiciuntur: quarum qui vnam duntaxat nouerit, cunctas cognitas habebit: distant quippe floribus duntaxat saturiore colore, rugosioreque folio.

PRATENSES Duæ, Pallida, Lutea odora, quæ culta fit maior & flore multiplo apud Anglos.

- *Germa.* Himmelschlüssel, S. Peters kraut. Schlüsselblum.
- *Gallis.* Prime vere & brayes de Cocu.
- *Itali.* Brachediculo, & fior di prima vera.
- *Belgis.* S. Peters cruyt.
- *Ang.* Cowesloppe.

VBIQVE In pratis vliginosis & riguis, præsertim regionum minus calidarum, vt Sabaudiæ, Flandriæ, Galliæ, Northmanniæ, & Angliæ, primo veris tepore florent: è radice albida, fibrosa caulem nudum, rotundum, aliquantum hirsutum, palmarem & sesquipalmarem, quem summum & nutantem vmbellæ instar, florum calyculi copiosi ornant, non dispares pulmonariæ, sed lutei, ceræ nouæ odorem & colorem æmulantes. Folia

maiora Betonicæ, neutiquam ambitu incisa, Digitalis purpureæ quadantenus, rugosa, ad imum strata, aut parum surrecta: gustu non ingrato, in olere, placentulis, & acetariis: admodum vtilis capiti, neruis, & humorum ex decubitu putredini, aut inflãmationi, eóq; vulneraria habetur.

Varietas florum, gemina.

IISDEM ferè locis hæc, nec diuersis floribus, sed pallentibus, & foliis grandioribus paulò, odoris verò nullius.

SED quæ in hortis Anglicis & Northmannicis colitur, florum maiorum, prouentu & fœtu multiplici, triplò aut quadruplò omnium Primularum magnitudine & elegantia prima.

SYLVARVM PRIMVLA.

HANC non potest non nosse qui vllam superiorũ viderit: differt enim flore duntaxat, qui singulus languido pallore, pusillus, palmo breuior, quasi cauli summo inest. Folia, sapor, odor, vsus, non disparia, sed lubentius hæc nemorosa vmbrosásque conualles sectatur: vti in Anglia, Delphinatu, & Sabaudia. Flandris & Gallis hortensis.

VARIAT hæc in Angliæ hortis speciosa florum duplicatione & incremento, Lychnidem coronariam duplicatam æquante: coloris etiam diluti lutei.

Varietas

INTERDVM & albi peramœni, sed simplici floris, venum ferunt mulierculæ in vicum Mercatorium Londini.

ETIAM fimbriatis floribus, rugosisq; plicis, & coloris obscurè virentis, Primula quædam Londini hortis frequens, alioqui assimilis cæteris: quam studiosi Herbarum Antuerpiani, vt nonnullas superiorum indidem habuerunt, & nos monuerunt quãpiam Primulam in Anglia extare floribus purpureis: sed nobis frustra quæsita, & Pulmonaria putata, vt doctissimus Turnerus dicebat.

Harum omnium cùm sint folia ambitu rotundiore quàm maioris Verbasci, & caulis nonnullarum foliáque sint hirsuta; cur neget commentator non esse Phlomides? nullam nisi ostentationis futilis habet rationem: vires quippè & tota facies planè Thlaspi, contrà suadent, consensúsque experimenti apud omnes regiones, quæ modò vnam quampiam harum habeant, Paralysis herbam vocant, quo nomine propter insignes facultates fuit etiam Phlomus donatus: igitur & hæ Phlomides.

PARALYTICA Alpina SANICVLA, Vrsi auricula recentiorum, figura Primulæ, sed floribus purpureis.



VISENDÆ venustatis vt si quę alia Alpinarũ, istam herbulam, satius fuit Arthriticam vel Paralyticam nominasse, quàm Saniculam, tum propter peculiarem expreßionẽ affectus Arthritici, quem admolitur, tum maximè quia Primulis annumeranda videtur: tametsi amat hæc summa item montiũ præcelsa, & præruptarũ supercilia petrosa, qualia sunt in Claudii cautibus, Clauenę, & Oenipontis finitimis, vbi ferè totã ęstatẽ perẽnat nix, qua inuita exacto Vere hæ Primulæ pratenses singulari cauliculo, quasi flores in pediculo molliore & inflexo punicantes, aut ex roseo albicãtes, visum exhilarantes dant, suauiterq; spirantes: folia autem albida, virentia, craßiuscula, carnosa, & lęuiora, quàm Primula Veris, nonnihil repanda, & limbo craßiore tantillùm fimbriata & circinata: radice multum fibrosa & cognata Primulæ: gustu pariter multum exsiccante & astringente, vulnerariis potionibus quæsita, & foris vulnera glutinante, vnde Sanicula.

ALI-

Varietas. Alibi montium interdum frequentiorem & maiorem vidimus folijs, cauliculo & flore, qui tamen nō purpureus, sed luteus, aut albus, & fuscedine pullus est.

DIGITALIS PVRPVREA.

Ger. Fingerhut & fingerkraut.
Belg. Vinger hoet cruyt.
Gall. Gant nostre dame, doigtier.
Ang. Foxeglove.

REGIONES quæ ad Aquilonem sunt, feracissimæ sunt Digitalis purpureæ, quæ Meridianis calidiusculis ferè deest. Sed in Francia, Belgio, & Anglia, nulli non nota, vbi id nominis vernaculè assequuta fuit, nec enim antiquis memorata, quorū calathi oblōgi, picti, celatíve apparent, in Digitalis siue digiti ad suendū munimenti speciem, eleganti serie cauli bicubitali hærent vno ex latere, penduli, folij paris, cōcoloris, & similis, Cynoglossi vel Symphiti maioris: fibrosa radice, viscida, nigricante, semen in pericarpis pusillum, Verbasci, odore puridiusculo, & qui Baccharim dicebant, opinionē refellēte gustu ingrato, exsiccante, aliquantum calido, & vulnerario: quare plurimi fit ad omnia vulnera sananda.

DIGITALIS Lutea.

MINOR hæc, minorísq; elegantiæ, minus fert cœlum Angliæ, vbi non vidimus, alioqui passim in Pedemontani Taurinis & Sabaudijs collibus, folio nigriore, angusto, Blattariæ aut Plantaginis, læui, nec hirsuto, non perinde hilari aspectu florum, qui pallidulì luteo squallent, angustiore nola, nec perinde punctulis impressa.

βακχαρις παν χαρις BACCHARIS.

EXTAT apud classicos Græcos βακχαρις, aut potius πανχαρις, plantæ cuiusdam nomēclatura, sic, vt lubenter credimus, indita, propter eximiam fragrantiæ gratiam Cinamomeæ radicis, ex qua cùm multa alia, tum vnguen conficiebat, item πανχαρις apud Atheneum dictum, sertáq; concinnabantur, quibus tempora cingebantur, *ne Vati noceret mala lingua futuro*, vt canit diuinus Maro. Eam ob rem licentius abutuntur lectoris patientia, qui illud caput è Dioscoride quasi spurium expunctū volunt, frustráque probare satagunt, vtramq; plantam, Baccharim nempe & Asarum, & vtriusuis descriptionē (paucis quæ irrepsêre demptis) eadem esse, cùm quilibet iam cernat legendo non propius abesse Hederam à Saluia, quàm Asarum à Bacchare. Astringit hæc, inflammationibus & ignibus sacris proficit, somnifero est odore, fronde inter violam puta albam & verbascum. Illa contrà impendiò calfaciens, discutiens, hederaceo folio. Nō parum itaq; discrepant Plinio autore: qui quòd coronis non addatur, dictum tradit Asarum. Labes hæc profectà è fragmentis Crateuæ, vbi Baccharis Dioscoridis Asarum vocatur & describitur. Quod quidem nos monet, sedulam appellationum perpensionem neutiquam neglectui habendam esse accuratis viris, veri fidis venatoribus. Iam verò de multis, si optio detur, nullā perinde congruā videmus, ac illa, quā olim barbarorū doctissimi genuinā putabant: multò enim propius, quàm illa Mathioli species verbasci odorati, ad Bacchare accedere certū est. Hæc quippe fruticosa, appendicibus donata, foliisq; asperis, nigricantibus, Primulæ veris, vel Saluiæ latifoliæ magnitudine, caule bicubitali, floribus purpura obsoleta glomeratis, in pappos defluentibus, Cardui modo. Radix summo cespite sparsa, diffusis fibris, garyophyllatæ modo, cuius odorem præsentissimum halat, vel cinamomi: cui contulerunt antiqui Baccharis radicem, qui Garyophillos non nossent. Planta valde frequens, valdéq; isto nomine nota Monspellij circum, & alibi non paucis locis. Qui quatuor Conizæ species nouerit, (earum namque inter se non parua similitudo, flore, Luteis omnibus, odor grauis, gluten dum attrectantur) cur Mathiolus istam Baccharem odore & flore

nobilem Coniſam maiorẽ fecerit, & Verbaſcum ei ſuffecerit, hand facilè dicet. Verbaſcũ quippe eſt odoratum, cui interdum flores lutei, interdum purpurei, vt Blattariæ maioriq; Verbaſco interdum contingit mutari. Romæ cùm valde auidi, vt ſemper ſoliti fuimus, & freti fide Mathioli complures quos ſciſcitabamur herbariæ rei peritos, nihil aliud quàm Verbaſcum putabant: idemq; in Flandria alijsq; non paucis locis ortum, non chartæ agglutinatam plantam iſtam Mathioli, quæ potius figuræ, quàm odoris, colorísve notas retinet. Sed iſtud conſuetum illius dignitati, res verbis aut chartis aſſertas, non item inſpectione exploratas literis mandare.

ἑλένιον HELENION.

- *Ang.* *Elecampane.*
- *Ger.* Alantwurtz.
- *Bel.* Alantwortele, ende Galantwortele.
- *Gal.* Enula Campani, herbe d'Elaune.
- *Ital.* *Enola, l'Ella.*

HELENÆ luctu aut ſatu clarius & notius poſteritati factum eſt Elenion, quàm vt fuſiore delineatione ſit opus, tametſi & ab inſula Helena dici putatur, vbi longè optimum luxuriet numeroſa & prægrandi fronde Digitalis aut Verbaſci Platiphylli (non an guſtifolij Verbaſci, vt mendoſè codex Græcus) florem Buphthalmi aut mediæ Conizæ aureũ ſtellatũ Iunio & Iulio fundẽte ſcapo ſũmo, recto, tres aut quatuor cubitos procero: radicis amplæ, craſſioris, carpum ferè æquãtis, perquàm odoræ: in pratis villarum & prædiorum Angliæ, Germaniæ & Galliæ, erui primo Vere ſolitæ. Qua quidem vtendum intrò humenti & recẽti ad animi paranda commoda lætitiamq; inuehendam, & mœſtitiam necãdam: de qua dote plurimi fecerũt eam antiqui, & nepenthe illud Ægyptium ex ea vna confectum opinati ſunt: ſicca verò benè facit foris: ſin intrò ſumas, humenti atq; recenti vtendum, præſertim in pulmonis affectibus cronicis. Iſtud tamen Pharmacopœi non eſt, ſed periti Medici.

βούγλωσσον BVGLOSSVM ſiue BORRAGO,

BVGLOSSVM *vulgare anguſtifolium.*

Euphroſynon.

- *Ger.* Burreiſch.
- *Bel.* Bernagie.
- *Hiſp.* Borraienes, Borraies.
- *Ang.* *Borage.*
- *Gal.* Borraches.

BORRAGINEM quaſi Bouaginem vulgus dixiſſe putatur, verſa & deinde peruerſa è Bugloſſa voce, quòd tam verum videtur, quàm nulli in dubium iam vertitur, noſtram Borraginem eſſe genuinum Dioſcoridis Bugloſſum, εὐφρόσυνον, ſeu exhilarantem herbam: cuius poſtea ætas recentior nomen confudit & commune fecit, viribus & nonnulla ducta ſimilitudine, anguſtioribus folijs, & aliquantum diuerſæ plãtæ, non Borraginis, vt nũc, ſed Bugloſſæ tunc dictæ. Iam verò notior vtraq; etiam plebeculæ quouis oluſculo: ſed minus vera, verum retinuit nomen. Latifolia & germana, non Bugloſſa, ſed Borrago tantùm dicitur. Vtraq; fœcunditate importuna in hortis luxuriat. Genuinum & latifolium folijs in ceſpite ſtratis, latis, ſubrotundis, aſperis, hirſutis, rimoſa viridi in atrum declinante, ſuperficie Symphiti maioris potius quã Verbaſci. Huius radix extima albicat, minor & breuior nec perennis. Alterius contrà foris nigra, perennis, prolixior. Vtraq; tamẽ glutinoſa, edẽdo medendóq; nata: genuinæ flores ſtellati quinis foliolis, eximia purpura, cœruleóq; nitentibus, interdum candidis, medio quaſi centro coronidem circinatam, fuſcam, exilem cohibentibus. Semine nigro Anchuſæ aut Lycopſis: Sed alteri flores concolores, Primulæ Veris modo aut Anchuſæ: Semẽ maius, minus nigrum, folia lõgiora, anguſtiora, Echio aut Lycopſi toto habitu tam propè accedentia, vt ni defuiſſet rubellus radici color, Lycopſim domeſticam facturi fuiſſemus, qui quia nigricat, potius Echium indicat, aut vtriuſq; anceps naturæ.

BV-

BUGLOSSUM semper virens.



EX duabus dudum recensitis videtur natura Dedala ludibunda vnam concinnasse multò elegantissimam, ac semper virentem, etiam frigidissimis Angliæ, Antuerpia, Belgiáq; reliqua aduecta, vbi plurima & peropportunè viget in hortis ad vsus medicos, vtraq; Brumæ rigoribus delecta. Folia subrotunda, latifoliæ Borraginis, vti etiam caulis: radix situ, habitu & muccagine Cõsolidæ maioris: Flores verò secus alas & foliaprorsum Angustifoliæ: eiusdem saporis & vtilitatis ad cordis & ex melancholia affectus,

BUGLOSSUM peregrinum radice multifida Pulmonariæ.

IN nostris stirpium sportulis quędã arida adhuc est Buglossi facie planta, quam ex hortis Bononiensibus habuimus: in pilis densis, horrida & aspera sunt, angustius desinunt folia qua hærent radici, fibrosa, fusca, non Buglossi, sed Pulmonariæ: caules & flores per temporis angustiam expendere non licuit.

Erraticum BUGLOSSUM asperum Echioides.

EST & hæc perquàm similis qualibet sui parte superiori, & penè par, macilentis & sabuletis Antuerpiæ vicinijs passim sponte, etiam in hortis locum faciunt, vtuntúrq; Buglossi penuria Pharmacopœi, quibus Syluestre Buglossum creditur. Admodum horrent hispidáq; sunt folia, setaceis, pilis rigidis, & bullis prominulis, tantúmq; & simili differt modo à superiore, quantum Labrum Veneris à Dipsaco hortensi. Radix gracilior, lignosa.

BUGLOSSUM Echioides Luteum.

VALDE cognatum huic est facie, natalibus, vsúq;. Pluris faciunt hãc mulierculæ Anglæ, quàm Buglossum, vocantq; linguam Bouinam luteã, propter luteos flores Sonchi similes, in asperis caliculis collectos. Folium item Dipsaci Syluestris, nec minus spinosum, angustius aliquantum. Radix alba, viscida, oleracea, vt Buglossi, cuius est species.

ἄγχουσα ANCHUSA.

Offi. Alcannæ radices.
Ger. Root ochsen zung.
Gal. Orcanette.
Ang. *Alkanet.*

FUCO pigmentísve illinere, Græcis ἀγχούσειν erat, vnde Anchusa dicta à radicis illustri cruore, coloréve florido, cui plantæ totius cognitionem debemus: vix enim alioqui innotuissent, tum propter cum Echijs, Lycopside, & Buglossis similitudinem, tum etiam ob versionem minus perspicuam: confert quippe hanc lactucæ τῇ ὀξυφύλλῳ angustifoliæ,

vel acutæ, & vti videtur agreſti, quæ hirſutior & horridior. Quatuor animaduertimus differẽtias ex floribus, folijs, & magnitudine. Quæ Calys ſeu Onoclea vocatur, maxima, frequentiſsima Galliæ & Angliæ, aruis lætis, ſed glareoſis, vel argillaceis. Radix intus ligneo corculo, libro corticéque craſſiore amicta, ſãguineo ſucco ſãdalinóve digitos inficiente: digitum æquat, ſeſquipalmum longa, guſtũ Bugloſſæ. Folia copioſa Echij aut Bugloſsi anguſtifolij, lanugine ſpinoſa, incana, ceſpiti incumbentia: caulis plurimùm ſingularis, rotũdus, ſquaber, cubitalis, tirſulis florum cæruleis ad punicem vergentibus, Echij non diſsimilibus: ſemen exiguum, oblongum, pullum.

Lutea ANCHVSA.



RARIOR & elegantior multò qui luteis floribus, ſed ramulis minoribus & magis collectis in ſummo: folijs item numeroſioribus, lanugino-ſis, albidis magis: caulis pedẽ aut cubitũ ęquat, & ſemen alterius. Radix tamen viuidiore multóq; delicatiore nitet purpuriſſa, ſucculentior priore, Norbonæ ad aquas Marianas, vmbroſo & pingui ſolo. Etiam in aſperis, non procul Atheſi flumine, & Baldo Verónenſi, collegimus.

MINOR *ſeu Alcibiadion vel Onochiles.*



NOTISSIMA hæc & copioſiſſima in Nitiobrigum agro, vnde Pharmacopœi Monſpellienſes & Lugdunenſes Lugdunũ ad nũdinas quotãnis acſerſunt: nos è vinetis & ſabuloſis aridisq; collibus Grãmuntiæ Syluæ, propè doctoris Aſſutij prędiũ, eruendã curabamus. Prolixior namq; & carnoſiore plenioréq; eſt radice cæteris. Cætera tota minor, anguſtiora folia, multò numeroſiora, viridantia Bugloſſi. Complures fundit cauliculos teneros, graciles, floribus minoribus, Bugloſſi minoris anguſtifolij, puniceis. Semen cinereum, oblongum, paruum. Sapor Bugloſſi, nõ ingratus, acrior tãmen & ſiccior.



Anchuſa lignoſior.

ANCHVSA LIGNOSIOR *anguſtifolia.*

VLTIMA hęc & minima omniũ, tametſi vix Anchuſa habenda ſit, vt cuius ſit parum aut nihil purpurea radix lignea, ruffofuſca, fundésq; cauliculos ſeſquipalmares lignoſos Satureiæ: foliolis oblõgis, Alcibiadæ Anchuſæ minoribus, minúſq; hirſutis: flores item nõ multum abſimiles, puſilli, cærulei. Radix lignea ex fuſco ruffeſcens, parũ aut nihil inficiens. Marginibus agri Frontignani & Valeriæ Syluæ hæc interdum occurrit. Alibi nobis nuſquam viſa.

LYCOPSIS, vel Lycapsis degener Anchusa, Ægineta. Mathioli Cynoglossum.

NIHIL habet hæc Anchusæ, præterquam radicis fuscum ex purpureo colorem; à quo Lycopsis deriuata fuit, id est, fuscedo obscuritásve, qualẽ ante-lucanum vulgus inter Canem & Lupũ crepusculũ vocat: nisi sit ab hispida caulis foliorũ & florum inpexaque hirsutie, pedem imitata Lupinum: qualem non procul à littoribus Frontignanæ & Doctoris Griffii rure nobis primũ ostensa fuit à Professore D. Assatio, præceptore exercitatissimo, & de Medica materia benè merito. Satam postea habuimus Londini in Anglia: folia dum per initia erumpũt, cespite instrata numerosa, bullis & villis asperata, Echii, palmum longa, pollicem lata iacent, neq; toto anno assurgunt, aut caulem florémve edunt; sed vno & interdũ altero anno pòst, æstate caulem sesquicubitalẽ, rotundum, hirsutis alis multis diuisum. Iuxta quas & folia erumpũt ex interuallis: florésq; Echii fimbriati, diluta purpura, exili stamine. Semen Borraginis, minus nigrũ: radix crassior digito, rufescit, lignosa: parum aut nihil attrectantem inficiens.

Hæc ab ea quæ hîc in Anglia via quæ Bathonia & Bristolia Londium ducit per messes læta & multa hilari visitur aspectu, floribus tantùm differt: quos non secùs foliorum & alarum interstitia, sed in summis caulibus saturiore purpureo, Anchusæ maioris. Vt prior subrubra linet & nonnihil rubelli affricat digitis.

ἔχιον *ECHIVM, Buglossum agreste.*

Germa. Wild ochsen zung.
Gallis. Buglosse Sauuage.
Belgis. wilde Osse tonghe.
Ang. Wyld Bugloss the lesser.

SEIPSA prodit seminis indice, quo à Borragine discerni videtur: ab Anchusis autem radicis colore, siquidem Echio multumque ad syluestrem Buglossum accedunt, folia per interualla circum teneros rotundos quaternósve caules rectos sesquicubitales, alterno situ plurima hirsuta, ternas, quaternásve vncias longa, pollicem lata, subnigra, crassa, è quorum sinu emergunt per interualla flores copiosi, ex puniceo cærulei, in pusillis vtrinq; incuruis aristis digestu, plumatas summitates effigiãtibus: hisce asperiusculis & spinosis tegumentis euolutum clauditur semen; viperinum caput argutis, sed exilibus oris, luminumque vestigia efformat.

ONOSMA, siue Ononis.

NVLLVS est paulò exercitatior, qui illicò percepta Onosmatis ex Dioscoride delineatione, nõ opinetur eam esse è censu Anchusarum, Lycopsidi nimirum cognatam, anchusámve degenerem, quam secreuit Diosc. nomine & familia: vt suo obsequutus instituto frugiperdis abortum faciẽtibus insereret, cuiusmodi sunt Securidica, Nymphea, Asplenium, Hemionitis. Eóque bis foliorum similitudinem ad Anchusam inculcat. Res verò ipsa indicat esse, quemadmodum arbores non paucæ, quæ fœtæ fuerunt primùm, postea exhaustis viribus biennio aut triennio florem fructumque edunt nullum. Sic duo aut tria genera Echii putata meminimus, triennio primùm nõ nisi folia, postea caulem & semen promere: quibus per frigora amissis, non nisi biennio aut triennio interiecto, rursum in caulem & flores erumpere: alias anno floruisse primo, aut altero, bienniúmq; interdum totum quasi effœtas & steriles, caule orbatas fuisse, suspicionemque fecisse seminis, florum, caulisque sua natura expertes esse: cùm tamen denuò rediuiuas reparatis caule flore atq; seminibus Lycopsides animaduertissemus: quod potuit itidem inde istis euenisse, & id vulgo persuasisse, quia infœlix, atq; fœtus certa pernicies, non secus atque filix aliáque haberetur. Huc exempla Bechii & Dictamni studiosi arcessant. Cynoglossum autem iam hic nobiscum perpendant.

Κυνο-

Κυνόγλωσσον. CYNOGLOSSVM.

Germa. Hundtzunge.
Gallis. Langue de chien.
Belgis. Honds tonghe.
Ang. Howndes tunge.

HAVD dispar de lingua Canina hæsitatio, sedquæ minoris egere videatur disquisitionis & probationis, æquis arbitris attentius rem ipsam expendentibus. Etenim nisi nullidum cognita est Cynoglossa, aut certè ea est planta nominis interpretatione, vsu, & caninæ linguæ assimilatione, consensui vulgato adeò probata & recepta, vt nullus sit ex istis malè feriatis nouatoribus, qui æquè bonam & congruam, nedum potiorem, indagare quiuerit. Est namque ea foliis mollicellis, lenibus, lanugine pauca, ad tactum minimè aspera, mollicie & effigie linguę caninæ vel Glasti, nônihil venosa, albicantia, Plantagine latifolia arctiora, præsertim aridis & sabulosis Linguagotticis, vbi pusilla vix sesquipalmū & pedem excedens: caulis rotundus, incanus: in alas diuisus, quibus flores punicei angustifolii Buglossi: paruum semē lappulis, hirsutisve clypeolis contentū, vestibus, vt Agrimonię vel Caucalidis pertinacius hærēs. Pinguibus tamē & humētibus aruis Ferrariensibus & Patauinis maximum glastum superat, eò proceritatis progressa, vt vix sui similis sit: viridiora namque folia ima & latè humū operiētia: dilutiores flores, obsoletiorésq;, quos fert nullos nullumque caulem nonnullis annis, præcipuè vmbra salignea aut sepibus vicinis opacata. Qui in Herbariæ cognitione cōsenuerat peritior quàm iactantior Barallis, Dioscorides Monspelliensis vocatus, asserebat Rondelletio nobis audientibus sibi non semel in Lemouicibus & Auerniis obseruatas non paucas triennio & quadriennio quotānis bellè reuiruisse, cæterò nullum caulē promisisse. Quin si vires spectes, magis arrideat tum planta, tum sententia nostra, quæ doctiori lubenter cedet, quum potiorem indicarit Cynoglossum. Ambustis siquidem opitulari, vel mulierculæ sciunt, refrigerandi scilicet manifesta qualitate, exsiccante, doloremq; leniente, & maiorē affluxū prohibente; præsertim exungia alliquefacta feruidáve instillata: itē Allopecis de acri & erodente humore capillis defluētibus, cōfert. Nec nō emolliet aluū eius vis malactica & muccaginea vino incocta & frigore retuso. Radix Symphiti est magnitudine, muccore & colore, odore penè soporifero, maximi hodie vsus ad acres & tenues fluxiones: magis tamen incrassat quàm refrigerat. Hæc Plinii lappulas ferens videtur: non enim Echii, aut Anchusæ, aut Lycopsides ferunt. Quare, si, vt pleraque omnia, è quopiam Herbario vertit Plinius, caulē ferre & semen, vt qui obseruarit fortè eadē quę nos scripsimus: inscitè simul atq; perfidè erroris fœdi traducitur, & Ruellio pereruditо calumnia impingitur non ferenda ab illo eius perpetuo plagiario præsertim: qui nisi hîc tantus fuisset, nunquam ille cōmentatoris opinionem sustinuisset. Porrò eum nisi tumultuari gloriolamque aucupari satis perspicuum, cùm nihil interim doctiores nos vspiam relinquat. Cur nō docebat, qua de re Trallianus eximius Græcus addiderit radicis cortices pilulis, quas de Cynoglosso inscripsit? quæ apprimè pollicitationi stant, nec vllus Medicorum hodie aliam vel addit, vel nouit. Etenim Mathioli hanc, cui natales Romæ ad molem Adriani facit, nusquam non locorū paulò calidiorum Norbonę & Hetrurię multa, nec alio quàm diximus modo in Lycopside & Onosmate, illic caule vidua cernitur. Proinde, qui nec hanc quidem probè notam de facie haberet Senensis, paucas & confusas notas posuit: vires verò, quod minimè decuit, suo more reticuit, & tamen legitimum asseruit.


CYNOGLOSSUM Pusillum Norbonense.

Plinii Cynoglo.

CIR-

CIRSIVM.

CIRCIÆ varices Hippocrati, Ixiæ Aristoteli sunt: venæ humore flatúque melancholico prominentes & tuberosæ, dolore interdum sæuo partem vexantes, quibus quia hæc planta medetur, id nominis assequuta fuit. Genuinam autem plurimam propè pistrinum oliuarum, & ponè molas farinarias, in locis vadosis Lani amnis Monspelliaci, & pratensibus lacustribusque littoreis à Grammutio luco in meridiem deuexis, quà maris alluuionibus & solibus feruidis longè latéque patentes planicies sale niueo opertas pedibus terebamus Iunio 1566. Radix & ima folia Dypsaci modo & ortu, Buglossi angustifolii acutiora, & leuibus hirsutis spinísq; asperiora, lōgiora, virida. Caulis vt plurimum singularis, binos, ternos, aut quaternos cubitos æquat, angulosus, rectus, incanus, tener, Sonchi modo. In quo extremo flores, rotūdis, oblōgis capitulis, Senecionis, aut Cardui, purpureis densis cōflati staminibus, vnà numerosi & cōditi. In pappos defluentibus Iulio, relicto exiguo oblōgo cardui semine fuluo. Notissima hæc illic studiosis, alibi Italię aut Galliæ parū nota, aut frequens. Quā eandē cum Guini Cirsio in Mathioli cōmentariis eleganter depictam, intuitu, quoad licet, coniectamur: propterea quia idem Senensis vtique sui similis, nullam descriptionem apposuit: Ruellio alijsque doctis, qui putarint hanc Buglossum angustifolium esse, neutiquam parsurus: si virentem, florētemq;, vti nos, vidisset. Sanè vix vlla in Dioscoride plenius descriptioni respondet & facultatibus, quàm hæc, floribus non quidem Buglossi, sed pappofis & lanuginosis, euanidis, caducis.

ALTERVM.

HIc Londini in horto Morgani, etiamnum ineunte hyeme, huic aliud Circium creditum creuit, cognatum foliis, floribus, & radice, facie tamē Cicerbitæ, foliorumque positu in cauliculis teneris, canis, minus hirsutis, vti etiā folia paulò breuiora: sed flos purpureus, & singulæ cymæ singulus papposus: ea annum fermè vegeta viruit.

SYMPHYTVM *Alum, seu Alus.*

Gallis. Consyre, Oreille dAsne.
Ang. Comfrey.
Consolida maior. Hisp. Suelda maior. *Ita. Consolida maggiore.*

PERAPOSITE istud Symphytum cōtulit Buglosso, id est, nostræ Borragini Dioscorides: quandoquidem tractus amat lætos, riguos, interdum & hortenses istud, non secus ac Borrago: cui foliis similibus, maioribus, longioribus, itemque caule cauo, hirsuto, anguloso est: radix nigra foris, intus alba, mollis, & fermè omnium quas nouimus maximè viscida: sapore oleraceo, vel insulso, quæ carnium frusta, si illi incoquantur, ferruminare, glutinaréue meritò credūtur. Quàmplurimos ad affectus certissima ope cōditur, ad vnguenta spissantur, tota namq; folio & radice vulneraria est: Buglossi gustu & mucagine, sed multò pluri & efficatiore ad vlcera ferruminanda, eóq; Consolida maior vocatur: & quæ mas vulgò dicitur, floribus purpureis, efficacior habetur: quæ verò albidis floribus, fœmina. Luteis etiam floribus obseruauimus quandam, quæ foliis putaretur Borrago, vbi defloruit, nisi radix subesset tuberosa nigricansque: quare minus verè quidam opinati sunt, Indicam occiduam sanctam herbam, Symphyt πετλον apud Dioscori, esse, vt inox ostendetur.

Quod sonat ipsa nomenclatura.

Indorum Sana SANCTA, *siue* NICOTIANA *Gallorum,*

IMPVDENTIVSCVLIS Herbariæ obtrectatoribus, ignauiam hæc, si loquatur, exprobret, ingenuis autem vestigatoribus sedulitatem gratuletur, qua factum est vt non multis ab hinc annis ex Hesperię Indię nouo orbe Portugalię, Gallię, Belgię, & Angliæ facta fuerit inquilina; maioréne an certiore commodo, incertum. Siquidem non modò

Symphyti

Symphyti de figura & habitu ipſo conferenda eſt, ſed etiam effectionibus ad interna & externa incommoda, eidem & cuilibet Pannaci decantatiſsimæ præferenda. Non eſt tamẽ Symphyti ſpecies, tantò minus πετραῖον Dioſcori. ſit, licet viſum fuit quibuſdam: at illud eſt noſtrum Symphytum vulgi magnũ, tametſi iiſdem riguis, nempe pinguibus & apricis gaudeat, proueniatq́; foliis prægrandibus, oblongis, hirſutis, Symphyto magno, latioribus, rotũdiorib⁹, Bardanę Hyoſchyamo luteo concoloribus, multis è radice exili Lactucæ, multum fibroſa: ſcapus exit trium cubitorum in Frãcia, Belgio, & Anglia: ſæpiſsimè quatuor & quinque proceritate, quum maturè ſatum ſemen in calidioribus tractibus Aquitanię & Linguagotię: florum calatos Auguſto fert, herbaceo pallore nonnihil



Nicotiana inſerta infundibulo ex quo hauriunt fumũ Indi & naucleri.

puniicantes, vnciales: ſemenq́ue maturat in calyculis eximiis admodum, & ſimilibus
Hyoſchyamo Luteo, vnde nonnulli putant Hyoſchyamum luteum huius ſpeciem eſſe: &
ſanè vtrique pluſculum caloris ineſt. Quare nec Hyoſchyamus eſſe poteſt; quòd illis per-
ſuaſum fuit, quia vidiſſent non paucos huius fumo hauſto temulentos fieri. Videas enim
naucleros pleróſque omnes qui iſthinc rediunt geſtare puſilla infundibula ex folio Pal-
mæ aut ſtorea confecta, quorum lateri extremo inſerta ſunt conuoluta folia & commi-
nuta ſiccata huius plantæ: iſtud illi accendunt igne, atque hianti ore quantum plurimùm
poſſunt, inſpirando fumum ſugunt, vnde ſibi famen ſitimq́ue ſedari, vires inſtaurari,
ſpiritus exhilarari aſſerunt: ſopiriq́ue iucunda ebrietate cerebrum, dictitant: incredibi-
lem pituitæ copiam plerumque educi: Quod ipſi dum hauriremus, experti ſumus: non
tamen citò inebriat, nec frigore dementat, vt Hyoſchyamus, ſed quadam aromaticitate
vapida ventriculos cerebri imbuit. Hyoſchyami illius lutei nullũ factum à nobis certum
periculum, Iſtius verò *Sanctæ herbæ* vocatæ iam vbique increbuit fama: ſanè ad vlcera,
vulnera, thoracis affectus, tabemq́; pulmonũ, ea nihil noui nouit ex nouo Orbe noſtra æ-
tas præſentius, aut efficacius, quemadmodum inter remedia dicetur.

PVLMONARIA, maculoſa folio Borrag. floribus Primulæ Veris, purpureis.

Gallis. Herbe aux Pulmons.
Belgis. Onſer vrouwen melckcruyt.
Ang. *Sage of Ieruſalem*.

CONSVLTIVS huc hæc fuit dilata, non enim magis dicta Plinii *Pulmonaria* ob effigiem foliorum, quàm propter vires pulmonibus non ſecus laudatæ atque *Symphitũ*, cui congener eſt, nec parum ſimilis, hirſutis calyculis florum *Primulæ*, prima vernatione eleganter purpurantibus, in cauliculis mollioribus, ſeſquipalmaribus: foliis item ſuperficię

item superficie & hirsutie Symphiti aut Buglossi, maculis lacteis & nigris aspersis, semina nigra relinquentibus Borraginis, ab imo erūpentibus, supernè acutis, radice quàm Primulæ crassiore, fusca, viscida: gustu nō ingrato totius plantæ Holeraceo. Iusculis miscēt folia mulierculæ, aut tusa ex ouis in placentas ducunt, adq; pulmonis affectus, & cordis vires conferre prædicant, eoq; in hortis habent ex vmbrosis montosis. Quibusdam regionibus visuntur sine maculis.

PVLMONARIA *Gallorum, flore Hieracij.*

QVAMVIS sit hæc Pulmonariæ maculosis folijs & nomine donata, propior tamen videtur Intubaceo generi: flore nempè luteo Hyeracij, in parietinis & dirutis, musco obsitis, Lugduni, & Monspellij Gramūtiæ syluæ, emicat tenello cauliculo, Intubaceo, palmari & sesquipalmari, gracili, è radice exiliore Betonicæ, nonnihil fibrosa. Incerto adhuc vsu, vti planta parum nota est: quidā tamē cōferre paronochijs & pulmonibus prędicant.

MONTANVM *Arction an Persolata Plinij?*

TAMETSI nullusdum scriptor ARCTION, siue Vrsam, vel Arcturum Dioscoridis nouit (neq; enim Ruellij vndequaq; doctissimi manes, aut sētentiā de Xanthio, insectari, animus est, aut fas ducimus) tamen id putamus factum ignoratione, non tam plantæ ipsius, quàm Cumini Syluestris siue parui, cui confert Dioscorides Arctij semen: alioqui folia ampla Phlomo rotūdiora, cauléq; teneros & longos promit hęc, quæ vt nomine & ordine apud Dioscoridem, sic facie magnoperè cognata est Personatæ siue Ἀρκέῳ vulgari, quam Vrsam interpretamur dictā, vtrāq; à semine, vti videtur, hispido, villosis echinis, qui huius Arctij sunt molliores, propiúsq; Cuminum paruum siue Syluestre simulantes : semine etiam non absimili. Quare nec absimili vero ratione videmur asseruisse hanc Arction veram . Hæc nusquam nobis visa, nisi celsis & Syluosis montium opacis, vt Veganij Iugis Norbonæ & Saleuæ mōtis, alijsq; Pedemontis & Sabaudiæ finitimis. Radix longa, tenera, candidaq; foris & intus, edendo non ingrata. Folia, subtus præsertim, admodùm incana, vti vngulæ caballinæ vel Petasitidis. Plinius hanc *Persolatam* nuncupasse videtur: sed descriptionē confudisse (vt sæpè facit) cum Personata, non leuis suspicio est: tum quia folia vtriusq; comparat Cucurbitæ, & tamen singulari distinguit Persolatam à Personata capite & radice. At Dioscorides Verbasco comparauit, & hasce tres, nempè Arcion, Arction, & Petasitidem, admodum inter se similes, serie coniunxit, nec tamen aliam alij assimilauit, cùm tamen Petasitidi simillima Personata sit.

ἀρκεῖον. PERSONATA, *Lappa maior, Bardana.*

Ang. *Great Burre.*
Ger. Groß Kletten.
Belg. Groote clissen.
Gall. Glouteron ou Gletteron.
Ital. *Lappola maggiore.*
Hisp. Bardana.

PROPTER eandem quam cum villosis hirtísq; vrsorum capitibus glomerationes echinosæq; lappæ haberent similitudinem, nomenclaturā cōsimilem accepit Arcion & Arction. Personatæ autem fortè, quòd folia pręgrandia vultui, laruæ, aut personæ obtendi facie solita essent. Et Persolata, quia galeri vice Solis æstum à capite arceret: vnde etiām Petasitidi nomen factum.

Nimis quàm frequens & vulgaris lappa magna vbiq; gentium secus vias & vrbium pomeria, luculentæ magnitudinis, Cucurbitæ æmulis folijs, & Echinis, mordaci hæsu vestes canésq; arripientibus, puerorum frequenti lusu nulli non notissima. Radix grandis, carnosa Arctij siue Persolatæ, sed foris nigra: conditur sacharo, & cùm grata tum vtilissima ad calculum & dysenteriam habetur, Veneris etiam incentiua. Idem semen pollet, sed multò efficacius calculosis.

ξάνθιον καφαγανιον. *XANTHIVM ſiue Strumaria.*

Offi.	Lappa minor.	*Bel.*	Cleyne cliſſen.
Ang.	*Lowſe burre, or leßer burre.*	*Gal.*	Petit Gloutteron.
Ger.	Betler ſleiſʒ vnd Spitʒ kletten.	*Ital.*	*Lappula minore.*

COLORIS cognomine ſic dicta, quia ruffat capillos, quemadmodum hodie vulgus tinctorum luteam & Kermes, ſiue *Kermeſinum* dicit, cuilibet regioni fermè æquè nota ac maior lappa, ſed non perinde feraci inuiſoq́; prouentu abūdat, locis & ſcrobibus arefactis, quādo imbres aruerint, gaudet, ortu & fructu echinato lappoſoq́; Platani aut potius Glycyrrhizæ alterius ſiliquoſæ, folia gerentibus caulibus ſeſquipedalibus & pedalibus, inciſura, figura, & colore Attriplicis vel Torneſolis, Bardanā etiam aliquantùm adūbrante: vnde Bardana minor dicta, radice non profunda, fibroſa, meritò, vti ſemen ipſum, laudata ad tumotum ſtrumarumq́; pertinaciam delendum frequenti admotu, vnde χοιραδόλεθρον, ſiue ſtruminecam vocarunt antiquitus.

Βήχιον. *TVSSILAGO, Farfara & vngula cabalina Offi.*

Ger. Roſʒhub & Brantlattich.
Bel. Hofbladeren.
Ang. *Fole foote, Coltes foote.*
Gal. Pas d'aſne, patte de cheual.

ACOMMODO compertiſsimo, quod præſtat anheloſis & tuſsi afflictis, dicta fuit Bechium Græcis, Tuſsilago Latinis, vel vngula cabalina recentioribus. Folia quippe promit ab imo in pediculis ſeſquipalmum altis, rotunda, ſed lateribus ſenis, ſeptenísve angulos acutos claudētibus, auerſa tomentoſa incana, aduerſa virentia carnoſa, Petāſitidi adeò accedentia, vt per initia niſi odor (qui huic grauis) diſcerneret, eādem putares. Flos illi aureo pallore, radiatus, dentis Leonis æmulus, qui Februario & Martio nondum egreſsis folijs repentè floret: parumper perſtat, & celerrimè in pappos dehiſcens. Radice tenera, candida, carnoſa, geniculatā, humí ſparſa, cuius cum folijs eſt vſus notior, quàm vt longiori egeat oratione. Vda ſata, crepidinéſq; fluminum amat.

πετασίτης *Petaſites.*

Ger. Peſtilentʒ wurtʒ.
Bel. Peſtilence wortelen.
Ang. *Butter Burre.*

SED & vtiq; ſimiles ſui negotium ex negotio ſerunt ſtudioſis, qui Tuſsilaginem aſſerunt, Petaſitem negant, plantam illam in pratis paluſtribúſq; primo Vere creſcentem, atq; nondum folijs ortis caulem erigentem tenerum, carnoſum, concanum, ſeſquipalmum altum, Orobanchæ ſimilem, floribus in ſummo denſis, puſillis, multis, mucoſis, racemoſis, oleæ, in purpureum conum compactis, ſpectatu amœnum: nullo ſemine prægnantem, ſed flore marceſcente & defluēte, ſpē etiā ſeminis perdentem. Folia pediculo cubitali, craſſo, carnoſo, quaſi appenſa medio ſui centro, pendula inſtar Petaſi inuerſi viſuntur, maximā Perſonatiam ſuperantia: ſed rotunda, ſubter parum incana, ſingulis pediculis ſingula, medio fermè totius puncto hærentia, vbi ſinus definit profūdus ad vſq; folij centrum actus, quæ ſi prorſum clauſeris, fungi penduli modo fulciri dixeris: ſimúlq; Commentatori ſilentium indixeris, qui dum nihil habet quod illinat paginis, in minutijs iſtis obſtrepit bonis viris, nec quid quóve modo ſcribat, de facultatibus notiſve certioribus, quicquam penſi habet. Grauis enim & prorſum ingrati eſt odoris hæc, guſtanti verò perquàm amara, & ingrata: deſiccat item magnoperè, quapropter morbis epidimicis vtiliſsima habetur & comperta Medicis Germanis etiamq́; plebi, quæ ea de dote vocat Peſtilentie wortele, id eſt, peſtis radicem: quæ valdè craſſa, foris pulla, intus cādida, & plurimùm vermiculis prægnans & exeſa, quòd mirum foret pabulum adeò amarum amare, niſi illius eſſent proles & alumni: vt in abſynthio, & in veſiculis, quibus condita & repoſta aloes aſportatur, cernitur, quam interdum etiam mures liguriunt. Radices complures cortice exutas

&

& exenteratas aceto indunt quoad viribus imbutum fuerit, exque illo cum Rutæ succo & Theriaca propinant, præsidiumque nulli secundum affirmant. Leuiusculo argumento deceptus fuit, qui rebatur propter communia natalitia & florum ante foliorum egressum, esse easdem, quasi non idem contingat Trifolio Hederaceo, Croco Syluestri, Ephemero, & aliis.

CACALIA.

HÆc multum Petasitidi assimilatur, foliis præsertim: an verò sit Cacalia ambiguum, nec tamen vlla alia vllã opinionẽ veræ nobis fecit, nedũ vt animum expleret, præterquàm ista. Alpinis iugis opacisq; superciliis prope fagos & aquarum scaturigines vel fluenta plurima, alibi rara. Ternos cubitos æquat caulis: ramulis quibusdã diuisus, flosculis albicatibus & aliquantum obsoleta purpura aspersis, incõditè cõgestis & pãnosis muscosisve, vti in Eupatorio Canabino, aut Virga aurea, radix albida, fibrosa, crassa Garyophillatæ, vnde pediculi surgunt foliis permagnis leuiter laciniosis donati Petasitidis: quàm etiã odore quadantenus imitantur. Galliæ Norbonensis celso monte Calcaris nũcupato primùm vidimus, prope illius montis verticẽ qui Dei Paradisus à plebe vocitatur. In Delphinatũ vel Allobrogum finibus Montes qui Pilati monumento è regione visuntur. istam habent, vnde quidam amici Lugdunenses peritissimi habuerunt.

ALYSSON.

FVIT hæc Thlapis & Lunariæ Græcę socianda: sed operarum properatione huc intrusa est, licet non absimilia sint folia Echiis: in hortis cultioribus habetur, & nonnullis Lunaria vocatur: sed nulla melius Alysso Diosc. quadrare videtur: est cubitum alta tota, incana, asperiuscula, ac nonnihil tomentosa; radice exili, foliis in imo Conizæ, vel albę violæ, plurimum vnicaulis, rotundus, hirsutus, pusillis alis diuisus, in quibus alternatim flosculi lutei oriuntur Irionis, & folliculi oblongi clypeoli compressi, qualis Lunariæ Græcæ, quem duplicatum facit membranula dissipans vtrinque seminum seriem duplicem, quę sunt Leucoii similia, sed maiora. In Belgió vidimus, in Italia dono habuimus, Mõspelliiq; satam & enatam gustauimus, sapore longè Porro aliud est Galeni Alysson putatum à recentioribus, Bugula nempe siue media Consolida, iamdiu superius adducta.

Dotterbloemen *Germanorum, an Plinij Chamelence & Malococyssus? Chelidonium minus.*

Nymphea { *Alba maior.* / *Minima.*

Nymphea { *Lutea.* / *Minor.*

Morſus Ranæ.
Tribulus aquaticus.
Faba Ægyptia.
Arum Ægyptium.
Dracunculus maior Math.
Dracuncellus aquaticus.
Arum.
Arum minus.
Ariſarum vtrumque.
Ariſarum Norbonenſe.
Aſarum.
Aſarina.
Braßica marina, ſiue Soldonella.
Soldonella montana.
Gramen Parnaſi.
Thora.
Ciclamen vtrumque.
Ariſtolochia { *Rotunda.* / *Longa vera.* / *Polyrhizon Pli. Ariſtolochia tenuis efficacior Galeni incognita, (Mathi.* / *Clematitis, falſò longa, Math.* }
Viola Martia, eiúſque varietates.
Viola flammea, coloria, calida.
Saxifragia { *Alba, ſtrumoſa, Chelidonioides.* / *Aurea.* }
Caryophyllata Alpina.

χελιδόνιον μικρὸν. *CHELIDONIVM minus, ſiue Hirundinaria minor; Scrophularia minor.*

Germa. Klein Scholwortz, klein feigwartzenkraut & Meyenkraut.
Gallis. Couillons de preſtre, Petite Eſclere.
Itali. *Fanoſcello.*
Angl. *Pyle woorte or Fygwoorte.*

NIMIS quàm moroſi ſunt, qui Chelidonium minus ob ignauã acrimoniam reiiciunt, cùm notæ cęteræ ſuffragentur apprimè deſcriptioni: nam oritur primò Vere cunctæ Europæ Chelidoniis ad nos remeantibus, & grannla triticea multa appenduntur radiculis, vnde triticum, ſiue πύρον vulgò Dioſco. æuo dictitatum fuit: à noſtris autem Scrophularia etiamnũ vocatur. Quare facilè futilis obiectio de acrimonia refutatur, aliorum multorum ſimplicium exemplo. Apud Dioſc. Arum, Aſphodelus ex Heſidio, vbique cœpæ fidem facient, quorum ácrior ant mitior ſapor, agri ſequitur conditionem. Folio Hederaceo Aſari exit, florumque elegantem ſobolem in pediculis tollit, foliolis aureis radiatis, ſtellatis.

CALTHA Paluſtris recentiorum, non eſt Chamalence Pli. folio Populi, ſiue humilis incana. Dotterbloemẽ Belgarum, & Farfrugũ recẽtiorũ.

Malococisſus Caſſani Baſſi.

LOCIS item lacuſtribus & vdis huic perquàm ſimilis & frequens quę Germanicè Belgicè Dotterbloemen vocatur, Chamælencè quidam ex Plinio, ex Geoponicis Malococyſſum maiorem: Mathiolus ex ſuo cerebro Tuſsilaginem alteram facit: nam coniecturas triuiales, quas & deſcriptionem de recentioribus ſcriptoribus, peritiſsimo Dodo. & aliis, emendicauit, inculcat, ſuppreſsis nominibus & mutatis claſsibus, quaſi ſcopas diſſolutas: hæc enim multò magis Chelidoniũ ipſo toto vultu præſert, niſi quòd vniuerſa maior: Flores neutiquam papposi ſunt, quinimò diu admodum & particulatim floret aureis Ranunculi, aut Chelidonii minoris: neque folia ortu, vt Tuſsilago, anteuertunt, & Nymphex luteæ colore, vel Chelidonii minoris nitore fulgent, & ſimiles ſunt adeò, vt in Angliæ vuidis, vbi vberrima, ſæpè pro Nymphea minore Pharmacopœi & Clinicæ

mulierculæ nobis attulerint & ostentarint. Folia non subter incana, non angulosa, non caulis tomentosus, sed potius atro virore polito, vti Asarum, Nymphea. Radix fibrata capillamentis, acris gustu est, sed moderatè: nondum tamen vsu exploratæ facultates: quod magno pudori est istis audaculis assertoribus, sed maiori detrimento Medicinæ tyronibus, maximo verò nocumento ægrotis, quos perdit inscitia, & scelerata gloriæ fames.

Νυμφαια NYMPHEA LVTEA, Papauer palustre. Nenuphar Officinarum.

- *Ger.* Wasser gilgen, haarwurtz, zee bluomen.
- *Belg.* Plompen.
- *Hisp.* Escudetes del Rio, & Higos del Rio.
- *Ang.* *Water lilie.*
- *Gall.* Blanc d'eau, & Lis d'estang.

AQVAE Lymphæ seu Nymphæ antiquitùs vocatæ, natales & nomen suppeditarunt Nymphæe, quæ nusquam nisi in aquis leniter labentibus emergunt, parum extante folio peramplo, Bechij aut Dotterbloemen, circinatæ rotunditatis, læuoris, densitatis, & magnitudinis, in caule glabro, quasi pediculo, quaternum quinúmve cubitorum, flore specioso, luteo micante aspectu, & ambitu obrusiore, quàm albæ Nymphææ.

NYMPHEA alba.

ALTERAM speciē, quæ maior vocatur, vix quisquam discernat, nisi floris emaculato cādore Lilium prouocante: radix vtriusq; crassitie cruris humani, nodoso & strumoso corio clauam imitatur, gustanti insipida quū adhuc humens, siccatæ nonnihil sapit alimētosi. Luteæ albus est, Candidæ autem nigricat cortex, vtriusq; amaricat: semen & flores nonnihil odori albæ: Flagrantissimi lutei, & gustanti nonnihil acrimoniæ præferunt, glutiniiq; quippiam habent, quem, nisi condiantur, arefacti amittunt, sicciq; efficiuntur, atq; nullo aut pusillo calore digerunt: qua è perpensione facilè quis componat tumultuarias Arabum & Neotericorum inter se perorationes. Atq; quum attoniti mirātur Arabas quandam speciem Nymphææ calidam tenuantemq; putasse: non est sanè quod conuicientur, aut ineptè è capite de Sedo accersant subsidium; nam si Nymphææ inde sit dicta, quia Lymphis Nymphisve est conuictrix & accola, potuerunt Serapione antiquiores Caltham nobis dudum Palustrem dictam congenerem fecisse: natales quippe, folia & flores affinitate haud vulgari, etiamnum persuadēt idē quibusdam Pharmacopœis, qui nostris medicamētis non semel subdiderunt hanc, illarum vtriusuis loco: vocabantq; Nymphæam luteam. Quin ni nobis forent notæ Nymphææ, certè hanc legittimam Nymphæam agnosceremus, vti fortè plerasq; alias arbitramur pleriq; omnes humanæ Mineruæ cōiectores, quoties potiores vel rationes, vel plantæ accommodatiores nos deficiant.

ALBA Minor.

SVNT insuper antiquis prætermissæ Nymphææ duæ, potrices quidem, & aquarum alumnæ: verùm regionum duntaxat (aut certè plurimùm) Septentrionalium, præsertim Angliæ, via quæ Londino Oxoniam & Bristoiam ducit, secus & trans aquas viarum pigriores minúsq; profundas, numerosū exerit hæc in tenuioribus pediculis & non dissimilibus folium, ferè magnitudine Chelidonij minoris, aut Palustris Calthæ, Dotterbloemen vocatę: defluente flore candido Papaueris, Rhœadis, aut Melampyri, capitula & semina supersunt, crassiusculo cortice obducta, nullius dum vsus.

NYMPHEA LVTEA minor Septentrionalium.



MINUS freqnens Lutea minor, è limoso item fundo, traijcit lymphas iunceis pediculis, ternû & quatenrû cubitorum crassiusculis Portulacæ, singulare folium in summo gestantibus, duplò maius quàm superioris: quare hæ differentiæ sibi ita ex aduerso altrinsecus opponũtur, vt hęc maiuscula lutea, albę nymphęæ Dioscoridis respondeat, superior verò minima conueniat cũ maiore lutea. Floribus ex vno quasi iunceo exortu Primulæ, minoris chelidonij stellatis, iuxta amœnissima Thamesis fluenta, in vdis scrobibus & lacustris pratẽsibus: gustu plusculum caloris videtur habere, & siccior esse quàm superiores.

MORSVS RANÆ.

INCOMPERTAM & hanc Græcis, Septentrionales, apud quos (rarius in calidis) prouenit, **Vorschen Beet**, aut Ranæ morsum vocitant, & **cleyn plompen**, id est, paruã Nymphęam: & certè magis Nymphęis, quàm Potamogetoni accedit, pręsertim figura & natalibus, nempè torpentibus aquis foliola plurima innatant, in Lenticulæ palustris quãdam effigiem, aut potius pusillæ Nymphęæ albæ, circinato pariter ambitu, sed minore Capparis, vnguem maioris digiti æquante: in pedicellis flosculi intermicãt luteoli, alibi lactei aut melini sũt, tribus foliolis cõstantes minimæ albæ Nymphęæ, crebribus radicum staminibus, longius se porrigentibus in fundum lacustrium, stagnantiúmq; aquarum, vbi ranæ lubentius stabulantur, vnde nomen: ad arcem Londini regiam & mœnia, plurima Iulio & Iunio, gustu Nymphęæ aut Lenticulæ palustris.

τρίβολος TRIBVLVS Aquaticus.
Offi. Tribulus marinus.
Ger. **Wasser nusz, weyhernusz, Stachelnusz, vnd Spitznutz.**
Belg. **water noten.** Hisp. Abreyos & Abrolles.
Gal. Escharbotz, Saligotz, Chastaignes d'eau, ou Truffles d'au.

BOREALIBVS, vt Belgiæ, Germaniæ, fossis, & pigris fluentis, prope Nymphęas aquaticus Tribulus, qui etiam aduerso flumine è Francolino Ferrariam versus nauiganti, non semel occurrit, adq; ipsius vrbis Ferrariæ mœnia lateritia in altè depressis vallibus & scrobibus. Paucis hæc similis effigie, eóq; nullñ latere quit, qui muricatas nuces castaneásve triquetras, duras, ternis plurimùm aut quaternis mucronibus figẽtes, norit: nucleo albido, Castaneæ sapore, quo plebecula lubẽter victitat, Castaneásq; aquaticas appellitat. Semirotunda, cristato leniter ambitu, folia Soldonellę & Vmbilici similia, sed
craſ-

crasſiora, e pediculo longiore, ſuperiore ſui parte nonnihil protuberante, carnoſo, ſucculẽto, è caule breui Portulaceo ſenſim deſinẽte in radices, comis vdis, & albicantibus capillamentis, prolixis, fibratas, continenter in aquis partim natantibus, partim in fundo reptantibus & merſis. Quare videndum meritò cur Agri ppę vnguento addantur nuclei, qui bus etiam emplaſtica, obſtruendiq; vis, aluum conſtipans.

COLOCASSIA, ſiue ÆGYPTIA FABA, an ſit ARON Ægyptium putatum, Italiæ nuper inquilinum?

SI QVIS ad fructuum varietatem reſpiciat, latius hodie multò patet ambitus generis fabacei, quàm quum Dioſcorides Græcam fabam & Ægyptiam duntaxat memorabat: nam & noſtras vulgaris nentra illarum eſt, & complures ex India tum Orientali, tum noua Occidentali conſequuti ſumus, quorum fructus aliquantum fabæ æquiparantur, frondem aùtem & reliquam faciem, ſi ille abſit, nullus agnoſcat fabæ. Eapropter illa cum primis egregia Ægyptia huc pertinere videtur, vt quę paluſtris ſoli humentis glebæ ſit ſoboles, vnde aptè Dioſcorides Cibotij ſiue Arculæ eruit ethymon, quod immeritò quidam carpunt, vti dicetur poſteà. Et frondes iſti ſunt quantę arborum (malim verti Petaſitidis, vt è Greco poteſt elici, equè Theophraſti & Galeni lectione.) Radix harundinacea, craſſa, cruda vel cocta eſtur. Quare apprimè olim innotuiſſe Theophraſto & Dioſcoridi, certum eſt. An verò ſit iſta, quam Commẽtator ſibi, aliiſq; perſuaſit, fides ſit penes Bizantiam picturam: quam iſti critici audaculi ſubſannant, ac muſſant Dracontio Aconito, aliiſq; nonnullis, ita neſcio quid tale eueniſſe. Certè multis annis ab hinc permultas credebamus plantas nobis viſas iſtius in pletiſq; Italię locis (nam nullus erat hortus paulò celebrior illic cui deeſſet) verùm poſteà monnerunt nos flores & bulbi, tametſi complures vnà adnati, Aronis ſpeciem eſſe. Sunt enim multæ confertæ & quaſi appendicibus aliorum bulborum auctę, tuberoſę, oblongę radices, effigie quidem Ari, ſed triplò aut quadruplò maiores, ſimiles, & cõcolores illi radici, quã Apium falſum eſſe monnimus: ſed ſucculentæ, teneræ, intus foriſq; fuſcedine rubiginoſa: folia nobis creuerunt Nymphęæ maximæ magnitudine & ferè ſimilitudine, craſsitie, colore, ſed liræ, venulæ, neruuliq; & ſuperficies fuerunt Aronis, vti & guſtus: florem nullis blanditijs potuimus prolicere, neq; diligentiores cultores, Piſis, Bononiæ, Patauij, vbi Triuiſanus Medicus habuit: nec Leo ille forenſis Philoſophus Venetijs parum ſtudij huic impendit: in Belgio ſatam hyemis ſæuitia deleuit.

ARON ÆGYPTIVM qui & Theophraſti, num ſit recentiorum Colocaſſia?

SI igitur, vt non nolentes aſſentimur, ſit Arum Ægyptiu m iſta planta, quam dudum delineauimus, non Colocaſſia ſiue Ægyptia faba, cognationis notis quibuſdam potuit impoſuiſſe cùm recẽtioribus, tum antiquis authoribus: nam Palladius, vbi bulbos Col locaſſiæ ſerendos pręcipit, videtur ſequutus opinionem & nomenclaturam Cypriorum, qui Collocaſsiæ appellationem huic impertiunt, vt eſt apud Dioſcoridem. Et vtinam otium non defuiſſet Mathiolo, quum illi oſtendebatur Tridenti vera Colocaſsia, næ ille accuratius tam viſendã ſtirpem, eiúſq; natales, conditiones, magnis, vt par eſt, votibus her bariorum expetitam, nec citra laborem & ſumptum aduectam, verbis expreſſiſſet: Sed non raró inſtituti oblitũ magnum virum tranſuerſũ agit perorandi libido in quoſlibet, qui nequeunt fauere linguis & ſilere, cuiuſmodi hic doctiſsimus Guillandinus, modeſtiſſimus Anguillara, Matthiolomaſtix Vercellenſis Apollo. Itaq; ob ſimilitudinem caulis & foliorum Nymphæã Ægyptiæ fabæ contulit Dioſcorides, & rurſum iſtum Aronem peregrinum Colocaſsiæ compararunt Palladius & recentiores, cuius noſtrum Aronem ſpeciem eſſe, certum habemus. Quin ſi è Græco non ſit ἄρον ἱερόν quaſi Sacrum, vt in Iride factum, plebecula, quæ Barbam Aronis vocitat, videtur agnoſcere, ex Palæſtino vernaculo

& ornaméto Aaronis Pontificis. Et alij fœdius, sed signatius, eodẽ ferè alludentes, Sacerdotis veretrum, aut mentulam vocant, in conum mucronatum racemum illum purpura punicante miniatulum acinulisq; stipatum, ad milij Indici fastigiatæ spicæ effigiem: vbiq; viarum marginibus & pratorum ripis vdis obuiũ, vixdũ hyeme exacta folia pediculo edẽte bipennis effigie, quale sagittariæ aut Boni Henrici, virore lurida & pallentia, maculis nonnullis nigricantia, vnde etiam Dracontium vocant: radice hermodactyli ferè oblõgiore Satyrij Erithronij Geneuensis.

ARISARVM Veronensium, Plinij ARIS.

VOCIS argumento, non tantùm effigie & viribus perspicuum Aro congenerem esse Arisarum, quem vocat Galenus & Plinius Arim: quę vox Hippocrati, instrumentum Chirurgicum ostendit, vnde fortè accommodatum nomen: aut potius à vigetiore acrimonia quæ huic inest, quàm Aro, & qua discernuntur: alioqui nõn nisi magnitudine discrepantes & in Ægypto nascentes à Plinio traduntur. Nobis tamen quæ notæ sunt species duę, non solùm minores multò sunt, sed etiam rotundius folium vni est, cuius virentis magna copia nos donauit Franciscus Calceolarius Veronensis in primis peritus Pharmacopœus. Eã putamus alicũdè ex vicinis vrbi mõtibus aduectũ fuisse, nã & alibi non procul Thermis Lucensibus habuimus: & idẽ bulbi, quos vna in capsula cum Moly & Colocasia afferen dos curassemus, in Belgio sati ipsa Bruma in foliũ erupêre, paulò antè Ari exortum: in pedicellis loreis Cyclaminis modo, folia singula Hederacea, multò minora, Ari molliora, & delicatiora. Flos fuit etiã singulis vnus, vno foliolo conuoluto, oblongus aspectu Aristolochiæ, è lateris rimula emicante fibra staminea. Radix quanta Fumariæ Plinianæ, sed foris fusca, albida intus, tantoperè feruens, vt ista Agyrtæ: ridiculum quidem, sed non perinde iucũdum, excitent plebi spectaculum.




Quippe alicui è turba ostendunt nuculam auellanam, persuadentq; saltem in os inserat, si deglutire non lubet: tum impostor, celeritate manus, qua valet, inserit hianti rustico vnum ex istis bulbillis, moxq; illi comprimit fauces, quæ actutum inustæ bulbi impresione, contractis fibris, & tunica palati, conuelluntur. Manetq; misellus rictu diducto, ore hiante, ridenti similis: Sed κλαυσίγελων Homericum edente.

ARISARVM Norbonense.

HOMVNCIO quidam Stephanus Barallius vocatus, nobis perfamiliaris, propter sũmam stirpium Norbonensium peritiam, in qua consenuerat, & nomen in Academia indeptus erat Dioscoridis Monspelliensis, non semel duxit nos ad riuulnm quẽdam ponè cœnobium Funecinctorum, vbi in salicetis & herbidis vdis eruebat radices huius, interdum vnam aut alteram simul, interdum plures adnatas, maiores quàm Chelidonij mino ris: folia emittentes longiora, angustiora Asaro, rigidiuscula, eoq; cuncta plantula adeò arida, vt frustra sæpius cupierimus flores & fructum videre, maturius marcescentes præ solibus feruidis. Nam illic quibusdam annis, humidioribus pręsertim, nonnullæ se produnt plantæ, quæ aliàs aliquàm multis annis continuò æstate recurrente pręsicca, nuspiam cõparent: vt est legumen illud *Ferro Cauallo* Italicè vocatum, nec non aliæ multæ.

ARISARVM angustifolium, Ornithogali lutei facie.

Ne



NE QVIDEM illius angustifoliæ Arisari, quod in hortis Belgicis, Gallicis, & Anglis colitur, nobis florem vllum aut semen hactenus visum. Quod quidē eò magis optabamus, quia suspicabamur Orithogali lutei congenerem. Est enim in ericetis & filicetis, Liguriæ presertim, angusto folio, porraceo, aut Ornithogali lutei, palmari, in angustum quasi pediculum, prolixū, ad imum deficiente, è ceruice bulbi Auellanæ nuculæ paris, aut Serpentariæ maioris.

ANGVINA DRACVNTIA.

SERPENTARIAM istam maiorem, quam cuncti horti norunt, & ager Monspelliensis sponte dat, quin sit Dioscorid. Dracontium maiorē, maculis albidis, folia Hederacea promentem, nullus inficias iuit, nisi maleferiatus temporis prodigus rixator quispiam. Rectus quippe caulis, glaber & politus, extima cute anguinum serpentisve exuuium, maculis, fuscis, vipereis, pullis, puniceis, giluisque, transuersis, obliquis, & fortuitis, adeò exprimens, vt eminus repentè intuenti horrorem incutiat: sesquicubitali bicubitalique in summo è vaginula emicat, congestus in cono racemus planè Ari, cui radicem etiam non absimilem, rotundam, maiorem, seque lateratim propagantem. Qui igitur foliorum comparationem negant veram, quòd non sint hederacea, actum agunt, nempè monēt, propter consequutionem & arctam similitudinem, folia Dracōtii dicta fuisse hederacea, cùm potius debuerant hederacea illa Ari dici, quia huius postea conferuntur cum foliis Dracunculi & radice. Vbi Dioscorides, aut si quis alius Crateuanus fuit, ad indolem & vniuersum habitum plantæ respexit, foliorumque liuorem, virorem, colorem nitidum superficiei contulit; quia essent perquàm affines plantæ, vt vides in collatione etiam radicis: vbi singularis numeri, nulla expressione maioris, aut minoris Dracontii, bis repetit collationem. Nec vniuerso tractu Græciæ, à nostris amicis iamdiu lustratæ, vlla alia vspiā Serpentaria, quàm ista, quę etiā non procul mœnibus Mōspelliacis inter segetes, Gladiolos & Hyacinthos læta exit, alibique in pinguibus aruis, non diuersa nisi ætate, quando decussis seminibus & summitatibus effractis à prætereuntibus, frequenter repullulant nouellæ, quę potuerint Plinio persuadere, plures vt constitueret species Dracunculi, miscerétq; Ari, Asari cognatas differentias, vt in Bechio, aliisq; locis illi contigit. Nec alterius plantæ videtur geminata descriptio apud Dioscoridem, sed ab alio quopiam, paulùm diuersē, vt ferè fit, descripta. Lubenter nos & grati illam à Senēsi Rapi effigie adductam, nec tamen descriptam, spectatum iuissemus quò loci ille dicit, vbi sæpius frustra sciscitati sumus: negant enim Patauini, Veneti, Veronenses Pharmacopœi, & doctissimi complures, vsquam sibi visam; negabant item Cortusius & Anguillara nobis anxiè sciscitantibus. DRACONTIVM Matthioli.

AQVATICA ANGVINA, siue Dracunculus.

IVXTA riuulos & labentes aquas frigidarum ac calidarum regionum, vt in Belgio, Northmannia, Apulia & Hispania Granata, sponte istum emergere asserebant nobis, qui in hortos suos indidem transplantarunt: cauliculis folia hæderacea gerit, maiora Ophioglossi, supernè acuta: in caule humili subpurpureo vix palmari florem rubellū, odorum, non absimilē Serpentarię, è radice fibrosa, geniculata, latius serpente, & multis fibris humi depacta, nullo bulbo appensō aut annexo, vrente gustu & crustas excitante.

ἄσαρον. ASARVM Baccaris, siue Baccarus diuersus à BACCHARE, Nardus Rustica.

Germ. Heselwurtz.
Gallis. Cabaret,oreille d'homme.
Belgis. Haselwortel,ende Mansooren.

NON video quid negocii fuit quænam Asarum esset, quidve à Bacchari distaret dignoscere. Sed ambitiosa huius æui declamandi licentia mauult rixari, quàm docere, aut doceri. Qui enim Baccharum videt,etiamnum apud Italos & Hispanos, apud Gallos item *Cabaret* hanc dici,leiuscula Metathesi,voluerunt Baccharim fuisse Dioscoridis: illud autem caput, aut idem cum isto,aut reiectaneum esse. Atqui discrimen vtriusque satis perspicuum cùm nos illic ostendimus,tum hic addimus: nominis confusionē neuti quā fraudi esse debere nostræ cognitioni. Baccarim hanc fortè vocatā dicimus,quòd Bacculis similes,aut Vacciniis ferat lagenulas similes,illam alterā πανχαρίν,siue Baccharim, propter odoris cōmendationem. Quare quando Plinius negat Asarū Coronis addi, cóque sic vocari,putamus voluisse dicere,ex hac aptari nullas scopas lustrales verendis Deorum aris,quales colligebantur ex Verbenis, Verbascis,& similibus comosis firmioribus. Nam hic Dioscorides στεφανωματικὴν asseuerat; & ipsa planta id confirmat semper virentis folii ljuore cum sit,ramulis viticosis,& pediculis flectilibus in corollas aptis,floribus purpureis,odore Nardi; radice exili,fibrosa,admodùm viuaci,non solùm domi,sed & ruri sponte enata,in montium conuallibus humentibus, syluosis, Allobrogū, Sabaudorum, Galloprouinciæ,& Pyrenæorum.

ASARINA, *aut Saxatilis Hederula.*

ASARINAM verò rarò nisi locis montosis & saxeis vidimus,in Galloprouinciæ,Delphinatu,& Norbonæ mōtosis;cuius quidē perplures notæ sunt, quæ Hederæ terrestri conueniunt, proindeque nonnullis Hedera saxatilis dicitur:hanc vrinas ciere scimus, an aluum ducat compertum haud habemus:nec tamen id inficias imus:nam huic fortè vsu venit quod de Asaro asserunt. Si tenuissimè teratur potu,lotium:sin negligentius,aluum & vomitum ducere. Sanè putarim, quia tenuissimarum partium,decoctum celerrimè ventriculi fundum & duodenum transfuctum illicò hepatis vi vlterius mœseraicas rapi vix dum collutis ductibus,aut leiuscula impressione inibi relicta:at subest ratio argutior,hydopotæ non pauci,præsertim splenetici,etiam referto cibis ventriculo,moxquàm frigidam hauserunt, rugitum, grauitatémque in splene præsentiunt,nullo ventriculi aut hepatis percepto fastidio. Nempè venæ,quæ superiores mediasque stomachi partes à liene traiiciunt,suis ramis hauriunt illicò maximam liquoris copiā, rapiuntq; in splenis maiores venas,vnde flatus,grauitas,murmurilli.

SOLDANELLA *Montana.*



QVÆ arduis montibus oritur & periclitatoribus Germanis montana Soldanella nuncupatur,celsis Alpibus quæ Inspurgū & Rauispurgū ambiūt, nobis collecta fuit,cùm quidā ex illis Theophastinis æruscatoribus folia decerpta,cuticulaq; summa deglubita ascitico abdomini admoueret,& aquas se eductūrū citra vllam calfactionem aut tractionem assereret: vulneribus etiam illicò mirificè carnem claudebat,& cicatricem obducebat. Folium crassiusculum & subastringens,amaricante sapore Soldanellæ planè simillimū,vnde nomen,illi autem flos Gentianellæ minoris cæruleus. Audio quibusdā montibus,Auinione non dissitis,magna gliscere copia.

κράμβη θαλασσία. SOLDANELLA. *Braſsica marina.*


Ger. Meerwinde.
Ital. Canolo marino.
Gal. Chon de mer.
Ang. Sea co'e.

VVLGATISSIMA hæc non modò meridionalibus litoribns maritimis, ſed etiam ad Septentrionem Angliæ,Belgiæ,& Nortmaniæ,abundè prouenit folio Aſari minore, craſſiore,in viticulis pedalibus & cubitalibus,humi ſparſis:flore pulchello, purpurante, Volubilis,nolæ inſtar.Semine nigro,durinſculo,anguloſo,Pœoniæ minore. Tota mnccagineo ſucco prægnat,qui denſatus Hydropicis,cùm intrò ſumptus,tum abdomini admotus,multum commodi præſtat,notiore quàm tutiore experimento.

GRAMEN PARNASSI *hederaceum recentiorum.*

PERPVLCHRA herbula,floribus candidis,Ranunculi,venulis fuſcis, pallentibus depictis,in viticulis dodrantalibus,ſemipedem & pedem longis,infernè rubellis, & à medio ad radicem, folia Cochleariæ adoleſcentis, vel Chelidonij minoris aut Hederæ, ſed mnltò minoribus, nitidis, virentibus:radice craſſa,tenera,multis fibris rectà depacta, in pratis & vdis paſcuis Angliæ ad Oxoniam, Pedemontium, Belgij & Northmaniæ: ſemen in vtriculis,ſubruffum,exile,legebamus per caniculares dies dictos:ſapor ſubdulcis; gramineus, tantillum acrimoniæ prodit:magis congrua deſcriptioni facie,quàm vſu cõperto,gramen Parnaſium ſanxit hanc herbariorũ Germanorum Senatus, Gras von Pernaſſus vocans.

φθόρα PHTORA *Valdenſium & Thora.*



NON inſcitè qnis inſeret huc illam iſtis perſimilem herbulam,quæ paſsim mõtium Alpiũq; accolis vocatur Thora,interdum nulla adiectione,interdum Valdenſium.Etenim multùm diuq; venatores illius Alpinæ gentis vti ſunt,vti etiamnum multi alij,ad ferarum cap turã,quibus ſolo ſucco expreſſo, & ſpiculis illito certam citamq; parant perniciem,qua namq; hæſerit telum,aut vulnus fecerit,ſubire repentè virus,quo illicò ora vulneris(niſi præciſione antevertant)corrũpuntur,putreſcũt ve:vnde Phtora nuncupata,veſtigio manifeſto de Græcis relicto:quippe φθόρα corruptio,nex,venenum,aut mors.At hi quibus multis periculis notæ ſunt vires earum omnium herbarum,quæ vulgo nuncupãtur Sagittariæ,cuiuſmodi cum multis Aconitis,etiam Hellebori ſunt, Hiſpanis vocati *buerua de los abaleſtrieros*, præut iſta eſt,cæteras propè elumbes & incertas ducũt. Huius verò ineunte Vere ius premitur, atq; veſiculis,aut potius vngulis & cornibus bouillis reconditum emitur mittiturq; venũ ad emporia finitima , vbi ad vſus annuos venationnm ſibi comparant ferarum inſidiatores,qnos vicini Delphinates,Allobrogi,& Prouinciales vocãt,*Beſsiers vel Lobatiers*. Qui quidem mouere potuiſſent iſtum Pſeudocommentatorem,ne Pſeudoaconitum aſtrueret, vt quæ funeſta dote ſuperet quoduis Aconitum & toxicum. Hanc nos ex montibus Geneuæ conterminis primùm Italis pleriſq; oſtendimus:Cardanóq;, qui tum primùm ſuo de venenis libro,multam illius mentionem fecerat,neq; dum nouerat,dono tulimus, cũ huius antagoniſta ſeu hoſtica anthidoto,Antithora etiam vulgò ſic dicta.Seſquipalmum vix ſuperat caulis, glaber & iunceus,cuius è medio & ſummo ſæpe vnum,rarò bina, rariſſimè toto caule terna aut quaterna folia oræ circinatæ,& tantillum criſtatæ: ſuperficie gla-

glabra & rigidiuſcula non hirſuta, lęuore & colore viridante, nonnihil ad Cyclamen accedunt, floribus luteis Pentaphylli, Tormentillęve. Radicellis aliquammultis quaſi torulis oblōgis, in imo exilioribus & acutis: ſupernè autem quaſi nodulo collecti, Aſphodeli aut Leucacanthę noſtræ ſimilitudine & candore ceſpitem amplexæ, quaſi Cancri forcipulæ, quod Theophraſtus vocat ἐνκαρκίνωσις, ab cancrorum pertinacis amplexus imitatione. Cuiuſmodi ea quam è celſioribus Sabaudiæ Alpinis *val d'Engroigne*, vocant, hîc damus. Nam in hortis Mechliniæ cauliculo ſingulari ſingulum florem Ranũculi dedit, amico ſtirpium perq̃uàm ſtudioſo Georgio Rienſi.

κυκλάμινος *CYCLAMEN folio Hedera.*

Offi. Panis Porcinus.
Ger. Erdt apffel, Seuwbrot.
Bel. Eerdt appel.
Gal. Pain de Pourceau.
Ang. *Sowbrede.*

INSINVAT Cyclamini vox tum folij ambitum circinatum & circulare, tum etiam orbiculatum radicis bulbum, vnde facilis dignotio vulgatioris Officinarum: Nam ex montibus Alpinis Rhęticis in Italiam proficiſcentibus, locis vdis & ſaxeis itineribus obuia paſſim alia, quæ non folio circinato vt Aſari aut vulgati Cyclaminis eſt, ſed potius triplici mucrone diſtincto, herbę Trinitatis aut Hederę Helicis modo. Eadem etiã Norbonę riguis montibus & hortis crebra. Eius radices quę vetuſtiores magnitudine alterius ſunt: quæ nouellæ adeò exiguæ, vt Auellanæ magnitudinem vix ſuperent. Adultioribus caulis promitur exilis, teneriuſculus, & in humum pronus, è quo prælongis pediculis folia ſurrecta faſtigium verſus, vbi ſunt flores purpurei communis Cyclaminis prorſum ſimiles, purpurei: nonnunquàm & luteos Verno tempore exortos nondum folijs emerſis meminimus nobis attuliſſe commilitones: Florent enim Vere & Autumno interdũ odorati, aliàs non. Huius vires communi pares, & vſus frequens Norbonẽſibus ad Hiſpanicam lu em. Doctor Senenſis vbi ex Meſuæ maiorem & minorem facit, tandem dixit ſe minorem vidiſſe ſolùm vno tractu: eam tamen neq; verbo aut icone docuit. Decuit tamen illum ſinere nos ſcire quænam iſta eſſet radix, & an ab hac noſtra differret, quando multa minus vtilia varijs locis inſerit.

Ariſtolochia
Longa.
Rotunda.
Polyrizon Pli. & Gal.
Clematitis.

LONGA vera.

COMPLVRES iam ſunt anni cùm Academia & Pharmacopœi Monſpelienſes quatuor Ariſtolochias notiſſimas, & vſu receptas habuerunt: quas hîc propter ardeliones, qui temerè res ſibi nec viſas, nec auditu cognitas peruertunt, potius quàm produnt, operæpreciũ fuerit oratione & icone perſpicuis notiores facere. Ac primũ animũ huc aduertat veſtigator, tantam eſſe trium, Rotũdæ, Longę & Polyrizę Plinianæ, folijs, caule & flore ſimilitudinẽ & parilitatem, vt ne perſpicatiori quidẽ, & exercitatiori interdũ liceat nõ decipi: nã foliũ cũctis circinatę rotunditatis, magnitudo ſermè par, è caule lento flexili: florib⁹ color partim ex luteo nigricat, forma omnib⁹ eadẽ, vnde diſcrimẽ vel attentius intuenti vix patet inter ipſas tres Ariſtolochias: ae niſi radix certiorem faceret, nullũ nõ fallere poſſet. Id tamẽ intereſſe deprehendes, ſi quando loca vbi omnes magna copia naſcũtur, vt toto Narbonenſi tractu, luſtraris, Piſtolochia toto habitu aliquantò minor, neq; folii, neq; florum



florum aut pomorum differentia nulla, vti neq; ſeminis, radice tantùm differunt, quæ Longæ, forma digiti, cùm puſilla, qualē videtur deſcribere Dioſcorides, cùm verò prouecta, quadruplò maior, foris colore fuſco vel atro, intus flauet Centaurei magni colore.

Ariſtolochia Polyrhizon, ſiue Piſtolochia Plinij.



POLYRHIZO gratior odor multò & aromaticitas; radix multis fibroſa capillamentis Hellebori modo, prolixioribus tamen, & flauentibus ex atro. Rotunda vtriuis perquàm ſimilis; verùm folia aliquantum rotundiora, & nigriora Longæ Ariſtolochiæ, non Piſtolochiæ, vt plurimū, nam ſitu mutari poſſunt & ſolent: flores itidē, vt folia, obſcuriores, & per meſſes turgent lagenulæ, nucis moſchatæ pares, ſemine fuſco prægnantes, ad baſim compreſſo, & apice donato; ea eadem planè quæ inter marem Myriſticam & fœminam nuces intercedit diſcrepantia. Rotundæ autem radix iam valde nota, Italiæ & Galliæ Norbonenſis; ſed non periude in vſum deducta, ac potius Chirurgis, quàm Medicis, magno ſanè dedecore artis, & incommodo ægrorum: Quibus commendamus Indicas merces, plerumque tempore vietas, aut carioſas: hæc autē noſtratia recentiſsima ignorare non pudet. Tam efficaces quippe ſunt Lōga, & Polyrhizon præſertim, vt radices vtriuſque pari momento, partim intro dato, partim in peſſario admoto, elicuerint fœtum, iam ſeſquidiem fruſtra erumpere conatum, fœtuſque inuolucra lacerata, enixam puerperam, tridui cruciatibus penè enecatam: eóque multus omnium vſus apud Monſpellienſes. Polyrhiſæ quidem Ariſtolochiæ, indictæ Dioſco. & incognitæ Commentatori, radices, in vſum Rondeletius reuocarat, propter plantæ ignarationem iamdiu deſitum, & tamen præferendum reliquis duabus, tum ſuaui aromaticitate, tùm medicata efficaciore facultate; cuius merito Andromach. & Gale. Theriacis aptiorem præ Rotunda & Longa præceperant: at vtranq; de odore & ſapore exploranti, multò ignauior comperitur Clematitis, quam falſò tenuem apud antiquos Theriacæ ſcriptores vocatā putabant Itali: eſt enim iſta implexa multis viticulis tenuioribus quàm Aſparagi, aut Clematidis alterius cæruleæ; ſed non diſsimilibus, qualem in Oliuetis, ſegetibus ſiccioribus, nos, comilitonéſque noſtri toties videbamus & eruebamus, quoties Mōſpellio Botonetū verſus & Caſtrū nouum prodeambulatum ibamus. Inibi etiam locis pratenſibus & vdis Rotunda luxuriat. Longa verò prope rudera cœnobiorum, via quæ. Frontignanā ducit plurima. Procœmiſcuē adeò vtrauis, item Rotunda & Lōga in pratis ad oppidum Villæ nouæ, vt vix diſcernere queas.

ROTVNDA.

CLEMATITIS.

NON parum notiorem & frequentiorem Clematidem, tum vineæ plurimam, tum & arua frigidiora dant in reliqua Gallia, cuncta Italia: deinque Germania, & Flandria ſponte habent: multò proceriore fruticat viticeo ſarmento, cubitali; flore luteo, caule cubitali, fructu oblongo, magnitudine parui oui: ſemine intus lato, radix exilis, odorata. Huic vires ignauiores cęteris; & vſu obſoletior; præterquàm apud omniſcios Appollinem & Mathiolum, ſecutos fæcē Pharmacopœorum; qui cùm Longam & Polyrhizon nunquam vidiſſent, & Italiæ nihil vſpiam plantarū deeſſe à Mathiolo perſuaſi eſſent, illi facilē & falſò perſuaſerunt, Clematidem eſſem genuinam Longam. Hincque tot moroſæ Laureati Appolinis diſquiſitiones, qui cùm hanc in Biblioteca pictam ex authoribus fruſtra quæſiſſet, & Mathiolo ſcribenti, prope foſſas emergere, fidem habuiſſet, illuc illum ſequutus, dum venatur, vnà ſuo more, in foſſas lapſus eſt. Res ipſas

qui inspectione notas habuerit,& tum mente,tum manu concinnè digerere nouerit,facilè ex voculis perperam asscriptis,sese & lectorem extricabit,& perplexas aceruationes istorum declamatorum aut ridebit,aut declinabit,nec se rebus, sed sibi res subijciet. Pistolochia Fuschij,quam Plinij Capnô esse,nullus iam ambigit, plurimû aberat à Polyrhizo:hincq; licet documentû videre humanæ imbecillitatis & satagentiæ,quæ etiam optimum quemq;,& veri amantissimum,vt fuit Fuschius & Dodonæus,non rarò transuersum agit: modestia horum tamen potius gratiam,quàm censuram merita est : Alioqui vides Pistolochiam à crebra radicum propagine prolixa sic nuncupatâ,& descriptâ. Contra Capno vtriq; rotunda vel glomerosa radix:maioris,quanta Castaneæ nux magna, infernè concaua:minoris,nuci auellanæ par. Fumariæ folia latiora,caules,flores, sapor & odor,cætera similia, vnde Capnos:& vides quid profuerit error : etiamnum hodie clinicæ & Chirurgi Bataui isto errore imbuti, ad vermes necandos, & vulnera vtuntur,non infœlici tamen successu.

Ἴον πορφυροῦν. *VIOLA purpurea.*

Ger. Blaw Vriel oder Mertzen violen.	*Ang.* *Violet.*
Bel. Violetten.	*Gall.* Violettes de Mars.

VT ferè prima ortu,sic in prima cômédatione vtilitatis & delitijs inter vernos flores Viola purpurea, sic Græcis vocata ab Io vacca fabulosa,cui pabulo hæc fuerit. Nihil frequentius & vsitatius vbiuis gentiû,tum officinis,tum plebeis cômodis,toto vertête anno, foliorum virentium , & florum recentium,Vere præsertim. Eximia namque fragrantia blandiuntur quæ saturiore purpura nigra lucent(flores albæ quippe vbiq; etiam vulgatiores,nullo aut sanè languido,placent odore)ad Cordiales conditturas,Syrupósq; & cathartica decerpuntur , vsurpantur , aut siccati vmbra seruantur. Nullibi Europæ cultu luculentiores,magnitudine,fragrãtia,colore,& prouêtu visuntur,quàm Antuerpiæ officinis, quibus parant cæruleum violaceum Syrupum ex pluribus infusis , saccharo addito , Soli 20.aut 30.dies expositis. Angliæ horti delitijs,ędiumq; ornamento & olfactoriolis alût. Sed semine cassam orbámvè fecit hanc duplicê vocatam Violam,florum luxus,fraudato seminis genio. Etenim si rursum negligatur,nec frequentius transplantetur,ad ingenium redit, siliquosa , fœcundaq; seminis albi,rotundi,pusilli,miliacei , mollioris , medullosi, ad purgandum vtilis,sed calculosis vtilissimi.

VARIETAS.

QVEMADMODVM loci & frequentis transmotionis occasione,flores maiores, coloratiores,& semina nulla editi:sic in nemorosis , vmbrosis, frigidarum regionum, qualis Anglia,Belgia,vel calidiorû môtibus arduis,sicuti Veganii & alii Norbonenses mô tes , ramosos cauliculos emittit, sesquipalmares, teneros : &ex interuallis folia oblongiora,altius serrata; siliquasq; in tres fissuras dehiscentes,longiores: flores concolores,inodoros:nonnihil tota ortu & positu Violam flammeam imitata. Neq; tamen specie , aut natura diuersa à Martia,ne tantoperè sibi plaudat Cômentator,qui inuenta Labrusca,insultare videtur Baccho.

VIOLA FLAMMEA, coloria,calida.

Germa. Freyscamkraut.	*Belgis.* Penseen.
Gallis. Pensees,aut menues pensees.	*An.* *Hartys ease, Loue in ydle pances.*

Varietas. SICCIORIBVS hortis pratisque siticulosis hæc admodum similis violæ fruticosæ , sed angustioribus, longioribus,laciniosisque foliis,caulibus quadratis,tenellis,succulentis, reptantibus:florû tricolori variegati elegantia & magnitudine violæ Martiæ æmula. Sedula etiam culturæ opera,nitidiore bicolore purpura,cãdore immixto , intermicant flãmeis violaceisque foliolis quinis & quaternis, gustu subacris tota est.

SAXIFRAGIA ALBA Chelidonioides.

IN ferenda huc eſt hæc, magis figuræ merito quàm temperamento, aut vi calfaciendi & incidendi ſua, vnde radicem ad calculum laudant, & Saxifragum dictitant, illius enim albæ Strumoſæ & grandinoſæ nigræ filamentis & fibrillis hærent pendula exigua quaſi granula, qualia Chelidonii minoris, fuſca & obſcurè purpurea, acria, amara, à vulgo ſemina falſò putata, propterea quia obſeruarit ſeſe propagare ex aliis atque aliis bulbillis, noua ſobole ſuccreſcente: folia nonnullis ima erumpunt è pallore virentia, in pedicello pilloſo, rotũda, criſtata, mollia, minora, ſimilia Aſarinæ aut terreſtris Hederæ. Caules etiam villoſos, pedales, & ſeſquipedales, quibus foliola florũ nonnulla ſummatim habent albicantia, Naſturcii quadantenus colore, effigie, aut Erucę. Magna copia & magni nominis hæc in ſterilibus, & fodinis lapidei carbonis, via Bathonẽſi in Anglia, Belgio etiã & Northmannia, acceruant mulierculæ grãdinoſam nondum florẽtis plantæ radicem, vocantque Saxifragiæ ſemen: peroptimum ex vino vel polline ad calculum pellendum, farctuſque renum, vreterum & viſicæ extergendos.

SAXIFRAGIA AVREA *Lichenis facie & natali.*

HVIVS videtur ſpecies illa herbula palmaris & perquàm ſimilis foliis: ſunt enim rotunda, & ſimiliter circinata, craſsiuſcula, nigriora: ſed radix tehella prolixoribus & comoſis fibris, multos hinc inde cauliculos emittens, in quorum ſummo floſculi emicant aurei, vnde vtriculi ſemina per maturitatem pandunt hiantes, rotunda, parua, rubella, ſapore herbaceo, frigido, inſipido, & prorſum einſdẽ tum figurę, tũ naturæ, quæ Hepaticę aquaticæ: qua cum Martio & Maio bellula in Angliæ Northmãniæ & Belgii humentibus aut Lichenis ſaxeis & parietinis ſubſtillijs & manãtibus floret. Vſum putarim non alium quàm Hepaticæ aquaticæ, aut Lichenis.

GARYOPHYLLATA, *ſiue* GEVM *Alpinum Recentiorum folio Hederaceo.*



NOSTRIS herbariis hanc Alpinam Geum quoddam facientibus, non aduerſamur, quia neſcimus, ſitne potius ad Saxifragas ſuperiores referenda. Folia quippe in imo plura, Hederacea, nonnihil criſtata, circinnatione Aſarinæ, aut Saxifragiæ albæ, ſed maiora ſunt. Caulis è radice geniculata, ex fuſco ruffóve albicãte, rectus, gracilis, cubitalis, ſummo ramulis diuiſus, & floſculis albis, ſtellatis onuſtus: tota nonnihil caleſacit, exſiccatque guſtu Caryophyllatæ, aut Saniculæ.

Hedera terreſtris, an Chamæcyſſos Dioſco?
Chamæleuce, ſiue Populus pumila, an Populago, Dotterbloemẽ, *ſiue Farfrugum?*
Hedera { *Nigra corymboſa communis.* / *Lutea.* / *Alba.* / *Hedera Helix.* }
Cymbalaria Italica hederæ folio.
Smilax aſpera, non eſt Sarſaparilla.
Sarſaparilla.
Smilax lenis.

Scammoneum { *Antiochenum.* / *Monſpelliacum.*
Dragredium.
Helxine Cyſſampelos.
Volubilis minima.
Campanula Laſura. Aſureus ſiue caruleus conuolulus Hederaceus.
Bryonia { *Alba.* / *Nigra.*
Viorna.
{ *Clematis altera.* / *Clematidis altera Varietates.* / *Flammula.*
Lupus ſaliƈtarius, Vitis Septentrionalium.
Vitis vinifera.
Labruſca.
Apocynon.
Periploca repens.
Clymenon, ſiue Ciciliana Italorum.
Periclimenon.
Seſeli Æthiopicum Dioſc. folio hederaceo ad Peryclimenon accedens.
Lybanotis Theoph. non eſt Æthiopicum Seſeli.
Capparis.
Vinca peruinca, ſiue Clematis Daphnoides.
Aſclepias.
Viſcum.
Polygonatum.
Ruſcus.
Hippogloſſon.
Laurus Alexandrina.

HVMILIS HEDERA, Hederula, ſiue Chamæciſſus.

Ger. Gundelrab
An. Alehoue.
Belgis. Onderhaue.

EFFIGIEM, vires, atque nomenclaturam plebeiam vulgaris hederæ terreſtris expendenti, vix vlla ſe offert planta quæ æquè ſcitè quadret Dioſcorideæ Chamæciſſo: ſic dictæ (vt veriſimile fit) ſicut Chamępeuce, Chamædris, Chamæcipariſſus, & Chamæpitis, quia hederam præ ſe ferret, ſpecie tamẽ differret, vti facit terreſtris Officinarum Hedera, quæ amarore & viribus Dioſcoridi memoratis, ad obſtructiones diſcuſſu perdifficiles, nec nõ arthriticos affectus valere, Barbaræ praxis crebrum experimentũ teſtatur. Verùm qui malunt litigare quàm inuenire, obiiciunt folia Macrotera, vbi nos Microtera (quæ tranſmotiuncula vnius literulæ frequentiſsima eſt) legendum ſuſpicamur. Reſpuunt etiam flores Leucoii minores: atqui reſpuerent potius in Anthirrhino, quem Violæ Leucoii aſsimilat Dioſcori. ſunt & huius purpurei caliculi filaceis floſculis non ita diſsimilibus. Reliquæq; notæ adeò ſuffraguntur, vt qui hanc hoc loco excludunt, dum nullam ſiue potiorem, ſiue deteriorem ſufficiunt herbam, parum gratiæ inęant à rei Medicæ candidatis, & à noſtris Practicis meritò ambitionis præcipitis in ſuſpicionem veniunt. Paſsim abundè hæc prouenit, & noſcitur ab omnibus, iuxta foſſas & culta, vt Dioſcori. monet. Qui etiam flores candidiores quàm Albæ violæ deſiderant, minus accuratè vulgatos legiſſe videntur codices, qui non habent album florem. Nec ſi *Plinius* Spicatum tritici florem habet, illicò idcirco ſequendus, quando Dioſcorides nullam facit mentionem, & *Plinius* ſolitus eſt non paucis in locis permiſcere notas, vel audacius Latinè vertere, vt proximo facit capite de Chamæleuce: quem tamen nos lubentius excuſamus, quàm incuſamus, hoc ſęculo alienæ famæ vorandæ auidiſsimo.

CHAMÆLEVCE, ſiue Populus pumilla, an Populago?

HANC

HANC etiam quænam ſit, vix niſi de nomine coniectari licet, adeò ignotis notis prodidit Dioſcorides: verùm ſi quæ ſit vſpiam noſtris in terris Populum proximè imitata foliis planta, ea erit, quam vulgus Germanorum Dotterbloeme vocitat, Latini autem, Farfrugum: qua pratis nihil notius aut frequentius eſt, vicina, æmula, & conuictrix Chelidonii minoris, prope quam collocauimus. Ad renum lumborumque dolores epota mulcere poſſe, ſi quidem craſsis & flatulentis muccoribus ſint oppleta, facilè credet, qui guſtarit, & nouerit partim vrinas ciere, partim etiam in alimentum adeò multum & laudatum abire, vt vaccæ primo Vere paſtæ, lac perbonum efficiant, & inficiant butyrũ luteo colore. *Vtra quadret Amelo Virgilii.*

κισσὸς. *CORYMBOSA HEDERA Communis.*
Germa. Ephen. *Gallis.* Lierre.
{ *Belgis.* Veyl. *Ang.* Iui.

MALIM κισσὸν dictum à textura poroſa & ſpiraculis innumeris ferè peruia, quæ vinum tranſmittũt, quale Catoni & Varroni Ciſsymbion poculũ eſt: quàm à puſionis Citti ſaltãtis in Hederã Poëtica deformatione à Baccho verſi, vt fabulant Græci. Κισηρις item pumexve, ſiue potoſus lapis, indidem videtur deductũ, & vtrumq; ἀπὸ τῶ κίος, ſiue Curculione, qui cuſpidula, aut acu, potius quàm ore triticum hordeumq; terebrat. Latini ab edendo Hederã dixerunt: Etenim arborũ importuna amaſia, & veluti aſſentatrix, cortice rimoſo impacta, maceries vetuſtiores demolitur, & radicatis propagationibus arbores amplexa, enecat & exedit; præſertim illa ſpecies quæ maior & arborea vocatur: non item quæ Helix. Nec plures duabus nouit noſtra ętas differentias genericas: tametſi quamlibet multas dixerit ſpecies Dioſcorid. quæ fortè melius decernentur varietates, quales agnoſcit quaternas quinàsve è duplici ſpecie vulgaris arboreæ, quæ cunctæ genti notiſsima, virere etiam inuita Bruma ſolita eſt: Fronde in imo per initia arcuatis, & ſemilunatis angulis triquetra, vt ſunt Trinitatis herbę dictæ: Vetuſtiora autem in editioribus viticulis circinata, qualia Cyclaminis: floribus congerie muſcarii glomeroſi æſtate defluxis, corymbos botrósve glomeroſos ineunte hyeme matureſcẽtes, Liguſtro ſimiles, cernere vbique viarum eſt: itẽ circa vda, & ripas humentium regionum frigidarũ ac temperatiorum; nam & calidiſsimarum impatiens eſt. Huius multæ varietates ſunt, quæ antiquis perſuadere potuerunt, vt plures differentias, ſiue ſpecies ſtatuerint: tametſi diſcrimen è Baccis duntaxat Dioſcorides accerſat, vti in Malis, Nucibus, & aliis fructibus vulgò fit. *Arborea Hedera recta.*

Quinetiam arboreſcit quædam, ſuapteque ſtat ſtipite, nulli innixa pedamento, qualem in ſyluoſis quibuſdam Angliæ meminimus, Orthociſſum antiqui dicunt. Interdum etiã quibuſdam locis xerampelino colore folia nitent. Piſis nobis oſtendebant herbarii corymbos cæſii & albicantis coloris. Melinos ſubfuſcos corymbos pleręque plantæ ſatæ in hortis Italicis & Germanicis ex Campania & Apulia, hodie maturant. *Varietas.*

HELIX, ſiue prouoluta, ſterilis Hedera.

HVMILIS planè hæc minor & infrequẽtior cõcitinè vocata Helix fuit, quia ſecundũ ſarmentoſos funes exerat clauiculas capreolóſve viticeos, qui humi pangũtur, & propagatione quadam quaſi in ſpicas & anfractus prouoluũtur: interdum etiam ſerpendo muſcidis truncis & caudicibus aduoluitur gracilioribus ſarmentis, folia minora altius triquetro ſegmẽto ſinuata, edentibus, planè ſuperioris, ſed minora minoriſq; vſus: nec enim vel folia huius decerpuntur, vel Gummi vllũ officinę ex hac colligunt: Quin nec fructus quidem vllus in ea obſeruatur, vnde ſterilis putatur. Verius autem hęc nũcuparetur terreſtris Hedera, quàm illa Barbarorum, nobis paulò ante aſſerta Chamæciſſos Dioſco.

CYMBALARIA Italica, Hederaceo folio.

VENETIIS, Patauii, & vicinis pagis paſsim in ædium parietinis Hederæ, aut Alſines modo dependet iſtæc, folio ſinuato, Hederaceo, mollicello, lęui, in flexilibus, exilibus & tenerrimis, capillaceis, pedalibus & ſeſquipedalibus Caſsitæ cauliculis. Floſculi


luteouirentes Elatines, siue Veronicæ fœminæ pares & similes. Illic Pharmacopœi, penuria & ignoratione Cotyledonis veri, miscent Populneo vnguento.

SMILACIS ASPERÆ, & SALSÆPARILLÆ *figuræ & naturæ discrimen.*

Smilax Aspera.

DIFFERT hæc à læui vuis foliis, spinis, radice, floribus, viticulis, atque viribus, denique natalibus. Quippe non nisi montosis & collibus feruidiorum tractuum, Romaniæ, Hispaniæ, Linguagotię, vbi plurima, horridis aduncisque crebribus spinis, Rubi ritu, implicat mordicus proxima quæque; assurgitque vltra supraq; parietes & sepes vicinos. Folia Hederacea, longiora, Bryoniæ nigrę ambitu & superficie: non incisa, sed lęuia, & in medio, secundum strias neruulorum, spinulas habentia atrouirentia, acinosq; rubros, racematim copiosos, Ribes magnitudine & modo: nec flores dissimiles Ribes vtriusuis racemosi, sed albi. Radices tametsi longius excurrãt subter humum, ternis aut quaternis vlnis longiores, non tantæ tamen cum Salsa-parilla similitudinis fortitas scimus, quantum hactenus persuasum doctis quibusdam fuit: qui scriptis mandarunt Salsæparillæ eandem planè esse: cuius tamen conspicuæ intuenti patent, à Smilacis radicibus, differentiæ. Siquidem Smilacis geniculatæ, articulatis segmentis radices, candidæ, foris nitentes, Graminis carnini, aut Harundinis valatoni.

Salsa-palla.



At Parillæ crebris loris prolixissimis, ab vno trunco radicis magno, prędurō, strumoso rugosisque capitibus, hinc inde subtus, vt in Asparago, vel Rusco, oriuntur numerosi concolores lori, æquabiles & sine geniculis vel nodis; recti, flexiles, cortice duriusculo, pullo, rugis striato in longitudine, quam vicenum pedum interdum metiti sumus. Intus farinacea medulla, non ita ingrata, sed viscida, nonnihil emplastica, amaricante, nec tamen calorem prodente. Eapropter perspicuum est, non magis esse Smilacis, Rubi, aut Clematidis alteræ Viorna dictę, quàm sint Cinnamomi, & nonnullæ arbores, tum

tum Indicæ Orientalis, tum Peruuianę noſtra Laurus: Tametſi hæc poſsit nonnulla eadem: quæ illa præſtare. Neq; ſi Colutea ſimillima eſt Senæ, ideò continuò eadem aſtruenda. Sed ſtipites quos habemus Salſæ, ex eodem radicis pręgrandi & capitato nodo lignoſo, intus flaueſcente, Ariſtolochiæ rotũdæ tuberoſæ magnitudine, & colore, exeuntes, pollicẽ, aut maximum Rubũ craſsitie ſuperant: ſed præduri lignoſique, crebros nodos admodum extantes circa articulatas cõmiſſuras crebriorum vncialium, frequentiumque interuallorũ, atq; aculeos adũcos deorſum verſus nõnihil depreſſos, rigidos habent, & valdequàm Rubũ imitantur aſpectu, potius quàm Smilacẽ: verùm guſtu neutiquam aſtringente, ſed fermè inſipido, nec vt radicis emplaſtico: eóque, vt certò ſcimus, minus efficaci. Folia tamen quidam amici, qui viderant, aſſerebãt non admodum abeſſe ab Smilaceis. Optima habetur quę plenis medulloſisq; eſt flagellis, ſolida, cãdida intus & habitior, quęque facilius in æquas tota ſui longitudine partes diuellitur: huius namque libram ſemiſſem plus virium habere experiuntur, quàm alterius ſtrigoſæ & gracilioris, nigrioris, decẽ aut duodecim vncias. Debent tamẽ inſtitui decoctiones non minoris quantitatis, quàm 10. aquæ librarum, ad vncias duas, tres, vel quatuor radicis: non, vt quidam Medici noſtrates ſcripto imperant, aquæ libra 3. ad vnciã vnam radicum. Citius namq; diſſlarit aqua (niſi in diplomate id præceperint) quàm radicum vires bulliendo eductæ fuerint. Radicis namque medius torulus vel corculus, qui lori inſtar eſt, durior eſt, quàm vt tam citò vires deponat. Vnde quilibet facilè percipiet, quàm parùm comperta ſibi ex alienis paginis in ſuas transferat & poſteritati offerat Cõmentator, qui eximii ingenii & Italorũ ſuperioribus annis doctiſsimum Medicum Fallopium mendacii inſimulet, atque iſtius de Salſæ-Parillę, atq; eiuſdem ſententiæ, admodùm incertæ, authorem faciat Guinum ſuum præceptorẽ, quem virũ auditione, dum Piſis eſſemus, accepimus tantoperè flagraſſe rei plantariæ cognitione, vt etiam nihil nõ luſtraſſe montium, nemorum, præruptarumve rupium Hetruſcarum, & Tyreno vicinarum inſularum, quò minimas quaſque herbulas indidẽ aduectas, nec dum ſibi notas, in chartas ipſe conderet, & affabrè pingendas curaret. Quare ſi fuit illa pluribus abhinc annis Tuſcorum Principi allata planta vera Salſa, (ac nõ potius, quod periti nonnulli ſubolfecerunt, Hiſpanica Smilax aſpera) mirũ videtur Philoſophici & nobilis animi Principis, principes Medicos Guinum & alios iſtã non curaſſe repræſentandam; ſaltẽ illas ſatis cõpertas, & valde varias notas, quas ſuperius oſtendimus.

CONVOLVVLVS *maior Plin. Smilax læuis vel lenis.*
Volubilis maior vulgi.

VALDE quàm laxus Smilacis ſignificatus, qui quaſdam cognatas, vel ſimiles alias, tamẽ admodum diſcrepantes, & viribus penè cõtrariis pollentes, deſignat, vt Smilacẽ, Taxum viroſam, aſperam Smilacem venenifugam, fraxinum ambiguã: demùm hanc non valdè certam, vt cuius vtilitatem nullam, ſed duntaxat incommodum turbulenti inſomnii parere Dioſ. autumat: eapropter hanc hìc noſtro more diſcuſsimus confuſam ſignificationem, ne vti Plinio, imponat nobis. Quod autem ad Lęuem Smilacem iſtam, vulgò receptam attinet, quia nihil omnino reclamat: præterquàm collatio ſeminis huius anguloſi, cum Lupini rotundo, compreſſo: quæ fanè ineptior eſt, quàm vt Dioſcoridis ſit putanda: coniectamur nos voculam θέρμος quippiam deprauationis perpeſſam, quæ genuinam comparationem viciarit. Vt ſi amanuenſis quiſpiam ἀντὶ θέρμου, id eſt, pro Lupino, è Latino Græcum ἐρβόμ faciat: Sic extrito primo elemento, & medio mutato, facilè potuit ἐρβὸς legi: quam ſuſpicionẽ augent verba quę proximè addita ſunt, quæ neutiquã ſcitè cohærent; hæc nempe. *Semen veluti Lupini paruum & nigrum*. At Lupinũ non eſt paruum: nec nigrum. Saltẽ quæpiam ſubeſt labecula, cuiuſmodi myriades plures expunctæ ſunt in authoribus Græcis Theoph. Atheneo, & aliis: & in Galeno nonnullæ: in Paulo & Trallianо complures voces Latinæ. Eapropter hanc eandem maiorem *Conuolluulum* retinendam arbitramur. Eſt quippe non modò ſarmentis viticeis, mollioribus, longiſsimis, & aptiſſimis ad fornicatas opacationes: Foliis itẽ lęuibus, hederaceis, aut alterius Cõuoluuli Ciſſampeli maioribus, mollibus: cętera tũ flore, ſemine, ſarmẽto prorſum Ciſſampeli noſtri, ſed maiora: radice item longa, ſparſa, flexuoſa, ſed paucioris lactis, nec comperti cõmodi.

CONVOLVVLVS Minor purpureis.

Iaſione Theop. ET hic ſatorum alumnus conuoluulus, non ſociæ ſegetis, aut ſepum: eſt enim caduca, vite multò minus prolixa, nec proximis adminiculis ſeſe applicante, ternum & quaternum pedum, reliquis côuoluulis tenuitate, flexilitate, radice, foliis, ſemine iiſdem, ſed purpureo flore dilutiore: totus multò minor, neglectus, aut potius inuiſus ruſticis : tam notus quàm paſsim obuius.

SCAMMONIVM SYRIACVM, Antiochenum, & Norbernenſe.

PAVCÆ ſunt plantæ, quas de facie & facultatibus penitus notas habere, magis interſit boni Medici, aut Pharmacopœi, quàm Scammonium, tam enim commoda hæc lactaria ſcanſoriáq; voluula, (vnde fortè nomen Voluulo fuit) catharticis medicamentis, & neceſſaria, vt tametſi nonnulla infamia flagraret, tamen nulladum ſit inuenta, cuius vlla pars, ſuccus, vel excremẽtum, tam puſilla mole tantum cõmodi pręſtet, aut vt vicaria huic ſuffici queat. Quò magis noſtra ignauia incuſanda eſt, quibus licuiſſet hanc plantam alere, ſuccumque illius exprimere, ſi non multum ad vtendum, ſaltem quantum ſat ad cognoſcendum, impoſtorumque fraudes detegendum: ſicque cautior & fœlicior foret Medici opera. At vix hodie milleſimus quiſque Medicorum plantam vidit, niſi fortè pictam, cuius pluries quàm ſæpius millies ſucco vel lachryma ſe vſum profitetur. Quare quò dehinc cuilibet ſit in procinctu veram & noſſe, & alere, orationis ambitu pingenda, quam ſolo penicillo Cõmentatoris pictor expreſsit. Anno ſexageſimo primo aut ſecundo ſupra ſeſquimilleſimum, indefeſſus ille herbarũ nouarũ veſtigator Venetus Pharmacopœus Sequinus Martinellus, ex Syriaco Alepo miſerat pluſquàm centum libras glebæ Scammonii Antiocheni ſucci concreti, cui exprimendo interfuerat : conchas etiam non paucas Lachryma plenas, ſeu Diagredio antiquorũ, cum ſeminibus anguloſis Volubilis. Hęc ſemina tum Patauii & Venetiis primo Vere mãdata, in luculentã Volubilem, ſeu Voluulũ abiêre, adeò ſinuoſis Smilaceis foliis, triquetris, vel potius Ciſſampeli, foliis, floribus, & facie, vt planè noſtræ Ciſſampelo eandẽ dixiſſes: verùm radice inſigni fuit, & mole grandem Bryoniæ radicem æquante atq; teneritudine ſimulante : foris tamen pulla, aut cinericia, intus albida carne: cuius fiſsæ toiulus ſiue cor mediũ exemptum, planè idem eſt, aut ſimile radici communis & probatioris TVRBITH officinarum: verùm facilius aliquãtò frangitur hæc, tametſi perinde gõmoſa ſuccoq; lacteo pręgnet, atq; Turbith. Hanc eandẽ poſteà Antuerpiæ, quò ſemen miſeramus ſerendo meminimus, ſpecioſam factam, floribus & viticulis quinum & ſenum cubitorum, prorſum nihil diuerſam, cuius Guillielmus Dries, non minus peritus Pharmacopœus, quàm probus ciuis Antuerpianus, adnata radicumque pullulationes exciſas, exſiccatasque oſtentabat, adeò Turbith Alexandrinum ementita, vt diſcriminis perparum, aut nihil percipi poſſet.

TVRBITH.

Quæ lachryma fuit apud Albertum Martinellum Sequini fratrem, ad Symbolum Angeli, Venetias in Syriacis conchis allata, nõ fuit aſpectu triſtiore, ſquallidiore & cineritio, vti vulgatum Scãmoniũ viſitur, ſed Colophoniæ concolor, cõcretione ſimilis ex fuſco cęruleus erat. Quare non ſecus differunt quàm Meconium, ſiue ſuccus expreſſus, ab Opio; quæ fuit manans liquor, ſeu lachryma. Sed Scãmonii lachryma cinereũ habet colorẽ: Opium flauum & limpidiorem: vtpote capite, vbi defæcatior, non è radice fluens. Verùm quia pauca lachryma aut mera, aut hodie vſurpata Europęis vænit, nõ enim poſſet tanto vſui tam paucaſatis eſſe: opera ponẽda, vt ſucci probè teneamus exquiſitas notas, & varietates, quò minore mortaliũ detrimẽto, lõgè maiore emolumẽto eo vtamur puriſsimo, vel ſaltẽ quàm optimẽ correcto. Nõ paucos enim ſępè fallit multùm, puſillũ delectus diſcrimen. Videas namq; non rarò idem corpus, eadem de morbi cauſã, & planè eodẽ modo affectum, aliquot granis ſumptis ſæpius facili ductu, nulloq; cruciatu bilẽ, pituitoſamq; colluuiem excludere, tum ex eadem prorſum gleba effracto fruſtillo, multò plura grana

Scammonii deſcriptio.

data

data minus educere, multum tamen cruciatum ciere: nempè dispar molis concretio alicubi plus, alibi minus, alterius cuinsdã lactis Tithymali, aut Cataputiæ accipit: vnde disparilis vacuatio tam sæpè consequitur: si namq; foret purus & merus succus vniusmodi, nequaquam tantæ δόσεων essent discrepantiæ, quantas cùm antiqui tum hodierni Scammonii animaduertimus: quandoquidē etiā hodie quidā nihil aut parū excernūt scrupulo vel 3 .ſ. quàmplurimi verò minore portiuncula, quia vt plurimum remistū est Scāmonium, quæ miscella neutiquam improbāda videtur, vt vociferantur humoristæ Galenici, namq; si est pro eo ac debet, æquabilis atq; correcta, valdequàm est vtilis, dū minore & mole & mora educit, anteuertitq; impresioni caloris, quæ fieri solita est à medicamēti cunctatione: maximā enim nouimus vtilitatē in huius cathartici celeri motu cum delectu: nam sufflonum Agyrtarūq; vitrū, flores, siue farinę stibię, impetu & nō discretu humores quoslibet obuios pręcipites dant. Tamersi vinū purgans ex radicibus Scāmonii Diosc. parat, & si homini Græco istud demensum solitū, sanè plus purgat aliis additum: sic videmus additum Diaphænici Catholic & aliis, vt succo Rosarum, plus monere, vt Brassica marina Thymalli. Ac nullum Scammonium hodiernum affertur non adulteratū, & tamen fortassis commodius, quàm Dioscorideū sincerū, cuius ęquo si fuit dosis recepta, par est putare alicuius vehementioris succi additione, tantillā quantitatē tantum efficere nunc, etiā nonnulla portione farinæ, colophonę Resinæ addita: nimirum resina ad pellucidita tem coloremque taurini glutinis ementiendum: farina verò, vt cuius interuentu resina cum Scāmonii lacte aqueo societatem coalitumq; inire queat: lento tum igne rudicula versando quantum plurimum possunt optimè agitant, donec indurnerint, coaluerintque in commodæ mixtionis glebam. Cuius dignotio hæc, si non admodum ferueat ore, nō multum virus redoleat, nec nimiū tenax sit terēdo: nam leuitatis albescentis atq; taurini glutinis pelluciditatis hodie vagæ, nec certæ notæ sunt: nullū fermè hodiernū videas Taurino glutini aut Bdellio trāsparens & nitidū, nec lacteæ albedinis, sed liuentis & ad cæruleum dilutum quadantenus vergētis. Pharmacopœi è Mesue & Gręcis cytonii cauo inditū coquere in clybano addereq; mastichem soliti sunt: minusq; prudēter cytonia abiiciunt, quibus trāsmissa vis & potior & delicatior scāmonii remanet: Quare dehinc sciant miscendam esse carnem cythonii compositioni, vel isto Venetorum modo parandum, ne maior iustò moles medicamenti instituto officiat. *Puluerat*ū scammonii Lib 1. succo cytoniorū depurato operiunt, leniterque & blandè, non secus atque Mesues suū de succo rosarū Elect. excoquūt, dum induruerit, vbi cautio, ne nimio obruāt succo, quò vires scāmonii nimis reprimātur, obtusæve pęnè langueāt, plerūq; plus nociturę quàm profuturę. Nam *Mesue* meritò multum succi rosarū Scammonii incoquit, vt quo retundatur quidem impetus & acuties, sed non deleantur vires à succo Rosæ roborantis & purgatricis,

Monspelliense SCAMMONIVM.



COMMVNIS Pharmacopœorum consensus Scāmonium etiam facit illam *Marinam* volubilem, copiosissimam toto illo litore & sabuleto, ab vsque Rhodani ostio ad Aquas Marianas & Sinum Agarhensem, cuius succo lacteo concreto, (quo multo tota turget) purgationes moliebātur, sed maiore dosi, minore effectu: quippe succo nihil additū erat, sed coctione coactus, niger vel fuscus erat. A volubilium omnium floribus differt flos huius, multos namq; pusillos, stellatos, candidos, confertos fert Iunio & Iulio: folia rotūdiora, Asari, breniora, crassiora, firmiora, latiora, superius albidą, acuta, & basi falcata, nec angulosa Apocyni, aut Aristolochiæ similitudine & magnitudine; ex pediculis & loris reptantibus & stratis humi viticulis vel piscatorum attegiis & Tamariscis

adug-

aduolutis quaternum quinúmve cubitorum: semen angulosum in vtriculo minore quàm Aristolochię: radix digitum æquat minimum, longo reptatu multùm fibrosa, alba, succulenta, veluti reliqua planta.

CONVOLVVLVS minimus Spicæ folius, vel Stæchadis citrinæ, aut Linariæ.



RARIVS inuentu hîc aliis regionibus quàm Galloprouinciæ, Allobrogum, & Norbonæ, ad margines aridos satorum, & oliuetorum: vbi Iunio, & Iulio florem delicatiorem superiore, sed consimilem, vnifoliũ, angulosum, diluto colore purpurascentem; semenque haud dissimile, angulosum, compressum, promit exilibus in viticulis, rectis, crebribus, à radice lignosa, sesquipalmum longa, albida, à qua partim folia, partim à cauliculis sesquipalmum altis, exeruntur, angusta, longa ad Linariam, aut Stæchadem citrinam Phiteumáve Norbonense, etiamq; colore & canitie accedentia: gustu exsiccante, nonnihil calfaciente.

ASVREVS, siue ceruleus Conuolulus Hederaceus, vel smilaceus, exoticus.

HÆc omniũ huius clasis rarissima & pulcherrima, nec nisi hortis Italię, Galliæ, & Belgię nota, vbi amœna purpura porrectis attextisq; secus parietes & perticas funibus viticeis, gracilibus, vmbracula cócinnant, atq; fornices, visu periucũda: visenda quippe floribus, é pediculorũ calyce exeũtibus, Iasmini, aut Vincæ peruincæ similibus, sed ora quinis stellatim prominentibus angulis, nolę cæruleæ vel asureæ effigie: vnde *Campana Lasura Italis*. Folia ternis angulis singula, in teneriusculis pediculis, Ciclamen, Hederámve annosam imitata, nonnihil hirsuta: longa & gracilis radix, nulla sui parte in Medicorum commercia venit.

HELXINE CISSAMPELOS.

SIMVL Cissampeli nomen, simulque collatio & soluendi effectio, testantur abundè Helxinem esse vnum quempiam Voluulorum lactariorũ, passim propter sepes, inter segetes & vites oriundum: vox siquidem ἑλκύειν, trahere, hærere, vel arripere consignificat, viticeam, voluulosamque propaginem, pręsertim in Cissampelo, & Hederæ mixta significatio, folia satis reprę sentat: Verùm cùm Voluulorum, plebi Volubilium dictarum, quatuor sint differentiæ, mox subdendæ, quę vixdum effigie, viribus, verò neutiquam distinctæ hactenus fuerũt, nobis eam sanciendã Cyssampelõ, quæ cum eo, quod notis & natalibus magis quadrat, tum etiam præ cæteris euidentius purgat, quam vnam dũtaxat facultatem illi reddidit Dioscorides, cui potius assentiendum quàm posteris illius duntaxat amanuẽsibus, & exscriptoribus, quos modestiæ causa nõ nominamus. Scimus igitur Volubilem illam, quæ inter vineta Muschatelina, maritimasque sepes, Thamariscos, prope segetes ad Frontignanam Norbonæ & Lio Venetorum, inter mare & hortos, alibique passim viticularum prolixissimis flexilibus sese aduoluit, aluum soluere succo & diluto. Est hæc non diuersa à Volubili vulgari maiore: sed folia aliquantùm angustiora, crassiora, dilutè virentia, in exilibus pedicellis & prælongis viticulorum loris, quibus etiam intricat sepes, pendentia: prope quæ, ex iisdem interuallis, sed in aliis pediculis, flores infundibuli, nolæve effigie, à latiore labro ad mucronẽ ductis leuibus striis, latera nõnihil intrò inflexa, finientibus, candidos, tenues: é cuius imo cẽtro prodit vtriculus angulosi seminis plenus, Aristolochiæ rotundæ similis, sed dimidio minoris, Scammoneæ Antiochenę paris. Succo etiam tota, tum radix, tum folia turgent lacteo. Candida radix, prolixa, fragilis, huc illuc reptans, minimum digitum æquat. Hac plerique impostores Phamacarii, prę sertim regionibus

glonibus maritimis, vbi hæc adultior, admixta succo Tithymali Paralii & resinæ Colophoniæ, quæ nigricat, ementiuntur Scammonium.

CISSAMPELOS, ALTERA, Atriplicis effigie.

HANC iamdiu à doctis persuasi, huic tamen aliquantùm dissimilem, putaramus legittimam Helxinem: frequens namque amplexibus multis vites arripit, nec secus aut arctat, aut enecat, vel iisdē pabulum surripit, atq; Cassytha. Foliis est hederaceis, oblongis, in angustum Atriplicis facie & modo desinentibus: Flores item Atriplicis albicāt racematim: semine triquetro, nigro, Sesami Theoph. sed minore: radice exigua; vbiuis magno prouentu vinetis, frugibus, ac sepibus adnata. Sed de succo vel facultate subducendi aluum, nobis ignota, nisi quis Atriplicem putet, eoque lubricare posse aluum statuat, multò tamen imbecilliorem illa maritima certum.

VITIS ALBA, BRYONIA.

Germ. Stichwurtz. *Gallis* Couleure, *Ang. Bryonie, Wilde vyne & Wilde hoppes.*

HANC nullusdum in dubium vertit, quippe quę cōmodi plebei & cognitionis semper fuit. Radix luculentæ magnitudinis est, quam auulsam, qui quotannis, vel alternis, deorsum versa basi pangunt, altero tanto crassiorem efficiunt, teneram, Raphani colore & concretione: In viticulis prælongis, teneriusculis, clauiculis multis, obuia quæque præhendentibus, folia vitis, aut Balsaminę, incana, flores palliduli, stellati: acini sparsi, rubentes, magnitudinē Asparagorum fermè æquant, succulenti, acriores, vti tota planta: cuius turiones & asparagi pullulantes etiamnum hodie quidam in acetariis esitant. Ischiadicis cataplasmatis radix peroptima, & Psilotris: immixta & cōtusa taurino sanguini, ad Sciros & carcinomata mirum quantum profit.

VITIS, vel BRYONIA nigra, Sigillum Mariæ, an Ciclaminos altera?

VEL tacitus plebeius consensus istam vitem esse sciuit, vocauitque nigram Bryoniam, vti ex Dioscoride Galenus & Paulus; cuius tametsi quiddam leuioris momenti, vt color rubens in acinis, ac buxeus internus vitibus desit: tamen hederacea folia, Smilacis asperę quàm simillima sunt, citra, & sentes flexuosi gyri, viticularum multiplici capreolo, & clauicella proxima quæque amplectente: racemi multis aggesti acinulis, virentibus primulùm, deinde rubellis, demùm vlterius maturitatis quasi vietæ progressi, ex fusco rubore in fuscedinem atram vergunt: cætera, vti radix (quæ Bryoniā magnitudine, figura efficacitate & teneritudine imitatur, foris nigra, intus alba) planè tam vera, quàm vulgo notissima sunt: vbiq; siquidē in Gallia & Germania Syluosis & asperis dumetis, arbores, sepéque scandit, & vuis, speciosis, oblongis, floribusque muscosis Labruscæ, vel Oleę pallentibus conuestit. Compertum est, vel mulierculis, vehementius vrinam, renumque sabulum, & mensium saburram, impellere potu: verùm Veneris tantoperè incentiuam esse, non perinde assentiuntur quidam Commentatori; quin potius experti eidem conuiciabantur, conquesti lumbos eneruare, sanguinem, renésque inflammare, plurisque esse sibi vnam aut alteram Cynaram, quàm incertam & periculosam suam Bryoniam: quam si propter calorem, Venerem accendere vult, haberet sibi vni, aut Flammula vesceretur, ad sui Satyrii Erithronii vires enerues supplendas.

VIORNA VVLGI, fortè Vitis syluest. Dioscor. & Theoph. Atragene.

NVLLI loco aptior Viorna vocata Gallis, quæ nusquam non frequens & nota (fortè quia viarum sepes ornat) quàm huic: Sarmenta quippe cæteris Clematidibus prolixiora, duriora, crassiora, rugosiora, vitiq; Labruscæ vel Viniferæ Vitis colori similiora: folia etiā sunt Solani hortensis & maiora, atq; singulis clauiculis quina, quibus lubens obrepit arboribus, atque Hederę æmulatione editiora fulcra scandit, sed interdum ambitu supernè Lib. 5. Cap. 11.

supernè ferrato ternis aut quaternis dentibus, vt in Solano nonunquam visuntur; quæ laciniata pedem Anserinũ vocatum, Atriplicis speciem, tam bellè referunt, vix vt discernãtur, sintne Solani an Atriplicis: flores radiati, pusilli, conferti, numerosi, albidi, muscosi, & stamineis apiculis ornati; odori; Maio & Iunio: capillaceo tomento cinguntur carptæ lanuginis albidę, leuis, quæ etiam in multam hyemem perdurat, foliis amissis: acini autem complures confertim stipantur ab vno pediculo, apti, rotũdi, rubentes ex fusco, compressi tamen: quare nonnulli docti, vbi περιφερὲς σχῆμα legitur, id est, sphærica figura acinorum vel granorum, πλατιφερὲς leuiuscula immutatione & commodiore sensu legi volunt, id est, rotundam compressam figuram. Ac tametsi coniectura hæc nobis non satis animum explet, tamen multò minus respondebunt, amara Dulcis vocata, aut Bryonia nigra quas suis locis commodius & necessariò aptauimus, notis. Alteram scilicet neutiquam viticeam, sarmentosámve, rugosam, lignosam, rimosam: illam verò communem, ipsam nigram Bryoniam.

Atragine Theophra, vitis Syl. Diosc. Dalesc.

CLEMATIS *peregrina Cærulea purpurea.*

NON absimilis est hæc cærulea peregrina nostrati Flammulæ clematidi, ortu & flexu, porrectuque viticularum atque foliorum habitu: sunt tamen maiora, flaccidiora, firmioribus sarmentis, prolixioribusque anfractibus, Viornæ non disparibus Flores aliàs cęruli, aliàs purpurei, ab illius & multorũ foliorũ figura situq; multũ diuersi, expansis quaternis altrinsecus & ex auerso sitis foliis, Pulsatillæ effigie & colore, minoribus tamẽ. Semẽ & radix Flammulæ. Nuspiam nos vidisse meminimus, nisi in hortorum delitiis: Quin superiore tantùm anno Angliæ inquilina fuit, floruitque in Morgani horto: vt malè sit istis bambalionibus rizotomis, qui doctissimo Dodonęo hanc passim viarum & agrorum in Anglia luxuriare persuaserunt.

CLEMATIS *altera, vrens, vulgi Flammula.*

E Clematidum viticearúmve generi affinibus plantis, nulla est, quæ perinde quadret facie, vel viribus, atque Flammula, plebi sic vocata, quia non secus ac flammeus feruor cuti adpressa, vesicas, crustas, vlceraque inurat: Quin eius est tenuitatis calor, præter multa quæ vrunt, vt spiritũ viridũ dũ digitis fricantur folia, eminus in nares præsertim iaculetur. Cerebrumque & sensus repentè magnoperè percellat, quòd experiendo notius, quàm gratius nobis fuit, tametsi idcirco ad facultatem noscitandam adminiculo fuit. Quippe feruor ille non in centro, intimisque terreis partibus, sed in leuioribus extimis, indicium faciunt sues Norbonæ, & alibi, qui hac innoxia, tum viridi, tum siccata, vescuntur etiam ęstate, saginarique creduntur mulierculis. Quin & succus, & stillatitius liquor primus, quasi è vino flammeus est. Folia multùm colore & lęuore Peruincã Clematidẽ præferũt: flores item stellati, sed minores, albidi, & pusillis in medio staminibus, vt in Hypericone. Radix ab vno principio multas spargit fibras Hellebori modo: nescio an etiam purgent, vti de semine prodidit Dioscorides. Est autem subfuluum, vel fuscum, rotũdum, compressum, in angustum desinens, copiosum, serie quadam & corolla coninnctum. Norbonæ & Galloprouinciæ spõte & in pratis maritimis humi sparsa, tenera, & humilis visitur, aut fœnicecus falce cadit, deficitur quippe fulcris, quibus innitatur: etiãq; plurima fruticibus & sepibus innixa, aliisque pedamentis, si quę nacta sit. Belgi & Germani cultiores scita textura huius, Campanicle lasuræ, & peregrinæ Clematidis cæruleę, depactas stirpes frondosásque vites porrigunt, ad parietum fornicumque vmbracula, variegato implexu, reticulatóque, tricoloria. Nec enim minus scandit, nec dissimiles vites habet Iasemino: ne tantilla anicularum ratiũcula à Cõmẽtatore tanto adducta, quispiam deinceps audeat inficiari veram alteram Clematidem esse hanc, cui prætulit Senensis idem Viornam vix acrem, nedum vrentem, aut vlcerantem.

LVPVLVS SALICTARIVS, *Spontanea.*

Lupus salictarius & vitis Septentrionalium.

Germa.

Ger. Hopffen.
Gal. Houblen.
Ang. *Hoppes.*

QVAMVIS IN antiquorum monumentis non extet hæc, quam coniectamur, nec aſſerimus à *Plinio* dictum Lupulum ſalictarium: tamen quia in Græcia etiamnum hodie vernaculè βρυωνίαν vocari audimus, non abs re hāc ſaltem de facie Bryoniæ compa ramus, nec enim Volubili aut Conuoluulis, vt Commeutatori viſum eſt. Cūctis gentibus hæc ſpontè, ad ſepes & margines pratorum humentium educat longa, prolixa ſarmenta, hirſuta, tactu aſpera, albida, multis clauiculis virgulta & frutices intexentia: fronde multa Bryoniæ ſquabriore, aut viti nigræ modo triangula: floribus albidis in oblonga caudata congerie foliaceis, inſtar glumarum ſtructuli ſerie connexarum: ſemine compreſſo, pullo, Geniſtæ, ſed minore, contento in illis cellulis, florum membraneis, quas colligunt Auguſto & Septembri Septentrionales ad Bieram (potionem omnibus familijs conſuetā) parandam, quæ alia longè eſt à Dioſcoridis & veterum Zytho: cui perperam paucæ lectionis & peregrinationis quidam Medici, quos ſequutus eſt Commentator, nomen Biere accōmodant, & æquè inſcitè Anglicæ Alę. Quæ vtrauis potio ſuauis & ſalubris, tam longè abeſt à Curmi & Zytho, Dioſcoridis nocuis temetis, quàm illa acidula potiūcula plebeculæ vtiliſſima in Hannonia & *Picardia*, *Braſſim & Bullen* vocata, diſtat ab aceto: vt tempeſtiuius alibi excutiemus.

SATIVA Vrbana.

MVNIFICA *Phronęa* miſerta algidiores regiones, eis largita eſt hanc quaſi vitem alterā, qua quaſi vita quapiam ſuas potiones animarent, & ſalubriores efficerent. Quare ſedulò colunt hanc vulgò vitem, depactámq; è ſylueſtri Vrbanam fecerunt, iam tot in locis, vt etiam tractus patentiſſimos vinetorum ſuperent, depactis multis pedamentis & ridicis, quæ tenella clauicula & capreolos fulciant atq; maritēt: hæ autē fulcra, quia ſaligna vt plurimùm eſſent, ideò fortè ſalictarium vocarant Lupulum: ſolo humentiore, lætiore, pinguiore, radicum fibras inſerit hodie Germania, ſuperior præſertim, atque Flandri, Anglia & Northmania, vnde vno aut altero anno pòſt ſe porrigūt viticeæ propagines mul tis anfractibus prolixæ, amplexantes obuia quæque arborum & arbuſtorum, lucóſque efficiunt fornicata pulchritude viſendos: quippe lætior multò tota planta culta euadit, florūque thyrſis foliaceis & ſquammoſis adultioribus, ſemine item multò maiore. Veluti forent viridimiæ, quo tempore vua, decerpū tur, & in ſaccos coguntur ad Bieræ ſiue Cereuiſiæ confectionem. Conſtat hæc hordeo & boni tritici farina: ſed longè alio pacto paratis & ſubactis, quàm Dioſcoridis Zython aut Curmi, quibus ex hordeo in aqua tubefacto, nihil Lupuli additur, cuius tamen permixtio plurimùm iuuant neruorum & articulorum imbecillitates: tantū abſunt ab improbitate Zythi & Curmi Dioſcoridei hæ Cereales potiones. Turiones etiam primulùm erumpentes primo Vere, tum ſponte naſcentes, tum ſatiuos, plebecula acetarijs indit: Cichorij ſapore, non ingratos, calore temperatos.

VITIS VINIFERA, Sylueſtris ſpontaneáve Oenanthe Labruſca.

Ger. Welnreb.
Bel. Wyngaert.
Gall. Vigne.
Ang. *Vynde.*

FRVCTVVM FACILE principem vtilitate, ſpecioſitate, & ſuauitate, dat vitis à vino dicta, veluti ἄμπελος, aut ἴμπελος (quod οἶνον fuit) id eſt, vinea, aut vinifuda vocabatur, eademque originatione κραιπάλη ſiue crapula Latinis è Græco manauit.

Nam

Nam πάλος vinum olim fuit. Eius autem diuerſitates proſequi nullum operæpreciumi: quando varietatem accipit multiplicem à ſoli cõditione, mote, & Solis ab æquatoris inclinatione. Neq; enim Aquilonium cœlum fert, aut certè fructum profert immaturum, ſerotinum, minimùm ſuauem.

Spontanea nec culta profundit vires inſana laſciuia, & in ſarmentoſam, arboreamq; penè ſobolem luxuriat, prolixitate anfractuum, vnde ſterileſcit, aut minores minusq; ſapidas & maturas vuas fert: Qualis in Prouinciæ & Norbonæ maritimis, Gallia Lugdunenſi, Italiæque plurima, ſquallidis agrorum marginibus. Sarmento duriote, cutéq; integitur rimoſa & villoſa, Viornæ, aut ſatiuæ vitis modo.

DOMESTICA.

Domesticæ autem viti, amputatione & interlucatione ſarmentorum præſtatur ne ſuccus ſarmentis & palmitibus impendatur. Eóq; mitiores, maiores, & elegantiores botri ſũt, ſuauiores acini, vberioresq; latice manant. Palmitum decora magis fronde, habitiore, latiore, diuiſura Platani aut Aceris.

CORINTHIA ſiue ἀπήρενα vua.

Corinthia quæ vocatur vna, nomen patrium teſtata, effigie nihil planè differt à communi: Sed algidioris cœli impatiens, gracilitate tantùm racemorũ & exilitate acinorum ſuperatur, qui gygartis carẽt, ſuntq; ἀπύρηνα, vt quædam mala Granata arillis vacua. Botri enim, ſiue racemuli ipſi, conſtantur acinulis, Piperina aut Sãbucina grana æquãtibus. Ad topiariorum pergulas & fornices deducũtur hodie in Italicis & Pedemontanis hortis vites huius.

ASCLEPIAS Vicetoxicum.

Qvando iſti moroſuli Critici, potius quàm Commentatores, nullum modum carpẽdi, immutandi, improbandive aliena placita, faciunt, noſtráq; expectatione & æquanimitate abutuntur, exerceamus dehinc nos met conferendis plantis nobis plenè cognitis, cum antiquorum deſcriptionibus: inuitis illis rigidis cenſuris, ad quas ſi vniuerſum opus herbariũ ſeuerius exigas, vix cẽteſimam quamq; plantam legittimam dicas. Minus verè negant Vicetoxico noſtrati deeſſe Hederæ folia, eaque lõgiora: floremq; graueolentem: quos potuit docere vel inſpectio meræ picturæ, quæ folia hederacea præfert: vel Dioſcoridis etiam lectio, qui Periclymenum & Ethiopicum Seſeli Hederæ folijs committit: additq; quantitatis dementionem, nempè longam, Periclymeni modo: & idem hic Hederacea facit, ſed lõgiora. Stirpi aũt pictæ, aut chartis affixę, ſi odorem negãt, fortè aſſentior, ſin florenti in montibus, dicam eſſe illi narem obeſam, aut nunquam virentem viſam. Tametſi tædet tot repetitionũ de odoris incremẽtis & amiſſione variis in locis & plantis. Infirmum enim argumentũ, quãdo multa apertiora & potiora ſuppetũt. Quippe Vicetoxico vulgus practicantiũ nomen feciſſe à dote qua aduerſum deleteria pollet, veriſimile: vti & Aſclepias nomine tanti Medici nobilitata propter conſimilẽ facultatem videtur. Radix porrò huius innumeris fermè capillamentis fibrata, caules flexiles, vimineos, læues, ſeſquicubitum prolixos, edit. Folia quidẽ Hederæ rigida, ex atro virentia, ſed aliquãtò longiora, & quaſi ſupernè mucronata: florem exiguum candicantem, odoris grauis, ingrati, quibus ſuccreſcũt oblõgæ, teretes, Rhododẽdri aut Apocyni perſimiles ſiliquæ, ſemen ſubfuluum, Seſami aut Apocyni, lanugine obuolutum cohibentes, Apocyni ritu. Huius radice vſi primùm periclitatores, cùm aduerſus venena, tum ad vlcera, magnũ ſibi & plantæ nomen pepererunt. Neq; poſteri potuerunt poſtea adduci, quin pro Aſclepiade agnoſcerent & vterentur. Siquidem illis etiam natalitijs, nempè montibus aut aridis collibus, præſertim Narbonæ & ad Ligures Taurinos propè fruticat.

Sitne Diosc. APOCYNVM, Periploca Græca, folijs lateribus hederaceis.

QVOD canes interimeret eſu, ἀπόκυνον, voce conciſa, quaſi canicidam, dixerunt. Cuius deſcriptioni ſtudioſi poterunt conferre duas non minus raras, quàm elegantes & apprimè quadrantes plantas, quas Patauii iamdiu etiamque non multis ab hinc annis in Piſano publico vireto videre meminimus, & adhuc dono ſeruamus à Medico longè peritiſsimo Andrea Acroaria Ciſalpino. Earum vtrique nomen Periploca erat. Altera fuit flexilibus ſurculis vimineis, gracilibus, leuibus, pediculos vtrinque habentibus, longiuſculos & exiles, in quibus folia Hederacea, molliora, viridantia, læuia, renidentia, & quàm Vicetoxici rotundiora, nonnihil in ſummo acuminata: flores tenues candidi muſcoſi Valerianæ, aut Drabę inter folia exeruntur: ſuccedentibus Auguſto menſe ſiliquis corniculatis, mucronatis, rectis, Aſclepiadis maioribus, claudentibus ſemen nigrius depreſſum, papposa lanugine obductum. Succus flaueſcit, ingratus, &, vti tota planta, viroſus videtur. Hæc ſi cani nex fit deuorata, Apocynum eſſe (& huius fore antidotum Vicetoxicum) valde probabile eſt. Certum nos exploratumque habemus iam diu, ſaltem aliis venenis à cane deuoratis antipharmacũ fuiſſe: vti Thorę Anthora, & Paridis herba Pardalianchis, ſunt. APOCYNVM

PERIPLOCA ſerpens, anguſtiore Periclymeni folio.

ALTERA verò Periploca repens vocata, prolixioribus & lenioribus viminibus ſerpit, variíſque flexibus arripit & amplectitur obuios caudices, Periclymeni modo. Folia vtrinque ex aduerſo bina, Periclymeni potius, quàm Hederæ æmula, ſed apice vt Vicetoxicũ donata. Flores in horto Piſano dudum defluxerant, dum inibi ſiliquas intuerémur: quæ ſolertiore connexione mutuis erant coniunctæ quaſi roſtris, vna è floris baſi, ſeu calatho, vtrinque repandæ, ſummis & imis inſertæ mucronibus, Rhododendri quadantenus in morem. PERIPLOCA repens.

CLYMENON Italorum, ſiue Siciliana, non eſt Androſæmon.

{ *Gallis*. Toute ſaine.
{ *Ang*. *Tutſan*.

AMBIGVI animi & ſententiæ in Clymeno videntur fuiſſe antiqui nonnulli celebriores, Galenus, Ægineta, & alii: qui eius hiſtoriam & mentionem quaſi nullam, aut incertam, taciti præteriêre. Ac iam tum Plinii æuo variabat deſcriptio & confuſa ex Clymeno & Periclymeno, alia Græcis, aliaque Latinis erat. Quò minus nobis dubitum fuit prorſus aquaticam Betonicam, eiúſve affinem Scrophulariam, verum Clymenũ aſſeuerare, tametſi vtriuis nec facies ita diſpar, & vires neutiquam ſint appellatione Clymeni indignę. Quippe ſunt hæ non minus vulgatis Chirurgorum præconiis nobilitatæ, atque planta Clymenum, Regis Clymeni cognomine. Verùm non minus inclito nomine fuit donanda ea, quam vulgi Gallici conſenſus *Toute ſaine* (quaſi Panaces omnibus remedia ſetens affectibus) vocat. Sępervirens hęc, virgis exit vimineis, ſanguineis, nitentibus, rectis, flexilibus, nonnihil anguloſis, aut ſecundum longitudinem ſtriatis, Periclymeno, ſeu Matriſyluæ concoloribus, & perquàm ſimilibus. Etiamque folia bina ex interuallis, auerſa, cæſia, ſupernè ſaturato virore, multum ſimilia, niſi quia è geniculis emicant, nec, vti illa, virgis traiiciuntur, eóque puſillis interuallis, binis per eadem ſpatia foliolis, Androſęmum referunt: verùm non perinde ſanguineum cruorem vel fundunt, vel allinunt affricta chartæ, vti dictũ in Androſęmo vero: flores lutei nõ diſsimiles ſunt, & baccule primùm rubræ, deinde nigræ, cruore nitente, purpureo, & ſeminibus minutis, fuſcis, turgidę. Radix foris fuſca, intus alba, lignoſa, fragilis, pedem & ſeſquipedem longa: guſtanti reſinoſa, lentoris expers, nec tota planta ingrata, nonnihil gummi Elemni, aut trifolii odorati ſapit: moderatè aſtringit digerendo, & deſiccat, pauxilla, aut nulla calfactione. Vulnerariis remediis, Balſamis, adeóque potionibus & oleis nata, vſu mul-

mentionem fecit Dioscorides: vsus tamen, tum potiunculis, tum catapotijs valdè tutus: foris verò exploratæ vtilitatis adeò nouimus, vt è penitioribus sinubus collectum pus, trans spatia musculorum & densas cartilagines eliciat. Est namq; epipasticum nulli secundũ, vt quis experiri potest, quẽ iuuabit vires noscee Emplastri viscini, ab Scribonio Largo laudati.

πολυγόνατον. *POLYGONVM maius.*

Ang. *White roote, or cely seale.*	*Bel.* Salomons segel.
Offi. Sigillum Salomonis.	*Gall.* Signet de Salomon.
Ger. Weisz wurtz.	*Ital.* *Gmochietto.*

NOMINIS argumentũ radix, geniculis cõpluribus pyxidatim cõsertis, Rusci modo protuberãs, digitũ minimũ crassitie æquãs, innuit: quæ vagatur cespite summo, multum fibrosa, cãdore pellucido, marmoreo, Alabastritidis radicis aspectu, gustų insuaui dulcedine, subastringente. Caules emittit rectos, rotũdos, cubitales, virides, quos folia ambiunt Lilij conuallij, vel Bifolij, vel Lauri Alexandrinæ, Ellebori albi modo, liris vel rugis rectis venosa: è quorum emissu pedicelli prodeũt: flores Vnedonis, seu Arbuti dicti, ex candore herbidi, Lilij conuallium longiores: quibus excussis, Maio & Iunio, baccę virides, deinde nigræ subnascuntur, Corrudæ aut Ligustri.

μυρσίνη ἀγρία *Myrthacantha* RVSCVS.

Murina spina, siue Myrtus syluestris.	*Ital.* *Pongi topi.*
Ger. Bruosch, aut Meuszdorn.	*Gal.* Brusc.
Hisp. Iusbarba, & Gilbarbera.	*Ang.* *Bochers Broome.*

TAMETSI Myrthum humilem, syluestrem, & aculeatam vocarunt Ruscum antiqui, quasi eiusdem naturæ, vt figuræ erat prorsum simillimæ: tamen differre inter se indole & natalibus certum est, cùm ad Septentrionem populis nulla sponte nascatur Myrthus: Ruscus autem calidis & frigidis peræquè multa scateat, facie folijsq; planè Myrtheis, sed rigidioribus, mucronatisq; supernè, quibus medijs ritu Cocci baphicæ hærẽt singulis baccæ singulæ, rubérrimæ, duriores, maioresq; quàm Asparagi, nucleo ossea planè duritia, vixq; vlli frangenti ictui cedente. Floribus pusillis, in fruticantibus multa sobolés virgis, præduris, bicubitalibus, & tricubitalibus, rectis, striatis, viuacissimis, vt & radices, quæ quàmplurimos annos perennant, succrescente quotãnis noua Asparagorum simillima turionũ propagine: aromatica, aliquantum amara, viscerum & ductuum farctui vsitatissima, nec secus ac in officinis Asparagi vsurpari solita, vel Bonifaciæ, cui nõ parum similis. Semen etiam miscetur eodem scopo Benedictæ laxatiuæ & Litontribis.

LAVRI ALEXANDRÆ Æ Dioscor. (quæ Theophrasto Ruscifolia ἐπιφυλλόκαρπος, *siue superfolio baccifera, vocatur) cum* HIPPOGLOSSO *siue* LIGVLATA *discrimen.*

ALIAM esse Alexandrinam Laurum ab Hippoglosso, cuiuis in promptu est de Theophrasto & Dioscoride noscee: quippe fructum siue baccam coccineam medijs in folijs hærere, nullius ligulæ facta mentione, vterq; asserit: foliaq; molliora, maiora, & albidiora quàm Rusci inesse Lauro huic, Dioscorides subdit, viresq; diuersas reddit, & radicẽ maiorem, molliorem, odoratam.

HIPPOGLOSSVM.

AT Hippoglossi siue Linguatæ radix minor, gracilior, breuior: folium tenue, paruũ, cui medio quasi cauo aliud foliolum, linguæ instar, insitum: aculeo rigido, infesto, mucronatum vtrũque, inter quę baccula etiã rubra Rusci visitur, suspiciendo naturæ, propter raritatem, opere. Quare versionem Plinianam legenti, satis liquet diuersas esse plantas, lectionémq; Hippoglossi luxatam fuisse. Namq; sic Plinius:

Ger. zapfflikraut, Hauckbladt, vnd zungen bladt. *Bel.* Tongen bladt. *Ang.* *Double tonge.*

HIPPOGLOSSA *folia habet syluestris Myrthi, concaua, spinosa, & in his, seu linguas, folio paruo quasi exeunte de folijs*. Vbi videtur legisse non κομψῶ, sed κοῖλα, id est, non comosa, sed caua folia, siue inflexa cuiusmodi planè sũt omnia nostratis Bislinguę siue Bonifacię: hortis iãdiu satis notę, & viribus ad calculũ dysuriásq; eximijs celebris; presertim spõte nas-

nascentis, montosis, saxosisq;, & asperis, incultis, Genuæ, portus Lunæ, Sauonæ, Nicæ, alijsq; Alpinis sterilibus calidiorum tractuum.

Math. Laurus Alexan. commentitia.

Senēsis noster, qua ingenij est opulētia & liberalitate, vbi cæteri scriptores putarāt descriptionem, nomēclaturamq; geminam esse, duntaxat vnius & eiusdem plantæ, non solùm dedit, vt par fuit, Bonifaciam pro Hippoglosso, sed insuper duas scitissimè equidem cōmentus fuit. Alteri nempè affixis affabrè ligulis, quàm postea pudentior factus, delendam curauit : Alteri datis in petiolis longis baccis, quam Sigillum Salomonis meritò suspicantur, in illumq; quasi impostorem ignarum debacchantur morosuli isti critici, quòd toties, totq; annos, cùm versarit hasce quisquilias, tandem non animaduerterit Theophrasto & Dioscor. Lauro medijs in folijs fructum, non in petiolis inesse: sed illam demptam, quasi foret à se fictam commentarijs penultimis, commodiorem multò fuisse: quippe cui similior est ea, quam quidam herbarum peritissimi in hortos colunt, & veram affirmant Alexandrinam Laurum.

Cucurbita.
Cucumis satiuus esculentus.
Cucumis flexuosus siue Anguinus.
Melo siue Cucumis antiquorum, Dioscor. Melopepo.
eius varietates.
Citrullus officinarum, Anguria, siue Batecha, semine nigro Auicenna, an
Pepones oblongi, ouates vulgatissimi. (MELOPEPO:
eiusdem varietates.
Cucurbitæ varietates. { *lagenaria maior.* / *minor.*
eiusq; varietates.
Colocynthis.
Cucumis Elaterij, syluestris.
Momordica, Balsamina.
Doronici quorū nullus est ACONITVM *Pardalianches.*
Doronici varietates.
Xylon.
Malua.
eius varietates.
Bamia.
Syda Theoph.
Abutylon.
Althea.
Althea arbor.
Alcea.
Alcea Veneta.
Gerania.
Pes Leonis, siue Alchimilla.
Sanicula.
Epipactis.
Ranunculi.
Ranunculus flore albo.
Ranunculus gramineus.
Flammula
Aconita. { *Luteum.* / *Lycoctonum.*
Napelli.
Musca Napelli.
Anthora.

C V-

ridendum moderatis ingenijs. Qui norint non vulgari moderatione & certa prudentia illum quantum licuit lapsibus vno loco tam multis occurrere conatum: Cùm enim per opinionem tum fiduciæ, tum etiam emúctæ cognitionis, quam illis de se iamdiu excitarat, licuisset (illi si lubuisset) nō solū picturis mendosis, sed etiā verbis subdolis persuadere, picturis tamē cōtentus fuit, & silentio suæ dignitati consuluit. Si qua tamen vsus est vafricula inuersiuncula, est illa leuius ferenda: Non enim nouerat aptiores: aut si norat, se tantoperè deceptum fateri, eius dignitatis non erat. Igitur quas potuit, dono puta emendicatas, ideo nec recens animaduersas, aut descriptas, in paginas congessit eius pictor, perperā quidē illas omnes censitas, sed tamen earum vnam fermè correctam istam, quæ est Seseli Æthiopicū verum: cuius effigiem mutuatus fuit à Dodonęo Medico multùm exercitato.



Ea Saxeis illis deuexis Massileæ & maritimis, tum etiā ad Cœti montis celsi radices, qua in Lacū vergit, fruticat vberi prouētu Iulio & Augusto valde quā spectatu elegans, multis prouenit virgultis rectis, ligneis, nigricantibus, rigidis, binos ternósve cubitos altis, in varios surculos diductis, folia crassa, rigida, & læuore viridātia, vt Hederæ, figura oblōga, propior Periclimeno promētibus. Luculētas in sūmis gerit vmbellas, luteis florib' Anethi, quas semē stipat fuscum, oblongum, copiosum, fœniculi maius: non solum semē, sed etiam vniuersus frutex gustanti aromatis saporem acrem, medicatum, & subamarū, sed gratum imprimit, suauemq; odorem spirat à summo ad imā vsq; radicem, quæ lignosa est. Eximiæ vis est huius semen, cuius copiam misimus amicis Venetis & Lugdunensibus ad Theriacem, quod etiā, vti Dioscorides innuit Massiliēsi multò odoratius & efficacius est. Quod Seseli, si vt pictum in Dodonęo, ita viuum in agro vidisset Cōmentator, lubens & volens suffecisset in locum illius plantæ, cui videtur postposuisse: est enim illa non frutex, sed herba, quam Recentiores Libanotidem Theophrasti prodiderunt, viribus & figura aliena ab hoc Æthiopico, quem fruticem, adeoq; magnum, Dioscoridis correctior codex statuit esse.

CAPPARES.

Ger. Kappern.
Hisp. Alcapparas.
Ang. Kapper.
Gall. Cappres.

FRVTICAT ruri in ora Thyrrenici maris, Norbonēsi, & Hispanica Capparis vberi prouentu. Eadē hortis iamdiu innotuit, & fœtus priusquàm in florem se pandat, aut perdat, decerptus, & muria conditus magno semper vsui fuit. Flos ei candidus inest, Rosæ aut Mali Cotoneæ: & semen in siliqua oblonga ruffum Milij Panici, medicamentis vtile. Ma-

CVCVRBITÆ Sychia. Succha. σίκυς.

TANTA eſt Cucurbitarum, Cucumerum, & Poponum inter ſe cognatio, vt antiqui Græci & Latini, nedum recentiores, minus accuratè nomenclaturas diſcreuerint. Euthydemus ſiquidem in oleraceo libro Syciam Indicam nominat Colocyntidem: puta poſt Hippocratem: cui vti etiam Theophraſto videtur, quamlibent varietatem & differentiam genericam horum fructuum σικυῶν vox ſignare, σίζειν namq; bullire eſt, vnde σίκυς, quæ vas, ollam, & pyxidem ſignificat, & ſanguiſugum vitreum, aut cornu inſtrumentū: indeq; fortè Latinis Cucurbita, tametſi Varroni à curuando dicta putetur. Ariſtoteles etiam Sicyas pepones appellat: & Galenus Pepocucumerem. Quare quò facilius percipiantur & diſcernantur ab inuicem, quæ hodie in vſum culinariū & medicatum venerunt, genera cuncta non incommodè σικύας, vel Cucumeres, vocamus: quarum duo ſumma faſtigia ſint Curcubitæ & Melopepones, varia nomina adepta, propter fructuum, foliorumque varietatem.

CVCVMERES SATIVI & Eſculenti.

Germa. Cucumerem.
Gallis. Concombre.
Belgis. Concommeren.
Ang. Cucumbres.

NOTISSIMI ſunt, tum Meridionalium, tum Septentrionalium hortis Cucumeres, qui & ſuauiſsmi eſu & frequentiſsimi, præſertim crudi, aut muria conditi, dum adhuc ſunt tenelli, merito habentur. Foliis hiſpidis, ſcabris, viridātibus, ſimilibus Brioniæ, aut Vitis: maioribus, minoribus Bardanæ & Petaſitidis: flores ex luteo pallent liliacei, conniuētēque noctu, aut marceſcunt, Volubilis ritu: reptantibus multis vitibus & clauiculis, proxima quæque implicantibus, fructumq; dant teretem, ſemipedalē, oblongū, cortice teneriore, maculoſo, ex obſcuro virore in flauum matureſcente, interdum ſpinulis molliuſculis, aſperato, & leuiter ſecundum longitudinem canaliculato, vel ſulcato. ſemine referto albo, Melonis adeò ſimili, vt neutiquam, niſi quia anguſtius, & puſillo apiculo ſubtus protenſo donatus eſt, diſcrepet: medulla lacteſcente, admodùm ſuaui, & multi vſus Officinis, non item Culinis.

CVCVMIS flexuoſus, ſiue ANGVINVS.

RARIOR hic, & niſi in hortis herbariorum infrequens, prorſum ſimillimus ſuperiori Cucumeri, flagellis, flore, foliis, & clauiculis, fructu autem facilè diſcernitur, & agnoſcitur, qui incurua gracilitate anguinum flexum, & longitudinem & craſsitiem æquat; vnde nomen: tenera cute, nitore herbido.

MELO vulgi, ſiue Cucumis Antiquorum, Dioſcoridis MELOPEPO,

German & Bel. Melonen. Gallis & Angli. Melons.

ILLIS affinitate foliorum, florum, & fructus proximus hic, ſimillimo etiam, vt diximus, ſemine, incluſo tamen in globoſum fructum, magiſque ventrioſum, & ſecundum longitudinem altioribus liris, & torulis ſulcatū. Corticε duriore, nōnihil hirſuto, rugoſo, pullo, vel cinereo. Carne fulua, ſapore & odore mellito, vel ſaccharato, cuiuſmodi in gulæ delitiis crudos ſuauiſsimos habet vniuerſa Italia, Galloprouincia, Norbonenſiſque & Vaſconica, Gallia, Hiſpania: eſitantur cum pauco ſale & pane Iulio & Auguſto. Cæteris regionibus ad Boream, vt Franciæ, Belgio, & Angliæ, ægrè aut inſipidiores proueniunt, nec plerumque maturitatem aſſequnntur, præ imbrium copia, & caloris inopia. Semen etiam vnum officinarum habetur, inter quatuor maiora vocata, primæ commendationis, & frequentioris vſus.

Varietat

Varietas peponum, magnitudinis, coloris, & odoris. { Eſt quippe ſpecies quædam Moſchatelina, quæ vix Colocynthidem, aut Arātium ſuperat, odore Moſchi, ſapore delicatiſsimo.
Eſt & altera cortice carnéque alba: ſapore etiam periucundo.

VEL hoc vno argumento quilibet aſſeruerit Melones noſtros, ſiue vulgi Italici Pepones, eſſe antiquorum (præſertim Dioſcoridis) domeſticum Cucumerem, ſiue Sicyam ſatiuam, quia odore eximiæ fragrantię, & cytonii mali, aut pomorum redolentium, æmulo, reſtauret vires languidas & reficiat, ſpiritúſq; diſsipatos reuocet animo lapſis: vt idē Dioſcorides author eſt: eoque Melones, quaſi Pomoſi, meritò vocati fuerunt à recentioribus Græcis, quòd ori ac ſtomacho cibus ſint gratiſsimus, omnium huius generis.

CITRVLLVS *Officinarum, Anguria ſiue Batecha Auicennæ ſemine nigro* } *an Melopepo.*

IMITATVR etiā Citrullus maiorē aliquē Melonē effigie & carne ſolidiore, fragili: ſed ſapore veſcendóq; magis Pepones vulgatos refert: vnde Melopeponē iſtū nomenclatura, vt ancipitis naturę, dictū de vtroq; mixta putamus, nēpe Mali, ſiue Melonis circinnata rotunditate, non tamē torulis ſulcata, & ſapore magis Peponem, quàm Melonis dulcedinē melleam referente: quibus etiā, monente Galeno, diſcernitur à Melone. Semē verò vnum è quatuor vocatis maioribus eſt; maius Melonis, minus Peponis, duriore cortice ſeptum, nigro, omnium duriſsimo: alioqui tota planta ſimilis Peponum plantæ, ſed foliis altioribus, laciniis Colocynthidi proprioribus. Seritur etiam & manditur caro cocta vel cruda, & pleriſque Pedemontis Italiæque hortis enaſcitur.

σικυοπέπονες. CVCVMERES *Peponésve oblongi, ſiue ouales, vulgatiſsimi.*

HORTORVM ruraliū nullus Pepone iſto notiſsimo vacat, eoſdē vocatq; cuncta Germania & Anglia Pepones magnos, admodum Meloni, vel Citrullo ſimiles: flexuoſo flagellorum, ſed proceriore reptatu, foliis latioribus, profunda Citrulli lacinioſáq; diuiſura, flore maiore, fructu tereti, oblongo, oui ſtruthii ſimilis, maiore multò, flauo interdum, interdum & albicante cortice obducēte. Semen Citrullo latius immerſum carnī luteæ, quæ hyeme ſuper aut ſubtus camino fumóque areſcunt, iiſceque tenuis fortis plebecula veſcitur.

Varietas {

COMPRESSI *rotundi, Melonis effigie.*

VARIANT verò folio minori minúſque inciſo, alioqui ſimili, nec diſpari flore, aut fructu, rotundo, compreſſo, Melonis effigie, nonnihil itē orbiculatim ſtriato. Cortice delicatiore, glauco, vel albido, nitente. Semine albo Citrulli.

LATIORES *Clypeiformes.*

NIHIL prorſum diſsimilem in ramis & foliis alterum horti alunt fructum latiorem, rotundo Galeri ſpecie, aut Clypei vmbilicati, & ambitu rimoſo, atque plicis fimbriiſque rugoſo cortice: delicato & concolori ſuperiori, nec diuerſi ſaporis à ſuperiore. Vtrumque in taleolas ſciſsos, frictóſq; in ſartagine, & farina aſperſos, ſuaues admodum mandunt, in Belgio, Gallia, & alibi.

STRVMOSVS.

PERELEGANS hic & rarus, foliis alioquin ficulneis proximis, fructu Melonem magnum æquante, ſed Limunia mala exprimente, tuberoſoque cortice, papillatim variegato: ſpecioſa item tricolori ſtrumarum bullatione. Semine non diſsimili.

CV-

CVCVRBITÆ siue Zucchæ.

ADMODVM verisimile fit, Zucchæ nomē(sic enim Italicè vocant Cucurbitam deprauatis elementis)σικύαν, aut συκίαν (vtroq; enim modo scribunt nonnulli Græci) designare: nam σικ ια, vnde etiā ficus Latinis deriuatur, generalissima fuit appellatio Cucurbitarum, Cucumerum, & Melopepopum, vt superius monuimus.

Quare Cucumerinæ familiæ maximæ vocari possunt Cucurbitæ, & commodiore etymo à curuando deduci, quasi curbando, vt loquuntur Vascones & Pyrenei. Notissima & condituris aptissima, quæ anguina vocatur, omnium maxima, in arcum flexa, ternum senumq; pedum longitudinis, cute polita, albida ex viridi, testaq; duriore quum arida fuerit. Carne alba, elixa non ingrata. Semine longo, lato, nonnihil quadrato. Folio Cucumeris rotundiore, minore, flore albo, in flexilibus caducisq; humi loris & capreolis, topiarias ridicas & pedamenta implicantibns. Hāc maxima copia in taleolas longas dissectā, saccharóq; conditam, Lusitani Hispaniq; adferunt venum in Septentrionem, vocantq; Carbasade. Siticulosis & æstu febrili vexatis gratissimæ offulæ sunt.

LAGENARIA.

Varietas.

LAGENARIAM vocamus, vt qua peregrè proficiscentes lagena vtuntur, præsertim in Gallijs, Hispanijs & Italia: commodius namq; gestatur vinum quàm vitreo aut figlino vase, quæ oneri sunt & facilius franguntur. Semen illi minus quàm superioris: folium alioquin, flores, & reliqua non disparia.

LAGENARIA maior.

AB illa tantùm differt fructu minore, lagenulamq; concinniorem exprimente, eóq; lubentius commodiusq; gestatur itinerantibus. Semine, folio, & flore, delicatiore, non diuerso.

COLOCYNTHIS, siue Cucurbitula amara, Cathartica.

Ger. Coloquint Opfflein.
Bel. Quint appel.
Ang. *Coloquintida.*

QVIA consimili esset facie, sed multò minor tota, Cucurbitulam & σικυώνην siue Cucumerulum vocarunt Hippocrates & Ægineta, ducti potius foliorum aspectu, quàm planè contrarijs facultatibus, qui bns insigniter polleti & documento est, sub ijsdem foliorum florúmq; lineamentis, cognatarum specierum plerumq; esse perquàm dissimiles vires: quæ quò melius innotescant, plantæ ipsæ sunt iuxta se ponendæ, & describendæ, vt frequenti intuendi in eas consuetudine & experiendi, perini earum euadamus. Idcircóq; vti superins semper, sic & hìc nos hunc Cucumerē, & aliū agrestem vocatū, suis gentilibus subdemus. Hanc serūt Herbariæ voluptatis studiosi Vere, in Gallia, Germania, & Anglia, fructúmq; decerpunt Septembri, sed subflauum, virentem, virosúmq;, nec purgationibus perindè aptum, vt ea quę ex Græcia Hispanijsque deferuntur Poma siue Cucurbitæ, excepto cortice flauescente candidę & fungosę, læuique concretione, amarore viroso & exuperanti, & horrendo, fauces viscera intestináq; lædente. Ortu & natalitijs humentibus penè Cucumeris satiui par, sed folio minore magisque laciniosо, ad Citrullum accedēte, luteolis nec diuersis floribus. Semen item simile, sed minus, durius, peneque lignum est, nō tanta virulētia ad purgandū, quàm caro ipsa siue medulla: dedimus namque multò maiorem dosim quàm medullæ, maiore commodo, nullo aut longè minore tumultu.

Satæ Colocynthidis in hortis Batauis, Gallicis, & Italis, vidimus triplicis aut quadruplicis varietatis: fructum nempè pusillæ Cucurbitæ aut Pyri & lagenulæ effigie, ex fusco viridante: cortice nonnihil maculis variegato, reliqua foliorum facie Cucumerem syluestrē referente: teterrimi etiam saporis tota hæc est: videtúrque Syluestris spontéve nascentis ea species, quam mortem, siue exitium in cacabo, vocabant quæribundi Prophetæ illi, qui apud

pud Eliseum fame pressi, cùm multi degerent, & cibum caperent, iussúsq; esset quidam incoquere pulmento olera, collectam magnam huius copiam, ratus esse Cucurbitam esculentam, ollæ indidit: Illi verò vt esitare cœperunt, amarorem iufestum, quasi mortē detestati sunt: nec porrò vorare poruerunt, tū ad Prophetam protinus exclamare, & *Mors*, inquiunt, *Diuine, est in cacabo, nec possumus vesci*. Vates autem Eliseus miraculis potens fretúsq; multis, farina adiecta pulmentum Colocyntidásq; syluestres dulcorauit, edendóque cōmodas reddidit: quare oportuit esse amarissimas.

Meminimus etiam exactè sphæricas, maximum Arancium aut Citrium, vocatum Adami Pomum, æquiparantes, etiam nonnihil variegato cortice.

Videas & nonnusquam compressæ rotunditatis, subflaui corticis, quarum omnium eædem vires, & dirus amaror.

Sæpissimè pusilli, Peponis oblongi effigie, ouum anserinū aut olorinum æquantes, corticis durioris, ex viridi in atro & cinereo maculati sunt.

CVCVMER *Elaterij syl.*

Ger. Wilder Cucumer.
Gal. Concombre sauuage.
Ang. Noli me tangere, & *Wilde Cucumber*.

NON immeritò Cucumerem agrestem vocarunt hunc, potius quàm Asininum aut syluestrē: quia omniū huius generis plātarum, suaptè spontè importunóq; admodū prouentu oriatur circa vrbium mœnia, areas, & stabulorum fimeta, in Italia, & Norbonensi, Prouincialique Gallia, vbi vel puerulis notissimus, qui fructum turgentem vixdum tactū digitis ludibundi in faciem inuicē elidunt semine, succóque peramaro & viroso os oculósque perfundunt. Repens & humilis, non topiaria est, tota Cucumeris satiui effigie, minoribus folijs, magísque scabris, & crassioribus, cineritijs, ab imo densē fruticantium cauliū teneriorum, succulentorum: quibus exeunte æstare, post flores luteos, pallescentes, Cucumeruli in pediculis per interualla insunt, pruni instar oblongi, hispidi, cinerei, coloris quadamtenus Papaueris gemmantis glomerulos imitantes. Semine pullo colore, vel cinereo, nigricante, Colocynthidis non dissimili, sed minore: radice crassa, Raphani aut Bryoniæ, aliquantum fibrosa. Medulla candida minus quàm fructus, aut folia, ingrata: quæ præsertim Sole siccata, flammis admota, tota deflagrat vrendo. Vnde primùm nobis coniectura fuit ex Plinio, monente etiam Præceptore accuratissimi iudicij Rondelletio, ELATERIVM verum ex hac plurima, & pauca ei hærente muccagine medullosa, non ex ipsis Cucumerulis parandum esse. Perquàm celebre fuit antiquis Catharticum, vt de Hippocrate & Theophrasto liquet, Elaterium, quasi dicas exagitans turbásve ciens medicamentum: vehementer namque supernè, infernéq; aluū citabat, pusilla dosi, nempè oboli, vel scrupulo, semisse, per se, vel adiecto salis altero tanto, & Stibij, quod colorando satis esset. Probatissimum fuit, læue, non asperum, nec ponderosum, sed album, nec aridum, vel exuctum, vehementer amarum, & lucernæ obiectum facilè flagrans. Quæ notæ lectori plantarū consulto, non rixandi, sed cognoscendi cupido, facilè retegunt planè peruiam huius loci in Theophrasto & Dioscoride salebrosi intellectionem: cùm namq; ex Cucumerulis istis succus effluat admodùm tenuis, viridis, aqueus, ignéq; densatus inæqualis, nigricās, ac obiectus lumini neutiquam flammam alēs, paucísq; annis mucidus putrisq; futurus, verisimile nobis fuit, vel Theophrasti, vel Dioscoridis Elateriū dici nō posse, tū propter illa omnia iam quæ diximus, reprobi inditia, tum quia nec durar, nec flagrat. Quare ipsi superiorib⁹ annis cùm in Gallia Norbonensi parassemus Dioscoridis & Theophrasti instituto, curassemúsq; parādum multis modis: tandē maximā Cucumerulūm copiam colligendā curauimus, è quibus super cribro incisis, seminis tusi, & crebrò manibus pressi, medullam siue muccaginem Psilij similē subter cribrum transmissam excepimus, Cucumerulorum eorūdem succo affuso, & aquæ fontanę nonnihil, quò facilius gluten remitterēt trans cribrū: istud partim Soli sub dio expositū nigricans habuimus, partim verò igne aut sub cineribus exsiccatū, albidū, & pullū. Vtrumq; tamen lucernæ admotū actutum flammam dabat & alebat sua pinguedine: quin etiam, quale nobis adhuc in museolo longè aridum superest, facilius

lius vret, cuiusmodi nunquam poterit parari ex sola Cucumerulorum aqua, muccosáve carne, vt probè norunt qui sæpius periculum fecerunt. Eapropter Plinius videtur cæteris melius & verius ex Theophrasto, aut quopiam alio classico authore, ad Dioscoridis sententiam accessisse; quum ex fructu & semine faciendum censet: nimirum vt obiectum flammæ flagret, quale optimum tradit Dioscorides: quem suum ducem ignauè hic deserit Senensis commentator, & insulsè suggillare videtur, dum contentiosas texit ambages authoritatum farragine. Sanè par est, quo diximus modo, commodius tutiusque purgare, adeóque diutius non putre durare quia acris virulentúsq; succus medulla pingui seminis retunditur & mitescit, nec perinde (quà oleaginosum pingue) putrescit: *Mitior* etiam vis in semine, & par ratio, quę in Colocynthide. Radice huius multū vtuntur practici Monspellienses, cuius efficacitatem depræhendas ex vnguento Agrippæ, Ciclaminis, & aliis etiam internis, vt Anasarca & Ascite.

BALSAMINA Cucumerina, Punicea.

COGNATA facie Cucumerino generi est peregrinę venustatis Balsamina vocata Herbariis, qui eam in hortis colunt, vnde voluptatem & vtilitatem capiant ad vulnera glutinanda: doloréſque vlcerum praui humoris mulcendos Balsamo artificioso, ex pomis Charantiis contusis vel oleo bullitis parato, indideinque ipsa tota planta Balsamina & Charantia fortè dicta, propter gratiam elegantis effigiaturæ & coloris pomorum, quæ magnitudine & effigie vtrinque in conum fastigiata, medio ventriosa, Limoniū paruum imitantur, sed superficie carneque nitentis purpurę phœniceæ: pusillis, & crebribus spinosis bullis, quadantenus Opontii, siue Ficus Indicæ dictę Semine Citrulli, nigro, minore. Folia, sarmenta, facies, & clauiculę topiariis ornamentis aptissima, Bryoniam & Cucumerem imitantur; sed aspectu hilariore, foliόque Vitis altioribus incisuris. Floribus pusillis, minoribus Melonis, ex luteo in pallidum languentibus. Hortis calidiorum regionum adultior multò, & fructu maturiore frequentiorέque est.

DORONICI varii nostrates, quorum nullus est ACONITVM PARDALIANCHES.

MVLTARVM Stirpium (fortè & Pharmacorum) nomen vnum fuit Aconitum: vt cuius succo, vel radice, quasi cote, spicula à venatoribus affricta, & subacta, celerius & subirent & perniciem adferrent. Aptior enim hæc nomenclaturæ interpretatio venit, quàm si è cautibus, aut è pago cognomine deducas: tametsi non nescii sumus posse etiam ἀπὸ τοῦ ἀκοντίζειν deduci: quemadmodum τοξικὸν ἀπὸ τοῦ τοξεύειν, non à Taxo dictum putamus. Sic enim in Cyri Pædia Xenophon: οὐδὲ γὰρ τοξεύειν, οὐδὲ ἀκοντίζειν ἀποτρέπομεν ἡμᾶς. Non enim, inquit, iaculari, aut in hominem collimare vobis integrum facimus, quippe nefas: ἀλλὰ δὲ, quasi diceret, θήραν, feram, puta ceruam, aut damam. Cùm itaque inter mulras lethales, essent compertę hę celerrimæ & certissimæ internecionis, Theophrasto, Diosco. & aliis proditæ seorsim & distinctæ à cæteris sunt, tametsi minus plenè, aut perspicuè: etenim, qui mos fuit sęculo illi, flores tacuére & alia multa, quæ non viderant, sed fortè legerant: idcirco stirpibus ipsis in aspectum iudiciumq; adductis, nobis aliquid certi statuendum. Quales radices in Pharmacariis tabernis prostare vides Doronici nomine, nos non rarò easdem meminimus erutas integra planta in montibus etiamq; collibus Pedemontanis. Ex triplici in differentia sunt, tametsi non ita dissita: nonnullis enim Franciæ collibus cæteris minores, minúsque fibrosas radices hasce inuenias, nec appendiculis vtrinq;, quasi brachiis seu Cancelli forcipiculis donatas, sed crebribus. Est itē duodecimus fermè annus, cùm quidā Risotomi Lutetiam indéque Antuerpiam quasdam plantas Doronici iam tum creditas, ex quibusdam Francicis collibus erutas in hortos aduexerunt. Pusillæ erant totæ, caules teneri, folia mollicella, oblonga, vti Plātaginis: nōnihil ex viridi flauentia cōspicuè, hirsuta, Pilosellæ modo, vel Cucumeris agrestis, sed attrectanti læuia, ambitu rotundo, sed *Doronicum.*

 non-

nõnihil lacinioſo & ſupernè anguſto, Cucumeri agreſti, quàm Cyclaminis ſimiliore, terna vel quaterna, pediculis innatis radici exiguę, tereti, orbiculatę, ſed infernè in anguſtũ ſenſim adductæ, ſubtus & tranſuerſis quaſi ſquamularum torulis articulatę, apprimè ſcorpionis cadauerulum & caudicellam exprimenti, pluſculis donatę fibris: color candidus, ſapor dulcis, amaricat, & lentorem multum pauxillę coniunctũ aſtrictioni præfert: ſeſquipalmum altus caulis, floribus in ſummo donatur luteolis, aut pallidis, radiatis, Buphthalmi, aut Medię conſolidæ. Frequens hæc nunc in hortis Belgicis & Anglis, ac prorſus eadem Doronico vulgatiori. & minori Pharmacopœis dicto, apud quos cùm aliâs ſępè, tum præſertim cùm hæc meditaremur, inter haſce radices duas alias Doronici differentias obſeruabamus. Alteram hac maiorem longioremque multò, pluribus cortieeis ſquamulis, nitentibus, candidis, marmoreis, tranſuerſim cinctam, cui ala vtrinque apta vna eſt, Squillæ marinæ, Cancellíve, aut Scorpii forcipulis non abſimilis, dulcicula guſtanti. Folia, floréſque, & caulis, maiora paulò & rotundiora. Vmbroſis hæc montibus oblectatur, non ſolùm Alpinis ad Meridiem, ſed etiam rigidiſsimis Angliæ ad Septentriones, vbi ſibi viſam & lectam in Northombriæ arduis aſſeruit nobis amicus multæ lectionis & peregrinationis pereruditus Medicus Pennius Anglus.

Varietas tertia Doronici.

PRIORI propior tertia eſt, ſi prorſus eadem ſit etiam ſuffragio Herbariorũ, qui magnitudine duntaxat diſtare aiunt: nam hic multus collibus nemoroſis Taurini & Allobrogum, tum ruri, tum domi oriundus, eſt folio hirſutior: flore & radice maior: caulis ſeſquicubitalis: alioqui ſimiles inter ſe ſunt adeò hæ tres, vt Cyperorum ritu diſcrepent, magnitudine tantùm, ſitu, & numeroſa ſobolis propagine. Iam neutiquam opus ſit multa diſquiſitione ad ſtatuendum, ecquid ſit diſcriminis inter Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, & aliorum, Pardalianchen, Theliphonum, aut Cămorum: quæ nomina vnius huius plantæ diuerſa putamus: nec videmus vlla inſigni diſtinctione mereri genericam differentiam: facies enim, ſapor, odor, omnibus idem, itemque fermè natales. Sed tamẽ paulùm quid variat Dioſc. de radice delineatio, quippe caudæ hic, Theophraſtus verò cadaueri toti cõfert. Id nõ continuò alius generis ſtirpem aſtruit: ſed eandem brachiorum aut alarum expertẽ, vt ſæpius orbata, quàm eiſdẽ donata viſitur. Nec dubium quin mutuatus ſit ex Theophraſto, vel vterque de alio quopiam ſcriptore: nam quæ de nocumentis & effectionibus prodita eſſent, vt lecta, non explorata, ſubdunt. Plinianum non eſſe idem inficiari eius intereſt, qui non meminit, pleraque omnia in Stirpium hiſtoria illum accepta ferre Theophraſto. Ecquid loci ſit iſti commento Pardalianche relictum, dicent conſultiſsimi & ſtirpium exploratores indefeſsi Italorum doctiſsimi, qui nullum vſpiam ſibi viſum, vel auditione cognitum plerique omnes nobis aſſerebant, querebanturque ea ſpe fruſtrà ſe luſtraſſe penè quantum eſt Alpium & cautium, nemorum, & montium, perpetuo illo dorſo à Lemano Clauenam, indéq; ad Veronæ Baldiq; deuexa, nuſquam tamen cõparuiſſe. Noſtratis interim Doronici plurimùm diuerſis locis obuium habuiſſe: eóque nobis tametſi inuitis ſuadebant iſtum Senenſem commentatorem, cui impoſuiſſet hæc leuiuſcula, quam ſupra agnouimus, differentia, quaſi vnam quampiam nouam & ſui generis ſanxiſſe. Indicio eſſe, quoties curauit recudenda illa commenta, toties variatam Iconem: nec niſi vnam miſellam, caule floréque mutilam, ſemel carthæ mancipatam, tot vbique gentium veſtigatoribus ſedulis repertam fuiſſe, Hiſtoriæ fidem item temeratam audacia, vt qui nullo periculo facto (nec enim potuit) illicò decreuerit Pardalianchen. Quo vero faſtu, aſtu, & palpo magni nominis eruditis inculcet illud, *Palpate & videte*, quoniam Mathiolus non ſcribit mendacia, ſe ridere & mirari: fore tamen iam, vt ſenior eóque moderatior factus, fateatur ſe lapſum, lugeátq; Doronici, ſibi ignotũ anteà, quod ſceleſte nefas, illi Æſculapio Cortuſio primùm innotuerit, & per illum mortalium generi ſit retectum. Quod maleficium eùm noſtræ memoriæ pleriſque notum eſſe ſciuiſſemus, & Cortuſio in hortulo ſuo Patauii inter colloquendũ reſpondiſſemus, id verũ quidẽ eſſe, cæterùm minimè mirum: vt qui experimento certum haberemus, Aloe ſaluberrima interfici vulpes, eaſdémque enectas amygdalis amaris ex Plutarcho meminiſſemus, annuit ille

Pictum Pardalianches ſomnium.

ille Italicè cuidam compatri suo Pharmacopœo, qui vulgatum exemplum de nuce vomica subdidit, ea nempè feles, canes, auésq; interimi, quæ tamen tuto & magno commodo aduersus lethifera & Epidimicos morbos in Electuarijs Liberãtis, datur homini. Immeritò proinde Doronicum verbo diro dum infame facit, quàm multum sciret, & parum saperet, *Dira Mathioli.* perspicuum facit: Dæmones quippe fœlices vocari, vel monachi norunt, qui Cacodęmones haud atrociori conuicio incessunt, quàm ille Doronicum è republica Medicorum exigere nititur. Tantillam rem, tam valdè vulgatam, captum superasse tanti Commentatoris, stupet vulgus, qui *Philomelis*, Alaudis, Hirũdinibus, alijsq; delicatioribus auiculis non solùm nõ noceat, sed interdum cibus, sæpissimè remedium vnicum & pãchraston sit. Quã multis tu Principibus, nos pauperibus, Doronici ignoratione, exitio fuissemus: quantam stragem plus quingentis abhinc annis dedissent Medici, freti electuarijs de Gemmis & aromatibus & alijs Cordi amicis, quibus frequentissimè vsi sunt, téq; monere possunt, Doronico ne tantoperè conuitiẽris, sed potius dosim metiaris: alioqui Croci, Moschi, similiumque dato quaternûm drachmarum demensum homini, & comperies Dęmonium tuũ. Quin thus etiã, multò quibusdã minore mole, meminimus perniciẽ attulisse. Tantæ expectationis Commẽtatoris intererat, saltẽ hac postrema Commẽtariorum manu & mole, an Pardaliãche eodẽ necaret modo, quo cætera Aconita, exquirere: quippe si nominis etymõ & seriem Sympthomatum perpendas, videtur, aut sola (aut certè comite veneno) strãgulatione, id patrare: quemadmodum fungi, papposáq; excrementa Typhæ & Cannarum, quæ belluis, præsertim siccis & angustis meatibus, nec ruminantibus, si cum esca pauca multum confertim vorarint, mortẽ moliũtur suffocãdo. Quin non semel audiuimus venatores affirmãtes, se frustrà dedisse Napellum, Helleborum, & alia toxica, à feris statim vomitu reiecta: at vbi pauxillũ Taxi addidissent, prorsum nullũ animal euadere, quippe nauseare, sed euomere nihil Pereunt igitur partim veneno, partim occluso spiritu, puta ad fauces, tracheam, & diaphragma: plerumq; etiam euomere bilem, muccum, cibum, veneni autẽ nihil, nisi ob siccitatem, serò aut perparum. Non igitur respuemus nos Doronicum, sed vtemur moderatè: si non vt aromate, saltem liceat nobis vt Theriaca & antidoto quapiam: cuiusmodi instituisse vides in Degemmis Mesuę, & aromatũ Electuario, celebres Medicos, quos temerè inscitiæ & sceleris reos facis. Sed hæc fusius paulò mox, in Paride & Napelli muscis, non muribus tuis, quos multi ęquè catti herbarij, atq; te non minus sagaces, nequicquam venati sunt. Istæ dudum descriptæ radices, à nobis Aconita censitæ, vt omnes cõgeneres, sic sapore penè eodẽ sũt, nẽpè ignauiore subdulci, & emplastico. Quò magis adducimur, vt credamus Dioscoridis legitimã esse Adoninis, quippe ascẽset ille, oculorũ scilicet remedijs blandis temperatisque calore & crassi nonnihil, emplastica, pauxilla astrictione, digerẽte,

ξύλον ἢ γοσσίπιον. *GOSSIPIVM sine Xylon Bombax.*

Ger. Baumwoll.
Ang. & *Gal.* & *Belg.* *Cotton.*
Ital. *Bombace.*

QVEMADMODVM sedulitate Europęorum factum est, vt sericum sit iam valdè plebeium & passim emolumentum ex eo multum sentiatur, sic Gossipiũ priscis fermè ignotum, adeò creuit nostro æuo, vt ex tractibus & insulis Arabicis iam non opus sit petere: multis enim mediterraneis littoribus alitur, & venum inde deuehitur. Vidimus *Patauij* & Venetijs, aliquot abhinc annis in Treuisani & publico horto fruticantẽ cubitum altũ caulẽ, aliquot surculis & petiolis cinctũ. In quibus folia Alceæ aut Vitis, sed minora, molli ora, incana: Flores lutei, nõnihil in medio purpurascẽtes, nucula'sq; relinqunt, aut potius mala exigua, pullo colore, Aristolochiæ rotũdæ magnitudine & ritu radiatim hiãtia, dũq; maturuerũt bombace referta ambiẽte intus, semẽ terebinthi aut Cubebę oblõgũ, copiosũ,

medulla plenû alba, oleaginosa, non insuaui gustu, Pineæ, aut Amygdalarû, præsertim dum recens est. Exigua radice, fibrosa, alimenti perboni: pulmonum & thoracis congestam materiam ad excludendum & detergendum apta: hepati & renibus amica, stomacho haud perinde, aut capiti. Dysentericis etiam opitulari nouimus, eóq; lubenter voluissemus quódam hanc Dioscoridis facere Gnaphalium, aut huius speciem, & per descriptionem licebat: mollia namq; & incana sunt folia, vsus in tomenta optimus. Verùm Theophrasti posteà loco moniti, ad illius lanigeras vites referendam agnouimus. Sic enim ille: *Insulam esse Tylem (qualem hodie narrant nauigationes) non illam quidem algidam & cymeriam Septentrionalem, in sinu Arabico ad Orientem, fertilem arborum, aliarumque multarum stirpium lanatarum, quibus folium inest vitis, sed minus. Et fructu quidem orbam, (intelligit vesco)* κάρπον δὲ ὅλως φέρειν (legendum ἐκφέρειν) & hîc expungendum signum, & porrò legendum ἐν ᾧ φέρειν in quo lanugo. Eundémq; fructum parem esse pomo verno occluso, maturo verò pomo, euelli eximiq; lanuginem, qua texunt vestes, partim eximias, partim plebeias. Easdéq; plantas in India & Arabia oriri, vbi etiam easdé *Plinius* recenset, tametsi foliorum non meminit. Et, qui mos illi vertendi, paulùm variat, aut aliundè mutuatus fuit: Senensis verò tantus vestigator negat vspiâ factam huius mentioné à Græcis antiquis, nec tamen istum luculentum adduxit locum: alioquin velitationum ex Manardo, Brassauola, Ruellio, & Fuschio importunus merúsq; interpolator & proxeneta: sed imposuit illi versio Gazæ, quæ videtur innuere (neglecta disiunctione) Xylon arboremesse: atqui ne deinceps risui sit criticis istis, qui illum ne Latinè quidem, nedû Græcè scire inciuiliter negant, adeat Græcum codicem Theophrasti, & discet non arbores solùm, sed etiam communi nomine stirpes, lanigeras inibi memoratas.

Apricis maritimis ad Austrum iam multis, prouenit semine: quod suillo aut vaccino stercore triduum macerari olitores Candiotæ asserebant nobis. Sic enim vberius & fœlicius enasci, nempè celerius emergit, copiosiúsq; fert, anteuertitq; frigoris tyrannidem, & sęuitiâ. Sic enim industrij plerique omnes herbarij, etiam minus tepido & commodo cœlo plantas vel morosissimas assuefaciunt citò & uberè ferendo.

Syluestris MALVA *vulgaris procerior.*

Ger. Pappel.
Bel. Malwe ende keeskens cruyt.
Gal. Maulue.
Ang. *Mallow.*

CVILIBET genti notius nihil, aut vtilius Malua, appellationem ob præcipuam emolliẽdi vim assequuta: Grecè enim μαλάχη est: quam cultu teneriorem & suauiore sapore frugi antiquitas in hortis efficiebat, famemq; ea explebat quotidiano olere, & ventrem molliebat, vt festiuè dicit *Poeta*: *Exoneraturas ventrem mihi villica Maluas Attulit.* Etiámnû hodie primo Vere vnà cùm Asparagi pullulationibus plebecula in agro colligit, & esitat eius turiones teneros: nam hortis exulare, iamdiu iussit luxus ipsam, & officinis vtendam reliquit quotidiano ad varios morbos præsidio: vbiq; viarum & arearum propè vrbes luxuriat, caulium teneriorum flexili sobole: folijs quàmplurimis, crassiusculis, ambitu nônihil laciniosis, viridantibus, circinatis, partim & initio, partim & postea angulosis: flores tota æstate particulatim exeunt, colore subpunicante & ex purpureo pallidi: edentes clypeolos aut orbiculos seminum: radice pusilla, longa, digitum æquante, lignosiore.

MALVA *Syluestris.*

MINVS copiosa, quæ pusilla visitur Syluestris, ramulis repens minoribus, propè rudera, & inculta pagorum, minore folio, rotundiore, minutius crenato, radice penè pari superioris, flosculis purpurantibus, albicantibus, vtilitate aut facultate non diuersa.

MALVA *arborea Syluestris.*

EVENIT huic Maluę quod Ficilici Sedo Arundini, atq; alijs non paucis plãtis, vt etiã nõ cultæ arboreã proceritatẽ, duratiõnẽ, & ramorũ magnitudinẽ aſſequãtur. Etenim quã meminimus in cœnobio D. Spiritus prope Venetias, & aliis locis maritimis Thyrrenæ oræ, nõ procul Sauona & Arbenga ſponte adultas, Perſicam arbuſculam æquabat, altitudine & craſsitie ſtipitis, qui ramis ſparſis, frondis læuore, virore, imò toto flore, ſemine, & facie Maluam teſtabatur: ſed craſsiorem totam & habitiorem, qualem GalloBelgiæ, Angliæ, & Germaniæ horti hodie colunt, qua driennium, quinquenniumque edurantem, lignoſiore prægrandi radice, & ſolido trunco, duritie lignea, ſenum & octonum cubitorũ, facultate non diuerſa à Malua vulgari: nec tamen olitorum induſtria, vt falsò Senenſis arbitratur, ſed ſolo natiuo deberi hanc differentiam ſpecificam, è natalibus manifeſtum fit: nec enim vulgaris Malua ſtudiò, aut fortuitò in holeraceis hortis culta, vſpiã viſitur arboreſcere, aut tot hyemes trunco perennare.

MALVA ROSEA FRVTICOSA, an Galeni *Anadendromalache?*

Germa. Ein Roſen vnd herbſtroſz.
Belgis. winterrooſen,
Ang. Holy hocke.

QVÆ autem floris Roſei elegantia & ſimilitudine à Septentrionalibus vocantur winter rooſen, id eſt, hyemales roſę, vel Maluæ roſeæ, videntur ex ęquo cũ Althea iſtis Maluis cognatæ: quippe foliorũ & cauliculorũ incana ſuperficie, molliore, muccagineaq; radice Altheam referunt, ambitu verò Ficulneo, aut Maluaceo, & ſcapo arboreſcentem Maluam penè aſſequuntur, ſed Althæę poſitu & modo oriuntur, quottannis etiã moriuntur, radice denuò primo Vere ſeſe propagante, culmóſq; edente ternum & quaternũ cubitorum: ſecundum quos ſerotini prodeunt Auguſto flores, magnitudine, effigie, & elegãtia tricolori Roſam ipſam prouocãtes. Trifariò enim variat hortis Septentrionalibus flos, qui multiplicior, confertiorq; foliorum ſerie ſtructuli euadit, vt plurimum Pæoniæ, punicæ ſaturę concolor: Sed cãdidus non rarò: interdũ dilutè rubet, aut vtriſq; confuſis coloratur. Semen illi etiam ſimilius, ſed grandius, Althæę: cuius loco vtuntur pleri que; nec enim etiam radicũ huius diſpar facultas ab Althæa; quare eſſe haſce Galeni Anadendromalachen certius quis affirmet, quàm arboream ſuperius adductam.

ALTHÆA IBISCVS.

Germa. Ibiſch,
Gallis. Guimalues.
Belgis. Witte hueniſt, & witte Malue,
Ang. Marſhe Mallowe.

RITE medicatricẽ vel medicã vocarunt Græci hanc, vt quæ ſit certiſsimi & ferè ingentis commodi ad quàmplurimos affectus morbidos: è Syluestrium Maluarum familia, ſicuti etiam monet Dioſcorid. eſſe; cuilibet primò intuenti ſatis oſtendunt folia Maluacea, lenia, ſed oblongiora, incana, nonnihil tomentacea ad Populneam frondem accedentia: flores albidiores, & ſemina prorſum ſyluestris Maluæ: radice tamen multò habitiore, carnoſiore, tota muccagine prægnat, & in multas fibras digiti craſsitie diuaricatur, ac pratenſibus maritimis lubentius ſponte propagatur, nec ferè alibi quàm in afflatu maritimo: idcirco aſſerunt quidam Pharmacopœi auulſas radices è maritimis, & procul tranſmotas in hortos in Maluã vulgãrem abire. Medici & exercitatiores Veneti Pharmacopœi, è muccagine radicis, ad tenues in pulmones defluxiones, offulas, morſellos vocatos, diuiuſculos ex ſacharo excoquunt, vſque mouendo, ne vrantur, nec enim cuiuſuis eſt, propter lentorem, benè parare.



ALTHEA arborea Olbiæ in Galloprouinc.

NON ſecus atque Malua Arboreſcens à vulgari, differt hæc ab Althea cõmuni: ſed paucioribus locis, & feruidiore cælo (quale in maritimis Galloprouinc. ad Olbiam) prouentu tanto fruticat, vt ad ſepes conſtituendas ſat ſit. Multo autem ſolidiore ſcapo eſt, quàm Malua arborea, Salignæ quaſi concretionis, inque arboream texturam fermè verſo: flos item Maluę vulgaris, aut Altheæ, nec diſpar ſemen: quod in Morgani hortis Londini ſatum, hac æſtate plantam ipſam peperit minus incanam, aut hirſutam, minúſque ſpecioſam: tantum abeſt vt cultu aut mangonio arboream euaſiſſe quis arguetur: perdurat etiam hic in Septentrione aliquot hyemes, niſi ſolitò ſint ſæuiores.

Althea paluſtris, Cytini flore, Ariſtolochiæ vtriculis, SIDA Theophraſti putatur.



RARIOR & perelegãs Maluacea hęc, Altheis generica habenda certè eſt, eadémque non abs re à quibuſdam doctiſsimis SIDA Theop exiſtimata, cui quidẽ, vt ſi quæ alia, exactè æquiparatur. Nam Σίδα Græcis dicta fuit à flore Balauſtio concolori, nec abſimili, qualem venuſtum imprimis oſtendit hæc planta, florere ſolita in locis riguis, lacuſtribus agri Ferrarienſis, inter Patauium & Eridanum flumen. Radix hortenſis Maluę: caulis cubitorum duorum. Folia Altheæ, ſed oblongiora, laciniis acutioribus. Flos illi purpureus, ſaturior Peoniæ, aut Maluæ ſatiuæ, aut Cytini: iuxta & in ſummis cauliculis viſuntur tempore vindemiarum vtriculi rotundi, oblongi, phęo vel pullo colore, Ariſtolochię effigie, prægnantes ſemine Smirnii, aut Milii colore & magnitudine.

LVTEIS floribus Althea, an Theoph. Ibiſcus, & Auicennæ Abutilon?

Senenſis videtur folliaceũ Abutili inuolucrum Sidæ appinxiſſe, & Abutilon putaſſe Icon 926.

NEC huius quidem vlla apud Dioſcorid. mentio, cùm tamen plurima occurrat in humẽtibus viarum marginibus, præſertim propè Ferrariam Bononia redeunti: floſculis Iunio & Iulio luteis, Potẽtillæ aut Altheæ Venetæ, per Auguſtum & Septembrem ſemina relinquentibus, parua, nigricantia, concluſa præſepiolis piloſis, membraneis, acero-

ſis

ſis radiatim ſeſe pandentibus: radice Maluacea, folióque Altheæ, ſed longiore, leniore, flaccidiore, ſuperneque acutiore; vt Sidæ: nec guſtanti ab vtrauis diuerſa, niſi quòd non adeò eſt glutinoſa. Quare cùm nullam ſciamus in *Maluaceo* cēſu flore luteo, prȩter hanc, æquè tuto Ibiſcum, vel Altheam Theophraſti profitemur, atque Altheæ ſpeciem.

EXOTICA *Maluacea, Bamia Eben quibuſdam.*

IAMDIV eſt quum rariſsimam hanc primùm Veronæ in vrceis penſilibus vidimus: poſteaque Monſpellii ſeuimus, & virentem habuimus anno 1565. in horto Regii profeſſoris perquàm eruditi Iuberti. Et tametſi facie ſit Maluæ, ſed arboreæ nondum adultȩ; nempè folio craſsiore, rotundiore, minúſque ſinuato, & magis ad Sidam accedente, tamē incertum nobis adhuc, ſitne Maluacco generi accenſenda: florem quidem nullum promiſit illic, & hyeme prima ſæuiente periit nobis: Semē autem à nobis terræ mādatum, allatum fuerat Alexandria aut Barutho, *Maluæ* & Altheæ diſsimile, teres, rotundum, pullum, Erui aut Orobi par: fortuita quadā ex Arabiſtis codicibus, vt videtur, cōiectura remotiore, quidam Bamian Eben diuinarunt, quæ ſpecies Maluæ videtur.

VVLGARIS ALCEA.

QVASI cæteris robuſtior & efficacior foret, videtur antiquitas hanc etiam ſylueſtrē Maluam iſta appellatione inſigniuiſſe: ἀλκὴ ſiquidem robur, præſidium, & remedium Grecis eſt: multò autem notiſsima hæc ruri vbique: prodit quidem facie *Maluæ*, ortu, & cauliculis, ſed altius inciſis, quinque partitis foliis, qualia ſunt *Maluæ* vetuſtiori, puſillæ, aut Geranio, è radice prorſum Maluæ, & virgultis ſeſquicubitalibus, numeroſis, ſemē rotundum, orbiculatū, compreſſum edentibus, poſt florem copioſum; ſed particulatim florentium, vtrūq; item Maluȩ, calidis pariter & Septētrionalibus familiaris: plurima in Anglia, prope Couentriā vrbem: magis digerit, muccaginis minus dat, quàm *Malua* aut Biſmalua.

FRVTICOSIOR *Alcea Pentaphyli folio.*

PERMVLTI Herbarii habent hanc, prolixioribus magiſq; vimineis ſurculis fruticantem, diuiſura altiore, quinaria, & crenulis exiguis, planè rubrū *Pētaphyllum*, aut cannabina folia exprimētibus; purpurāte flore: nullatenus diſsimilis ſuperioribus tota herba, qualem meminimus æſtate ſuperiore in hortis videre.

PEREGRINA *Alcea Soliſequa, an Theophraſti Malua?*

QVAMNIS quidam hanc Italicam & Venetam dicant, tamen nuſpiā meminimus in Italia, nedum Venetiis, niſi in hortis vidiſſe, & multò plurem Herbarii Septētrionales habēt, quàm Itali. Emicāt in ſummis ſeſquipedalibus lentis virgultis peruenuſti flores, aliquotq; foliolis conſtant, foris albidis, medio & intus purpurantibus, Abutili effigie & folliculo, è medio florum emergentē croceum cuneolum, teretem, oblongiuſculum occulentes; niſi quando Sol ferè meridianus cȩli noſtrum verticē ſcandit, tunc enim, quaſi ſideris iubari inhiantes, ſe pandunt, vnaque aut altera horula pòſt, illius veluti digreſſu & deſiderio mœſti, marceſcunt & occluduntur, vnde quis Theophr. ſuſpicetur *Maluam* eſſe Horariam, quam Columella Molochen videtur intellexiſſe illo verſu: *Et Moloche prono ſequitur quæ vertice Solem.* Radix exigua, tenera, folia ab imo terna quināve, Pentaphylli aut Papaueris Rheadis vel Alceæ: flexilibus cauliculis, hirſutis: flores Maluæ vel Anemones; Capita numeroſa, ſecundum caulium longitudinem, lanuginoſa, mollicella, ſtrigata, membranoſa, hirſuta, operculo tenui, radiato, clypei forma, obducto; vbi ſemen nigrum, Nigellæ ferè. Admodum rudis eſt Cōmentator, qui Rutæ folia huic eſſe contendit, oculis reclamantibus cæteris notis, & viris doctis monentibus ac negantibus, quibus feroculus inſultat. Et quod deterius eſt, ſibi nobiſque diſcendi auidis, imponit, dum huic vires Opii aſſerit: nam guſtanti potius inſipidum quiddam & ignauum linguæ relinquit,

An Argemone altera Fuſchs

ab Opio prorsus alienum amarore horrido: qui explorarunt gustu, humidum tantùm & calidum secundo ordine, facilè dicent.

GERANIUM *Robertianum. Syderiti Achilleadon, aut congener.*

ROSTRATI capitis Gruini cùm præferrent effigiē cūnctę huius familiæ rostrata semina, nomen obtinuerunt Geranii: quorum non valde peruia sunt, quæ duo memoriæ prodidit Dioscorides, multis Europæ regionibus, vbi nihilosecius vbertim tres quatuórve luxuriant differentiæ, eidem & plerísque priscis indictæ, fortè nec isto nomine cognitæ: nam etiamsi inutiles putassent, non tamen tacuissent, cùm hîc alteram describat & dicat ἀχρεῖον, id est, inutilem suo tempore, hodie tamen vtilissimam. Eapropter operæ precium nostet conatus faciet, si perspicuas omnes fecerit, atque cùm inter se, tum etiam ab aliis, nempè Anemonibus ranunculis & Napellis distinxerit, ne deinceps tyroni imponat, néve negocium facescat multiplex concors & hallucinatrix parilitas.

Quòcunque aciem verteris multis in ruderibus, parietinis, & imbricamentis, vel suggrundiis tectorum, denique segetibus & aruis videre est, tres notiores differentias herbulę Robertianæ vocatę, summo cespite virentis, cauliculis gracilibus, sparsis, multis, retrò deflexis humi, hirsutis, purpurascentibus vel xerampelino vel phœniceo nitentibus, singula teneriuscula fermè folia educantibus, Pentaphily, Arthenisię, & Ranunculi diuisura, sed profundiore: complures flores quinis item foliolis in summo constant, purpurei, circinnati, qui defluentes rostratos mucrones, aut acus, è latiori basi & rectum desinētes, relinquunt, vbi semen pusillum. Sapor non ingratus, astringens; vulneribus perefficax; odor teter & vehementior; notissima & vtilissima: radix ex flauo viret.

Varietas Robertiani. HÆC duabus adhuc differentiis donatur: quarum altera floribus maioribus visitur, foliorumq; altioribus incisuris, cætero simillima. Tertia itē Robertiana pluribus, cauliculis, teneris, nonnihil hirsutis, reliquáq; similis: duntaxat radice dissidet sanguineo prorsum foris & intus colore, longiuscula, flore item roseo colore & ambitu. Est hæc tertia, quam Achilleam vocat Dioscorides sub eodē Syderitidis ambitu, tum quia descriptioni quadrat, tum quia præstat planè ea quæ eidē Diosc. reddit, eóque Blutwurtz Germani vocant.

PES Columbinus, seu Dioscoridis alterum Geranium.

RECENTIOR ætas istud perutile agnoscit, & pedem Columbinum vocauit, vt cuius folia circinnata Alchymillæ vel Saniculæ similia, senis octonísve incisuris laciniata, flaccida: singula in exili caule appensa, similibus flosculis Anagallidis minoribus, purpura dilutiore, è quibus caliculi seorsim seminula oblonga cohibent, & acus exerunt prætenues, fuscas, & nitentes. Balneis percommodā afferunt practici (tametsi Dioscor. sua memoria inutile) & ad intestinorum tormina vtilissimam scimus. Cultis & incultis passim inodorum.

MYRRHIDA Plinii, Rostrum Ciconiæ, seu Acus Moschata Officinarum, & Pastoris.

Germa. Storken schnakel.
Gallis. Bec de Cigogne. *Ang.* Storckes bill.
Belgi. Oyevaers beck. *Hispa.* Pico de Cigoña.

PAULO minus obuia ista, cauliculis itē gracilibus, cōpluribus, è radice exigua subpurpureis & hirsutis, præsertim adultis, è caule medio apice tenus foliis enascentibus Myrrhidis aut Cicutæ, positu Tanaceti, in plumam tarsúmve deductis: in summo flosculi superioris, qui caliculos in suis petiolis relinquunt foras intróque reflexos, collum ciconiæ effigiantes, stylúque protendentes exilē, tenuem, & longum, vnde nomen, & acum Moscatam vulgus etiam dixit, ab odore suaui Cicutarię veræ aut Myrrhi.

BATRACHIODES, siue magnum cæruleum odoratum Gratia Dei.

IAM

IAM speciosius istud & calidos tractus euitans, amantius multò frigidiorum, pratis & glareosis etiam lumis vel senticetis Angliæ lasciuit, floribus cæruleis, aut violaceis, Anemonę magnitudine, conspicua: Folia rotūda, fissa, peramplis multísq; diuisuris, Ranunculi aut Aconiti viridantia, & interdum maculosa, è iunceis ramulis apta, glabris, pluribus ab vno caulium internodio ortis, qui copiosi à radice propagantur, & variè inclinantur, prorsum horsumq; procumbunt cauliculi: è pediculis ambiunt verulos crassiores cuspidésve tridentales, aduncas, breuiores quàm superiorū, apicibus dehiscentes, nonnihil inflexas, cùm iam præ ætate marcidi nutant deorsum flores: gustanti sicci, nonnihilque astringentes, minus amari: odor quiddam Rosæ Moschatæ non absimile resipientes, cuiusmodi inest Acui Moschatæ Dioscoridi indictæ. Sed vulgus iam Plinij æuo Myrrhida vocabat, vti dictum: adeò efficax comperta vulneribus est, vt Gods gnad Germanis, Deíve gratiam nomen inuenerit.

BVLBOSVM *Dioscoridis primum.*

DIV est cùm quidam Pharmacopœus Oenoponti, nobis istud Geranium pro Anemone venditabat: verùm animaduersis postea rostellis, quæ huic toti speciei peruia sunt, facilè calculum reduximus, & radicem pallidam, subliuidam, rotundam, sapore insipido, insulso, vel vesco animaduertimus, in petiolis prælongis, folia ab vno centro quinq; partita, & diuisura Geranij Robertiani donata. Flores non ita intensè purpurei fuerunt: nos primi Dioscoridis Geranij agnoscimus, tametsi nullum periculum illius fecimus. Raro enim in Italia & Gallia obuius nobis fuit.

GERANIVM μαλάχοιδες.

APVD clarissimū, ni labat memoria, Cæsarem Odonē Bononiæ istud vidimus, etiamq; Florentiæ Thomas Transyluanus summæ spectationis Iuuenis, in quopiam vireto nō procul ab vrbis pomœrijs nobis cōmonstrabat, priusquàm luculentū prouētum nacti essemus ad Monspellij mœnia, porta Ægidia, & via qua ad arā, dirutumq; fanū itur, in colle amœnissimo, nec non via qua itur Mōspellio Besiers, 3. aut 4. ab vrbe lapide. Mollicella tota, cauliculis & folijs, Maluæ instar humi fusis, sed longioribus, ex viridi pallentibus: flores minores, albicantésq; purpura, acus, verulíve Venerei pectinis, sed breuiores. Radix cuiusmodi Fumi terræ. Senensis Commētatoris arguere videtur (vt non paucæ aliæ) hæc planta supinam securitatem, quippe quam paulò superius titubans in hortis sibi vitam, & Momordicam herbarijs quibusdam nuncupatam dicit: eandem posteà rerum incertus, quasi alterius generis plāta foret, vt Calciolarii donū, describit & appingit. Sed fraudi illi fuit, nolens tamen, ille qui à Sequino acceptā illam, quę magis albida & tomentosa erat, misit: nec nouerat eam ipsam esse quę Bononiæ hortis sata, magis glabra & minus cādida cernitur.

SANICVLA *& Diapensia.*

Ger.
Bel. & Sanikel & Sanicle.
Ang.
Gall. Senicle.

A Potiore Medici munere, sanandi nempè, nomen factum Saniculæ: Sanat quippe potu vulnera, & prærogatiua quapiam interiorum excrementorum commotionem inhibet, sistitq;, ne in partes imbecilliores corriuentur, corruantq;. Hæc Septentrionalium & mōtanarum regionum, Syluosarumq; vdarum amantior, quàm calidiorum. Copiosissima & notissima Anglis & Germanis. Folio quina diuisura altiore, & apprimè compto, crenatura fimbriata, Geranij columbini modo, rotundo, virēte, & ex atro polito læuore, nume rosa, singula è singulis purpurascentibus quasi pediculis, ab ima radice multum fibrosa, Ellebori nigri aut Epipactidis, foris nigra, intus alba: è qua caules cubitum aut pedem alti folia superant, glabri, teneri, graciles: flores albos quasi vmbella collectos: semine hirsuto, aspero, & mordaci lanugine, Iunio Iulio etiam in hortis chirurgorum & mulierculorum Belgarum floret.

AL-

ALCHIMILLA, Stellaria, & Leontopodium recentiorum, non Dioſcoridis.

{Ger. Synnauw, Lewenfuſz, vnd groſz Sanikel. Ang. Ladies mantell.
{Belg. Synnauwe, onſer vrowenmantel. Gall. Pied de Lion.

VMBROSA etiam montoſa & rigua editiora hæc amans, celebre Alchymiſtarum præconijs nomen indepta videtur, & Germanis Chirurgis, qui hanc multum vſurpant, Maior ſanicula vocatur: nec abs re ſanè, eſt enim admodùm affinis viribus & facie, haud ita folia diſſimilia, latiora tamen, & multò minus altè inciſa, rotunda, anguloſa, Maluæ, ſed virentia, polita, ſenis pluribúſve angulis, quaſi plicis donata, & antequam erumpant, vnà farcta & conuoluta, argutis crenulis fimbriata: interq; hirſuti cauliculi exeruntur, ſeſquipalmum & pedem alti, albi, rotūdi, quibus ſtellati, luteoli floſculi, vel herbidi, racematim congeruntur: & in tuniculis herbidis ſemen exile Portulacæ vel Papaueris: radice craſſa, fibroſa, foris nigra, minúſq; calida quàm Sanicula, ſed admodùm ſicca & aſtringens, vulneribus, ſi inflammationis ſuſpicio adſit, admodùm oportuna.

ALPINA Eleborine Saniculæ, & Elebori nigro facie.

DE Eleborine aut Epipactide, multa lectorē monuimus in albi Ellebori calce pag. 131: iſtam verò, vtpote Saniculæ & Ranūculis propiorē huc adduximus, iiſdem quippe mōtoſis, vmbroſis, ſed celſioribus & Alpinis oblectatur: è radice fibrillis vno nexu appenſis donata, erigit pedicellos teneros, glabros, flexiles, in quibus ſummis folia qninq; partita, diuiſa, & parum crenata, Geranij Columbini aut Saniculæ diuiſura inſūt: Floribus radiatis, foliolis ſenis, guſtu non ingrato, ſed acriore, Ellebori nigri radice: quare nonnulli voluerūt Elleborum nigrum eſſe. In vallis Oſtenſis ſaltibus, non procul à Iouis monte, aliquot plantas collectas ſeruamus.

βατράχιον. RANVNCVLI.

{Ger. Hanenfuſz.
{Bel. Hanenvoet.
{Gall. Baſſiuet & Grenouille.
Ang. Crowfoote.

QVIBVSDAM è Geranijs non parùm ſimiles ſunt Ranunculi, quos cognomines Ranis fecerunt, quia iiſdem lacuſtribus oblectarentur, & floribus vt plurimùm ranatis, vt loquuntur Græci, id eſt, luteis herbido permixtis, inſignirentur, vnde facilis cognitu fuit ſemper planta. Eius autem multò plures differētias & varietates quàm Dioſ. notauit poſteritas. Et vulgatiſſima quidem eſt vbiq; pratenſis à Brabantis ritè Botterblom vocata, vt qua tenera floribúſq; onuſta multū paſtæ vaccæ, quū ad mulctrā veniunt vberius lac dant: idq; cōlore pallēsaut ſubluteū, odore primę bonitatis & notę: folia initiò rotūda, in ambitu Geranij columbini, deinde inciſura Coriandri, maculis paucis, fuſcis conſperſa aut ferrugineis. Flores Botterblom Calthæ paluſtris fulgent nitore: foliolis concauis, peluim puſillam effigiantibus, aurei. Semen in racemoſa, ſiue Adonidis ſimili cōgerie, grumoſa, minus vrente guſtu, nec inſuaui odore, quem etiam lacti impertire creditur: paſcuntur enim hāc præ cæteris armenta, quia gratior & pratis pinguioribus vſque cunctis copioſiſſima.

PRATENSIS Ranunculi varietas.

EVNDEM fere videas iiſdémq; penè pratēſibus & germinoſis vdis marginibus hunc, ſed minorem totum, folio altius & minutius diuiſo, Coriandrinis ſimili, & in cauliculis pedalibus ſummis multò tenuius inciſo, flore aureo & capitulis congerie non diuerſis.

POLYANTHEMOS, multiflorus, ſiue Holeraceus.

Hunc

ET hunc putet quiſpiam duntaxat ſuperioris varietatem, ſed florum fœturā perelegātē & multiplicē ſortitū cultu hortenſi : vnde Polyanthemon Plinianum arbitrantur recentiores. Nec ſanè non alius videtur à vulgari pratenſi, niſi quatenus cultu mitior & tenerior factus, quibuſdā in holere manditur. Angli horti quendam habitu rotundiore Geranii folio habēt, floréſq; duplò maiores, & ſępe geminos, nēpe inferius medio ferè, caules, latiores, quos medios transadigit cauliculus, alterum in ſummo minorem florem oſtentans, amœno in hortorum deliciis ſpectaculo.

BVLBOSVS Ranunculus, hirſuto muricato ſemine.

NEc infrequens hic, ſed amantior multò ſatorum, aut ſabuletorum, quàm denſi compactique ſoli pratenſis: folio paucioribus, ſed altioribus inciſuris, ſuperioris Ranunculi ſimili, ſed ſeminis inuolucro villis aſperiuſculo, lappoſo & tantillum echinato, Xanthii aut Caucalidis modo, radicis bulboſi Geranii, ſubtus fibroſæ.

PALVSTRIS rotundiore folio, ſemine Echinato, eſtne Apium Riſus?


IN nullam magis quadrat Ranunculi nomen, quàm in hanc, vtpote ranis conuictricem, & aquarum potricem, quaſi refocillationis & frigidioris egeret alimenti: quia omnium Ranunculorū habetur calidiſsima, eóq; Apium Sardonium Diſcori. putatur. Et certè rarius quidem, ſed tamen alicubi in montoſi ſtrigoſiſque agri lacuſtribus viſitur, foliis albentibus, nonnihil piloſis, Aceris, aut Pampini penè diuiſura. Plurimùm tamē eſt videre vulgaris vbiq; torpentiū, aut pigrè labētiū aquarum, folia ſubluſtri virore nitentia, Smirnii, aut Paludapii, quę idcirco ex Dioſcoride nonnullis perſuaſerunt eſſe Apium Riſus, nobis neutiquam inficiantibus, ſed hærentibus aliquantùm, propter caulem huius, qui vix ſuperiores æquat : eſt hæc aureo flore & ſemine ſuperioris, cæteroquin acrimonia ructis excitandis, & hemoroidibus reſerandis, ſi in Oleo Violaceo maceretur, aptiſsima, propterea dicta Homeroidum Herba.

Flammeus RANVNCVLVS, aquatilis, anguſti folius, Taraconis effigie.

PERQVAM familiaris hic riuulis & propter ſteriles tractus ſegnius fluentibus Belgii, Franciæ & Angliæ, non perinde calidis tractibus, quaſi frigidiuſculo ſucco & aëre gauderet, quia feruidiſsimus: enecat quippe edendo pecora, & ideo arcent ſedulò pecus opiliones, ne eo vorato inflāmentur præcordia, indidémq; moriantur, vt videre eſt in balantum extis, quæ huius pabulo ambuſta fuerant: & ſummi floris quidem calyculi aurei lucentes Ranunculi ſunt: folia tamen anguſta, oblonga, carnoſa, nitentia, Lyſimachiæ rubræ paria, ambitu aliquantum ſerrata, in rubellis geniculatis rectis pedem ac cubitum altis, caulibus concauis, capillata radice, albida.

Pumilis RANVNCVLVS, gramineis foliis & geniculatus.

PARVM obuius hic, duntaxat Norbonæ pratenſibus ponè publicū diuerſoriū montis Lupi, & in arduis Mindeni Ruthenorum paſcuis nobis repertus : aſpectu lætiore, & flore quidem, radice, ac ſemine racemoſo, prorſum Pratenſis : verùm folia pauciora habet, & adeò exilia, vt vix niſi floreat, à gramine dignoſcas, pręſertim locis illis ſtrigoſis, vbi caulis palmum & ſeſquipalmum non excedit.



Nemorosus RANVNCVLVS, *flore albo, stellato & luteo.*

VIx nisi syluosis, aut frigidiusculis & montosis reperire est pusillos istos Ranunculos, primo Vere florentes, luteos interdum, sæpius candidos: foliolis stellatim dehiscentibus, caule palmum alto, folio, diuisura Napelli aut Anthoræ, plerumque vno, nec pluribus, radice Filiculæ, siue Polypodii, minore tamen, nec impressis cotyledonibus.

MINIMVS RANVNCVLVS *Septentrionalium, herbido muscoso flore.*



VNA cum Ranunculis istis & Vnifolio, in iisdem syluosis & vmbrosis, frigidiusculis Angliæ, Belgii, & Northmanniæ, non semel reperimus quandam tenellam, petiolis gracilibus, viridantibus, flexilibus, palmaribus, folia laciniosa fulcientibus, perquàm similia Fumariæ Plinianæ, vel superioris Ranunculi syluosi; sed nitentia, ex pallore virentia; in cauliculo pariter Fumariæ, seminum glomerulus apiculis aliquantum verrucosis compactus visitur, etiam radice aliquantùm asperata, squammosis grumulis, candida, pellucida; sapore Geranii Robertiani, non ingrato.

ACONITVM *Batracheides, an sit Diosco. albo flore Ranunculus?*



FACIT arctissima Ranunculorum Aconitis similitudo, vt vtri sint referẽdæ quædam plantæ, alioqui apprimè nobis notæ, nesciamus: E quibus est vna hæc in montibus Veganiis Norbonæ, Aruerniæ & Sabaudiæ satis frequẽs, iuxta Cacalia, & in mediis riuulis in Maio promentibus ramulis, caulis sesquicubitalis & bicubitalis, flores candidi, delicatiores, Ranunculi effigie, seminum capitulo non absimili. Folia singula, quinquepartita è pediculo, incisa Aconiti, Ranunculi, aut Saniculæ diuisura, ambitu parũ serrata, pallentia. Radix cauo cauli subest, in multas maiusculas fibras disparata; acris vt Ranunculus.

RANVNCVLVS *quartus Mathiol.* Quem quartum non Mathiolus describit, sed eius pictor ostendit, totus est facie Napelli; montibus celsis, sed vdis oritur. Radice Hellebori nigri, floribus albis, Ranunculo maioribus: caule sesquicubitali, foliis diuisura Napelli.

BVLBOSVS *vnifolius aut Bifolius Batrocheides, Elleboracea herbula.*

INSOLENTIORIS effigie, hanc Venetiis in mercatu holitorio primùm à mulierculis herbilegis emimus, posteaque Patauio vicinis collibus, vbi viperæ capiuntur, e-

an-



eandem euulſimus. Recto, vno, gracili caule ſurrectam, palmari & ſeſquipalmari, in medio quaſi centro, ſingulum item folium (aut non plura duobus) fulciente, quod multis & altis inciſuris radiatim diuiſum Aconiti foliũ refert, cuius in medio, quaſi vmbilico, flos vnicus, herbaceus, pallẽnſq;, Aprili & Maio viſitur, Hellebori prorſum: ſiliquoſumq́; ſemen relinquitur, etiam ſtellatum, & effigie Hellebori: radicis bulbillus, quantus Fumariæ Plinij, admodum acris guſtanti, etiamnum nouem abhinc annis erutus.

ANTHORA ſeu αντι φϑορα.

IISDEM prorſum natalibus, nempè Rheticis atq; Sabaudicis alpibus, emicat æſtate Antithora, quam quodam prouidentiæ munere aduerſum Thoræ pernecabile virus comparatam rentur Taurini Ligures, & Lemani accolæ, quorum opera plurima radicum copia cœpta Venetias adſerri pluſculis abhinc annis. Agyrtis plurimi fit, ad omnium venenorum amolienda nocumenta, dum plebeculam panagyricis declamatiunculis excitam præſtigijs illis oblectant & illudunt: etiam purgationi apta eſt, educit namq; muccoſos ſeroſoſq; humores & putredinem corrigit aut exugit, lumbricoſq; exactis, materiam futuris præſcindit. Amarorem auerſatur plebecula illic, aitq; ſi quid piã peramarũ guſtarit amarius eſſe Anthora, id eſt vernaculè *L'Anthoro*: tametſi ſcimus etiam alijs eos hanc nomenclaturã indere. Quàm Thoro paulò altior caulis huic, rotundus, ſtriatus, alterno foliorũ ab imo ſummo tenus exortu, ſingulari, multiplici, folio altè & tenuiter inciſo, quadantenus Delphini, Nigellæ aut Napelli: cuius floribus ſimiles, ſed luteos, minores, cuculatos, & rictu hiante, habet galericulos, geminas radices Cyperi aut Orchis, foris rugoſas, ſolidas, fuſco colore, intus albas.

ACONITVM *Luteum Ponticum, Lupicida, Canicida.*

ALIA & natura & facies alterius ſũmi Aconiti generis, cuius differẽtiæ plures quàm recenſuerit Dioſcorides noſtrum nouit æuum, rametſi ambiguæ mediæue naturæ inter Rauũculos, Helleboros atq; Napellos videãtur earum nõnullæ. Ponẽdæ eæ primùm quorum vires certiores, exploratioréſq; euentu repręſentant facies, vt quæ folijs eſt viticeis altè inciſis, nigricãtibus & Geranij maioris, vt ſimilibus ſic maioribus edit. Caulem rotundũ tenuem, bipedalem, lentum atque nonnihil flexuoſum, petiolis nudis, alterno ſitu folia gerentibus donatum, floribus ornatum luteis vel pallentibus Linariæ colore, & effigie: ſiliquulis ſubnaſcentibus, ſeménq; anguloſum & atrum cohibentibus. Radix flexuoſis & numeroſis, nigricantibus fibris cyrriſve implexis, montoſis, & opacis ſaltibus auiiſq; nemoribus oritur: in hortis Galliæ & Belgiæ colitur, proque deteriore cæteris veneno habetur à venatoribus qui Lupicidam vocant: non quòd idem non faciant aliæ, ſed quia hęc citius & certius: quin nonnullis in locis adultę flores vel ſolo manſu fauces linguámq; tumore illico excitato adurunt, & vertiginem cieut.

NAPELLVS *verus, Caruleus.*

CÆTERA Aconiti genera tametſi Dioſcoridi nomine tenus duntaxat prodita ſint, tamen quantum ex ſtirpium collatione & virium obſeruatione aſſequi quiuimus, Napellus vulgaris vulgò Germanis Rapenblomen, id eſt, flos Rapaceus, nam radix Rapi modo turbinata huic, no oblonga, aut conica, dictus vna fuerit differẽtia: alterã arbitramur,

quam Sauenæ Monspelliacæ accolæ perperam Thoram, nempe vaga cum cæteris nomenclatione vsum propter, vocitant. Huic folia & facies luteo Pontico non disparia, sed minutioribus pluribusq; incisuris molliora: radice tereti, nigricante, & quam Anthoræ graciliore, sed longiore, ima parte recisa, obtusa, caulem cubitalem, singularem exerit. Flores & semẽ in corniculis Aquilegiæ Napellive modo. E deuexis horti Dei Linguagotticis nemoribus nobis Canonici Lignipedes illic venationis callentissimi ostenderunt, huius copiam in hortos Monspelliacos transtulimus: vixit diu in Hermeti *Pharmacopœi* viridario ad Ægidiam portam.

Napellus. Illud verò iamdiu etiam hortis præsertim Germanicis & Belgicis peruulgatum, & florum amœnitate duntaxat mulierculis expetitum, quos propter similitudinem Brabantij **Munckscappen**, id est, monachi cuculam dicunt. Germania superior **Kappenblomen**, ex radice & flore conflata nomenclatione: insignis quippe radix, insignior & flos arguto naturæ opere: præ se namq; fert cucullæ hiantis aut cassidis speciem, cuius anteriore media parte demissior paulò frons in faucem promissam inferiorẽ vergit, eq; medio exerit lingulam geminam, paulum quid inflexam, multis indidem porrectis villosis staminibus, quibus extremis puncta lurida, viridiave iniunt: in thecis semen simile nigrum & angulosum vt luteo. Radix orbiculata Apij modo, vel Dracontij oblonga, emittit caulem tricubitalem, petiolósq; graciles, prælongos, folijs nigris donatos, multis magnisq; incisuris, quadantenus pampineis, aut Platani. Huius videas accliues montium saltus Iunio & Iulio perquàm elegantem & luxuriantem fundere vbertatem in Rheticis Alpinis, cui tamen (cuncto illic arroso gramine) parcit quantum est pecoris, præsertim secus iter, quo Constantia Nasaretum versus itur, vbi à quouis animaliũ illibatum perstat, præterquam à muscis, quæ illi turmatim incident & aduolant, & floribus fortè innascuntur, sunt enim fermè concolores, maiores, quàm communes, alis capitulisq; ex lurido viridíve cæsio virente, quasi cantharides, vel cincedulæ, hasce attentius obseruauimus quidem continenter de floribus rostello delibantes: cæterum murem Napelli frustra diu in multis auulsis plantis, quæsiuimus, & an vidissent opiliones percunctati, nusquam sibi visum negebãt: quo siue murem è muia fecisse, nempè è musca murẽ: igitur iam tum suspicio nos incessit, istos Arabas cùm scriptum fuisset. Musca, Murem legisse: quippe nullam antidotum è mure parant: è muscis præstantissimam aduersum funestum Tarantæ morsum atque Epidimicos morbos, cuiusmodi hæc.

Rec. muscarum quæ pastum ceperint de Napello N. xx. Aristolochiæ, Boli armeni. añ. ℨj.

Nec in vlla planta huic congenere, muscæ hæ cæruleæ insidẽt aut victitant, quò certior est coniectura istum Napellum esse Arabum, idémq; Dioscoridis vnum ex Aconitis: nam quòd qui perfunctoriè paginulas perpaucas Auicennæ lustrarunt, argutantur illum diuersis capitibus quasi diuersis de plantis scripsisse, quàm non multæ, neque accuratæ sint lectionis, iudicio sunt tam multa capita vnius rei, quas ille aut propter varias nomenclaturas putauit & descriptione secreuit, aut quò incertus rerum quæ parum plenè commentatus esset exactiore opera prosequeretur. Sic Serapioni non vno loco contigit: quin & Dioscoridi ipsi non paucis, magno flagitio eius dignitatis & dispendio posteritatis. Senensi vero, cùm sæpe vt alibi ostendimus, tũ autem, quod mirum magis, isto etiam loco, easdem plantas bis terve inculcare, nimirum nomenclaturæ diuersæ ignoratione & suis imaginibus delusus. Quas enim imagines se dono accepisse iactat, easdẽ spectãdas dat, nec descriptionem, quod illi familiare, apponit, sed meris, nescio quàm veris, picturis, dũtaxat oculos, non item animos pascit.

Elleborastri & Consiligines.
Elleborus niger.
Christophoriana.
Astrantia nigra.

Pæonia

- *Paeonia.*
  - *Mas.*
  - *Fœmina.*
  - *Promiſcua.*
- *Leontopetalon.*
- *Alabaſtrites & Coralloides Cordi.*
- *Staphis agria.*
- *Ricinus.*
- *Quinquefolium, ſiue Pentaphyllon.*
- *Pentaphyllon*
  - *Minus luteum.*
  - *Album.*
  - *Purpureum.*
  - *Alpinum petroſum, ſiue minimum argentatum.*
- *Eupatorium Græcorum, ſiue Agrimonia Officinarum.*
- *Agrimonia, ſiue Eupatorium odoratũ.*
- *Potentilla, Argentata.*
- *Leucas.*
- *Tormentilla.*
- *Fragaria*
  - *Alba, flaueſcens.*
  - *Rubra.*
- *Garyophyllata*
  - *Alpigena.*
  - *Montana.*
  - *Vulgaris, an Geum Pli?*

HELLEBORASTRI & Conſiligines.

NONNVLLÆ adeò Aconitis germanę, nec ita Hellebori nigri abſimiles viſuntur, vt cùm neutrum verè exprimant, vtriuſque tamen vel altervtrius æmulantur faciem & vires impendiò purgatrices: vnde quis coniectari poſsit Conciligines dictas primùm, quòd cierent aluum, non ſolùm quia ſegetibus conſererentur, aut adnaſcerētur. Sic enim interpretatur Concilium, ſiue Conuoluulum Plinius, quia Venerem cieat, tametſi inter ſegetes luxuriet frequentiſsimus. Geminam autem Conſiliginem nouit ætas noſtra, nempè ſegetum ſociã, quæ paſsim Biturigas circum, & Beauciæ variis aruis, Galliæ Aquitaniæ, & Norbonenſis exit: vt iuxta Lanum amnē Monſpellii, omniũ maxima, fœtura luculenta foliorum, florumque: caules ſeſquicubitales, geniculatos: cute ex virore pulla, vel atra, ſquammoſa, multas ſemiuncialis latitudinis fundens alas, quæ denſa pleraque folia fulciunt, ſingulæ ſeptena, leuiter crenata, digitata, Lupini, Platani vel Viticis diuiſura, figura, & folio, ſed longiore, craſſo, rigido: colore, odore, & ſapore, ferè Laureolæ. Porriguntur indidem multiplices petioli, qui in flores herbaceos, Buxeóſve, pallentes, rugoſos primùm explicantur, Garyophyllatæ montanæ, Tithymallíve Helioſcopii modo: deinde ſuccreſcentibus corniculis membraneis, pallentibus, quadantenus Aquilegiæ, ſemen terès, atrum, & oblongum, grano tritici minus recludentibus, Sole arietem ingreſſo. Perennis Bruma rigidiſsima etiam Septentrionalibus perſtat, floretque Chriſti fermè Natalibus: vnde Germanis Chriſtwurtz. Radix durior, intorta, valdeq́; fibroſa, nigricans, ſubamara, acris, viroſa.

Chriſtwurtz Germanis, quòd floreat ad natalem Anglis à figura Betwurtz.

ALTERA, quæ minor tota, paucioribusq́; caule & foliis, ſed maioribus & latioribus, flaccidioribus, magiſque ſerratis, è pediculis ſeſquipalmium pedémve longis, eductis, qui in tenuem fibrã porrectũ florē edunt, & ſiliquam & ſemē, cuiuſmodi proximè deſcripta, ſed non perindè copioſa; eodē tamen ſidere & frigore: verùm ſyluis hæc & vmbroſis gaudet: fibris nigricantibus implexa radix, vti Vicetoxici, vno quaſi oblongo nodulo aptis. Hæc propior nigro Helleboro, illa Aconito, viribus & facie. Hæcque, quaſi ſui diſsimilis foret, ſi ſerius, vt Februario floreat, procerior: ſin citius, multò minor fit, tametſi eodem ſolo & tempore ſata: quin, vt crebrò notauimus, etiam clementiore hyeme, ſolutaq́;, nec gelida tellure, quæ minor, eſt florũ partione alteri, menſe, aut ſeſquimēſe antenertit.

HELLEBORASTI *duplex differentia.*

vertit. Dudum monuimus, noſtra memoria Pharmacopœos harum vtraque vſos fuiſſe, Hellebori nigri penuria & ignoratione: nonnulli etiam veri Hellebori nigri perſuaſione: qui tametſi non parùm accedunt, tamen illi neutiquam tuto vtendo ſuffici queunt.

HELLEBORVS NIGER.

Germa. Chriſtwortz. *Belgis.* Swert Nieſcruyt. *Ang. Oxe hele, and ſetterworte.*

NIGER verò Helleborus (nam Veratrum nigrum qui dicat, videatur & dicere poſſe atramentum nigrum, vti Seſquilongobardus ille ineptiebat) iam plurimus ex Pyreneis & Alpinis in hortos tranſuectus, qui ineunte hyeme, itidem pauló poſt brumam flores dedit ex candore Roſeos, interdum albos, nonnunquam purpureos, nec è folijs, aut caule, ſed è pedicellis ſtatim à radice ortos, cuiuſmodi Cyclaminis. Folia fert in ſingulo pediculo minora, breuiora, rotundiora, & retuſiora, ſupernè qua duntaxat puſillum quid crenata ſunt, diuiſura ſeptena, Peponiæ fœminæ, aut Smynii fermè modo. Viridantia ex atro, minus craſsa, aut rigida. Radix intexta, intricata, innumera fibrarum atrarum ſobole, eodem fermè ſuperno complexu appenſa, amara valdè & ingrata. Morbis penè inuictis, non modò Melancholicis, ſed etiam merè pituitoſis & ſanguineis eximium præſidium eſſe, certum habemus. Præter namque vertiginoſos, amentes, & cancro vexatos, etiam paralyſi de ſanguinea pituitoſáque materia ſpiritū partim obſtruente, partimque neruorum & fibrarum tonum vigoremque laxante, correptos, valetudini reſtitutos fuiſſe ſcimus: & quid Arelatēſi cuidā Monacho, colore & habitu vegeto, viribus athleticis, repentè Paralyſi & Podagra petculſo, Rōdelletius præſtiterit, in memoria etiamnū habemus. Vocabatur Apis Monachus perquàm notus & ſcitus aulicus ille, id eſt, Abeille, vernaculo Narbonico. Nec tamē ac albus, eſt perinde formidādus hic: nam decoctis vnius libræ purgātibus & mitificantibus, Melancholiā drachmæ duę trésve radicū, infuſo addebantur: quin & nonnunquam albi & nigri mixti, ana ℥ ij. addidimus. Quò magis accedimus eorū ſententiæ, qui primùm è Pyreneis Perpignanæ, & Salſas Hiſpanię côterminis, eruti Hellebori periculū fecēre. Poſteà nobis collectū idē in Apenninis Bononię accliuibus, & valle Auſtēſi Pedemōtana, ad Iouis mōtis faſtigia & atdua circū, nigrumq́; nigri Hellebori opinionem auxit: alioqui minus cōgruit Dioſ. delineatio: nulli enim huic flores racemoſi, ſemē Carthami Seſamoidíſve eſt: & caule glabro lęuiq́;, nō aſpero, aut niſi mauis interpretari rigidum firmumque caulem ὑποτράχηλον, vt poſſe, nos alibi docuimus. Quod verò inter Platani & Spondilli folium, crebriúsq́; inciſum dicit, ferendū Dioſ. deſcriptioni: non enim adeò rigidè ad normā minima quęque exigenda: verùm in floribus, ſemine, aliíſque nonnullis, luto hærendum eſt. An ſuſpicandū luxam hîc lacerámve deſcriptionem, aut potius quodpiā μνημονικὸν ἁμάρτημα ſubeſſe? ſiquidē albi flores, muccoſi, racemoſive cùm ſint, tamē deſcripti non ſunt, ſed fortè huic aſcripti. Huic excuſationi venia ſi deſit, veriſimile fit, nos illo antiquo carere vetatro. Idcirco CHRISTOPHORIANAM illā, Aconitum racemoſum nonnullis cenſitam, Helleborum nigrū, non ſemel arbitrati ſumus. Radix quippe atra, confibrata, quàmplurimis appendiculis, morſus Diaboli aut Veratri: Folia crebribus inciſuris, effigię Napelli lutei, ſerratis, longioribus, pendulis, atrovrentibus, Spondylium, vel Imperatoriam aliquantum præferentibus: caulis ſeſquicubitum altus, gracilis, geniculatus: è quo extremo floſculi racematim cohærentes, Oleæ, aut Helleborine albę, albidi, Corylli nucamēto maiores: quibus dilapſis, bacculæ Laureolæ haud diſpares, acinorum modo in Botrum congeſtæ, cuiuſmodi in Liguſtro. Iunio floret: ſaltibus montoſis & dumetis gaudet. Prope Taurinum in Pedemontanis Trāſpadanis collibus, vbi & Laburnum vidimus: verùm cùm hanc tantoperè nocuam accepiſſemus, in ægroto vllo periclitari vires, religio fuit: eóque vulgarem retinere conſultius viſum fuit: erratum rati non in re, ſed in Dioſcoridis codice.

Cristophoriana.

ASTRANTIA NIGRA.

TANTO minus illi quadret Aſtrantia nuncupata Atra, German. Schwartz Aſtrentz, oder Mutterwortz, quàm periti Saniculam alteram putabant, alij Helleborum nigrum, leuiuſcula

uiuſcula ſanè coniectura. E radice multum fibroſa, aliquantùm Helleboro nigro ſimili, atra, emergunt complures petioli & cauliculi glabri, graciles, quibus folia quinis diuiſuris Pētaphylli, Saniculæúe modo, per ambitum ſerratis, obſcurè virentibus: flores aceruatim glomerulis collecti, muſcoſi, Bellidis, Succiſæúe modo & colore: luteum vniuerſa fūdit ſuccum, cuiuſmodi Aſtrātia maior, cui hæc etiam alijs notis meritò aſſimilatur: idcircò nigra Aſtrantia vulgus dicitur. Sed enim huic cum Helleboris cognatio nis: montana tamen eſt, ſed vulneraria.

POEONIA fœmina.

AVSPICATISSIMO Apollinis cognomine, & fœlici ope pręſtanda, Pæonia notiſſima, quā quaſi ſexu diſtincta foret, marem & fœminam fecēre: vtramq; Geneuæ Alpinis & Norbonæ arduis Veganij culminibus, & indidem ſylnoſis non procul alio celebri monte Lupi vocato, fœminā eruimus Vere florentē & ineunte æſtate: vbi peręquè frequēs vtraq; hortis, tamen notior fœmina, eoq; vſu frequentior. Quæ nāq; proſtāt Officinis, Fœminę ſunt, Aſphodeli, Cyperi maiores, aut Oenāthes, vno tuberoſo nodo pēdulæ, latè ſparſæ, glādulosæ, ruſteſceutes, oblōgæ, & tenuiores, quàm promiſcuæ Pæoniæ: caules primulùm pullulantes puniceo rutilāt: folia inter Helleborū nigrū & Smyrniū, diuiſura maris minora, auerſa, cæſia & albida: flores roſeis folijs & calycibus maioris, ſaturatis, vt Maluæ hortēſis, ſuccedēte terno folliculorum fœtu, Amygdalæ putamini ſimili, & pari fermè, concolori, dehiſcente per maturitatem, Hellebori nigri ſiliquæ ſitu, atque pandente purpureum ſeminis partum rutilum, oblongum, nitidum, teretem, ſerie mirabili ſtipatum, acinis Punicæ non diſſimile: plenè maturum nigrum, lucidum, medulloſum: ſapore medicato, acri, ſubaſtringent, nonnulla dulcedine cum amaritudine.

MAS.

RADICE ſimpliciore, nec ſparſa, ſed rectius altiúſq; depacta, & interdum binis, ternis ve maiuſculis flagellis, odora, intus albida, foris ruffa. Folia Iuglādis ſitu & ambitu minora, craſſiora, ad Terebinthum aut Staphylodendrum accedentia. Flores, ſiliquæ fœminæ ſimilia, ſed ſemine exquiſitè rotundo, concolori.

PROMISCVA ſeu Neutra.

QVÆ nondū mari Pæonia reperto à nōnullis Mas credebatur herbarijs: nobis Promiſcuum, quaſiq; vtriuſq; cinnus eſſer, & neutrum, viſum fuit appellare. Quippe quantum à ſolo extat, ſi perpendas, Maſculum dicas. Sin erutas radices intueare, fœminā indices: niſi quia pleniores & habitiores. Hæc Plinio Mas fortè eſt, tamen id excutere noſtra haud magnoperè intereſt, nec ocium eſt, nec lubet anxius proſequi, nū idē author errarit, dum marē folijs ait redolere Myrrhā, quippe cùm Smyrnium Myrrham redoleat, perindè ſit, vtro modo dicas, omnes iā in hortis & vſu ſūt. Radice rediuiua multos annos perſtāt.

LEONTOPETALON.

MVLTIS ab hinc annis qui complures radices tuberoſas proſtare quibuſdam Venetis Pharmacopolijs ſępius vidiſſemus, putabamus eſſe Cyclaminis adulteaut vietæ, primo intuitu. Poſtmodùm ſciſcitati inſtitorem, reſpondit eſſe Leontopetali radices: cúmquè multis poſtea in hortis accuratius viuam perpenderemus, flores Anemones vel Ranunculi, in ſiliquis ſemen, caulem non ita procerum, adeóq; radicem magni Cyclaminis aut rapę foris fuſcam, tuberoſam, vti Dioſcorides prodidit, memineramus. Cæterùm folia tametſi ampliora multò, tamen ſinuoſa & circinato ambitu diuiſa, Pæoniæ modo: non Braſſicæ ſimilia, aut Papaueris diuiſura obſeruabamus. Iam inquilina cùm ſit Italiæ & Galliæ, lectori integrum erit nihil aſſentiri, vſq; dum vires exploratas habuerit.

Nemoralis Alpina Herbariorum ALABASTRITES, CORRALOIDES Cordi.

POTEST ITIDEM PENTAPHYLLI VOCARI EA, QVÆ in vmbroſis ſaltibus Taurinenſis agri, Calcaris montis Seuenæ, & trans Rhenum non procul

Basilea reperitur. Folio è singulo pediculo quino & septeno, Ellebori nigri, aut potius *Pœoniæ*, serrato, in pediculis gracilibus, glabris, è caule singulari, sesquipedali, innixo radici crassiori, minimum digitum æquanti, transuersim depactæ humi, quæ crebribus articulatur portiũculis, frustillisve marmoreis, & *Polypodij* modo radicem acetabulis insculptam, effigiem Coralli albi præferentibus. Flores in summitate plusculi pallentes insunt Maio, posteà siquosa vaginula erumpente, maiore Erucę aut Chiledonij: semen pusillum claudente, gustu tota hæc amaricante & calfaciente.



RICINVS.

Ceruna maior. Cataputia maior. Granum Regium Mesue. Palma Christi.

RICINO siue κίκιος, semini imago, quæ animalculum cognominem imitatur, vocatúrq; Ricinus, appellationẽ dedit, vti Echio, *Psylio*, Verucarię. Ceruam maiorem siue Cataputiã passim officinæ appellãt. Granũ regiũ Mesuæ: Palmam Christi vulgus, propter frõdis digitatam effigiem, quæ volam palmamq; expansis digitis quadantenus æmulatur, oriuntúrq; ex caulis crassi, caui, 5. aut sex cubitorum, pixidatim consertis geniculis, depressis, alterno situ folia in ficulneo pediculo hærentia, septenis & nouenis altioribus diuisuris, Ficus, Platani, Castaneæ equíve Staphidis agriæ vel Ellebori nigri, subnigra aut subcœrulea, pinguia. Siliquato secundum summitates fastigio, racematim compactis floribus luteolis, succedente, vbi conduntur plurima ternis tricocci costis, aut loculamentis, conspicua conceptacula orbiculata seminis tricocci medullosi, multúmq; olei pressi reddentis. Vix alibi quã in hortis videre est, tamẽ tum calidis, tum frigidis læta tota ex cæruleo in fuscum languet, annua est, nec rediuiua.

Lat. Pedicularis. Gall. Pouilleuse. Ger. Luysecruyt.

σταφὶς ἀγρία STAPHIS *agria, siue vitifolia.*

DVXIT à foliorum diuisura, qua Labruscam siue vitem syluestrem imitatur nomenclaturam Staphis agria, quæ & pedicularis notissima est vocabulo, & compertissimo vsu, ad pediculos illitu & suffitu abigendos: maceratę namq; & tusę in aceto vegeto, grana si affricentur interulis, quantum est pediculorum vel lendinum enecant. Ad quod bellum pediculorum in præsidijs ipsa planta alitur vbiuis gentium, & nusquam vltrò prouenit, caule cubitali, surrecto, fusco, folia ab imo in pediculis pampineis laciniosa, crebra, profundáq;, Aconiti, Ricini vel Vitis diuisura. Cæruleos autem flores stellatos, Rapõtij, Iulio & Augusto dat. In oblongiore siliqua multis, costis compacta, dehiscente, semina erumpunt triquetra, pulla, amara, & vrida, oleosa. Radix non ita magna, annua est.

QVINQVE *folium.*

FOLIORVM numero quinario notum *Pentaphyllon*, perinde vt Argentina cognata, frequentissimum vbiuis itidem marginum & viarum vdis cuiuslibet plagæ. Folia crenis & aspectu Agrimoniæ vel Potentillæ, in lorulis prælõgis, flexilibus, purpurascentibus, qui sese nouis, qua solum subierint, propagantibus Fragariæ, Potentillæ vel Vincæ peruincæ modo quinq; partita effigie digitata, Ricini, aut Lupini, ad Saniculam etiam accedẽtia, Argẽtinæ luteis floribus. Radix quanta minimus digitus, lõga, purpurea, vel Cẽtaurei maioris colore, quæ arida facta quadrata cernitur, verissimè monente Theophrasto: qua etiam nota aduersante Barbarorũ pertinacia, manifestò distare à Tormentilla quilibet in promptu sit nosse.

Huius

Huius animaduersa iamdudum quadruplex ant quintuplex varietas, in magnitudine florum, colore, & folijs sita.

PENTAPHILLVM Minus Luteum.

Minimvm omnium differt Pentaphillum luteum & minus vocatum, rarius tamen nisi syluosis pratis & herbidis muscosis occurrit, vbi Tormentilla, quā gracilibus tum folijs tum viticulis, simul ac pusilla statura (nec sese defixis ramulis propagante, vt prior) admodum repræsentat. Folia qua terram spectant, albicant.

PENTAPHILLVM album.

Nec multum magnitudine superatur commune luteum Pentaphyllon ab hoc, cui item quinq; partita & Helleborastri modo digitata & anterius duntaxat crenata folia, subtérq; in cauliculis hirsutis, flores conduntur albidi, radice multis adnatibus huc & illuc vagantibus. In Belgiæ & Galliæ hortis meminimus vidisse.

ALIVD album, & Purpureum.

Præ omnibus procerius & speciosius istud, quod in pingui pascuūm solo vel pratorū Sanenæ Norbonensis Iunio & Iulio flores edit candidos, interdum purpureos, & in cau libus ab imo, rectis, firmis, pedalibus & cubitalibus folia sunt quinq; partita, sed altioribus & crebribus, Coriandri Geranij Robertiani vel Alceæ modo: foris nigricat radix, intus rubella, digitum lata, palmum longa, & sesquipalmū. Etiam in Apēnino Italiæ purpureo flore, perquàm aspectu amœno, legebat peritus Pharmacopœus & amicus non vulgaris Iacobus Raimaudet Massiliensis: Belgæ & Galli in hortis alunt.

ALPINVM petosum & minimum Pentaphyllum.



Ne hoc quidem adhuc descriptum, quippe non frequens occurrit, nec nisi celsioribus montium iugis gelidisq; cautibus, quales sunt Sabaudiæ, in Austēsi valle, & Norbonæ ad Calcaris hortiq; Dei ardua, & in verticibus editissimis Mindenij. Foliola sunt circinato & integro ambitu, quinq; partita, tenuia, & subtus candore nitido lucentia, aduersa, viridia, Saniculæ tenellæ multū similia, sed minora. Flosculi stellati, racematim collecti, candidi, interdū & purpurascentes, Alchymillæ similes, defluūt ventis æstate, in gracilibus admodùm cauliculis, è radicibus fibrosis capillaceis, fuscis, purpurascentibus. Quidam Tormentillæ annumerāt istud, cui multum sanè simile est. Incompertæ tamen facultatis nisi exsiccantis & astringentis.

Incana Pentaphylli effigie, an LEVCAS Diosc?



Non penitus nihil sentiebant docti amici nostri Valerandus & alij, qui hanc plātam intuiti, Leucadem censebant: non modò enim tota incana est, vt flagitare videtur ipsa nomēclatio, sed etiā Trissagini folijs est, qualem oportere esse, facit suspicionem consequutio. Folia sunt terna aut quaterna, crebra diuisura & magnitudine Trissaginis, surculis breuibus, crassis, lignosis, subrubris, rugosis, fuscis, vt Pētaphylli, quod inæquali à radice exortu multis depacta portiūculis quodā habitu adūbrat: item ex fusco purpurascentibus in alias fibras diuisis, gustu etiam Pentaphylli vel Tormentillæ, astringēte, exsiccāte. Quare & fortè non minoris quàm illæ duæ efficaciæ aduersum venena est, quæ causa fuit, vt illi, fortè vires radicū experti, ausi sunt Leucadē hariolari. Et præstat (quādo nulla est Dioscoridis delineatio) hanc perpulchrā plantā nosse &

experiri, quam nullã, nihil; periclitari ad eruditionis ſupplementa. Admodùm inuentu rara, nec nobis lecta, niſi propè Allobrogum deuexa, planitie in arida, glareoſa.

EVPATORIVM Græcorum, Agrimonia Officinarum.

Ger. Oderwets nig, vnd Bruc Wetz.
Ang. Gall. & Bel. Agrimonie.

TAMETSI quoſdam nouimus in Belgio & alibi, qui Agrimoniæ, ſiue vero Dioſc. Eupatorio in morbis hepatis, lubentius Canabinum aquaticum, à nobis ſuperius memoratum, ſubdant, vſurpentq́; frequentius, tamen quia non rei ignoratione faciunt, ſed viriũ maiorum exploratione freti, eos adeò nõ inceſſimus, vt potius laudemus, ſi veterũ quopiã ſimplici perbono aliud melius vſu comprobarint. Agrimoniã autem noſtrarem ſatis cùm notæ cunctæ, tum nomen Argemonæ in Agrimoniam detortum, (non Arthemiſiam, vt ſub capitis finem Dioſcorides monet) verum eſſe Eupatorium ſatis teſtantur. Quin vires multò magis, ſed multò plures ſunt, quã quas Dioſcorides enarrauit. Eſtq́; notitiæ vulgatæ planta frequentiſſimi commodi, vbiuis gentium in pratis ſiccioribus ſatorum, viarũ marginibus fruticat cubitum & ſeſquicubitũ alta, ſtriatum, anguloſum, ſubpurpureum, hirſutũ, durum, lignoſum & vnicũ ſæpiſſimè caulem promẽs, multis ramoſis neruulis, folia quaſi pediculo innixa, ad Vlmariã Potẽtillã, aut Roſam effigiata hirſutie, nõnihil incana, floreſq́; in ſummo exiguos, luteos, ſtellatos, Pentaphylli minores, ſecundum totam ſummitatis longitudinẽ edit, vbi ſeminum ſeries Lappoſa hirſutáq́;, pannis hærẽte, quos vel tactos mordicus tenet: medulla intus albida, ſapore non ingrata, vti nec odore tota planta. Radix craſſior, foris fuſco rubore, dura, exſiccante, & moderatè aſtringente, adeò apta foris & internis affectibus, vt decoctum dilutúmve colore lympido vini gilui, placeat: & potu viſcerum, hepatis præſertim, tonum reſtituat, intemperiemq́; omnem fermè corrigat, obſtructiones reſeret. Eoque ſuccum officinæ expreſſum in Trociſcos ſeruant. Xantis Pictauę Galliæ finitimæ ſyluæ eandem Agrimoniam edunt, quam odoratam vocitant, propter odorem multò flagrantiorem, etiamq́; in hortis colebat ſuperioribus annis, & dabat nobis illic eruditus Medicus Lamoureus.

ARGENTINA ſiue Potentilla.
Ang. Wilde Tanſie.

Ger. Grenſing.
Gall. & Bell. Argentine.

TANTOPERE eſt hæc affinis facie Agrimoniæ, vt & vulgus Syl ueſtrẽ vocet Agrimoniam, & non rarò mulierculas Agrimoniam ſe collegiſſe ratas fallat: diſcernitur verò reptatu viriculorum teneriorum, gracilium, Fragariæ vel Petaphylli, cuius flores ſunt ſimiles, & concolores, lutei: folia autem ſupernè virent diluiè, auerſa autem argenteo ſplendent nitore, vnde Argentine dicta. Potentilla pariter à viribus, quibus eximijs pollet, ad frangendũ calculum, interiora vulnera & vlcera maligna, & dyſſenterias, viſcera roborando, ſimiliter Agrimoniæ: cuius, potius quã Tanaceti, tẽperamento exſiccãte, ſiue calore moderato eſt, ſed aſtrictione ſuperat: multum ſanguinẽ grumoſum potu diſſoluit. Viarum, vdarum pręſertim, nulla amantior, frequentiorq́; alumna vbiq́; gentium dignũ obſeruatu. Hanc inditam pelui frigida aqua ſemiplenæ, & operculo occluſæ deſtillare, ſiue vapores in concauũ operculi ſubuehere, quod ſublimare vocant, ferũr. Huius ſtillatitiam ad lẽtigines, pãnos, & maculas, fuſcumq́; colorem Sole contractum delendum, Anglæ mulierculæ adhibent.

TORMENTILLA vel HEPTAPHYLLON, an Chryſogonum Dioſc?

Ger. Brickwurtz vnd rot heylswurtz.
Gall. Ang. Bel. Tormentill.

QVI Pentaphyllon nouit, non poteſt quin norit Heptaphyllõ, à ſeptena foliorum diuiſura ſic vocatum: Tormentillam verò, quia tormentum, cruciatúmve dentium ſæuiſſimum placat, atq; venenatorum quorundam rerum compeſcat furiam cruciantem. Nemoroſa, montana, ſicciora, macilentioraq́; prata ſternit, ſurculoſis, gracilibus, ſenis vel octonis ramulis, folia Quinquefolij minoris lutei, ſed ſeptena diuiſura, ſparſis, rubellis, nitidis ab radice exortis corpulentiore, & craſſa, pollicem ferè æquante, Biſtortæ, & colore intus rubro, foris nigricante: floſculis Potentillæ, vel Pentaphylli lutei minoris.

FRAGA Fragaria.

NON ITA diuerſa ortu & habitu ipſo viſitur in ſyluoſis Fragraria, prætermiſſa etiam Dioſc: ſed verſu Maronis ſignata: *Qui legitis flores & humi naſcẽtia Fraga.* Fragrat nam-

mamque non modò fructus & flos,sed etiam stillatitia; præsertim fructuum maturorum: qua mulierculæ Erisypelaceas & furfuraceas lentiginosásque faciei fœdationes leniunt & abigunt. Ad calculosos & inflammationes epota optimè facit. In bellariis, præsertim cul tæ plātæ idē vsus, sed quàm Idei Rubi delicatior fructus. Humilis herba, syluosis familiaris & viarū marginibus, primo Vere floret, & tota æstate fructū fert, purpurei, sanguinei diluti cruoris saturum, folia terna Rubi, aut Idei, adeò similia, vt nonnulli somniarint eandē, differt verò herbacea natura, (tametsi hyeme perstante, quando etiam Brumæ tempore semiopertta niue in Anglia, nota esitauimus nonnulla) viticulis exilibus, enodibus, numerosis, pilosis, nequaquam spinosis, ab radice tenui, superficiaria fibrosa, prodeuntibus: floribus in summo albis, Rubi, sed minoribus.

Vulgaris GARYOPHYLLATA, *an* GEVM *Plinij?*
Germa. Benedicten wortz. *Gallis.* Galiot. *Ang. Auens.*

NVTRIVNT & syluosæ vulgarem hanc, illis non multùm absimilem, nec item Græcis & Latinis (nisi fuerit Geum apud Plinium) dictam, cuius tamen radix eximii odoris nullum latere debuit, qui olfecisset: quippe Nardi Garyophylive suauitatem spirat, multum capillosa, rubella intus, caulem pilosum, subpuniceum, sesquipedalem, & bipedalem emittit, alis aliquot diuisum, quibus summis flores *Potentillæ*, aut Tormentillæ insunt, & pilulę deinde oblongæ, scabra hirsutie mordaces, in pediculo singula ad imum folia ferè Alchimillę, in summo Fragariæ; sed hirsutie & similitudine Agrimonię, cuius qualitates ferè est assequuta: calore & siccitate temperatis: ad vulnera intus forisq; vsu laudatissimo; quare & in hortis vbique herbarii colunt.

Septentrionalium rotundifolia Papposo flore GARYOPHYLLATÆ.

BRABANTIÆ syluosis conterminis *Mechliniæ*, & in Northmannia frequens ista, in Anglia verò plurima: quę magis totius plantæ habitum perpendenti, quàm foliorum expressionem, aut radicis, Garyophyllatam repræsentat: sunt etenim circinnata, & aliquantùm cristata, ambitu Hederæ terrestris, in petiolis exilibus nonnulla foliola admodùm exigua habentibus, vulgaris Garyophylæ modo: radice crassiore, minus fibrosa, minimū digitū æquante, Geranii moscati momordicæ dicti, nec perinde Garyophylam, aut Nardum halante: flore speciosiore, & caliculo pallidiusculo, relinquente papposam orbitam, quasi plumeis vndantibus, quadantenus Alceæ Venetæ radiatam.

Alpina Pentaphylea CARYOPHYLLATA.



IN Rheticis Alpinis nō procul Clauenia, hanc primùm nacti, putauimus esse Tormentillæ, aut *Petaphyli* speciē: verùm radix Geranii fibrosior, forísque rubiginosa, parùm quid suaue redolens, Garyophylatam testatur. Quinetiam erigit caules pedales, cui hęrent folia quinquepartita, ambitu serrata, *Penthylli*, aut Tormentillæ, flore luteolo pallentéve, staminulis lanuginosis, croceis, papposis, minoribus Garyophylatæ.

VERONENSIVM *Garyophylata, flore Saniculæ Vrsinæ.*

INTER complures insigniores plantas, quas apud Veronensium *Pharmacopœorum* peritissimos, Franciscum Calceolarium, & Andream Bellicoquum, partim in Officinis, partim in hortis videbamus 1563. fuit quædam peruenustis florum quasillis, pusillis, ortu

ortu & similitudine Primulę, aut potius Saniculæ Alpinæ, intus luteis, foris purpurantibus, nitidis, è medio filamenta crocea ostentantibus, & pluribus in singulo cauliculo, glabro, gracili, è radice numerosa coma donata, quę permultos petiolos statim fundit, quibus cunctis singulũ foliũ Geranii, Maluacei, aut Saniculæ, rotundũ nẽpè: sed per ambitũ altius sinuatũ, minutimq; crenatũ, asperiusculũ, flexũ humi, & fusius aliquãtò se pandens, ritu Geranii. Qualẽ meminimus in hortulo pone ædes Iacobi Cortusii Patauini Patricii, rei herbarię perquàm periti & auidi, cui & nos vicissim quasdã transalpinas & Norbonenses plantas, partim dono, partim spectãdas dedimus; sapore ex astrictione siccante.

Imperatoria.
Podagraria Germanorum.
Angelica satiua.
Varietas.
Angelica syluestris.
Benzoin, Assa dulcis.
Panax Heraclea.
Altera Olusatri aut Pastinacæ facie, Panacis species.
Laserpitium.
Leuisticum.
Spondilion.
Libanotis Theophr.
Coriandrum.
Apium hortense.
Oreoselinum, siue Petroselinum
Macedonicum.
Hipposelinum, siue Olusatrum
Smyrnium.
Ligusticum.
Pastinaca domestica.
Syluestris Baucia.
Pastinaca marina.
Sysarum, Asphodelus Hesiodi.
Potades, siue Batades Lusitanorum.
Esaphoboscum.
Costus adulterinus Illyricus.
Barba Capræ, siue Vlmaria, an Rhodera Plinii?
Flos Aphricanus, siue Othonna Italorum.
Centaureum magnum duplex.
Phu, siue Valeriana omnis.
Nardus montana.
Phytenma Monspelliensium.
Saxifragia hircina { *Maior.* / *Minor.* }
Phellandrium Plin:
Pimpinella.
Daucus secundus Selinoides.
Ammi vulgare.

IMPERATORIA.

AVGVSTO hęc propter raras facultates donata fuit nomine, ceu quæpiã lectę mercis indicatura. Affinior autẽ est facie satiuę Angelicæ, quàm syluestri: folia tamen propius Spondiliũ & Hipposelinũ æmulantur, vt plurimùm terna, statim ab humo cauliculis subuecta: gracilis caulis, nodosus, sesquicubitũ altus est: vmbellæ & semẽ Angelicæ syluestris, vel Anethi: radix digitũ æquat, multis fibris in terram sparsa, foris fusca, albicans intus: multò

multò vehementioris & acrioris facultatis,& odoris quàm Angelicæ. Iiſdem gaudet natalitijs.

PODAGRARIA, German.

MVLTVM abeſt ab huius facultatibus ea quæ adeò reſtibili & importuno prouentu iuxta ſepes hortorũ & parietes vdis vmbroſiſq; locis pinguibus prouenit, vt vix inde poſſit radicitus deleri. Pedem alto caule,candida vmbella, Imperatoriæ, minora folia & radix,odore minus ſuaui,quo & viribus quadantenus ad Ebulum accedit. Ea propter plebecula rata Ebulum eſſe,vſa iam diu eſt,etiamnumq; experitur ad Iſchiadicos Podagricos optimè facere. Vocitántque Belgæ Flerceincruyt,id eſt,Podagrariam. Sanè facultates Ebulo quàm Imperatoriæ ſimiliores ſortita eſt.

ANGELICÆ.

VIx credi par eſt noſtrates Angelicas Indicis delitijs aut præſidijs neutiquam poſthabêdas, Antiquitati notas,niſi ſint apud autores veterinarios Gallorum Laſerpitia memorata:nec enim ſiluiſſent illi tam diuinam fragrantiæ gratiam,& vicarias diuinæ Beneficentiæ vires,ſiue Angelicas, triplicis noſtratis Angelicæ. Quarum quæ procerior, radice craſſa & aliquantum ſupernè tuberoſa, multis appendicibus humi merſa intus candicat, foris pulla,odore perquàm ſuaui, aromatico,pinguem,gummoſum, flauumque ſuccum remittente. Caulis bicubitalis binum triúmve cubitorum: ſtriatus palleſcens,ferulaceus. Folijs latis,Hippoſelini,Simonijve æmulis,ex viridi in pallidum langueſcentibus, mollibus, vmbellę ſunt Paſtinacæ,domeſticæ, luteique flores & ſemina foliacea,rotunda,compreſſa,& albida, acris guſtu & odoris eximij.

Varietas.

NOnnullis in hortis hic Londini,Antuerpiæq; viſitur alia, tota minor,cuius ſuauiorem odorem radix ſpirat,prope quam folia ima ex purpura rubeſcunt: ſuperna autem ex rubore vireſcunt: vmbellæ cæteráq; ſemina ſimilia. Celſos vtraque montes gelidáq; amat iuga, veluti Imperatoria dicta,cum qua in hortis colitur in Anglia,Belgio,Gallia.

SYLVESTRIS Angelica.

SED quæ ſylueſtris rarius hortis,ſed ſæpius vliginoſis,pratenſibus locis frigidis,gaudet, radice pluribus fibris,odoréq; cæteris multo minore eſt,guſtu non ingrato & Paſtinacæ fermè minoribus folijs,acrioribus,paucioribus,minúſq; inciſis: graciliori & humiliori cauli,vmbellę albicant magis. Cuilibet hæc nota in Anglia,vbi lubenter vtuntur, quia aptior edulijs condiendis. Corrigit enim prouentum ſaburamq; craſſorum & viſcidorum humorũ,atq; fœtidum halitum emendat tetri ſpiritus, ex praua concoctione manantis, copioſior etiam & gratior eſt.

ASSA fœtens, an ſit ſuccus Cyrenaicus mixtus. BENZOIN recentiorum, non eſt ſuccus Cyrenaicus.

SVCCVM Syrenaicum longè alium fuiſſe,& Benzoino vocato excelluiſſe in promptu eſt noſſe : cùm legenti,alterum Ferulaceæ plantæ , alterum verò arboris proceræ multò ſuauiſſimum excrementum eſſe: tum etiam facultates,qualitatésve exploranti, quæ guſtui in Benzoino,neque feruorem in intima ſeſe dantem, neq; in corporis meatus peruadêtem,ſudoréſve affatim cientẽ exhibet. Capite autẽ de Lacca,Benzoin inuentum recentioribus,& à Cancamo differre,differuimus. Actamen ſi Syrenaicum illud celeberrimum iam tum defeciſſe Plinij æuo aſſentimur, non tamen prorſum nullum extare in naturæ familia Laſer perſuademur. Præter enim quàm quód ſpeciem nullam penitus poſſe interire docêt Metaphyſica dogmata,tum verò nobis ſuppetit Aſſa fœtida,quæ potis eſt Syriaci,Armeniaci & Lybici laſeris opinionę ſuſtinere. Solitũ enim erat illud notæ deterioris mixtum Sagapeno vænum vehi. Sagapeni enim eſt odor Aſſę fœtidus affinis,quod Laſeri nondum ſiccato ſoliti erant remiſcere,ſicq; venundare, Dioſcoride authore, cuius recenſione doceri oportet Laſer non adcò celebre fuiſſe,quia odoratiſſimum,alioqui primo libro recẽſuiſſet,aut hîc vſum tam rari odoris addidiſſet,vel ſaltem odoratiſſimum dixiſſet: atqui dũtaxat Syrenaicũ laudat,quia aptius cibis,maiore cõmodo,minore odoris saporiſq; faſtidio eſitetur. Odo ẽ nõ ſuauẽ, ſed intenſũ vegetúmve cõmendat, quo mixto ſali aut condimẽtis,otis fœtentẽ halitũ corrigit,vt puta Liguſtico Imperatorio,Zeduaria, Leuiſtica

non

non suaui, sed gratiore quàm naturæ placeat odore. Hunc Serenaico temperatiorem multo esse, & os eo imbutum minus vehementer spirare. Ipsis subductis, si quis duplicem assam meminerit Arabibus dictam, alteram dulcem, alteram fœtidam, vires nosset sic satis quadrare: odorem verò mitiorem illius, quæ dulcis dicitur, agnoscet, vt cui minus aut nihil additum sit fœtidi Sagapeni, aut alicuius consimilis gummi. Fœtidam verò vbi multũ sit remistum, eoque fit vt interdum liquidior, liuidior, rubicũdior, remissior cernatur, prout mixta, recẽs aut vetustior fuit, neq; dum exaruit, cuiusmodi interdum visere est in rancidis officinis.

PANAX Heradium Herculea siue Heradia fronde Pastinacæ.

DIXIMVS antea Panacis nomenclaturam communem fuisse pluribus plantis, quæ neq; inter se facie, nec planè viribus similes essent, magnæ tamen celebritatis commẽdatione κατὰ τ̃ πανάκειν, ceu quemlibet morbum doloréinve abigerent, dictæ fuissent. Hanc autem etsi Herculis nomine claram difficilè noscitare sit, quia aliquàm multis, quas nouimus in nostro cœlo oriundas, effluat nullus succus, tamen non desunt qui quandam in hortis coli non ita diu cœptam, nobis etiã (commõstrante Doctore Assatio) ruri lectam, veram asserunt. Verùm permultæ sunt aliæ huic nulla dote aut nota inferiores: radix exiguà nimis videtur, duum cubitorum caule ferulaceo enim, folijs quadantenus Smyrnij aut Imperatoriæ, sed lacinijs ambitúq; magis circinato, viridis pallentísq; coloris, rigidis, & leuiter hirsutis. Radix non perinde succulenta Ligustici vel Angelicæ, vmbella lata, floribus luteis. Creuit suaptè sponte in illo saxoso colle, qui Frontignana redeunti Monspellium ad læuam est, propè aut pone Sacellum dirutum, vt nos monuit multiplicis industriæ atq; indefessi laboris hac in parte Doctor & professor Monspelliensis Assatius: sed studiosorum accursu, qui auidè istam plantam in chartis seruabant, deleta illic ferè fuit.

PANAX altera recentior Olusatri aut Pastinacæ facie.

VENETORVM quidam potiores, etiamque Leopilli circulator, alebant & ostentabant quandam Panacis speciem ferulaceo caule binum & 3. autem 4. assurgere cubitorum, multos in ramulos supernè diuiso. Ferulacea autẽ folia squabra, asperiora, in singulis petiolis, geniculis, singula prodeunt, ampla, tharsi, plumatimve ex interuallis æquis positu Pastinacæ, & folijs constans multis in vno petiolo, oblongo: Africani fermè floris luteoli aut pallentis: flores in vmbellis pastinacæ aut Bauciæ, quam etiam assimilat tota planta hirsutie incana, radice longiore, albida, nec ita dissimilis: in Venetis & Flandriæ hortis meminimus gustu aromatico, calfaciente, & digerente, gummeo, oponaceum succum redolente: quare meritò putetur hæc, vt si qua alia, Panax legitima.

LASERPITIVM.

CONTRA quàm fit hodie ab istis autoritatum racematoribus, minimè nobis lubet multas aceruare super hac historia paginas ex veteribus, quibus ne nunc quidem si viuerent fortè essent ipsæ plantæ notæ, Lastpitij dico Sagapen, permultarúmque eiusmodi gummificarum, quæ videntur Dioscoridi & Theophrasto non visa, sed lectione aut auditione accepta. Eamobrem non multa hic verborum velitatione, vt moris hodie, sed sedula lustratione & peregrinatione opus esset, quando antiquorum manca sæpe, sæpius nulla recensio extat. Igitur ipsi quantum inspectione assequuti fuimus, candidis amicis lubenter impertiemur. E regione Massileæ, & non procul insulis, quas videtur vocasse Dioscorides Stœchades (quæ tamen putantur hodie illæ è regione Olbiæ, à Massilea fermè diei nauigatione, vti capite de Stœchade dictum fuit) inter multas raras nascitur ferulacea

&

& visenda planta, cuius radix prægrādis, intus alba, foris cineritia, succo prægnans, mollis, pinguis, odorata, maior quàm Thapsiæ, aut Ferulæ. Caulis proceritate & crassitie Ferulam æquat. Folia Paludapii, sed crassiora, rigidiora. Vmbellæ prægrandes Ferulæ, aut latiores quàm Anethi. Semē Angelicæ foliaceum, rotundum, compressum, odoratū, & colore buxeo. Hanc Iacobus Rainaudus Massiliensis Pharmacopœus, stirpiū valde cupidus & peritus, nobis misit: deinde attulit Monspelliū quatuor ab hinc annis: quæ præceptori eximii ingenii Rondeletio visa fuit Laserpitio aptius congruere, quàm quæuis alia ex multis, quas ille vidisset, Ferulis. Satum in Belgio semen, an creuerit, nondum scimus.



Laserpitiū è regione Massilia repertum.

LEVISTICVM, Germanicum Laserpitium.

SPECIOSA minus hæc superiore, odore nec tam grato, nec perinde suaui, quam Leuisticū eiúsve speciē censuêre Folio enim Apii palustris maiore, radice crassa, fusca, odore graui usculo, caule & vmbellis ferulaceis, semine oblōgo, foliaceo, Sileris mōtani dicti. Vtranq; proponimus doctioribus arbitris expendendam: possunt siquidē esse in dissimili similitudine, & tamen congeneres, veluti ferulaceæ illæ Afræ vel Cyrenaicæ: Quibus nostratis triplicis Angelicæ & Imperatoriæ (eximiis & penè diuinis, tum nominibus, tum dotibus nobilitatæ) si non sunt affines, certè accenseri, ne dicam præferri, sunt meritæ.

SPONDILIVM, Germanis falsò Acanthum.

NVLLI non regioni sponte oritur hæc, & pro Spondylio etiam vulgò noscitur: siquidem præter odoris grauitatem, à qua propter virorem, Spondylium, qui itidē fœtet & radici similis est, dicta videtur, etiam nulla prorsum deest, aut aduersatur descriptioni. Plerisque locis vdis & secus scrobes oritur, foliis longis & latis, Panace Heracleo maioribus, & incisuris propè æquantibus, crassis, laciniosis, albicantibus: Caule, vmbellis, & floribus Bauciæ, candidis, latis: radix Hyoschiami, candida. Vniuersa nonnihil fœtidi olet; & ab Acantho vero non modò viribus, sed etiam toto genere differt: nec enim spinosa vspiam: aut perinde emolliens est, nescio quàm verè, sed monebat quidā Medicus, huius solum & merum succum curasse pro enemate indi, ratus esse Acanthum verum, & sensum primùm glaciei, deinde stuporē inuexisse, cuius tamē periculum nullam facere licuit.

LIBANOTIS Theophrasti.

NON multum videtur abesse à Theophrasti Libanotide planta, Hipposelini, foliis paucioribus, parum in ambitu serratis; semine in vmbella foliaceo, lato, oblōgo, odore & sapore Angelicæ, radice ferulæ, quæ comam promittit villosam, furuam, Peucedani fermè, vel Dauci, alba intus, foris pulla, odoratu medicata, fermè Syluestris Angelicæ, hanc Commentator, nescio si vidit, certè non descripsit, verùm suo pictori præcepit vt pro Æthiopico Seseli sculperet, qui perperam æmulatus est ex commentariis Dodonei, cuius mentionem

nem nuspiam cur non fecerit facilè subodorari. Foliis Lactucę syluestris, sterilis, orba caule, flore, & semine, Theophrasto memorata, nusquam nobis visa.

CORIANDRUM.

VBIQUE hortorum peruium Coriandrum, à cymicum putore, aut potius cicutæ fœtore viroso, & consimili facie, nominatũ: tametsi & similli, vt videtur innuisse Dios. viribus cognatum. Cuius sententiam si accuratius subduxisset Senēsis, non quidem iam commentator, sed Diosco. immerentis desertor, neutiquam tam multas farragines ex Galeno, Auicenna, Ruellio, Brassauola, in suas paginas conuasasset. Quin potius, quod solertis interpretis & candidi est, à veritate Dioscorideque stetisset, neque nostra delusa spectatione sic, nihil docendo, elapsus abiisset. Licuit enim cuilibet Philosophiæ mediocriter imbuto, dimidio paucioribus versiculis non parũ lucis huic difficultati afferre. Et decuit etiã Medicum doctum hunc admodum pauca differere: Coriandri aut herbam totam, aut semen in vsum vt plurimùm venire: & eius quidem, aut aridi, aut virentis: neque tam multis rixis, sed multiplici experimento, & antiquorum certissima obseruatione, eius expressum succum herbámve contusam, illitu tumorum feruores cõpescere; semen verò stomacho multis de causis proficuum, concoctionem iuuare, vaporum sursum eruptionem flatuumque impetum sistere, temperatæque qualitatis alimentum esse, vnde sanguinis seminisque incrementum, ac ne quidem correctum prodesse, ne tantoperè auersentur illud meticulosi isti declamatores: cùm quisque Pharmacopœorum, aut etiam è plebecula quotidianis epulis aut medicamentis correctum misceat, nullo inde percepto nocumento. Plerumque etiam illud saccharatum officinarũ, neutiquam correctum est: nisi putes sacharo, igneq́; : igitur non aceti frigiditate, sed potius seminis siccitate & tenuitate, virus fœtidumque spiritum abstergi putandum.

(marginal note: Consule Diosco.)

Rationis subductio igitur hæc est: Coriandri herbam præsertim succo frigidam esse, adeoq; nonnullis in locis, Arabum testimonio, eius succum epotum exitio esse: quod de Hiulca recentiores etiam exploratum habent: Herba nempè vesca & boni alimenti, succus cuius, hominem necat. Quapropter & sacris ignibus illitus reprimet succus inflammationē, exceptus polenta panis medulla, quam Galenus haud reiiciet, vt qui libello de paratu facilibus, ex antiquis doceat hordei farinam polentam panémve & similia addi solita, non tam quò agant, quàm vt agendorum succorum vires excipiant. Tametsi videntur etiam iuuare digerendo, & siccãdo, vt hordeacea, aut etiã demulcendo, vt medulla. Atque huic responsio eruenda obiectioni de strumis: multa namque sunt non calida, quæ strumas incipientes discutere valent: eóque hic farinam fresæ fabæ addi vult Dios. tum excipiendo medicinam, tum etiã iuuando actionē: Digerit namque faba, cumq́; Coriandri succo mixta moderatè repellit exsiccando: qua etiam vi testium phlegmonibus opitulatur: sicca enim optimè id præstare, modò modicè refrigerent & discutiant, præsertim initiò, Methodus Galenica docet: sic Plantago etiam Dioscoridi, sic capilli Veneris strumas discutiunt.

APIUM Hortense. σέλινον

Germ. Peterfilgen. Gallis. Persil. Ang. Perselt.

MALIM equidem Selinon quasi Lunaticum dictum, ab illo formidando affectu, quem accerseret esu, quàm à palustri solo, vbi non semper nascitur. Ei autem non desunt vires quædam Coriandro analogæ. Siquidem eadē fermè vtrunq; præstat, experimento & Diosc. suffragio: non tamē cùm dicimus analogas, easdē aut similes, intellectũ iri volumus: sed sic loquimur, vt enucleemus istius authoris scitũ solersq; ingeniũ, pauci eloquii & veritatis amicissimũ. Vt quid nõ argutetur nũc criticus ex Galeno, hæc Methodis aduersari, calidũ nempe Apiũ? inflãmationibus oculorũ mederi, æstuanti stomacho amicum mammisq́; turgentibus: & tamē hæc Dioscoridica medicatio, eiusdemq́; intellectio, est Galenicæ Methodi anima, perquàm digna cui nauet quippiam operæ sedulus Senensis: Sicque se expediat, esse præsidia non parum multa, quæ contrariis, aut valde diuersis polle-

ant

ant effectionibus, & tamen eidem medeantut affectui eiusdem incrementi & modi. Id in capitis fracturis atque vulneribus facilè de Galeni Celsique lectione, & medicamentorum collatione discas: quorum hic siccantibus frigidis, ille verò calidis digerentibus, etiamque humectantibus fœliciter vsi fuère: sicq; testium tumoribus violaceum farinis exceptum leguminosis quidam, alij verò Cretensi feruido vino exceptum Cumini pollinem medêtur. Sic hîc nihil mirum Coriandro sicco refrigerante, & paulùm quid astringente partim dissipari, partimq; repelli materiam eiúsq; incrementum, vel Apio calefaciente digerentéq; in halitum per poros laxatos distrahi. Multa cùm sint Apij genera, omnium frequentissimum gratissimúq; cibis est domesticû, eóq; merito tacita coiectura magis quàm certa vlla expressa figura, verum antiquorû putatur. Nam illud perelegans & rarum, quale viruit in hortis superiore anno è montibus allatum, nihil distat, nisi foliorum crispatis oris, argutioribusque & minutioribus incisutis. Istis haud absimiles cæteræ species, viribus tamen efficatiores & medicatæ magis. *Varietates.* CRISPATVM Apium.

Paludapium vocatum satiuo quidem maius, sed ingrati tum saporis, tum odoris, vt si quod Apiû meritò fuerit Chrysippi Dionysijq; consilijs Medicorû, à cibis abdicatû, quia propèsius paroxismum epilepticum excitet, acieiq; obsit: istud palustre sit meritò censendum. Est tamen efficax valde, eóq; Arabibus & Pharmacopœis nonnullis vsitatius in syrupis ad obstructiones, Bisantino & 5. radicum. PALVDAPIVM

OREOSELINVM, *siue Petroselinum.*

OREOSELINVM verò radice est crassa, longa, alba, odorata, acri, aromatica, quàm quà caulem promit, capillamenta quædam in ambitu habet Libanotidis modo. Folia à Venetis reperto Macedonico Petroselino similia & æqualia: caule non procero, sparso: Semen & vmbella non diuersa. Rarius istud, nisi montosis Lugduni, prope Sequanam, & in valle Ostensi Pedemontana.

MACEDONICVM.

A DOMESTICO perparùm distat effigie Venetorum Macedonicum vocatum: Folia consimilia, aut potius Saxifragiæ Pimpinellæ: caulis cubitalis, albicât vmbellæ, semenq; euanidum, pusillum, minus, minorísque energiæ & virium, quàm satiui Apij, multo studio cœptum est coli, quia rarum, nescio an verum.

HIPPOSELINVM, *siue Olusatrum.*

PERQVAM similes Olusatrum & Smyrnum, adeò vt minus circumspectè vtrumque exploranti, alterutrum vtriusuis possit veram delineationem repræsentare: at cui vtraque planta viridis præ oculis, atq; descriptio non item. Magis conspicuæ differentiæ sunt hæ. Istud genus, quod plebecula frequens esitat, præsertim primulùm asparagos dum promit, vocitatq; Macedonicnm vel Alexandrinum, vt Angli, in hortis copiosissimum, vbi radix illi crassior, magis succosa, vesca, & tenerior, quàm suapte sponte nato. Foris color pullus, intus albus, odora, gustu grato, & nonnihil medicato. Caules edit alásve multas statim à radice, & folia Apij palustris, sed maiora, rotundiora, viridantia ex atrore, vel lurida: caulis striatus, bicubitalis, concauus, Apij: vmbellæ, chorymborum instar, pêdulæ visuntur maturitatem assequutæ, onustæ semine copioso, atro, vnde illi Olusatrum, pleno, graui, semisphærica figura, sed paulùm quid vtrinq; retusa in basi, medicato gustu acri, ad Smyrnum accedente. Doctiss. Marcellus & Brassa: ola esse verum Hipposelinum asseruerunt, quod qui respuunt, anili prorsum argumento, non vt veritati, sed suæ potius dignitati consulunt, ne & Leuisticum vulgare abiutent, pro maiore Selino, néve verum Smyrnium, doctiorum omnium iudicio, melius & repertum posterius in Italia, in huius locum sufficiant. Sicque volens vidénsque errores ingeminat, cudit, & tegit Senensis dictatór, infaceto hoc sæculo plaudente. Virgilius Marcellus tibi peruetsus interpres immeritò videtur, quippe hoc *Leuisticum vulgare.*

non est peruertere, si radices foris nigras, intus albas in quopiam non tibi viso codice aut exemplari legit & scripsit. Peruerteret autem, si contrà quàm author innuerit sensum exprimeret, atqui si, vti tu vis, Dioscorides nullibi meminit, igitur nec aduersatur, nec Mathiolus meritò Hipposelinum verum auersatur. Quod tamen vulgus Italorum auidissimè expetit in acetarijs, non secus atque Germanorum, Anglorum & Græcorum, qui etiamnum, vt iam tum tempore Dioscoridis, cum Smyrnio confundunt. Valde familiare olus est, alit bene & præstat eadem quæ Apium, sed efficacius. Sic Angla plebecula Pulegium Origanum, Anagallidem autem Pimpinellam facit. Et Hipposelinum Alexandrinum, Apium vocant. Leuistico aût est semen multùm diuersum, sapor, odor, & tota vmbella: nullus fermè vsus in acetarijs, non enim oleracea est, qualem optat Dioscorides, sed ingratissima & acerrima gustu.

SMYRNVM.

IAM in procinctu fuerit vera Smyrnis cognitio, & cum Hipposelino ac Leuistico distinctio, cui nota sit illa planta multis iam diu Belgię & Gallię hortis enata. Cuius radix cõsimilis Hipposelini, aut Ferulæ: folia pauciora, maiora, crassiora, ima retusiora, summo caule circinatæ rotunditatis: quo quidē traiecta, vt Perfoliata herba dicta, cernuntur, proxime ramicellos amplexa, vmbellis Anethi aut Perfoliatæ donatos. Floribus albicantibus, aut pallentibus, vbi semen fuscum, subrotundum, Raphano minore, Brassicæ par & simile, prorsum Myrrhā spirans, acre. Commentator commentatorum Senensis, morosè nimis, cum in superiori suo, tum in hoc Smyrnio semen Brassicæ exquirendo satagit, lectorem seque intricat suo more. Nam & illic paucis interiectis lineis sibi refragatur, & hîc (quia, vt fermè eius omnia, emendicatam habuit plantulam, radice mancam, vmbellis semineq; chartis fortè appressis, eóq; minus exactæ cognitioni aptis) Brassicę simile semen negat, nec quicquam melius indicat.

LYGVSTICVM.

SI quis Genua itinere terrestri proficiscatur Sauonam, & paulùm ad læuam Austrum maréve versus deflectat, magnam copiam videbit huius Lygustici, inibi propemodum vbi Saliunca visitur oriunda: verū illic, vnde nomen habuit, apud Lygures, quibus nummus fermè Numen est, non solùm hæc, sed etiam plerǫque multò præstantissimę stirpes neglectui habentur. Vniuerso illo tractu maritimo reperitur hæc, cuius semen fuscum, odoratum, Fœniculi fermè, vescum est, multoq; vsui illic mõtium accolis, Mei simile & par vmbellis, è caule Ferulaceo, alis diuiso, folia ferentibus angustiora, Galegæ aut Sileris: radice Panacis, odora.

PASTINACA Domestica.

Ang. Persenippe.
Gall. Pastinades.
Ger. Mozen.

QVIA sponte hæc in agris nascitur, quamq; quælibet paupercula gens pascitur, Pastinaca dicta videtur, quemadmodum etiam Staphylos à radicis rapo Bryonię (quæ σάφυλος etiam vocatur) non ita absimili, appellationem traxisse potuit. Tametsi non esse figura diuersam à satiua Pastinaca, sed viribus duntaxat ignauioribus quàm Syluestris, ex Dioscoridis oratione non liquet: tamen, quia posteritatis consensu, & multo vsu ista recepta est, ideò vt genuinam agnoscere visum est. Similis Sisaro facie, similior tamen Elaphobosco, Syluestri Pastinacæ, siue Baucię officinis dictę, visitur: lutei namq; sunt Bauciæ flores, & radix concolor, & eiusdem saporis.

SYLVESTRIS.

SYLVESTRIS ſimilis eſt tota Carotis,ſeu Dauco,cui Galeni Paſtinacam ſylueſtrem ſuccedaneam faciunt etiamnum Pharmacopœi. Vmbellæ denſæ & ſatis magnæ ſunt:flores candicant. Eaſcatent arui & ſata, minor multò ſuperiore,& radix eundem guſtum, ſed medicatum exhibet: minus tamen cibis expetita.

SISARVM Angl.ſcyrret. Gallis, Ceruys.

NOSTRATE Siſaron retinet cōſpicua veſtigia appellationis & ſimilitudinis Sionis: alioquin ex deſcriptione antiquorum,quibus notiſsimum fuerat, non ſatis notum, niſi hac nomenclaturæ & radicum coniectura: ideo quòd vulgò frequens Norbonenſi agro (non perinde in Italia aut alibi) veſcendi cauſa alitur,legitimum putatur. Sapor illi quàm Paſtinacæ domeſticę gratior,cui facie ſimilis eſt, aut Laueri,quem Paſtinacā aquaticam fecerunt:ſed in radicibus diſcriminis plus: ſunt enim ex vna quaſi radicis baſi pendulæ,bulboſæ,teretes & oblongæ,Oenanthes Aſphodelive modo; quæ quia veſcæ ſunt eſſéntne illæ ab Heſiodo ſtultis exprobratæ,vt quondam ambigeremus fecerunt. Nam Dioſcoridis Aſphodelus non homini, ſed pecori potius, aut ſui alimentum cedat. *Paſtinaca aquatica.* *Heſiodi Aſphodelus.*

BATTADES,Ignames. Ang.Potades.



HVIC Siſaro non parùm accedere videntur radices illæ,quæ inſulis non procul nouo Orbe diſsitis,ſuapte ſponte oriuntur. *POTADES* vernaculè tum indigenæ,tum Hiſpani illic vocant,quibus hæc in patina & Veneris illicia freqēns veniunt:ſinguli bulbi teretes, oblongi,Napum vtrinque obtuſum æquant, color pullus illis foris, albidus intus,ſapor gratus valde & tener, quaſi Milii delicatioris, aut fabę freſæ, cōque guſtu inſulſæ ſunt,niſi condiantur: ſaléque aceto & oleo interdū eduntur, & vino perfunduntur, nonnunquam coctæ prunis. Hiſce congeneres ſunt & perſimiles quæ ab Heſperia,Æthiopia,& Guinea afferuntur,Ignames vocatæ,quales aliquoties eſitauimus: folia vtriſque hederacea & Maluacea audimus.

PASTINACA Marina, an Secacul Arabum?

ERVTAS huius radices in maritimis ſabuletis Norbonę inter Eryngia, dum eſitat plebecula illic Paſtinacā Marinam vocat: ſunt enim prorſum eodem ſapore, nec longè à figura abſunt, nempè longiore radice Paſtinacæ aut Eryngii; caulem ſeſquicubitalem, ferulaceum,ſtriatū,Eringij fundens,quem multæ alæ è geniculis emergentes ambiunt per interualla vtrinque: folia craſſa,mucronata,pinguia,in quo ſummo albicant flores, quædamque rudimenta vmbellarum effigiant: vbi ſemen ſpinulis refertum muticatum & Calcitrapæ, aliquantò Paſtinacæ guſtu, ſed ſalſō.

Baucia,an ELAPHOBOSCVM?

DVAS PASTINACAS Sylueſtres,alteram ex Dioſcoride, alteram ex Arabibus, ſcitè ſtatuunt plebs Pharmacopœorum. Illam Dioſcoridis, vt iam monuimus, pro Dauco ſubſtituunt ex Galeno. Hanc Arabum,quæ diſsimilis eſt(quippe foliis,facie, floribus & caule ſimilima Domeſticæ, ſed radix minor;guſtu tamen magis vegetò & medicato,& paucioribus foliis) BAVCIÆ nomine diſcernunt, quam ſi attentius expendas & cum Elaphoboſco Dioſcoridis conferas, nihil prorſum erit, quod requiras. Monſpellienſium autem pabulum Ceruinum Elaphoboſcum putatum, multum abeſt à veris notis,vt ſuperiùs dictum. *Baucia.*

COSTVS *Spurius Illyricus.*

HVc etiam pertinet noua & perlegans illa, quam quidam vocant hodie Costum Illyricum: folia enim sunt lineamentis Pastinacæ maioris, terram fermè radentia, inque ramulis caulem sesquicubitalem fœniculaceum amplexa: vmbellę summę in cōgerie ramulorum lutei flores sunt: radix pollicem crassa, admodùm amara.

Barbicapra & VLMARIA *Vulgi, an Rhodora Plinij?*

MARGINENSES herbidi, aut prata vmbrosa, vda, lætiora, tēperatiorū regionum Galliæ, Germaniæ, Italię, & Angliæ; vix elegantiorē habent herbam ista, quam recentiores vocant Barbam Caprę, propter ramulos florum fœtura racemosa amictos, in prælongas quasi comantes barbulas effigiatos, aruncos, spirillósque caprarum imitantes: candore niueo, puniceo, roseóve colori intermixto, visu & odoratu periucundo: folia Caryophyllatę, sed situ aut Agrimonię, Vlmi folium admodùm exprimentia, superficie, rugis, & ambitu Agrestis Valerianæ, vnde vernaculum nomen: nam recentiorum est herba, nec enim de antiquis noscitur, nisi pro Rhodora Plinij habeatur, quòd studio hîc relinquimus, nec alibi in aliis excutiemus, vt lectoris exercitationi simul & iudicio id relinquamus.

CENTAVRIVM *Maius Duplex.* κενταύριον τὸ μέγα.
Gallis. Grande Centauree. *Belgis.* Groote Sentorye. *Ang.* Great Centorye.

EFFIGIE & natura abesse Paruum Centauriū à maiore, superius patuit in illius classe. Maioris autem duo genera, foliorum incisura dūtaxat differre vidētur, magis quàm radice, quæ vtrique, cùm maxima, ęquat carpum humanum; colore Pentaphylli, flauo succo, subrussescēte: flos & semē vtriusq; eadē: folia verò ex vno octona, aut septena, non pediculo, vt in alio, sed medio neruo aptata, tarsi aut serratulæ modo, serratis & profundè laciniosa: radices cōsimiles, quæ siccatæ, vtriuis Rhapōtico, falsò eædē olim putabantur. Iam vtrauis nullo discrimine vtuntur sanguinem spuentes & asthmatici: etiamq; matricis sordibus educentibus, vtitur Dodoneus, quem aptius possent hîc erroris insimulare critici, quàm eius Centaurii maioris iconem, vt non legittimam, recusare. Nam illic potuit decipi, Arabas sequutus, qui vires maioris & minoris ferè contrariis confuderunt, hîc neutiquam. Vireta enim Belgica plurimas huius Serratifolii alunt plantas, vsui optimas, & nulla nota à vulgatiore, nisi foliis Iuglandis, discretas. Semen vtrique Cnici simile & par, in capitulo squarroso Iaceæ nigræ maioris: flos purpura albicat. Hoc posterius, Belgicis hortis frequentius: rarius autem Alpinis tractibus, vbi alterum frequentius, etiam spontè.

OTHONNA *Italorum, aut flos Aphricanus, an Lycopersion Galeni?*
Belgicè, Thunis bloemen.

EX Aphrica, Italiæ, Gallię, cunctísque ad septentrionem hortis factus est inquilinus flos hic specior, quàm salubrior: quem idcirco Africanum vocant, vel Thunethanum. Foliorum magnitudine, ortu, positu & serrato ambitu, quadantenus Valerianam syluestrem imitatur: in ramulis sūmis florū calyces, ocellíve Lychnidis maiores, intus flauo miniatóq; rutilant, holoserici ęmula gratia, sed tetro putent comminus odore: semen villosum nigricat, oblongum, compressum: fibrosa & fœtida item radix, non secus atque vniuersa planta venenata non immeritò creditur, vt cuius esu porcis tumeat rostrum & fauces, ac nonnullis, vt audiuimus, exitio fuerit. Cuius potius varietas est, ille duplò maior aureus, & tantò pulchrior flos, quem Itali Othonnā decernunt: horti in deliciis habent ad coronamenta; quia aut minus, aut perparùm tetrū spirat: foliis, aut caule, non diuersis, sed multò maioribus: flores multiplą serie maiores & confertiores cernūtur, aureo fulgore visum oblectantes: calida gustu vtraque videtur, vixque opinionem Othonnæ tuetur, vt diximus in Othonna Monspelliensi.

Varietas.

An VALERIANÆ *nostrates sint Dioscoridis?*
VALERIANA *maior.*
Ger. Gros Baldrian. *Bel.* Speerrcruyt. *Gal.* Valeriane. *Ang.* Setwall.

IMPENDIO

IMPENDIO morosiores sunt, qui nostratem Valerianam maiorem negant esse Phu apud Dioscoridem; nam florum Narcissi collatio, quam vnam isti vellicant in Valeriana, potius autoris incusare diligentiam videtur, vel nimis frequentem illam inuersam, aut peruersam, quantitatis designationem, μακρὰ pro μικρὰ: ἥσσονα pro μείζονα (cuiusmodi in Dioscoride & Theophrasto crebrò obseruatur:) quàm Valerianam improbare, vtpote quæ cæteris indiciis quadret, & plenè respondeat antiquorum Phu facultatibus, quibus multis valet, vnde Valeriana vulgò vocatur. Eius hodie noscuntur quatuor differentiæ. Quæ in hortis vbiq; maior & notior vocatur, caulem emittit bicubitalē, glabrum, concauum, eq́ue geniculis folia prælonga altius sinuata edentē, Erucæ aut Pastinacæ diuisura: flores sunt nō inuenusti, in summis ramulis vmbellatim collecti, purpurantes per initia, odori: radix transuersa, humi immersa, crassa, pollicē æquat, calidiuscula & exsiccans, lotio ciendo efficax, suaue olens Nardum; sed tantillum grauitatis mixtæ prodit; certiore adhuc coniectura esse antiquorum Phu; quam potest quispiam festiuè dictā putare à putore grauíve odore mixto Nardeæ suauitati, quem Phu, siue Phy, aduerbio admirantis & abhorrentis auersarentur subodorati, qui sic appellarunt. PHV.

VALERIANA Syluestris.

SVNT & syluestris in Northmaniæ & Angliç humentibus nascentis, caulis, ortus, & flores Domesticç multum similia: quinetiam radix, suauitas, Valerianam testatur, folia autem in longitudinem pedem & sesquipalmum porrecta, altius incisa, & crenata minutim sunt, Sionis, Laueris, aut Barbæ Capræ ritu, floribus candicantibus, penè Eupathorii Canabini.

VALERIANA MINOR.

ISTA etiam gaudent syluosi riuuli, humentésve tractus, præsertim Septētrionalium, totaque effigie maiorem Valarianam fatetur, minor tamen multò, adque imum folia aliquàmmulta promens, Nasturtii aquatici quadantenus; in medio caule minora habet incisa, superioris Valerianæ similiora, flosculis syluest. Valerianæ, aut Nardi Montanæ radice longiore, geniculata, reptandóque sese propagante.

VALERIANA Peregrina Belgarum, & Herbariorum.

EQVIDEM nescimus nos, nec sciunt fortè qui huic Valerianæ nomen impertierūt, quid hæc habeat Valerianæ præterquàm exiguam cum foliis similitudinem, aut potius cum Astragalo: sunt enim in cauliculis & pullulationibus confertim enascentibus, rectis, folia pennatim gemino stipatu concinna, serie neruo medio hærentia, minutius ac elegantius quàm in Astragalo, exiguis flosculis, multis, cōfertis, viuida cæ ula placentibus, eq́ue medio breuia staminula aurea emittentibus: postq́ue semen æstate media nigrum pusillū in siliquula oblonga, creberrimis filamentis radice donata. hortis Francei, Belgii, & potissimùm Angliç familiaris, ad concinnandas ædes, olfactoriola, & coronamenta.

PHV MINIMVM.



PRÆTER relatas hasce est quædam harum omnium minima, flore & vmbella ex candore purpurascente Thlapsi, & foliorum diuisura tertiæ simili, sed adeò exigua, vt vix minoris adiugæ folia æquent, palmum alta, radix candida, exilis admodùm, & Nardi penè infimis fibris similis, odore tertiæ: interdum montosis locis saxorum commissuris, interdū in segetibus, vt propè Monspellium, adolescit. Nec non sæpe nobis visa & enata in Anglia.




MONTANA Nardus.

DE *Montana* Nardo Anguillarii iudicium & descriptionem sequimur, istaque planta admodùm oblectamur, quam inuenimus tum mõtibus Mindeno cõterminis, tum Veganis arduis accliuibus: natura paruula est, Valerianæ minori persimilis, flore & folio, sed purpurascente, Erucæ diuisura, & Valerianæ maioris: radici bulbi, bini, oblongi subsunt Orchis ritu, è quibus caules sesqnipalmum alti.

PHYTEVMA Norbonensium.

QVASI foret ad amorem ferendamque prolem apta, Phytenma vocata fuit: fortè etiã seminis pertusi occasione, quale etiam copiosum in singulo pericarpio, sed exiguũ Hyosciami par, rotundius tamen, pertusum impressumue foraminulis, visitur hodie in Galloprouinciæ, & Norbonę oliuetis propè Monspellium: vbi studiosis admodùm notum est isto nomine, effigieque Valerianæ minimæ: verùm folia illi in imo inferiora luteolæ sunt, superiora autẽ diuisura & magnitudine pusillę Valerianę: plusculi sunt flores albidi muscosi oleæ: semina pusilla instarq; vnionum rotunda: sed quà paululũ cernuntur compressa, vestigium foraminuli insculptum habentia, inclusa Plinianæ folliculo Rhesedæ, in cauliculis palmaribus & sesquipalmaribus, reptantibus. Radix exigua Valerianæ minimæ. Tametsi non nescimus è tam concisa descriptione nulli fermè integrum esse quodnam Phyteuma, verum sit asserere. Tamen pudentius duximus istud coniectari, quàm vt Mathiolus Campanulam quandam, à Fuschio & Dodoneo iamdiu depictam, intrudere.



PIMPINELLA, aut Bipinella. Ang. Burnet.

ANTIQVIS putãtur indictæ omnes Bipinellæ differẽtię, idq; recens nominis adeptæ à foliorũ binis ordinibus pinnatim, plumatim tarsive effigie digestis: cuiusmodi Filipendulæ sunt perquàm similia sanguisorbæ Bipinellæ, eóque hic recensendæ & distingundæ quodam cognationis & consecutionis filo. Est itaque Bipinella quæ minima, frequentissima ruri & domi notissima, pedem aut cubitum alta, exili radice, exiguis Pentaphylli, sed numerosis & teneribus turionibus, oleraceis multis foliolis, æquis spaciolis Chamedri vel Eufrasię similibus, ambitu crenatis & bini ex aduerso positi: Summis in can libus rotundi flosculorum glomeruli muscosi, interdũ punicei ex candido, interdũ subfului insunt, qui floribus elapsis Adonidis, vel Mori fructũ exprimunt. Poculis gratiã con ciliat sapore & odore aromatico & vinoso, quodammodo Melonis: nec minus in acetariis expetita, ex oleo namque sale & aceto Belgi, Angli, & Galli libenter esitant. Peramica visceribus, Hepati, Cordi, & pręsertim spiritibus, perhibetur: magnę commendationis etiã ad Pestilẽtes morbos, vt cuius succo etiã abigũtur febres exitiales, locis gaudet incultis, aridis & squallidis collibus & marginibus: Astrictoria vi & exsiccante pollet: citra mordacem vellicationem: Eóque internis & externis sanguinis eruptionibus & vlceribus opitulatur: vocaturque Bloetwurtz Germanicè, id est, Sanguinaria vel Sanguisorba.

SANGVISORBA altera, maior, siue Pimpinella.

HÆc tametsi natalibus differt, & plusquam cultu, contrà quàm nonnulli arbitrantur, tamen quanta quanta est, vt maior multò, sic simillima est. Folium interdum Betonicæ par. In alis & caule duum, triúmve pedum alto. Capitulis item ijsdem, sed lõgioribus, rufescentibus, semine anguloso, triangulari: herbidis, montosis lubens oritur, & plurima in Angliç Northamptoniç pratis & pascuis prope Aighor: vtriq; vires eædem, sed hortensi gratior & potior est. Suauem tamen & maiorem vino mersam meminimus illic.

Bipinella Saxifraga vtraq;, an PHELLANDRIVM *Plin.* *Ger.* **Beuernel.**

QVIA Saxifragiæ nomenclatura planè diuersa genera notat herbarum, & perquàm dissita, vulgóq; indita, noluimus ita nominis aura sonóve abripi, vt naturæ vel cognatas classes, vel cognitioni mutuæ accõmodas, facilè diuelleremus: non enim magis hisce cũ Dioscoridis aut Italicis Saxifragijs cõgruit, quàm diureticis Rusco, Poligonato, vel Aspe rago. Harum aũt notissima hircina, nonnullis Bipinella, cuius folio adeò similis exit, & facie, vt eadẽ planè putetur: nec eas sẽper pilis discernere est, vt putat versificatori *Pimpinella habet pilos, Saxifraga non habet villos*: nam eodẽ proximè loci tractu videre meminimus Saxifragam foliorum interna superficie pilosa: nullos tamen in Pimpinella, Sanguisorba, vel hortensi videas. Anne non folijs innatos, sed inter frangendum tractos villos, tenuissimáve & fermè Arachnea stamina, innuit, qualia in Scabiosa animaduertas? In caule rotundo, glabro, cauo, è geniculis, flores in vmbellis, albi, Dauci semẽ, acre, Carui, sed calidius, acrius. Radice multò acriore, albida, Dauci Syluestris. Germaniæ, Belgiæ, Galliæ, Angliçq; in pratis siccis, secus sepes.

MAIOR

In syluis verò tota maior & vmbrosis pratis, sed minus acris feruidáve, quàm minor, & folio longo propius exprimit Apium, quàm Pimpinellam. Creberrimus vsus apud Belgas vtriusq; seminis & radicis calculo frangendo lotióq; proliciendo, vehementior siquidem vtrumque præstat. Proindéq; nulla magis Pliniani Phellandrij opinionem tuetur. Ruta quippe pratensis dicta, & Parisiẽsibus nostris præceptoribus Phellandrium putata, multò minus quadrat, multóq; ignauius præstat id muneris, quàm Hircina isthæc, neutiquam à viroso hircúmq; olenre sic dicta (Dauci namq; Pastinacæ vel Ligustri quiddam, nec insuaue redolet) sed quia illa adulti hirci, eo quo docent Practici modo, sanguis & carnes eximium sint calculosis prçsidium. Etiamq; Ictericis & Hydropicis. Petrifindula verò vocatur etiam eadem prçrogatiua.

DAVCVS *secundus Selinoides.*

VENETI Pharmacopœi quam Matheolus Daucum alterum facit, Saxifragam dicunt, illiq; vires consimiles frequenti experimento asserunt: nihil tamen obstat quin sit Daucus alter Dioscoridis. Folijs namque Coriandri, aut Petroselini Macedonici veri, donatur. Semen illi in vmbellis oblongum, angulosum, Fœniculi modo, Radix aroma olet, suauis gustanti, superneque comata, Mei modo.

VVLGATIVS *Ammi.*

QVIBVSVIS fossarum ripis, nec solùm inter olera sponte Galliæ & Angliæ videas vulgare istud Officinis Ammi Iunio & Iulio, flores pusillos, in summis albicãtes, radiatos, vmbellis Carui gestare: semẽq; Augusto exiguum, pullum, sed nulla aromaticitate, acrimonia pauca, amarore ingrato, & proinde verum Ammi inficiante: caulis sesquipedalis, & bipedalis est, rotundus, in alis folia oblonga, bina, terna, & quina, singulo quasi pediculo, & alia pusilla latius sparsa, Hircinç planè, Saxifragiç, aut Sisari, summas vmbellas obsident: radice Cicutç, albida.

Anisum.	*Daucus niger Theoph. siue Carotta rubra.*
Carum.	*Carotta syl. siue Daucus Officinarum.*
Creticum verum.	*Cerefolium.*

Ammi

Ammi omne. { *Creticum.* / *Gustu Origani.*
Gingidium.
Scandix, pecten Veneris.
Visnaga.
Percepier Anglorum.
Caucalis triplex.
Oenanthe herba.
Filipendula.
Oenanthe siue Filipendula montana.
Oenanthe maxima Cicuta facie.
Cicuta.
Cicutaria.
Myrrhis.
varietas.
Seseli Peloponense, folio Cicutæ.
Seseli Creticum, siue Tordilion.
Siler montanum.
Seseli Pratense Monspel.
Thalietrum, Sophia.
Delphinion.
Melanthium satiuum.
Melanthium syluestre duplex.
Cuminum vulgare.
Æthiopicum.
Syluestre villosis glomerulis.
Cuminum syluestre, siliquosum, duplex.
Nucula syluestris Septentrionalium, an Bunion Diosc. & Bulbocastanum Tralliani?
Peucedani facie pusilla planta, an Pseudo Bunion Diosc?
Heliochryson.
Sideritis altera Diosc.
Sideritis Achillea.
Achillea montana.
Millefolium siue militaris flore { *albo,* / *purpureo,* / *luteo.*
Millefolium aquaticum, Coriandrinis foliis.
Stratiotes Millefolium.
Aquatica Sedi facie, sua reddenda classe.
Tanacetum { *maius.* / *minus.*

Matricaria non est Parthenium.
Absynthium.
Absynthium vulgare non differt specie aut figura à Pontico & Romano.
Absynthij veri duæ duntaxat differentiæ.
Absynthium Sardinium Galatiæ, non Santonicum Galliæ, est Anglorum, Germanorũ, & Gallorum, Absynthium Romanum.
Absynthium Seriphium siue marinum verum, folio & facie Abrotoni fœminæ.
Seriphium Ægyptium.
Seriphium Commentatoris falsum.
Santolina siue semen sanctum officinarum.
Capnos, siue Fumaria.
Fumariæ varietates.
Fumaria lutea, montana, & alba, siue Split Illyrica, an Ætij Phragmites & Fumaria Coridalis Galeni.
Capnos Plinij bulbosa.
Capnos bulbosa caua, & Varietates.
Chelidonium maius.
Aquilegia.
Arthemisia.
Arthemisia tenuifolia.
Arthemisia altera.
Arthemisia marina.
Ambrosia.
Abrotonum mas.
Abrotonum mas Monspelliensium.
Abrotonum peregrinum.
Abrotonum fœmina, Chamæcyparissias.
Cotula fœtida est verum Parthenium, & an Galeni & Pauli Amaracus?
Anthemides, siue Chamæmilla.
Leucanthemis.
Cotula marina.
Buphthalmum.
Heranthemum, Adonis.
Helleborus niger Theoph. folio Ferulaceo.
Pyrethrum vulgare.
Pyrethrum vmbellatum.

ANISVM.

MAGNI fuit olim Anisum antiquis, præsertim Pythagoreis: non modò quia cibi appetentiam reuocaret, vnde Anisũ & Anicetum dictum putant, sed vt verisimilius ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις, remittit & laxat tensiones flatulentas internas, & externas. Et sanè nullum è cæteris flatum emittentibus oleraceis seminibus gratius est ventriculo, minus habet acrimoniæ, aut plus suauitatis, quàm istud semen, quod neutiquam, vt ex Diosc. Galenus arbitratur, 3. gradu hodie gustanti apparet calidũ: nisi quia ruri rarò aut nuspiam apud nos visitur, in hortis verò vbiq; gentium etiam Septentrionalium, vt Germaniæ & Angliæ prouenit, cultu & solo nonnihil deponát caloris.

DAVCAS Cretensis Verus Diosco.

VT naturæ sic appellationis cum Cauclide videtur particeps Daucus, quę etiam Δαυκίον vocatum, à seminis in vmbella quasi furfuraceas verruculas & aspergines ostentantis effigie, à qua & viribus communis noméclatura fuit, diuerso alióqui folio à Daucis est: nam quod primum designat Cretieum vocatum Dioscori. à Selinoide non parum differt, nec tamen id sola Creta fert, quippe Germanicæ Alpes nón modò, sed etiam Genuensium colles, & Geneuentium circa Iuram rupes, hoc Cretico abundant, vnde Lugdunum atque alia ad emporia hodie venum defertur: eóque pluris emitur etiam Venetiis, quia ad Theriacam & similia anthidota efficatius est, quouis alio congenere Dauco, cuius folia exilia, inter Fœniculū & Carottā media sunt, vmbellis cādidis, floribus Anethi, copiosum semen, oblongum, vt Cumini, sed lanugine albidum, gustu acre, odorum, & cuius vsus potissimùm est: vsui etiam radix, quę Pastinacea minor, gustu feruidiore, & odoratior. Huic, quò minus sit Creticū, si quid deest, solum, celúmve erit. Sanè effigie nihil, viribus autē perparū abest. Quo tempore Senensis cōmētabatur istud, Patauinū viretū vnam aut alterā plantā alebat, vnde ille habuit, quod opinionē illi faciebat non nisi in Creta oriri.

VENETI Pharmacopœi quam Mathiolus Daucū alterum facit, Saxifragiam dicunt: illique vires consimiles frequenti experimento afferunt: nihil tamen obstat quin sit Daucus alterū Dioscoridis, foliis namque Coriandri aut Petroselini: semen in vmbellis oblongum, angulosum, Fœniculi modo; radix albicat, aroma olet, suauísque gustanti est, supernéque comat, Mei modo. SAXIFRAgia venetorum. DAVCVS altera.

DAVCVS niger Theophrasti, CAROTTA Vulgaris.

FECIT similitudinis cognatio, quæ Daucis cum Carotis intercedit, vt Theophrastus hanc Daucum nigrum cēnsuerit. Est tamen duplicis à colore radicis differentiæ Carotta: isthæc namque flauet, altera purpureum atrum remittit succum elixa frixáve; cuius vt plurimùm gulæ irritamento apparatam esitat vulgus. Mediæ videtur inter Daucum & Pastinacas naturæ, vtrique congener: neutra tamen diei possunt. His qui Behen album & rubrum augurabantur, suo respondetur loco. Istis nomenclatura indita fuisse videtur, ab illa quam cum Carui similitudine & cognatione sortitę fuerunt. CAROTTA.

CARVI.

CARVI namq; radix, & folia Pastinacæ agrestis similia, vsus, esusque non valde dispar vtrumq; enim olere māditur: semen tamē vegetius & odoratius Carui, præsertim eo qui pratis Ostēsis vallis prouenit, albis floribus & vmbellis, caule pedali & sesquipedali.

Visitatius DAVCVM Officina. inter Caryotam & Pastinacam Syluestr.

NVLLIBI huius dēfit copia Officinis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, quæ istud frequētius Cretici penuria vsurpant, duplumque nonnulli subdunt, freti Galeni sententia: tametsi non parum facultatibus & effigie à Dioscori. Daucis absit: edunt hunc loca tum frigida, tum calida, fragosa, & margines steriliores: è radice lignosiore & minore quàm Carotis; cui multum similis, caule cubitali, foliis latioribus, hirsutis, Coriandrinis, ad Bauciam accedentibus: vmbellis albidis, & semine.

AMMI.

COMPLVRIA Ammi genera, quæ passim vbique hortorū obuia, neque planè displicent, quia Ammi nescitur effigies vera; neque tamen placent, quia multa in semine desiderātur. Quippe ἄμμι appellatio videtur perpusillū quasiq; arenaceū exilitate & colore semen designare, quale Diof. σπερμάτιον seminulúmve dicit, Origanū resipiēs feruidū, exsiccans. At quod passim in hortis visitur foliis Sisari, satis superq; patet è superioribus.

Et rursum illud quod in Patauinis hortis cultum, etiamq; non procul Ageno & Garumna in Aquitania lectum ad huc seruamus: foliis & vmbellis Dauci Cretēsis, semine & radice hortensis Apii, neutiquam illis in Ammi semine viribus expetitis præditum est.

IGITVR quod semen plusculis abhinc annis coeptum fuit deuehi ex Syria, aut Creta Venetias, hortensi Apio par, sed flauo, gustu aromaticum feruidum Origanum præfert

præfert. sæpius satum, non vietum, aut marcidum, delusit nos, & in eam suspicionem coniecit, quam quidam nos monuerat, fieri posse ad Theriacæ Venetæ mysteria, vt quispiã hebræus mango, Cretensiũ & Syriacorũ portuũ Telonarius, decoctione dilutóve semina maceranda merserit: sicque compendii causa cum Pharmacopœis Venetis non parum gratiæ inierit.

GINGIDII species videntur.

MVLTI iam sunt anni cùm industrius Pharmacopœus Martinellus nobis hanc allatã ex Syria asserebat: sed cõtrà, nos esse indigenã plantã memineramus, & biennio pòst magna copia in vinetis & segetibus, inter Pisa syluestria & Caucalides crescentem vidimus: quam si facie & viribus ad Gingidium alludit, tamen ex Diosco & minus accurata descriptione nullus ausit pro Gingidio certò asserere: Planta enim est Caucalidi natalibus & facie eadem, folio tamen longiore & angustiore: illi vmbella candida, semen hirsutum, odore pastinacę syluestris.

CEREFOLIVM.

Cerefoliũ tamen, vt pro Senẽsis cõmẽtatoris Syriaco deserant Medici multi & mulierculæ, nunquam efficient ipsius persuasiones: est enim cibis gratius, efficacius & multò exploratius, quod hinc amotum, quò relegandum censeat ille, peruelimus scire.

VISNAGA. Visnagam verò peregrinam, vt solent pleraq; sibi missa videri, multis Italiæ locis, pręsertim via Pesaro Romam, & Aquitaniæ Ageni, secus Garumnam & Burdegalã vidimus & æquè bene potest congruere descriptioni atque cęteræ: nam de vmbella, nulla mentio in Diosc. Foliis est pastinacæ syluestris tenuioribus, & caule, sed nudo, & minore diuisura prægrandi, adeò & rigida vmbella, vt dentiscalpiis sit apta, flore candido.

SCANDIX.

SI quid coniecturæ captari potest, cuiusmodi planta fuerit Scandix, id sanè ex capitum consequutione stirpiumq; cognatione accipiendum videtur. Descriptio enim non tam ambigua quàm nulla est. Hæc tria serie recensita olera Syluestria; vixdum innotuère vlli, propterea quia incertis & paucis, partim etiam nullis verbis designata sunt. Nam Pecten Veneris, Fumariã gustu, foliis, & vsu repræsentat: vulgus Pharmacopœorum etiam Venetiis, putat & vsurpat. Acrimoniæ verò & amaroris eiusdẽ momenti sunt argumenta, qualia sunt Galeni de Fumariæ acrimonia: quam sententiam meritò docti viri vellicant, & ipsa reclamat res. Sic Chelidonii minoris, Ari & cæparum experimur multò mitiorem acrimoniam, quam illis tribuèrint antiqui.

PECTEN VEneris.

PERCEPIER Anglorum.



QVI Percepier Anglicum probè perspectum habent, harum duarum stirpium vtriuis simile esse sciunt, & neutiquam iisdem viribus secundum: amaror etiam & acrimonia in eo percipitur, & passim valetudinis causa olere manditur: Figura ei Cerefolia nupernati proximi; sed herbula semper est, nusquam Spithamęo adultior, toto anno suapte spontè erumpit, arido & trito solo luxuriat, sine caule, flosculis herbaceis: vehementer & repentè vrinas ciet, muria conditum seruatur: & ex eo aqua stillatitia magno vsu elicitur. Hanc plantam proponimus magis quàm asserimus; quia Herbariis nõ valde notã, nequedũ quod sciamus descriptã. At Anglię tamen Bristoiæ, arbitramur, frequentissimo apud mulierculas vsu receptũ est.

CAVCALIS.

POTVIT dici Caucalis à seminum effigie, quæ vascula oblonga & semisphærica imitantur aut cùm præarida strepitum edũnt hæc semina ventis concussa, vindemiis exactis. Et sanè luxata videtur lectio Dioscoridis, aut quispiam non impetitus videtur oræ

codicis



codicis hæc verba, folijs Apij similibus, adiecisse, quæ postea in contextu Latinum irrepserint: nam nostris Græcis exemplaribus desiderantur, & etiam superuacanea videtur, vti vir magnæ sedulitatis & exercitatæ cognitionis Anguillara annotauit. Eam plantam quam ille Caucalidem autumat, nos iamdiu collectam in præruptis S. Specus vocati, ad Fanū Magdalenę in Prouincia Norbonensi hic appingendam curauimus, & liberum facimus quid cuilibet ea de re videatur. Est hæc caule Fœniculi, & folijs, & diuisura, cubitum alta, vmbella albet, & odorata est, radix vnica, recta, humi pacta, candida, sapore pastinacæ. Verùm hoc magis placent vulgares Caucalides, quia sūt caule, folijs, vmbella & semine hispidis, eòq; magis congruūt verbis Dioscoridis.

Duæ namq; sunt in nostris vinetis & segetibus differētiæ, altera enim candida, folijs minoribus, sed caule procerîore, & hæc Matthioli. Altera purpurescens vmbellis seu floribus, folia habet latiora & crassiora: semē maius. Est istud semē argutū & elegans, nam triquetrā oblongā, & spinulis horridā habet glumā, Glycyrrhizæ quadātenus similē, vestibus mordicus hærēs, ea exuta granum oblongū, Auenæ exenteratæ modo cernitur, haud gustu insuaue: qua quidem satis expressa nota insigniuit Caucalides Diosc. & similibus discreuit. CAVCALIDES *duæ vulgatiores.*

OENANTHE, *flos vitieus aut vinaceus.*

NOMENCLATVRA ista tres designarunt varias stirpes, sed florum decore, odore, & quadantenus colore non dissimiles. Eæ sunt Labrusca, siue sponeanea vitis, & eius cognominis Vitis syluestris, primæ florum eruptiones & germinationes suaue quiddam halātes, cuiusmodi Filipēdulæ, præsertim quibusdam tractibus Linguagotticis & Aquitanicis, radix & flores spirant, sed suauius multò: quam obesæ naris Commentator non respuisset, nec doctiorum sententiam spreuisset, si verba Dioscoridis pressius perpendisset, & locis aridis petrosisque plurimam eruisset: Hic enim in Anglia, vbi libenter vtimur, non procul Bristoia ad Vincentij rupes & cautes deuexas, etiam in Germaniæ aridis, plurima Iunio & Iulio, floribus candidis, exiguis, stellatis, consertis, Brioniæ & Rutæ situ. Semine muscoso, squammoso, rotundo, Pimpinellæ, cui folijs etiam similis, Pastinacęq; syluestris diuisura: caulis cubitum & sesquicubitū altus. Radix non altè infossa, sed latè sparsa & ampla, è pendulis fibris multis pilularum, Cyperi, Pæoniæ fœminę, aut Asphodeli modo: quæ pei bellè quadrant Dioscorideæ effigiei. Nam μέγαλην ῥίζαν, radicem magnam, amplam, tutámq; ex rei cognitione & alijs collatis locis interpretamur: καυλὸν παχὺν, caulem crassum, sanè habet pro altitudine sui, quem palmarem facit: cuiusmodi est hæc nostra, nonnullis glariosis montosis: Demùm κεφαλὰς ἔχουσα πλείονας στρογγύλας, capita plura rotunda habens: cuiusmodi planè hęc sunt. Verùm versio fortè ista calamistrata, & Pliniana imitatione oppidò tuberosa, illusit fortè Commentatori, aut eius Theseo Tridentino, adegitq; vt Aristolochiæ rotundę & adultę, perquàm similem facie radicē astrueret: quę ab Oenanthe tātum distat, quàm Bunium vel Bulbocastanum Tralliani à Filipendula: quod plebecula Gallica, Germanica & Anglica eum monuisset. Illa enim *Fauerottes*, Germani **Erdnuß**: Angli verò *Kipper nuts* vocāt, vtriq; à nuce, castanea vel basilica, sapore & similitudine: neque enim eminet tuberculis, nisi valde vetus, vti Aristolochia rotunda. Et *Kipper nuts* opilionū nucem sonat, quia illis cibo cedit: est enim oleraceus bulbus, edendo totus & gratus, Castaneę sapore: folijs Gingidij, vel Scādicis, vti superius diximus, in pediculis & mollicellis caulibus, teneris & caducis: floribus itē pusillis, albis in vmbella, adeò eidē, vel Pectini Venerei, similibus, vt eiusdē naturæ videatur. Semine Cumino aut Fœniculo minore, odorato. Arua & pinguia vmbrosa amat. In Hollādia, & Anglia plurima, præsertim ad Pagum Cleston propè Bristoiā. *Bulbocastanum*

OENANTHE *vulgaris.*

FIlipendulæ nomen assequutę sunt itidem plantę duę, quæ vt Oenanthes non ita dissimiles, ita hic commodè referendę. Ac si natalia spectes, minimè Oenantē dicas harū duas:

alterum quippe plurimùm ſolo vliginoſo & prateuſi,& tamen Commentatoriſtis nomen inſcripſit Oenanthes,Filipendulæ ademit,quæ præterquàm quòd viribus,etiam natalibus montoſis & ſaxeis,vt diximus,magis quadrabat & recentiorum conſenſu.

Harum quæ minor & veræ Oenanthę ſimilior,radicibus amplis,globulis oblongis,prolixis,filimentis pendulis: turiones promit, imaq; folia Apio hortenſi, teneriuſcula,ſaturè virentia,cubitalem & ſeſquicubitalem caulem,geniculatum,alis folijſq; & vmbellis Aniſi vel Coriandri,flores albidi, puſilli, æſtate in conuallibus herbidis aut verrucis pratenſibus Angliæ:Mõſpellij etiam prope pontem Cellenouæ,Magalonæ inter Narciſſos,atq; Grammuntiam ſyluulam circum,

OENANTHE ſiue Filipendula altera Montana.



RARIOR multò quæ hîc depicta Filipẽdula,nulli dum memorata ſcriptori.In celſium montium verticibus, vt Norbonæ ad Veganiũ,in Dei paradiſo vocato, Caſcari contermino,nobis eruta,radice non æquè fuſa vel ampla aut cirroſa:ſed proxime caulẽ bulboſis,teretibus,lõgiuſculis,æqualibus fermè proceſſibus,modicè protuberanti b',Corrudæ annotinæ partibus: Pęoniæ modo radicata, Caule aſſurgit ſeſquipalmum alto,craſſiore,rotundo,nõnihil ſtriato,& ſulcato,imò medióq; ſui folia alterno ſitu emittente Filipẽdulæ inter & Millefolij, exigua Cornucerui diuiſura:extremum florum,thyrſum album,ſpecioſum amplexa,cuculatis galericulis, crẽbribus,cõfertis, conflatum,in Criſtæ Galli,vel Chynoſorchis, vel Napelli ſpeciem.

OENANTHE Cicutæ facie ſucco viroſo crocante.



NEc quidem admodum nota hæc, niſi Borealibus præſertim Angliæ, erumpit riuulis,lutulentisúe & riguis ripis, vbi Paludapium,cui folijs non abſimilis,vel Ruta pratenſi ſimilior, multo pullulatu, virore tetro, colore & facie Cicutæ. Caules bicubitales ſpargit,è radice in pares Aſphodeli albi bulbos multiplicata, & quaſi brachiata, nullius fibræ vinculo aut interuẽtu(ſecus Mathioli) continuos,teneros· guſtu acres & ingratos, ſucco lacteo primũ,deinde flaueſcente viroſo & exulcerante prægnantes:Vmbella cicutæ:cui affinem autumant,qui maleficio parẽ expertos ſe aſſerũt. Vſos namq; in acetarijs nihil factum fuiſſe propius quàm vt interirent,aiunt: alios,qui eſitaſſent, vertigine tenebricoſa palantes,nutantes, attonitos,inq; gyrum verſantes ſe vidiſſe.Et certè tam non eſt Oenãthe,quã ab ea diſtat Ruta pratenſis aut Cicuta. Ijs igitur & quibus ægrè lotiũ it, ſecundinæúe cunctantur,ſuadente Senenſi, dato,& Themiſo non Medicus audies:tantominus epilepticis, analepticis,atq; vertiginoſis propinabis,quos tamen eximia quadã prerogatiua magnoperè iuuant Filipenduli radices,qua calculũ è renibus,muceũ è veſica diſſipare atq; excludere mulierculis,ne dũ nobis,creberrimis compertum experimẽtis.

Cicuta,Cicutaria Myrrhis.

Ang. Hemblocke. *Ger.* Schirling. *Bel.* Dulle kernel. *Gal.* Cigue.

CICVTA qua flagrauit olim infamia viq; perneeabili,fuit ſemper notiſſima, κώνειον à Græcis vocata κατὰ τὸ κωνᾶν,à circumuertendo,ſiue gyrando ea potos, qui correpti vertigine tenebricoſa humi prolabebantur. Omnium regionum hæc indigena eſt, figura

Cere-

Cerefolii,siue Pastinacę syl. aut Myrrhidis,& figura adeò cognata Cicutarię vt indiscreta penè similitudo,necis occasio fuerit nónullis,qui esitarāt, etiā nostra memoria: radice etenim simili, alba,breuiore,crassiore,caua superius,quā caulē alit,qui planè ferulaceus, quatuor aut sex pedes procerus est,cauus: dēsē admodùm geniculatus & maculosus interdum,vmbellis dēsis,flosculis minutioribus,& anguloso Anisi semine: odore quàm quauis alia nota,discernitur à Myrrhide: tum parua, quę Cicutaria non fœtens vocatur: tum ab odora Myrrhide vera,& saluberrima. CICVTARIA.

CICVTARIA FATVA qua minus Fœtida.

NE quēquam fallat,quia nō se prodit odore hęc,aduertendus eius color,qui atrior aliquātò,nec maculosus est,nec adeò putorē halātibus scrobibus,vmbrosis,vdis exit, sed ad margines & sepes paulò editiores & ficciores: alioqui nō minor copia secus vrbiū aggeres & valliū sepes visitur. Equidē noxia & inuisa olitoribus & hortis, vbi spontè,viridiorq; & nitidior,prę sertim minus feruidis,Petroselino propior & cōcolor,& minor tamen vera Cicuta. *Varietas.*


Germ. Wilder Korffel *MYRRHIS. Gal.* Persil Dasne. *Bel.* wilde Keruel.

ODORATAM hanc,siue Salubrē & esculentā posfit quis vocare Cicutā,quam *Myrrhidē*, siue Myrrham, propter suaueolentiam, quiddā Myrrhę resipientē, dixerūt. Nec hæc perinde freqēns, vt superiores,aut procera occurrit,sed rarior, & in pratis,vel germinosis marginibus: etiam olitoribus ad vescendum in Belgio multa colitur: & esitatur in iusculis Cerefolii vice, cuius nomen apud Germanos asciuit, vocant enim wilde Keruel, id est,syluestre Cerefolium,quod odore saporísque iucunditate imitatur, etiamque facultatibus diureticis: facie verò est Cicutæ, albicātibus ramis & foliis, tenella hirsutie, Pastinacā satiuā,aut agrestem referente: radix prægrandis,altè depacta,prolixa, nec facilè auellenda,Ferulę aut Pastinacæ esculentæ,quam sapore & odore,sed magis medicato,& ad Smyrniū accedente, repræsentat: semen admodùm longum Cerefolii,duplò maius, striatum,angulosum,fuscum,odorum. Hæc etiam Myrrhis Pliniana videtur: foliis Cicutæ minutioribus,caule breui,rotundo,saporis & odoris iucundi: quam otta confusione à Geranio odoro,Myrrhidē Romani perperā faciebant: vndequispiam Scandicē vulgarem oleraceam meritò suspicetur, aut illius aliquam speciē: nam Syriacam Scādicem valde variam prodire certū est,& Adagio cōstat. Varia enim olera in Syria ali dictitabat plebs olim. *Flosculis vmbellis non diuersis.* *Myrrhis Pli.*

MYRRHIS Altera.

CICVTARIÆ odore,siue *Myrrhidis*,affinis ea admodū est,foliis & ramosis vmbellis minoribus,delicatioribus tamen,& semine oblongo,Dauci Cretici,exiliore,nō hirsuto, nec ita absimili sapore: è Geneuæ & Saleuæ viciniis mōtibus: peritus iuxta ac amicus medicus Pennius Anglus Londini ferendam curauit, nobísque impertiuit.

SESELI Peloponnense, Folio Cicutæ.



AD montem Lupi & iuxta ędes Sacrificuli, in decliuibus salebrosis Insulæ montis Cęti,quā mare se pandit,est plāta quidem copiosa, sed nō vbiq; obuia,cuius radix magna,intus alba,foris nigricans,recta & altè porrecta, Ferulæ Thapsięve modo,odorata,& aliquantùm acris. Caulis digitum æquat crassitie, sesquicubitū altus, ferulaceus,à quo promuntur alæ turionésve cōplures in ambitum sparsi, vbi folia multa,Cicutæ magnitudine,sed incurua, pilosa & crispa rugataq;. Vmbellę multę Anethi luteę sunt: semē latū folliaceum, compressum,Angelicæ figura & magnitudine,sed multò minus grauius: color illi ex pallore flauescit: odor suauissimus,Æthiopici adeò similis,vt statim odoratu,cùm primùm vidissemus,Pelopōnense coniectarimus. Et coniectu-

ram certiore exploratione notarum & virinm præceptores Monspellienses fulciernnt, vt nullus illic ambigat de eius assertione; cùm tamen anteà nonnulli Thapsiæ speciem suspicati fuerint. Verùm Thapsia, quæ vernat multa in Aquitania Vasconum, multò ab hac diuersa, colore & vultu.

SESELI *Creticum, Tordilion*.

PASSIM in segetibus Norbonæ secusque vias occurrit surculosa, hirsuta, rigida, aspera planta, folio rotundiore, Cerefolii, vmbellis albidis purpureis, paruis: quibus succedunt semina copiosa, circinnata, quasi toreumatis elaborata, vnde fortè nomen peculiare fuit, orbiculata, compressa, atque geminis valuulis, vt Ferulæ semen, conflata, clypeoli speciem referentia, gustu Myrrhidis. Numnã hęc sit illa, qua se deceptũ Cõmentator conqueritur, cùm ille scribere aut nolit, aut non ausus sit, ambigimus: voluimus tamen hanc non ignobilem plantam studiosis notam esse, vt horum iudicia ad collationes accurratiores excitaremus: ne deinceps fastui commentatoris, qui innumeras propemodum, aut non nouit, aut perperam prodidit, aut silentio abdidit, assuescere discant; luculento enim detrimẽto eius ignauia, aut ambitio Tyronibus fore certum est, quemadmodùm & nobis multos annos per initia nimium credulis, fuisse meminimus & dolemus: non tamen illi insultamus, quin potius veniam damus, si docere non potuit quod nescierat: liberéq; profitemur, nos dehinc non modò non liberius quicquam animaduersuros in istis pannosis centonibus & commẽtationum aduersariis, sed potius si minus de re herbaria bene meruit, & melius voluit, gratiã habituros, & melius in posterũ bonas horas colocaturos: potius, vt certa prodamus, quàm vt incerta, ambigua, ambitiosẽ emendicata munera, furta, versuras, censuras, iurgia, simultates, obtrectationes, conquestiones, Apologias, Apomaxeis & recantationes, retegamus.

SILER MONTANVM *Officinarum*.

GENVINIS plantis Seseli cognitioni priscæ restitntis, in promptu est nosse, aliud ab istis esse Siler montanũ officinarum, siue Siseleos, quẽ retinuerunt bono quidem consilio, qui Neotericis ansam errandi dederunt, atque sanciendi nihil aliud esse Siler, seu Siseleos vulgò dictũ, quàm Dioscoridis Massiliense Seseli: bono inquam consilio vsi sunt. Est quippe planta multò maioris acredinis & efficacitatis quàm vllum Seseli, eóq; menstruis ciendis valdequàm commendatum. Duûm est cubitorum ferulaceus caulis: radix odorata Ligustici, folia terna, nõ modò fœniculo, vt Massiliensi Seseli maiora, sed vel Peucedano latiora, ac paulò minus Ligusticum, vel Coronarium Rosmarinum æquantia, mollia: vmbellę pręgrandes Angelicæ: quibus semẽ foliaceũ, longius Cumino, colore pallido, quod gustu etiam saccharo conditum, acrius quàm Æthiopicum est: tantò magis, quàm Massiliense, cui acrimonia pręfert Dioscorides Æthiopicum.

PRATENSE SESELI *Monspelliensium*.

STVDIOSI Lutetiani & Monspel. plantã illam quæ in pratis frequentior occurrit, Saxifragię tenuifolię similis, vocãt Pratẽse, Seseli. Radix illi Dauci, vel Peucedani: foris nigra, odora, caulis bicubitalis, folia Sileri montano minora, angustiora, rigidiora: vmbella candida: semẽ Mei, nigrius & maius quàm fœniculi, omniũ Seseliũ minimẽ odoratũ, eóq; perparum acre, ideoque putabant olim quidam Monspel. esse Massiliense seseli Dioscor. Anglorum verò Pratensis saxifragia, ne cui similitudine imponat, huic quidẽ similis, sed tamen & diuersa, vt monuimus suo loco.

Siue Sophia Chirurgorum THALICTRVM *Dioscoridis*.

TAMETSI industrii quidã Thalictrũ Dio. eã esse Pratensem, quam Rutã fœtidã, siue luteã Saxifragiã Pratẽsem, nobis cõmodiore loco redditũ opinẽtur, tamẽ illa magnę cõmẽdationis

dationis & meriti vulneraria Sophia vocata,apud Septentrionales pręſertim,cùm propter figuram,tum vel potiſſimùm propter eximias ſanandi claudendiq́; vlcera antiquata & maligna,vires,aptius forſan Thalitro conſerretur, & eadem tuto aſſereretur. Quæ quidem in admodùm ſuccincta, nec ſatis diſtincta,foret Dioſc.deſcriptio. Eſt enim Coriandrinis ramulis,folijs,& inciſuris,ſed tenuioribus folijs, albicãtibus,Abrotano non abſimilibus,virgultis ſeſquicubitalibus,gracilibus,rotundis,rectis,lignoſis, pallidulos vel luteos floſculos,Erucæ vel Synapi ſylueſtris,nec ſiliquas diſſimiles,ſed exiliores edentibus:Semẽ exile, rubellum,claudentes:multa in parietinis & arcis propè vrbes Galliæ,Normaniæ, Belgiæ, & Angliæ: ſed rarior calidioribus ad meridiem.Hac pollicentur Carboniuori Paracelſiſtæ nullum non vlcus ſe percuraturos,cuius curationis cognitionem,nõ item fatuam promittendi fiduciam,didicerunt à Chirurgis practicis, qui ætate Guidonis & Petri Argelatæ vixerunt. Cæterùm,quod ſæpius inuiti monuimus,hic etiam inculcãdum rurſum eſt:apud Dioſcoridem collationum plerumq; exceſſus non de plãta, quæ deſcribitur, ſed in ea cui confertur accipiẽdos: vt hic,Coriandrum pinguiore folio eſſe:& ſuperius aliquot retrò capitibus in Cotyledone ſecundo,prioris Cotyledonis folia latiora,non anguſtiora : ſic in proximocapite de Verbaſco,ſic capite de Enula, & alibi frequens.

An Conſolida Regia,ſiue Calcaris flore recentior,ſit DELPHINIVM, *vel Soſandrum Dioſc?*

Ger Kitterſporn
Ang. Larckes claw.
Gall. Pied d'Alouette.

QVAMVIS nuſpiam vlla mentio Delphinij apud claſſicos authores extet,tamen non illicò neceſſe eſt hanc Dioſcoridis codici irrepſiſſe. Fieri namque poteſt, vt iſta appellatio,quam foliorum (aut potius florum cuculla infundibuli) ſimilitudo plantæ inuenit, autore Dioſc.indita etiã fuerit Sylueſtri Cumino,ſicq́; duo pluráve nomina à diuerſis ſcriptoribus accommodata fuerint propter varias facultates: quod idem non parum multis alijs contigit plãtis, vt diuerſa deſignẽtur voce à nimium communi totius Cumini ſpeciei: ſiquidem indicio ſunt,non modò notæ ſatis perſpicuæ, quæ deſcriptioni quadrant,ſed etiam virium,quæ vtrinq; ſimiles prodũtur,nempè aduerſus venena & alia incommoda:quæ dotes in Calcari equitis nondum plenè compertæ,in Anthora Arabum & recentiorum exploratiſſimæ ſunt: vtriuſq; hîc mentionem facimus, vt iſta expẽſione iudicium excitemus ſtudioſorum. Eſt enim Calcaria folijs minutim profundéq; inciſis,exilibus,longis,viridantibus,confertim,quaſi ex interuallis,naſcẽtibus,vt in equitis calcari. Flores item purpurei, corniculis repandi,in morem Napelli diſpoſiti. Hæ itaq; duę,duas Delphinij delineationes explere poſſunt: quarum Calcar in ſegetibus frequens, Anthora verò non niſi aſperis mõtoſis,nec tamen inibi frequens obuia. Prope Geneuam & ad Allobrogum Delphinẽſium Alpes multa.

MELANTHIVM, ſiue Nigella.

Ger. Schwartz kumich vnd ſchwartz kimmel
Bel. Nardus ſaet.
Gall. Nielle.

MELANTHIVM genuinum eiúſq; quatuor differentiæ, Dioſc.concinniore quàm ſolitus eſt deſcriptione,perquàm notæ ſunt. Priori & potiori Nigellæ dictę officinis,atq; alteri,quę à Citreo ſeminis colore,Nigella Citrina nuncupatur(ſi colorem exceperis)idem odor,ſapor,vis,vſus. Folia, capitula membranulis intercurſantibus diſcepta. Flores purpurei,pallentes,ſemen multum,pingue,odorum,oleóq; efficaciſſimo reddendo aptum,quo puerperæ mulierculæ excludendo partui atq; ſympthomati iſterico propellendo multum vtuntur. Vocitãtq; vulgi perſuaſione Nardinum: nempe odoris ſuauitate & efficacia haud diſpari. Iſtud oleum prælis expreſſum,nigro ſed lympido colore, pauca quãtitate hauſtũ, ſplenis tumores duritiéſq; demolitur: ſicq; foris illitum. Citrina ex Syria alijſque Orientis Emporijs aduecta nigella Itali multum vtuntur, etiamq́; in condimenta, in placentas ſynapiq́; addunt. Anglis iam & item Germanis hortis copioſior quàm Italicis: vbi quæ odore cæteris excellit, Romana quodam nominis eulogio vocitatur: nam alioquin Romæ vel in hortis pauca.

Citrina.

SYLVESTRE duplex.

QVÆ VERO INTER SEGETES NORBONÆ PASSIM ORITVR Sylueſtris ab Hortenſi nihil niſi exilioribus folijs & odoris præſtantia diſcrepat,acrimoniaque vincitur, ſed Capitula & flores in ſolo natiuo aliquantum maiora ſunt . Secunda autem ſylueſtris , quam in Normano agro inter Druidum & Carnutum

Sylueſtris altera

legitimus: capitula mucronibus in ambitum repandis retróve flexis, cuiusmodi in Lycoctono aut Aquilegia fert. Spernuntur tamẽ vtriusq; femina, quia & meliorũ copia suppetat.

κύμινον ἥμερον. CVMINVM.

Ger. Kimmel. *Gall.* Comin.

TAmtæ feracitatis est inter oleracea Cuminum, vt etiam maledictis satum vberrimũ luxuriet, vnde Cuminum quis, quasi prægnans, à κύω verbo manasse putet: nec sponte tamen apud nos oritur istud vulgatius, quod quidem aliquantum diuersum diuersis è locis Syriæ, Ciliciæ, & Greciæ allatum obseruatur. Quod enim albicat, hirsutumq́; est semen, præstantius habetur, ac idem cum eo quod neutiquam hirsutum est, apud nos seri & virere solitũ. Nec item putandum discrimen aliud fuisse Æthiopici Gallatiive, quàm loci prærogatiua: visusque est Hippocrates satiuũ istud albicans hirsutúmq;, Basilicum, seu Æthiopicum statuisse. Nec enim argumenti vllam vmbram habent Patauini quidam herbarij, cùm alius generis semẽ pro Æthiopico Cymini ostentant, pusillum enim valdè est, acerosum, euanidum, viribus multum & odore ab communi deficiens.


Æthiopicum Basilicum.

SYLVESTRE *Cumini Diosc.*




SPeciem præ se ferunt vtriusque Syluestris duæ plantæ, quæ locis glareosis prope Aquas Sextias Galloprouinciæ vbertim crescunt: cuius stirpes aliquot & semen serendum nobis Monspelliũ misit Iacobus Reinandus industrius Pharmacopœus Massiliensis, & indidem in hortos quosdam Italiæ translatũ fuit, vbi rarissimũ à paucis colitur. Prima foliola Gingidij vel syluestris Pastinacæ modo diuisa sunt, radix albicat, parua, cauliculi inflexi, exiles, Scandicis, seu Pectinis Venerei modo, sed albidis, rotundis, villosisq́ue glomerulis, globulos Arction imitantibus, vt perquàm scitè Dioscorid. notauit, tenera papposáve lanugine cinctos, in sphærulam densam, magnitudine Pimpinellæ, Platani modo Globulariæve Monspelliensibus dictæ. Semen dentis Leonis vel Platani, sed multò minus.

ALTERVM *Diosc. Siliquosum.*



ALteri verò Syluestri duæ sunt plantæ, quæ effigie sic satis & peræquè congruere videantur. Ea namque quæ minus cognita, exigua & pulchra, nõ procul Aquis sextijs oriunda, compluria gerit cornicula, siliquosa, adũca, Scorpiodes dictæ modo, sed crassiora, semine intus præsepiolis distincto, colore flauo, oblongo: cauliculi graciles, teneriusculi, & folia parua, Carui aut Scandicis. Pectini Venerei Fumariæué incisuris, profundis: exigua radix, lutei flores Maio mense, Chelidonij maior aut Erucæ, sed minore.

Et



ET eidē ijsdemque natalibus filiquosa perquàm similis sociatur altera hęc, nec nisi folio tenuiore, augustiore, Seseli Massiliensis diuisura, & ad imũ radicis albidæ Cerefolij plurimùm nascente distat, cauliculis fermè glabris, siliquaque maiore, semine inibi contento, Galegæ, subfuluo.

REGIA verò consolida alibi dicta, Cumini folijs, floribus purpureis & interdum candidis, speciosis, coronarijs, Calcaris antiqui in speciem, è quibus cornicula oblonga, recta promũtur, semine Nigellæ nigro, adeò hortis mulierculisq; familiaris est, vt minimè notionis dilucidioris egeat: hasce itaq;, ceu veras, nõ mutis picturis, sed verbis voluimus subdere, vt cuiq; quod visum sit de illis statuat. Cùm enim Cumini satiui sapore odoréve gratu non polleat, nedum vt id superet, dubium est vllàne sit Syluestre Cuminum. Alteri nam lutei flores insunt, & semina Melanthij desunt. Sola horum Regia, quam proinde herbam calcariam, Delphinium inferius dicendum, Cõsolida vocata, videtur adhuc Cumini sylvestris coniecturam posse fouere: tametsi vsus medicamentis aut cibis vel nullus, vel incertus.

NVCVLA terrestris Septentrionalium, an sit Bunion Diosc. & Bulbocastanum Tralliani?

Bel. Eerd notten. *Sabaudis.* Fauerottes. *Ang.* *Kipper nutz.*

VBI superius distinximus Bunion à Buniade, maluimus præ cunctis alijs hanc Bunium Diosco. asserere, vt cuius nomenclario reliquam Dioscoridis descriptionem expendenti, videatur à similitudine radicis bulbosæ Buniadis, siue Napi, appellata, & vsu, quia similiter vt illa editur à plebecula: vnde fortè Trallianus Bulbocastanum, quasi castaneã Bulbosam vocauit: alioqui nimis tota facies à Buniade dissidet: Anethi enim est comis, folijs imis, aliquanto latioribus, ad Coriandrum accedentibus: floribus in vmbellis Anethi, sed albis. Semine Anisi minore: Radice rotunda, Cyclaminis, Castaneam æquante, fusca foris, intus alba, gustu Sisari.

PEVCEDANI facie pusilla planta, an PSEVDOBVNION Diosc?



NEC non concinnè huc quadrat pusilla illa palmaris plãta, Peucedani facie folijsq;, sed breuioribus & ad Fœniculum tortuosum Neseli Massiliense accedentibus, ramulis intortis latius, in alas sparsis, cõcoloribus: vmbella exigua, candida, Anethi semine, Anisi breuiore, exiliore, gustu grato, aliquantùm acri: radice crassiore, comosa supernè, gustu Oreoselini, non lõga, parui napi, crassiore quàm pro sui paruitate, cibo idonea: Qualẽ Bristoiæ in Anglia, ad rupem Vincentij, nobis primùm magna copia repertam, & icone damus.

Ἑλιόχρυσον vel ἡλιόχρυσον *sileris flos Chrysanthemum.*

HELIOCHRYSO eximium aurei floris decus,coronamentis,vt Theophrastus innuit,addi solitum,adq; ue radiorum Solis repercussum, coruscam lucem & vegetam intuētibus vibrantes,corymbi nomenclaturam speciosam reliquerunt,nobisque signarunt certissima illius cognoscendi indicia,qualia in illo vulgato cernuntur,vmbellæ Corymbaceę multis è bullis extantibus circinatæ,& aureo aspectu micantes,Tanaceti & Agerati diuturnam colo ris gratiam tutantes: in rectis virgis,gracilibus,viridātibus,pedem & cubitum altis,duris alis & folijs per interualla Abrotani,vel tenuifoliç Arthemisię:exili & lignosa radice,Niceç ad Thyrrenum mare,Genuæ Lygusticæ,& in Galloprouincia asperis,macilentis conuallibus,& desertis incultis,fruticat:pollet multum ad podagras & vlcera maligna, humorum impetum illuc incitum & ruentem reprimendo,lotium deriuando,& saburram vehementius impellendo:& eadem fermè quæ Millefolium promittit.

SIDERITIS altera Diosc. an nostras Sanguisorba Bipinella.

APennatis pediculis & folijs quadantenus Filicis,nostram esse dictam Pimpinellam,vel Etymon plebeium testis locuples est. Esse verò vulneribus valde accommodam,nullus non nouit,qui audit vocatam esse Sanguisorba:cuius cunctas partes si Dioscoridis conferas descriptioni,nihil planè deesse,nihilúe superesse facilè intelligas:quin qui nobiscum sentiunt & faciunt doctiores, narrant etiamnum in Chio insula Sideritidem vernaculo adhuc superstite dici.Sanè folia incisura prolixóq; neruo,modo,situ,vtrinq; pinnata,Filicē fatentur. Deinde in ramulis gracilibus & longioribus,tenuibus viticulis sphæricos glomerulos, supernè cacumine asperiore capitatos gestanti,vbi clausum est semen:omnia demū suffragantur,& nobis inuitis Senensem præcipitis inscitiæ specimen dedisse clamant: vbi carpebat quosdam,qui Pimpinellam hanc 3.Sideritidem autumabant.Nam folijs,inquit,Coriandri.Atqui nullum tam inscium putamus,quin facilè videat,cum tertia nihil prorsum,sed cum secunda penitus quadrare Pimpinellam:quam prestitit retinere,illámq; nec descriptā,neq; capitatam,forte,neq; notam,magis spectandam,quàm percipiendam,proponere.

SIDERITIS Robertiana.


CRATEVÆ Herculea est nostras Robertiana notissima & vulneribus sanguinísque eruptionibus nōn solùm,verùm etiam vlceribus,adeóque potionibus vulnerarijs certissimi præsidij exploratione merita nomen hirsutæ Sideritis: folijs Coriandrinis,qualem Geranijs recentiorum asscripsimus, est.

SIDERITIS ACHILLEA, lutea, odora, Alba purpurea eadem.

HVIC Sideritidi laudatus Chirurgus Achilles,Chironis discipulus, nomen famamque dedit,vt qua Telephij vulnera medicatus fuisse creditus sit: Ac quò citius quiuis nosse queat vel ab intuitu solo(quàm in Recentiorum vel intempestiuas, vel salebrosas, vel confusissimas pedicas impingat)quid distet Achillea hæc Sideritis à Militari (rectius quàm à Plinio millefoliū)vocata,sic discernat:Achillea hæc multò procerioribus est scapis,numerosioribus,pedem & cubitum altis,& folijs tenuioribus,magisq; ac profundius incisis, Arthemisiæ tenuifoliæ similitudine,muscaria congesta, gerentibus, pusillis flosculis, densè numerosis,& quàm Militaris maioribus,albidis,odorem medicatum spirantia,Arthemisiæ vel Matricariæ,cui etiam similis est,in æstatem duratura: radice fibrosa,lignosa: tota odore & sapore Matricariæ, vel non fœtentis cotulæ,sed minus amaro.Solum in aruo edito amat pingue & lætum:cuiusmodi in Italiæ Romano & Tusco agro, & non procul Riuoli, Pedemontis.Et passim etiam Galliæ Lugdunensis ac Allobrogum.

ACHILLEA Montana, Arthemisia tenuifolia facie.

PER-



PERELEGANS est,& parum frequens hæc, nisi celsioribus Calcaris & horti Dei, montium Norbonensium iugis: vbi Iulio & Augusto. Vmbellis aureis *Millefolii*,& quadantenus Ptarmicam nostram præferentibus lucet, è sparsis multis caulibus,pedalibus,gracilibus. Folia quàm superioris tenuiora,habitiora, succulentiora, viridioraque, Cotulæ odoratæ: radice pusilla Senecronis, Tanaceti, aut Abrotani: oblongo semine.

MILITARIS terrestris, & Militaris aquatica dignotio

MILLEFOLIVM militare duplex proponitur ex confusa vel ancipiti descriptione; nempe Filici-folium terrestre vnum; alterum aquaticum, & Cumini syluestris folio; duabus forte plantis, vnam in descriptionem congestis. Vtramque seorsim damus: postremò aliud palustre fœniculi folium, vnde nomen factum.

HAVD dispar huius *Militaris* terrestris *Achilleæ* facultas, vti neque facies; verùm, nomen si non vtraque ex æquo merita est; sanè magis debetur Millefolio, quàm huic Sideritidi: quippe, illo vlcera vetusta & fistulosa, sinuosáve, eximia quadam dote percurari, testatur Dioscoridis: quare isto videtur vsus *Achilles*, & postea fortè similitudinè deceptus populus, nomenclatura est abusus, aut potius vsu suadente: magnoperè namque iuuat vlcera, aut fistulas, nedum vulnera istud Millefolium, tum oleo, tum contuso. Plebeium istum consensum, & meritò sanè, est sequutus *Plinius*, quem immeritò lapsus insimulant istæ dentatæ censuræ nostræ ætatis:

MILITARIS, siue Millefolium, flore albo, purpureo, & luteo:

Germa. Garben. *Gallis.* Millefueille. *Ang.* Yarrowe, nose blede.

FREQVENTIOR multò & nusquam non occurrit, tum terrestris, tum aquatica Stratiotes, seu *Militaris*; sic dicta, quia militibus vulnere sauciatis erebrò & consueto iumento siue ferrumini esset; veluti Sideritis Achillea, cui tanoperè sunt affines(præsertim terrestris Stratiotes) figura & effectu, vt cum *Plinio* vtranuis recentiores quidam pro vtralibet acceperint: adeò vt si illas non cognitas habuissemus, illis etiam ipsi nos subscripturi eramus: verùm è rebus ipsis facilè discrimen perceptu: Terrestris namque Stratiotes paruior est, surculis rectis: foliis verò alatis pennatisve, Filicem inter atq; Filipendulam: sed minoribus multò & quàm Achilleę breuioribus: Vmbellæ ex disparibus ortu surculis gracilibus circinnantur atq; constantur, plurimùm & passim pratorum & aruorum marginibus, candidæ: sed præter hasce etiam purpurascentes, & luteo aspectu micantes vmbellæ Norbonæ in montosis, squallidis, editis, sed æstuosis inuenimus, & ad Magdalenæ saxeum specum Prouinciæ Galliæ, & Italiæ Genuensis asperis, vbi eineteo colore, & lanugine pubet tota. *Varietates.* PVRPVRAscens, *Luteis floribus*

MILLEFOLIVM AQVATICVM alterum Coriandrifolium.

QVandoquidem hæc mutila aut deprauata visa fuit lectio nobis, post multam perpensionem, animum aduertimus hanc repetitam foliorum Millefolii cũ Cumino sylueſtri

colla-

collationem, aptius nulli quadrare posse quàm illi Millefolio in aquis nascente, eiusdem cum isto speciei & facie, cuius folia quàmplurima à media ad imum scitè exprimunt Cuminum syluestre, aut Coriandrum: superiora verò sunt Feniculi, sed tenuiora, delicatiora, molliora, vti aptè etiam quædam habet lectio: non amaraci (vt falsò legunt) sed Maratri: reliqua minora, sed similia supernè floribus Millefolii: vnde perspicua supina Commentatoris somnolentia, dū vsque & vsque carpit hunc & illum, ipse carpendus & ridendus magis, qui non videat hanc neutiquam foliis esse Semperuiuo maioribus, magisque refrigerantibus, sed potius Cumini syluę. Coriādri, & *Maratri*, qualem ipsus Senensis bellè pinxit. Vmbella etiam huius est Millefolii, aut syluestris Cumini, cui hic Diosc. confert, post satiuum fuit Mathiolo expendenda: vbi etiamnum animi pendemus nos, si non est luxata orationis series

MIRIOPHYLLON.

STRATIOTES, siue Militaris Aizoides, inter Aizoon species reddenda fuit Dioscoridis.

ENIM verò si huic sunt folia Sēperuiuo similia, sed maiora, noměnq; eidem inditū sit, quia incubet aquis, Diosc. interprete, & innatando latiore sessiliq; basi suas occulat radices subtus, vel, vt verisimilius, propter facultatem vulnerariam, militi necessariam & notā, (nam alioqui effigie, imò omnibus notis, dissidere videntur: nisi quis hariolet ur militarem, quia sine radice, quasi sine lare & re, vt miles, victitet vitam incertam & fluctuantem) sanè nequaquam illa Commentatoris erit Stratiotes. Sed diuersa facie à Millefoliis potius vera fuerit illa, quę multis fluentis pigrè & fermè stagnantibus riuulis in Belgio nō procul Antuerpia & ad Lisam flumen prouenit, Semperuiui maioris figura, maioribus multò foliis, mucronatis, angustis, Lanceolæ, Plantaginis longioribus, sed extremo angustiore & rigidiore stilo: E medio autem foliorum & ad latera exortis pediculis non longis insident flores ternis foliolis, quadātenus Ranunculi albi, sed medio lutei, & pillis hirsuti, è carinula, aut forcipula cancri marini trifida emergentes. Ei subest contractior radix, foliorum sessili latiori & quasi basi radicem compressam obtegente, sed indidè tenuissimæ & penè aciem fallentes fidiculæ trans aquam humi demittuntur, alimentumque latenter sugunt, vermiculorum speciē ementientes: vnde plebi mentiuntur scelerata scamundicorum colluuies, quæ mulierculis istis radiculas in aquę plena Phiola, quò maiores appareant ostentatas, iactat se eduxisse ex intestinis vermes, vt doctissimus spectatæ modestiæ Dodonęus affirmat, & Ioannes Cruthmanus *Mechliniensis*, sibi visum nos certiores faciebat. Huic temperamentum esse Potamogetonis, siccādi & refrigerandi, certum: quare facultates sunt dispares (ne dicā cōtrariæ) superiori Millefolii: quod renibus sanguinem potius prolectaret, dū vehementissimè vrinas mouet, cruenta ducit, vti nos scimus.

PEDICVLARIS Alectorolophos, Pedicularia Tragi, an Stelophuros Plinii?
Germa. Rodel. *Belgis.* Roode Ratelen.

SVPERIVS in Gallinacea Crista hanc minus quadrare Pliniano Alectorolopho, & inter Filipendulas aut Millefolia reddendā censuimus; quòd illis nō absimilis sit ortu, & foliis itē minutim dissectis, in tenellis, palmaribus, gracilibus cauliculis, partim erectis, partim humi fusis exeat: propter autē flores Cristæ Gallinaceæ, purpureos, aut albos, Alectorolophon & Cristam Galli, fecerunt recentiores: vsu alioqui hactenus incomperta.

TANACETVM Millefolii, foliis, floribus Abrotani fœminæ, aut Agerati.

PROPIVS Millefoliis quàm Arthemisiis, aut Parthenio, est Tanacetū dictū. Folia siquidē emittit pinnata Millefolii & Filicis media: Caules è radice lignosa, reptrice, fibrosiore, plures, fuscos, sesquicubitales, rotundos, geniculatos, nōnihil striatos, per summa alis diuisos, quibus flores aurei in vmbellis Agerati, aut Menthæ Corymbiferæ insunt, semēque Seriphii Absinthii, aut Abrotani fœminæ: quo vtuntur mulierculæ ad vermes necandos

dos & vrinæ ſtillicidia: guſtu ſubacre amaricantis, cum graueolentia. Naſcitur pratoſis marginibus, & iuxta ſæpes & foſſas agrorum.

Illud idem in Angliæ hortis in delicijs habetur, longè argutioribus fimbrijs, minutioribus, & latioribus folijs. *Varietas.*

TAnacetum non odorum Syluestre, in Galliç Delphinatis ſponte, propè Valentiam frequens oritur: nullo odore prædıtum, floribus Matricariæ, quibus à ſuperiore diſcrepat: alioquin cuncta ſui parte prorſum ſimile.

MATRICARIA noſtras, non reſpondet Parthenio Paul. & Plin.

ABVNDE diſſeruimus inter Anthemides, cur magis quadret vulgi Cotula, *Parthenio Pli. Pauli*: quàm herbariorum Matricaria, quàmuis ſi vſum odoremq; reſpicias, quibus virgineis morbis Matricis opitulantur, vtraque poſſit Parthenium dici: verùm hanc, quia longius abſit à Dioſcoridis lineamentis, poſtponendam illi duximus. Fruticat autem ſiccis vbiuis viarum, & hortorū marginibus ſqualidis. Folia Arthemiſię aut Abſynthio Romano propiora, quàm Coriandro: flores Chamæmeli Iunio & Iulio edit multos, ſed odore Cotulæ, radice fibroſiore.

ABSYNTHIVM vulgare, non eſt aliud à { *Romano &* / *Pontico.*

{ *Ital.* *Aſſenzo.*
Ger. Wermuot.
Bel. Alſene.
Gall. Alluyne forte, ou Abſynte.
Ang. *Common Wormewood.*

NOſcitur ἀψίνθιον & ἄπινον quia id pecus nō paſcitur, neq; vbi bibitur, vnde βαθυπικρον dictum. Cuius veri nō niſi duæ videntur differentiæ, tametſi nullæ ſunt [illegible]dines: Quod namq; vulgatius & amarius eſt, ſponte natum vel cultum, caule fruticat ramoſo, folijs, figura, Arthemiſiæ inciſis, incanis floſculis, rotundis, aureis, [illegible] Ponticum eſt, tum antiquis, à præſtantia & regione cognomine, tum recentioribus barbaris ab aſtrictione, quàm [illegible] *Ponticum* ſaporem ſua, non Latina voce, appellāt, quem laudabant in *Abſynthio Pontico* Dioſc. Cuiuſmodi eſt vulgatiſſimum vbi[illegible] peruium noſtrum, ſed Natalibus Capadotic[illegible] montis & *Pontis*, vtpote puriore cœlo & aere perflato commendatius, magiſque aromaticū, vt pleraq; alia idem author & Galenus [illegible] cōmendatione celebrauerunt. Et inter *Arabas* Meſues interpres, cùm Romano Ponticitatem vindicaſſet, id eſt, aſtrictione [illegible] ſicca[illegible], & valde Medico vſui opportunam, idem *Ponticum* atq; Romanum eſſe, nihil forte huiuſmodi meditatus, [illegible] mandauit: [illegible] de *Phar*macopœorum tam ſedula [illegible] Ron[illegible] conquiſitio & exploratio etia[illegible]rat. Romanum enim, id eſt, optimum, vti C[illegible]momillam Romanam cæteris præſtantiorem & genuinam, expetunt. Quin ne Barbaros i[illegible]ud nomen Roman[illegible] [illegible] ignorare conqueratur noſter Vercel[illegible]tis *Apollo*, ſciat Romanum i[illegible]d commendat[illegible]im[illegible]m inter paucas herbas & ſacrū plebi Romanæ fuiſſe, quod quidē victori [illegible] præmio, & quaſi omine fauſto propinabant, vt Plinius a[illegible]. Et quod noſtro æuo in Romano agro antiquisq; rudenbus paſſim viſitur, non aliud à noſtro eſt, & vtrumque *Po*[illegible]co idem eſt, Q[illegible] non oratione deſcripſit Dioſc. [illegible]que regionum copioſ[illegible] [illegible]quò loci præſtantius noui[illegible]et, eodem enim illo monte cætera duo deſcribit & commendat, nō quòd non paſſim alibi, vt iam di[illegible], naſcantur, ſed quia [illegible]. Nec [illegible]dem vlla ſpecie aut figura diſcrimen aſſignat Galenus: ſed [illegible] Dioſcori[illegible] [illegible], vt plurimum ſolet, vires præſentiores, non diuerſas. Ponticū habere [illegible] natura, ſed [illegible] prærogatiua, quam eti[illegible]m mult[illegible] in regio[illegible] [illegible]. [illegible]m vbi odore non inſuaui, vbi odoratum, & vbi ferè fœtidum percipias. Sic A[illegible]monia odora locis non nullis vt Xantonic[illegible], a[illegible] autem expers odoris, qui [illegible] odor.

Folia verò magnoperè doctos torſerunt: nam vbi legitur *Ponticum* minora habere folia, legebat codice & rei exploratione fretus præceptor Ro[illegible]us, maiora eſſe, quæ Metatheſis, vt facilis, ita ni[illegible]ſquàm familiaris fermè omnibus de plantis ſcribentibus, extat ſæpè in Theophraſto, ſæpiſſimè in Dioſcoride, vt capite de He[illegible]o, Meo, & alijs: [illegible]dum & in Gal. non ſuo, ſed amanuenſium vitio. Sed quod [illegible] obijciunt, [illegible]unt, nihil efficiunt: nam ſi magis odoratum, igitur & odorum erit alter[illegible] non

grata

gratia odoris vel ſuauitatis,ſed fragrãtia & vehemẽtia plerũq; iudicatur,vti in Vngue odorato, Myrrha,pice,aliiſq;. Nec plura(vbi data opera) Abſynthia meminit Galen°,capite de Abrotano;tres inquit ſunt ſpecies vel differẽtiæ:vna generis nomine deſignata, Abſynthiũ vocata,cuiuſmodi eſt Ponticum:Secunda Santonicum: Tertia Seriphium:Seriphium autẽ & Santonicum admodũm ſunt infeſta ventriculo. Solùm enim inter ea Abſynthium, & maximè Ponticũ,id eſt,Ponto natiuum, gratum ſtomacho exiſtit: Quo ex loco iſtorũ velitatorum placidè dirimuntur certamina: abſolutè enim vulgare noſtrorum vocat Abſynthium,quod in Ponto fœlicius ex Dioſcoride prouenire indicat,ſemoto ſpeciei vel generis diſcrimine. Sic certum ſtat noſtrum Romanum,vel vulgare,à Pontico nõ aliud eſſe:ſed loci gratia vegetioribus,non diuerſis viribus pollere. Amarorem in hoc agnoſcit Galenus,& biliofis vomitionibus atq; obſtructionibus extergẽdis neceſſariã aſſerit aſtrictionẽ, ventriculo gratam,cui robur & vires cõciliat:quæ quotidianis & infinitis propemodũ,etiã vulgi, nedum Medicorũ, experimentis, ſcimus præſtare iſtud noſtrate intus, foriſq; admotum. Vina hodierna factitia tam multa optima ſunt, & idcirco multis locis Germaniæ pluſquàm ſatis expetita,non Pontico, ſed Germanico imbuta, fœtorem nullus incuſat: quin potius ficcum,ficuti vino,inditur:odore eſt aromatico,& viribus recreãdis apto. Quare vbi Galenus Pontico vtẽdum dicit,potius duo videtur reſpuiſſe,Seriphiũ & Santonicũ,quã iſtud,quod ſimplici & abſoluto nomine vocarat Abſynthium. Si grauiter olebat Galeno in Græcia,nõ fœtet Romanũ,ſeu vulgare,in Italia,Germania,Gallia & Anglia. Quin cætera potius à fœtore & putredine tuetur. Nec huius fœtoris Dioſcorides meminit aut Pli: Nam cùm Lucretius pueris tetra Abſynthia potui,valetudinis ergò,dari canit,non odorem,ſed ſaporem amarum & tetrum,vt Aloe,innuit:vnde nomen Gallis *Alluyne*. Sic vbi Theophraſtus,vt illa, Abſynthium & Fel terræ, amara & malè olentia dicit,nõ fœtorẽ,vt interpres: ſed odoris intenſam vapidámq; iaculationẽ indicat,quæ nares rugat, cærebrúmq; ferit, vt multa odora,Myrrha, Vnguis odoratus ſuffitus. Plinium hic mẽdacij,vt ſæpius aliàs,acceſſit Senẽſis, vt qui Põticum amarius Italo Abſynthio cenſuerit: ſic ignauus fucus,nec Cõmentatoris partes agit,ſed potius meri recitatoris,& nos quippiam eruditi haurire expectãtes, abiens deludit. Reſpõdeat Galeni doctrina,Galeni authoritate. Amari eſt aperire,abſtergere,vrinas ciere,& bilem purgare:id videas in Aloe,Centaureo minore,Chamæmelo,aliiſq;. Iam ſi Ponticũ Abſynthium Galeno tantoperè ad bilem laudatũ ex Theoph. & alijs Medicis:id potentius præſtat cæteris,potentiore igitur pollet ea facultate,cuius ope potẽtius agit:ea ſanè eſt amaror. Igitur quò vegetius,cò amarius:& quãtò Italo melius,tãtò amarius fuit,vt Plinius, non ſua, ſed antiquorum Medicorũ ſententia, vnde hæc vertebat,aſſeruit, vt videre eſt cõferenti illius & Dioſcor.capita. Vbi vero mera amara non cõgruere ventriculo Galenus infit,ſi vt alimento vtaris,vetum: ſin vt medicamẽto,contrariũ ratio & euentus docet. Aloe enim gratiſſima & vtiliſſima ventriculo,& iſtud medicamentum potius hepati quàm vẽtriculo cõparatum. At guſtãti Santon cũ & Seriphium,minus quidem amara, vt Plinius notauit:ſed tamen ingratiora multò odore & guſtu.

SERIPHIVM *Dioſcoridis, Abrotani fœmina facie.*



Seriphium & Abrotanũ fœmina mutua collatione Dioſcoridi aſſimilantur:proinde perpẽſis apprimè notis & argumentis quibus vtraque dignoſci queat,tandémq; naturæ cognitione ducti,& virium exploratione,ſic ſtatuimus. In Galloprouincia montis celſi Magdalenæ celebris acclruibus quà S. Maximinum oppidum ſpectat:re deuriti item Olbia maritima vulgo Galloprouinciæ Hyeres dicta,multum obuium iſtud Abſynthium fruticat:exilibus, leuibus ſurculis,pedẽ altis. Radix albicat,prolixa,ſurculóſq; ſtatim ab humo numeroſos ptomit,crebribus foliolis minutim

minutim crenatis, teneriuſcula lanugine incanis, vti Gnaphalium ſummo tenus obſitos: vbi extrema capitula aureis floribus bullata fulgent: ſemine paruo, copioſo referta, ſimilitudine Tanaceti, ſed minore: tota, candida, ſapore & odore illius quod Romanũ & Ponticũ falſò putatur Abſinthiũ Belgis, proinde Roomſche alſe dicũt. Adeoq; ſimillima Abrotono Fœminæ vulgari, hortorum (*Francis Cypres*) eſt, vt haud facilè vtramuis ab altera diſcernere ſit: niſi quia hæc tota minor, odoratior, candidior, tomentoſa, quod alteri deeſt, cui ſolia breuiora, ſapor non adeò ingratus, aut vehemens. Atq; hoc non ambitioſè, cæteris è ſua claſſe amotis, huc inſeritur, ſed quia propius eſt Abrotono ſœminæ, cui comparat Dioſcorides, præfertur, propter ſummam affinitatem, qua vix credebamus differre à Fœmina Abrotono, niſi vtrumq; contuliſſemus Frequentiſsimum Norbonenſi Nitiobrigum agro ſponte fruteſcens & eadem Londini Sata in horto Hugonis Morgani & enata, neque quidquam mutata, vidiſſemus.

Galatium Sardonium, perperam Santonicum vulgi: eſt Officinarum Abſynthium Romanum falſò creditum.

GEOGRAPHIÆ & Græcè peritis Lutetianam verſionem, Græcúmve codicem Aldinum legentibus, facilè licebit noſſe, neutiquam Alpes Gallicas in Xantonum agro, vulgò Santonge exiſtere, vbi creſcat cognomen Abſynthium Santonicum: ſed ſecundum Alpes Galatiæ, vernaculo cognomine Sardorum, Sardonium vocatum. Sic enim etiam hodie legitur & reſtituitur, facili intellectione & proximè ſequentis capitis repetitione, vbi in Galatia Aſiatica Abrotonum, vtpote cõgener, oriri dicit: & quot Abſynthii ſunt ſpecies, tot iam eodem Galatiæ & Cappadociæ loco commendat Dioſcor. vt ratio nulla ſit hæſitationis, aut in Santonicũ Gallicũ deprauationis. Tota Plãta Abſynthio ſimpliciter dicto ſimilis eſt, ſed minor, minúſque candida: ſeminibus non adeò multis, floribus exiguis. Nonnullis Germaniæ locis frequens: in Flandriæ & Angliæ hortis copioſa, & vſu multò expetita, illic vocata Roomſche Alſene, id eſt, Romanum Abſynthium, publica perſuaſione. Quam ſequutus Senẽſis (ſi Æſculapio placet) in Hũgaria, & Bohemia, Ponticum, iſtud ſeu Romanum ſibi repertum prædicat. Nam Roomſche Alſene Conſeruam, in officinis Antuerpianis & Belgicis paratam, mulierculæ Mulomædicę & clinicæ lubentius emunt, quia non ita amaram, facilius deglutiunt. Deceptæ quidem, nam ſi caret amarore, igitur & facultate amica, & grato calore. Atqui Ponticum verum, ſeu vulgare, viuis argumentis docuimus amarius eſſe: & Dioſcorid Seriphium ac Sardonium dicit aliquantum (non multum) eſſe amara. Nec minus Romanum poſſe, quam Seryphiũ odor & ſapor indicio ſunt.

Gallis Barbotine, Belgis Semen Zedoaria.

EQVIDEM ſemen ſanctum, vel Contra, officinarum aut Santolinũ dictum, horum trium Abſynthiorũ, nullũ eſſe videtur: nam tametſi nonnulla amaritudinis & figuræ ſimilitudo illis interſit, cunctis: tamen non adeò ſunt plenè adulta horum ſemina, aut horridè amara. Et ſatum nonnullis in locis vidimus ſemen peregrinum iſtud, ex quo fruticulus ſurculoſus enatus fuit, vndequaq; ſeminibus gliſcens, pluribus fermè quàm foliis. Quodque ſemen nondum, vietum, ſed plenum & recens qui ſit nactus, ſi ſerat variis locis, facilè plantam aſſequetur.

Aliud Peregrinum, ſiue ÆGYPTIVM Abſynth.

AGYPTIVM quoppiã vocatum Abſynth. Pollitrici forma, foliolis albis, alterno ſitu digeſtis, digitum, altis apud Geſnerum iamdiu, & pòſt penes Valerandum *Donrez* ſiccum videramus, infirma aut certè nulla coniectura, Ægyptio cognomine in ſcriptum & à quodam herbario miſſum, qui ex hoc ſemen ſanctum produci coniectabat.

CAPNOS FVMARIA.

Germa. Erdtrauch, KatzenKorvel.
Belgis. Grypſecom ende Duyuenkeruel.
Gal. & Ang. Fumeterre, Fumiterre.

CAPNON, ſiue Fumum, fumidam, fumariamque è Græco dixêre Latini, quia ſucco oculis illito, non ſecus ac fumo, exprimerentur vellicando lachrymę: maximo hodie vbique vſu & veris reſtibili prouentu notiſsima herbula eſt inter ſegetes & proxime margines, ramulis fibroſis, & fruticoſis, quadratis ſurculis, ex viridi in cinereum pallorem languentibus, emergens: folia diuiſura Coriandri: floſculis purpurantibus, interdum albidis, & interdum rubellis: ſemine rotundo, viridante ex fuſco, & æſtate colligi opportuno; viget verò & floret herbula Vere, quum ſuccus illi efficaciſsimus, & exprimi ſolitus ad Syrupos, electuaria, & pilulas Officinarum: amaro guſtu & ſubacri.

VARIETAS.

IN Norbonenſi agro minor multò, ſed minus frequens inuenitur quædam Fumaria, ramulis & foliolis palmaribus, Scandicis, nec procumbentibus; ſed ſurrectis, & albicantibus, tum foliis, tum floribus: radice exili, guſtu amaro. Monſpellii rure propinquo Boutonet nuncupato, aliiſque aridis glareoſis vere etiam viſitur.

FVMARIA lutea, montana, & alba, ſiue SPLITH Illyrica, an Ætij PHRAGMITES, & Galeni CORIDALIS?

NOBILITAVIT hanc raris laudibus noſtra ętas, charamque etiam fecit hortis & notam carendi metus & paucitas, paucis namque locis obuia, nec niſi calidiorū Regionum montibus Illyriæ, Dalmatię, Hetruriæ & Norbonę Galloprouincię. Seriùs nempè quàm vulgaris Fumaria flores luteos, ſtellatos, Chelidonii minoris, Iulio & Auguſto edit: folia verò Fumarię bulboſæ, vel Chelidonii maioris, minora multò, glauca, cineritia, exilibus cauliculis, pluribus, ſeſquipalmaribus, & pedalibus: è radice latius ſparſa, fibroſa, Robertiani Geranii. Semine rotundo, depreſſo, atro nitente, in corniculis Fumariæ bulboſæ, vel Chelidonii maioris, minoribus multò, cui admodùm ſimilis facie & colore eſt, vndè ſcitè coniectet quilibet eſſe Capnum, ſiue Chelidonium Phragmitem Ætii. Quam Coridalim Galeni qui aſſeuerant, propter colicum dolorem, cui opitulatur, nimis ancipiti vtuntur argumento. Quippe noſtrâs etiam Fumaria idem interdum non inſtrenuè prętat, digerendo, diſcutiendóque viſcidam pituitam, è renibus eliciendo ſaburram, quæ non rarò colicum dolorem efferat & ementiatur. Quin Coridalim videntur vocaſſe potius Bulboſam Fumariam, ab effigie Alaudæ auiculæ, cuius capitis galericulatum verticem æmulantur flores criſtati, turbinataque cornicula. Huius ſapor fermè qualis vulgaris Fumariæ, ſed efficacius videtur farctus tenuare, atque inciſos in lotium deriuare, vnde laus magna ad Hydropen. Robur etiam addit viſceribus, reliquaque præſtat quę Meſues de Fumaria vulgari narrat, de qua quod ille dixit, contrarium de hac dici poſſet, ſcilicet raritatem auxiſſe opinionem, at vulgatam copiam noſtratis Fumarię laudi offeciſſe.

VARIETAS.

QVÆ via ducit Florentia Piſtoiam & Lucam Tuſcam, hanc eandem Fumariam floribus albis fert, vt ferunt quidam amici noſtri admodùm periti: nobis tamen nullibi illis in monticulis, nec quidem in Iuliano, vlla viſa fuit ſuperioribus annis.

Caua radix Herbariorum, ſiue Bulboſa Fumaria Plinij, non eſt Magorum Friphya, nec Piſtolochia.

QVANDIV, quàm falſi fuerint ſcriptores minimè mali, qui hanc Ariſtolochiā rotundā eſſe prodiderūt, quiq; etiamnū eandē quaſi verā rotundā vſurpāt, in Clematide obiter diximus: nomen autē occaſio plantæ huic, & erotis iſtis fuit radix, quæ rotunda cum ſit bu-

buboſáq;,& perinde vt Ariſtolochia rotunda faciat, ad vermes & maligna vlcera, facilè opinionem illis fecit *Ariſtolochiæ*,qui veram nondum vidiſſent. Sed diſſuadendo ſat ſuerant folia & flores,qui Martio & *Aprili* in vmbroſis decliuibus & nemoroſis ſaltibus frigidioribus erumpunt purpurei & aliquando albi,more,& ſimilitudine Fumariæ vulgaris, ad cuius folia multùm accedit læuore cæſio & diuiſura foliorum,maiorum tamen: ſemen pellucidum eſt in corniculis·in hortis autem Belgij alitur frequens,& reliqua Germania; vbi etiam è montibus oriundam habent.

FABACEA *radice, altera* CAPNOS.
Bel. Boonkens holwortele.

SIngularis item & penè par huius radix,ſed minor, maiore tamẽ commendatione apud Chirurgos & mulomedicatrices mulierculas.quæ iſtã puluerem efficaciorem & delicatiorẽ ad lumbricos interimendos prædicãt.In Belgio,Germania,& Sabaudia,vti Geneuæ aruorũ quorundam ſepes & margines hac ſcatent.Meminimus etiam in Veganijs hortis Dei nos eruiſſe:non vlla totius facie notã,præterquàm radicis exilitate,nulla inſignita cauitate diſcrepans,etiamq; natalitijs,nam nobi nuſpiam ſuperiorem reperias,quæ alioqui multa occurrit,vbi neutiquam hæc.

CHELIDONIVM *maius,Hirundinaria maior.*

Ger. Groſz ſcolwurtz,Schwalmenkraut.Goldwurtz.
Bel. Gouwortele,ende Groote Gouwe.
Gall. Eſclayre,& Chelidoine,Felongne,
Ang. *Celondine.*

PRIMA hirundinum tranatione, vernaq; noſtratis cœli tempetie oritur maior Chelidonia,non ſecus atq; minor,à qua tamen multum alia eſt,aliaq; occaſione dicta,nempè cùm aciem oculorum ſuccus illius acuat, hirundinuliſque ſuis occæcatis viſum reſtituere credantur herba ipſa matres: radicem etiamq; totam plantam in hortorum ſcrobiumq; marginibus multum obuiã, & ſucco croceo, fuluiore, viroſiore quàm Papaueris Corniculati gliſcentem,neminẽ latere quit,tota reliqua facie ad *Plinianum* Capnum vel *Aquilegiã* comparata,folijs cæſijs,& ſiliquis tenerioribus,non ita diuerſis:lutei autem ſunt flores, Keiri violæ,feruidiore tamen acrimonia & fœtidiore eſt,minimè guſtu aut odore grata: rarius intrò vtenda,commodius foris ad impetigines & pſoras puerorum,necnon metallorum chymicas medicationes.

AQVILINA, *Aquilegia recentiorum aut Columbina,num ſit Ponthos Theophraſti,ſiue Deſiderium,Gaza interprete?*

Ger. Ackeley.
Gal. Ancholies,
Ang. *Columbine.*

SI hæc antiquis innotuiſſet,non dubium quin illis coronaria futura foret,eſt enim non vulgari nec inuenuſta florum elegantia, cærula purpura nitentium, aliquot calyculis cornutis aduncis vtrinq;,gracilitate ceruicem & roſtella columbarum adumbrantibus, vnde Columbina Anglis dicitur,& doctiſſimo Aldrouando Bononiẽſi profeſſori POTHOS Theophraſti,cùm illic verſaremur,putabatur. Frigidiuſculos Meridionalium tractus amat,pratenſis etiam eſt Franciæ & Angliæ,ſed ſqualidiore minùſq; hilari aſpectu non culta, nam in hortis duplò,triplò, & multiplò flores denſioribus & nitidioribus caliculis ſtipãtur,triplici varietate coloris ſeorſim conſpicua,aut in eodem vno flore diſtincta, albo,purpureo,& cæruleo. Reliqua foliorum totiúſq; facies Chelidonij compar & ſimilis:maior & ſimilima Plinianæ fumariæ:ſemine itẽ lucido in folliofis recuruis infundibulis Conſolidæ Regalis aut Melanthij, guſtu tantillum aſtringente, temperatæ ex calore ſiccitatis:eóq; ad faucium pharyngis & tracheæ incendium & vlcuſcula vtitur plebecula.

ἀρτεμίσια. ARTEMISIA.

Ger. Beyfuſz.Groſz Reynfarn.
Bel. Bynoet
Gall. Armoiſe,ou herbe S.Iean.
Ang. Mugworte.
Offi. Mater herbarum.

COGNITIONIS ordiniſq́; conſequutione Abſynthij generi Arthemiſiæ ſuccedunt tribus hodie quatuorúe differentijs diſtinctæ,quas, valere iuſſis oſtentatorum velitationibus intempeſtiuis,perſpicuè paucis ſecernemus. Quæ vulgaris cognitionis & vſus perpetuò fuit Arthemiſia,plutima vbiuis locorum ſecus ſepes, & initetum margines,Abſynthio vulgari,ſeu Romano,ſimilima fruticat,procerior tamen, & folia maiora:ſupernè nigricantia infernè incana,habet:Semen item illi Abſynthij,& flores albidi,odore non inſuaues,ſapor minus aut parū amarus. Viribus hæc exploratiſſima, quia in vſu aut ſola,aut frequētiſſima,& vtiliſſima. Sed & eadem quibuſdam locis inauſpicatæ telluris & præaridis adeò ſtrigoſa, parua, & odore quadam grauitate feriente viſitur, vt alia protſum putetur: vti Abſynthio noſtrati & Pontico ſolo naſcenti euenire monuimus.

Varietas.

ARTHEMISIA tertia Dioſcoridis Leotophyllon.



HVIC ſtudio nōnulli qui Dioſcoridis æuo operam nauabant, Atthemiſiam vnicaulem nuncupaſſe videntur herbulam ſeſquipalmum, cubitumque altam: folijs minutis, Abrotoni mari ſimiliter inciſis,patuis,virentibus ex atro,lignoſis in ramulis,floribus,ſemineq́; quàmplurimo teſertis,paruis,& ex viridi luteolis,flaueſcentibus. Prope culta & oliueta Mōſpelij aliiſq; quàmpluribus Noi bonæ locis multa & nota:ſed vulgo quodpiam Abrotani genus credita. Equidē per Dioſcoridē licebit ſicappellare,quia nō de ſua ſed quorundam ſententia,hanc inter Arthemiſias recenſet. Odor tamen illi non Abrotani aut Abſynthij, ſed Arthemiſiæ prioris eſt,& prorſum eadem videtur, quæ Leptophyllos tenuifolia,ſeu Leptocarphos, ptoximo capite indicata.& inculcata,duntaxat explicationis cauſa:& facultates autē videtur à quopiā authore, cuius oratio multò cultior & pollicitatio maior de Arthemiſia eſt, quàm quæ Dioſco. conueniat. Sed ille potius deceptus non pauca ſimilitudine odoris & foliorum, indicaſſe videtur herbam illam fruticoſam, odoris ſuauiſsimi & Sampſucum imitantis, quam fecimus cum doctis Abtotanum marē, vulgus Picardorum & Francorum:Herbam & lignū S. Iohannis vocitant,eóq; in coronamentis & lūborum ſuperſtitioſo cinctu ad epilepſiam morbū, D. Iohannis putatā,auerruncandā expetūt. Hinc D. Ruellio dubitādi anſa iudicij hallucinati,quam factioſè vt ſolitus

Abrotanum mas Mouſpel. alterum.

eſt

est illi improperat ille Bambalio commentator, qui omnia conuiciis hic miscet & diruit, docet verò nihil, aut dicit.

ARTHEMISIA Marina.

TAM nuspiam in mediterraneis, quàm frequens in maritimis istam reperies, eóque meritò maritimam voces. Pluribus fruticat farmentis ab vna radice lignosa, fibrosa, surrectis, alternis interuallis, cineritii colore, muscosóque semine, similiori Absynthio communi, quàm Arthemisiæ: flores item lutei, numerosi sunt. Folia ima & fermè humi strata, paucioribus, sed maioribus incisuris: media verò, aut superna, angustiora, minora, interdum vna, aut altera incisura, Portulacę marinæ, aut Fœniculo marinò non absimilia, carnosa, albentia, vti vniuersa planta, quæ gratum de se emittit odorem, Abrotani maris fermè: sapor subsalsus, perparùm amarus, cuiusmodi Arthemisiæ prioris. In sinus Adriatici littoribus ad Lyo insulam & Venetam plurima.

AMBROSIA.

EXimiæ fragrantiæ gratia etiam Diuis expetita, nedum coronamentis, Ambrosiæ nomē finxit: apud nos autem nuspiam nisi satiua Ambrosia visitur, eóque procerior meritò est, quàm quæ sponte oritur. Nec quisquam argutator nostratis magnitudinem obiiciat, quam tripalmarem Dioscorides facit: multis enim, nec magnis de causis, incrementum decremētúmve capit hic fruticulus: cubitum altos edens complures ab ima radice caules, ramulosque roto è caule multiplices, striatos, graciles, à medio fermè summo tenus: semine & flosculis quàmplurimis alternatim dissitis, luteolis, muscosis, furfureis ve acinulis, vt oleæ, racemósis, sed rotundis semper, nec latius sese aperientibus. Quibusdam inter folia è pediculis vtriculi emicant, angulosi, Echinati, minores & similes tribulo terrestri. Semen nigricans, rotundum, aut potius Gygarti vuæ æmulum, gustanti non ingratum. Folia Rutę similia, & circa imum æqualia, sed supernè maiora, maioribusq; diuisuris, Arthemisiæ, vel Absynthii, teneriora & tenuiora: vniuersa albicat planta, odorémque perbonum halat. Labruscæ florentis vinsve ἐυτωτμίας antiquis dicti, id est, boni odoris Bononiæ in hortis lectam multis ab hinc annis meminimus hanc, quę eadem etiamnū viret Londini sata, radix gracilis, palmi vel sesquipalmi.

ABROTONUM Fœmina.

{ *Germa.* Garten Cypreß.
{ *Gal'is.* Petit Cypres & Garderobbe.

CHAMÆCYPARISSOS, ceu pumilla Cupressus dicta, vulgò *Petit Cypres*; in hortis frequens colitur, & Galliæ Norbonensis Nemausensi vinetis & campis patentibus fruticat plurima, via præsertim quę Monspellium ducit, sesquileuca ab vrbe, ad dextram, sesquicubitum alta, ex virore candida, Corymbis bullatis, crebribus, fuluo colore renitentibus. Mense Iulio est cætera hortensi similis, sed odoratior, lignosior: huius semine necant lumbricos quotidiano experimento mulierculæ esse. Idcirco Abrotonum fœminam minimè ambigimus: tum quia notis candoris, amaritudinis, fruticis arboreæ habitu, Corymbis aureis, refertis foliis, minutissimè incisis, Seriphii modo, quadrare videtur: tum quia viribus scimus iisdē, nec ignauioribus pollere, quas Dios. & Galenus illi vendicarūt. Huic quàm bellè cōgruat Diosc. gemina collatio Seriphii & Abrotoni. Siquidē Senēsis Seriphiō nullis notis & authoritate confirmatū, nō foret verum. Foliis enim Arthemisiæ est, aut Absynthii vulgaris, seu Pontici, cui Dioscorides & antiqui dissimile faciunt istud viribus & forma. Et cùm afferat Galenus Seriphio & Abrotono vires consimiles & noxias esse, etiā femorē, acrimoniā ingratā cum salsedine: nempè vbi mari propius oritur: vtrumq; autem viribus & forma sępius comparet, Seriphiumq; vltimo loco ponat, & vicinius Abrotano: sanè nullū inuenies Absynthiū Abrotono per omnia similius

Dodonæo responsum, in procinctu illi non est: meritò ambigendũ fuisse super Abrotano, cui perperam fuisset agnitum Seriphium: nam qui explicatiorem Abrotoni descriptionem habéret, potius ex isto de Seriphio, quàm ex hoc de Abrotono iudicium suum eliceret, aut confirmaret: illa enim Arthemisię species, potius vulgare refert, floribus, foliis, & semine, vt metipse fatetur: minutissimis incisis foliis, Seriphii modo neutiquã est: ideo non Seriphium Pontico contulit Dioscorides, sed semper Abrotono fœminæ.

ABROTONVM Mas. ἀβρότονον.
Germa. Stabwurtz, Schoswurtz, *seu* Gertwurtz.

AVRONE Gallicè vocata, & hortis rurísque oriunda, Masculum Abrotonum meritò censetur, sarmentosum duriusque: feminibus tenuibus, odorum, subalbidum, amarũ, foliis fœniculi modò minutim incisis, paulò latioribus, erigendis hortis & deambulacris concinnandis coluntur: flore luteolo, Absynthii, minore.

ABROTONVM Peregrinum Cupreßi folijs.

SABINA Ægyptia. PLVRIBVS ab hinc annis hanc elegantia & raritate memorandam stirpem eiúsque nomenclaturam dono accepimus ab illustri professore Publico Medico Cęsare Odore Bononiæ, qui hanc Sabinam Ægyptiam vocabat, huiusq; mentio facta capite de Sabina, exigua radice, ex vna stirpe plusculos viticeos, caules rigidiores, nigricantes, folia Cupressina, aut Sabinæ, textura reticulata effigiata, longa, angustia, & per virgulta crenatis extremitatibus denuculatis foliis.

Anthemis vulgatior, siue CHAMÆMILLA.

ANTHEMIDI odor suaueolentis mali, nomen fecit Chamęmilũ, seu Chamæmalum, plebs autẽ Chamomillã, & Cotulam non fœridã vocat: huius è floribus & odore quadruplex est conspicua differentia, nominibus secernẽda. Et Europæis regionibus frequẽtior vberiórq; luxuriat vulgaris, dicta Germanis Camamillbloemen, quę Græcorũ Leucãthemon: surculis numerosis, cubitũ altis, erectis, in alas diuisis: quibus ab radice pusillã

PYETRI. folia crebra minutim incisa & perangusta diuisura Anethi, vel Coriãdri, viridia, tenuia hærent: flores in summis cauliculis numerosi, candidi, Bellidis, radiatim bullatum glomerulum luteum, quasi modiolum, ambientes, Cytonium malum quadantenus redolentes: semine pusillo, luteo, ineunte ęstate segetibus tam frequens & satis, vt non parum incommoda sit: ingentis hæc commodi & vsus Gallis, Italis, & Germaniæ nonnullis locis, quibus desit copia alterius Leuchathemi, quem iam dicemus.

Anthemis siue LEVCANTHEMVM *odoratius, Romanorum,* ... *Belg.* Roomsche Camilbloemen.

VT suauius multò, quiddamque aromaticũ Amaraci, aut Abrotani halat Romana hæc, sic multò ad aspectum hilarior & comptior est: ea deniq; notione dicta, qua Basilicas pręstantiores plantas vocare foliti fuerant, vti Romanum absynthium, & Basilicum asparagon: Tenellis cauliculis repit, haud diuersa foliis, & floribus vulgatæ syluestri, restibili item fertilitate & perenni radice, qua sese instaurat, & fundit propagationes proculcationis contemptrices: eóque voluptatis ergò totum vertentem annum in Anglicis viretis attondetur, secus puluillos & toros insternens & ambulacra: neglecta namque, protrita, & resecta, fœlicius & vberius vernat & luxuriat Siquidem Angliæ vniuersæ haud alia fermè nota, vel vsu recepta quàm hæc: Ruri miliari vno aut altero ab vrbe Lõdino plurima, herbidis, aridis, vbi spõtè orta florũ capitula & folia gracilitate elegãtiora à cõmuni discerni queunt: Galliæ & Italię meridionalibus (tametsi Romana dicta) rarior spontè. In Belgio & Northmannia ad Druidum vrbeculam, quò loci religionis ergò cõmissum fuit funeste & cruentum prælium, multa. Qui syrupus huius floribus, fucco, & vino albo confit, multò ad splenis & icterum hydropis pręsidium optimus.

Angl-



Anglorum NIVEVM λευκανθέμον, *flore multiplo.*


CVLTIORES horti hanc eandem alunt, ſed floribus adeò multiplici folio & radiata ſerie propagatis, vt cãdor eximius bullatum centrum prorſum operiat: nec alius, aut odorus ſapor illi.

CHRYSANTHEMOS Anthemis dicta, vmbellis aureíſve bullis, folii facie, odore & ſapore Romanæ Chamæmilæ eſt: Sed magnitudine vincitur, nullíſq; foliolis radiatim cingitur eius vmbo prominulus: Belgio, Angliç, & Galliç, non niſi hortenſis eſt, vſus non diſpar. *HERBARIOrũ Anthemis Chryſanthemos.*



BVPHTHALIN, *Oculus Bouis. Millefolij folio, Chryſanthemi flore.*

HÆc Germaniæ, & Angliæ hortis inquilina. Romano autem agro, Hetruſco & Galloprouinciç prope Olbiã ad mare Hieres vocatũ, ſpontè ſecus vias & margines ſatorũ, cubitales & ſeſquicubitales crebros ſpargit ramos, graciles, teneros: folia ſimilia, ſed latiora, ad Cotulç & Tanacetum nonnihil accedentia, creberrimis minutiſsimíſq; plumatim & ſcitè ductis diuiſuris Abrotami, Arthemiſiæ concolor, floribus Anthemidis prorſum & odore: ſed intus foriſque luteis, vt Chryſanthemi vulgaris, aut Calẽdulç: quos æſtate, etiáq; in vſque brumam hîc Londini vegetos vidimus in horto Morgani, & Briſtoiæ.



BVPHTHALINVM *alterum, folio & facie Cotulæ Fœtidæ.*

NON inelegans iſtęc nobis reperta ſecus Arantiorũ lucos Olbiæ in Galloprouincia maritima. Caules promit flexuoſos, cubitales, & duos pedes altos: quos ambiũt folia tenella Anthemidis, lætiora, Cotulæ fœtentis paria: flores ſunt radiati, lutei, Chryſanthemi aruorum, aut Calendulæ ſpontè naſcentis. Hanc etiam nobis repertam in agro Romano meminimus.

ERANTHEMON.

QVAM plantam Eranthemon Gesnerus, cui ostendimus, opinabatur, quia aptior hactenus defuit, etiamnum veram esse coniectamur, similitudine & viribus Anthemidis persuasi: est enim Anthemidis facie, sed maior tota, & Cotulæ similis, vel species, latioribus maioribusque floribus, Bellidis maioris, infernè rubentibus ex purpura, supernè cādore intermisto, melinaque bulla media, interdum inter alias Cotulas satis enasci solet sapor ingratus illi, odor Cotulæ: Tametsi periculosæ est aleæ res, de icone lectionéve duntaxat notas, illicò propter nonnullam similitudinem, quæ nam sint, certò statuere. Amicus quidam Pyrhetrum vulgare tuebatur Eranthemon genuinam, ob flores subtus purpurascentes, & folia Anthemidis haud absimilia: verùm radicis figura & sapor, vrens satis, nos dedocuerunt.

ADONIS. TANTO minus fit Adonis, vt nonnullis visum fuit, vt cui bullæ luteolæ mediæ, flores autem Anthemidis, semen & facultates longè absint: quare commodius nos inter Anemones.

PARTHENIVM, vel Virginea, est Cotula fœtida, non Matricaria.

AMARACVS Gal. & Pauli. NON nescimus morosulos istos censores leuiuscula plerumque adductos notula, autores perbenè de re herbaria meritos, inscitiæ traducere, atque irridere plerunque, ridendi ipsi cùm forent: idq; in Parthenii disquisitione liquidò videre est, quod nolunt esse Cotulam, sed Matricariam autumant, propter duntaxat Coriandri folia: at tenuia Dioscorid. dicit: φύλλα ἔχει κοϱίῳ ὅμοιά, λεπτά: Intuere igitur Coriandri adulti in ramis media & summa folia, & fatebere collationē apprimè cōgruā, imò omnia Coriandri sunt: folia consimili diuisura, rami, situs, tenuitas, figura, præterquàm ima perpauca folia, quæ latiora sunt Apii aut Oenanthes, quibus eadem foliorum disparilitas contigit, eòque scitè addidit λεπτά, nimirum vt collationem nō ad ima, sed ad media pluraque folia faciundam innuet. Matricariæ enim nequeunt esse Coriandro, & λεπτὰ seu tenuia: sunt enim ipsa Coriandro maiora, nedum tenuiora, Arthemisiæ & Absynthio propiora pariáque reliquæ plantæ partes, floribus duntaxat Anthemidis. De amarore autem quòd blaterat, indicat in legendo supinam negligentiam, atque in gustando fatuum palatum: est enim Cotula amarore inamœno & perquàm ingrato, vti Parthenion:

MATRICARIA verùm hic nulla exuperantiæ adiectione, fœtidam subuirosámve & amaricantem dicit, πικρίζων, quo indicat non excellere amarore, sed, vti Anthemis Leucanthemon, amaricante sapore esse. Cui etiam, quia similis erat Partheniū, seu Cotula, idem nomen factū Leucanthemidis, è Græco contextu discas. Iam vero si ad facultates & vsum animum aduertas, quod intererat Senensis Commentatoris, neutiquam vlterius inficias ibis, Parthenium esse Cotulam fœtidam. Meminimus namq;, quod probè nouit clarissima Agathopolis Schola, Rondelletium aliósque professores præclaros, sæpius addere Cotulam fœtidam decoctis, ad serosos, adustos, salsos, melancholicosque Elephantiaseos, & mali mortui vocatos, per inferiora educendos: purgat etiam aliquantùm succus per se iusculis inditus, magnoperè in syrupo, ab iisdem laudatus: quia thoracis & pulmonum farctus, lotium euidenter ciet, & tumores emollit, digerendi vi paulòquàm Chamæmilli vegetiore. Sumus & nos vsi percommodè totum hoc sexenniū Rondelletii imitatione, multorū cōmodo. Eapropter multum nocuit, maleq; actum cum studiosis hactenus, quibus persuaserant πολυτάλαντα ista cōmentaria, Matricariam Partheniō esse: deterius verò multò cum ægrotis, qui herbæ duntaxat ad menses ciendos vsurpatæ, purgatoriæ (cæterùm amaroris horrendi, & fœtidi) vsione vexati fuerunt: nec enim Matricariæ, vt Arthemisiæ, mēsibus eliciendis aliísve matricis particularibus affectibus prærogatiuam, sed tantùm ad duritiem & Phlegmonas commendat Parthenion Dioscorides.

Varietas. PARTHENII igitur, seu Cotulæ, varietas duplex à magnitudine & odore. Notior & frequētior quæ fœtidior, caulibus & alis teretibus, succosis, teneris, viridibus, crassioribus, longioribus, quàm Leucanthemidis agrestis: foliis verò & floribus illi adeò alludenti-

bus, vt

bus,vt vel exercitato, niſi nares conſuluerit,illudat:attentius tamen intuẽti folia latiora, & florum mediæ bullæ depreſſiores,latiores,iiſdem ſatis æſtate cum Chamæmelo Leucanthemo floret.

Inodora Cotula.

MINOR itidem inter ſegetes,ſuperiori Anthemidi Cotulæ dictæ prorſum ſimilis,eóq; ad diſcernendum magis difficilis,quia magnitudine penè par,& odore imbecillo aut nullo eſt.Flores tamen latiores habet & teneriores caules:radix quotannis regerminat.

COTVLA, ſiue Parthenion marinum minimum.



AD Ceti montis Norbonenſis radices, non procul piſcatorum attegijs,hæc frequens oritur:& Cichorio Bulboſo lubens aſſociatur. Exilibus palmaribus cauliculis humi ſternitur,quibus folia inſunt Buphthalmi vulgaris paria,diuiſura Bellidis maioris, carnoſa, odore feriente,putidulo, Cotulæ vulgaris:Floribus item non ita abſimilibus. Vires autem nec inferiores,nec diſpares.

BVPHTHALMVM Oculus Bouis.

ENIMVERO Galenus & Ægineta,quaſi Chryſanthemum foret Buphthalmũ, aut nomine tenus diſtarent,nuſpiam Chryſanthemi meminerunt ſed Buphthalmum iiſdem quibus Dioſcorides verbis poſteritati ſua mandarunt, penéq; perſuaſerunt commentitiũ vel ſpurium caput de Chryſanthemo eſſe,vel cuiuſpiam amanuenſis induſtria nominis & ordinis quadam cõſequutione illectũ,illuc inter Chryſogonum,Chryſocomen,Heliochryſon & Ageratũ apud Dioſc.aſcitũ,eodémq; penè orationis filo & viribus,quibus Buphthalmum.Tum vtroq; poſterior Plinius,videtur vnã tantùm deſcriptionẽ legiſſe,vel, quod veriſimilius,vtramq; ratus eandẽ, Buphthalmi vnã delineationẽ conflaſſe & Chryſanthemi. Buphthalmos,ait,ſimilis Bouũ oculis,folio Fœniculi,circa oppida naſcens,fruticoſis caulibus,qui & mandũtur decocti,quidã Cachlã vocant, hæc cum cera ſciromata diſcutit:Vbi vides coaluiſſe ὀφθαλμειδῆ ſiue ὀφθαλμοῦ κυλοειδῆ & καὶ ὅθεν ἀνθέμασι, colorémq; melinũ, folia multifida, ſeu fœniculacea,& circa oppida oriri.Verũ addita eſſe ex Chryſanthemo, caules mandi decoctos. Abeſſe verò illi flores vehementer ſplendidos,caules leues:variante nimirum nonnihil deſcriptione ex Buphthalmo atq; Chryſanthemo conflata. Hæc ſatis viſa fuerunt non paucis doctioribus ad aſtruendum,non niſi eandem vnamq; plantam & deſcriptionem vtrumq; eſſe. Quibus ſanè & nos aſſentiremur, ni & ipſæ ſtirpes,quaſi ſe amotas ſua tribu & capite diminutas quererentur,nunc poſtliminiò reduces ſeſe nobis offerrẽt atq; lectio paulò vtrobiq; attenſior liquidò præluceret.Siquidẽ Buphthalmo caules ſunt teneri,tenues:folia Fœniculi ſpecie,flores lutei,ſimiles & maiores,quàm Anthemidis (nempè Leucanthemi)oculi imagine.Chryſanthemo autẽ fruticoſa facies,leues caules: Folia multum inciſa.Flores vehementer ſplendidi,vel rutili,& caules holeracei,eſculẽti.Quã propter oppida,nõ itẽ in agris,oriri tradit.Quæ quidẽ varietas cũ par ipſis in plãtis cernatur,facit,vt arbitremur Galenũ,quẽ ſequitur Paulus recẽſione hac ſuper ſediſſe,dũ ex Dioſcoride exſcriberet,quia plãtas inter ſe non comparaſſet:aut vt lenius dicamus,Chryſanthemi hiſtoriã eius monumentis intercidiſſe:quemadmodũ in vulgatæ cognitionis Iride contigit.Facultates præterea ſi quis argutetur eaſdem vtriſque redditas,idem factum in Schœnanto cum Calamo,Myrrha cum Bdellio Iberide cum Cardamine,Cichoriis cum Hieracijs,& non paucis alijs.Ea propter exercitatioribus binum damus Buphthalmum,& totidem Chryſanthema,quorum acceſſione ſaltem naturæ familiæ duæ auctiores locupletioreſq; ſunt futuræ.

HELLEBORVS ferulaceus. Buphthalmum Dod.

THeop.Helleborus ferulaceus folijs fœniculi,huc acceſſiri ex capite de Elleboro perplacet Doct.Dod.ſed flores nõ ita congruũt.Facultates minus multò catharticus enim eſt

vt ex Germanis asserit Mathiolus. Sin verò non vehementer purgat, non perperàm quadraret: quippe duritiés inque scirrhum abituras collectiones dissipare certum: quod tamē haud perinde videtur præstiturum primum Buphthalmum.

PYRETHRVM Officinarum, flore Bellidis maioris, folio Anthemidis.

A FERVORE igneo Græcis, deinde Latinis dictum Pyrethrum nullus nescit: & isti Officinarum Pyrethro, quò minus censeatur verum, nihil est quod deroget, præterquàm flores, quos in vmbellis Anethi circinatis tradidit Dioscorides (alioquin radices illi, cùm adolescit, euiusmodi plurimum in fascieulis ex Hispanijs ad Septentrionis emporia conuehuntur, nonnunquam non adultæ Pentaphylli radicem, interdum etiam vetustiores pollicem æquanr) cauliculos plurimos, sesquipalmum altos, crassiusculos, folijs Anthemidis stipatos, crassioribus, longioribus. Florem item Anthemidis æmulum, aureo in medio vmbone, sed magnitudine Buphthalmi. Radicis feruor igneus immanem dentium eruciatum placat: oleum ex recenti radice eductum mirificum est. Vernat hæc etiam non semine, sed duntaxat cauliculo, depacta tantùm in hortis Belgieis & Anglieis.

PYRETHRVM alterum.

ALIAM plantam Pyrethri veri nomine donabat Guillandinus, & alebat in Patauino horto, cui radices & folia Cotulæ fœtidæ. Vmbellæ ab vno quasi centro multis pedicellis innixæ, Venerei pectinis ritu, aut Anethi, candidis flosculis, feruido & amaricante gustu. Sed illudit lectori Senensis, qui hanc non nisi labore arduo sibi comparatā, neq; omnibus cognitam asserens, quasi inuideret nobis tyronibus cognitionem, aut metueret criticorum reprehensionem, tacendo docet, nisi quænam illa esset, nō perspectum planè fuerit illi. Et sanè minimè habet hæc alterius illius mirificas vires: vt neque nonnullæ aliæ, quæ quia gustu feruido sunt, & nonnullam foliorum similitudinem sortitæ, illicò ab intempestiuis herbarijs Pyrethri nomen accipiunt, quasi id præstaret Pyrethrum feruore tantùm, ac non potius alia comite facultate.

Fœniculum. { *vulgare* / *dulce.*
Anethum.
Meum.
Ferula.
Ferulago.
Sagapenum.
Galbanum.
Ammoniacum.
Euphorbium.
Sarcocolla.
Thapsia.
Peucedanum.
Panax Asclepium.
Libanotis seu Rosmarinum recentiorum.
Helleborus niger Ferulaceus Theoph.
Saxifraga tenuifolia, Ferulacea.
Saxifraga Anglorum.
Seseli Massiliense.
Asparagus.
Corruda.
Nepa.

Myrio-

Myriophyllon vel Matriphyllon palustre.
Myriophyllon Equiseti folium fluuiatile.
Polygonum fœmina.
Equisetum omne, siue Hippuris.
Traganos.
Scorpio Theoph.

μάραθρον. FOENICVLVM, *siue* MARATHRVM { *Vulgatius.* *Dulce.*

Germa. Senkel.
Belgis. Venckel.
Gallis. Fenoil. *Ang.* Fenell.

QVONIAM multus vsus in cibis Fœniculi emarcidi & arentis, *Marathrum* quidam doctissimi dictum volunt, satius tamen è Græcis Latini, quòd quasi fœnum in hyemes arefactum & marcidum reponetur, fœniculum dixerunt. Id autem apud nos in triplici differentia visitur: vulgare, & omnium vsu frequentissimum apparandis cibis, Dulce vocatum Officinis, semine maiore Cumino, gustu Anisi, dulci, colore albido, minus acri, breuioreq; caule & exiliore; folia itidē sunt *Anethi*: tū coquis, tū Pharmapœis vsui. Hyemes istud non perinde fert vt vulgatius, nec perinde frequens seritur, vtpote semine è Græcia, aut Syria allato. Vulgaris autem sponte virentis feracissimus ager Norbonensis, siccior, squallidus. DVLCE.

Hippomarathri autem ab antiquis proditi syluestris, semine presertim ab isto diuerso, cuius plantam, quæ aptè respondeat, similem equidem habemus nullam, Guilli. Driesch probus & peritus Pharmacopœus aluit superioribus annis Antuerpiæ, procerum, prægrādeq; Fœniculum, communi simile: caule ternum, quaternúmve cubitorum, foliis breuioribus, aliquantò rigidioribus, albicantibus Corrudæ. Semen par, aut paulò minus altero, rotundius, & Aniso propius. Illi Hippomarathri nomen fecerunt. HIPPOMARAthrum.

ANETHVM.

Germa. Dyllen. *Gallis.* Anet. *Ang.* Dill.

ANHTON, quasi ἀνίκητον dictum volunt, quia appetentiam cibi excitet, sed etiam ἀνιτέιν & congressus, & coitio est, ad quam Venerea lacessit Anethi esus, vt antiqui prodiderunt: tametsi plurimo vsu tandem genituram exhauriat, Dioscor. teste, difflatq;. quippe è stomacho crassum spiritum, quem tenuatum in intima & vasa spermatica vrget, sed demùm populatur. Hortis hæc frequentissima, spontè interdum nata, etiam in Anglia & Northmannia: teneræ comæ in iusculis esitantur à quibusdam calculosis, quibus nō parum prodesse certum est, sed cibo, parum grato sapore: tantoperè Fœniculo simile alibi diximus, vt ipso Pharmacopœo interdum deludat, nisi sapore facilè discerneretur, ingrato, calidiore, & colore obscurius virente Anethum.

MEVM. *Germa.* Beerwurtz.



MEI veri plurimas sæpissimè vidimus plantas in Germaniæ, Italię, Gallię, Hispaniæque locis Alpinis: Quin nuper etiam dū hæc meditaremur vireto peritissimi Pharmacopœi Londinensis Iohannis Riccii. Radix odore suaui spicæ, vel Angelicæ, caule & foliis Anethi, vmbella candida, Iunio & Iulio floret. Semen Hippomarathri, odoratum. Eadem in celsissimis montium iugis sterilis Seuenæ, præsertim loco cui nomen Gallicè *l'Esperon*, id est, calcar latinè, monticolis *Cestre* nuncupatur vernaculo nomine, vti Platearii & Pandectarii æuo, cui nulla doctiorum omnium suffragio deest nota veri Mei Dioscoridis. Cuius etiā senten-

sentiæ est, noster eruditissimus Turnerus Anglus, qui in ore Septentrionalis Alpibus Cheueoticis Scotiæ finitimis, magna vbertate scatere hanc stirpem nos monuit. Vix enim quadriennium est, cùm primùm hæc planta Venetis Pharmacopœis innotuit: nam tametsi radices ad Theriacæ cõfectionẽ ex Syria & Apulia aduectas norant, & in singulas libras singulum aureum ducatum institori pendebant, tamen exoticam putabant, nec vllo loco Italiæ oriundam, vt qui neque caulem foliave vidissent, & Herbariorum Senensis dictatoris, summi placitis acquieuissent. Hic enim Massiliensium & Mõspelliensium Anethum fœniculúmve tortuosum, tortuoso errore vetum Dioscoridis Meum astruxerat, ansámque illis errandi prębuerat. Quin ne nunc quidem, vt errorem aut tegat, aut foueat, in istis postremis Commentationum recoctionibus atque recantationibus, nisi inuitus hanc genuinam esse fatetur: Et fatali sua modestia argutatur, odorẽ quadantenus virosum, folia non Anethi, sed Asperagi, radicibus non adeò tenuibus; Tum paulò mox subdit, Appuli Imperatricem vocant: quo quidem vocabulo, vbique fermè locorum ignara herbarum plebs solita est alicuius incognitæ plantæ eximium & gratum odorem & vires insignes signare: Sic enim vulgò etiam Angelicam Imperatricem vocãt: alioquin Angelicæ, aut Imperatorię, cum Meo nihil est affinitatis, nisi odoris, qui in Meo perinde iucũdus est. Et peritis indicio est eum neq; multas radices huius eruisse, neque folia planè perspecta habuisse; sunt enim situ & similitudine Anethi, non Asparagi, vt asserit: cui etiamsi essent similes, tamen ambitionem sic suam magis proderet: Asparagum namq; metipse fœniculo assimilat, & Anethum adeò similem fœniculo suo capite asserit, vt plerumque colligẽtes fallat. Ne porrò in multò reconditioribus plantis deinceps fallamur abs te, nos tyrunculi, cautio vna & summa erit, non temerè tuis argutis inductionibus picturisve credere. Penè enim nos fefelleras libri initio de Iride syluestri, quam Medio ex Plinio cõparabas: at nobis pòst lõgè aliud Mediũ dedisti, quam inibi prę te ferebas. Hic porrò de Seseli, Androsache, & aliis permultis plantis, fauere linguis consilium est. Qui non nesciamus, te tantum Dictatorẽ iamdiu supra aleam humani iudicii vel erroris summo ignauorum quorundum suffragio euectum esse, & vereamur scuticam Reuerendi fratris Adriani Veneti, qui in vasti tui operis vestibulo & Priuilegio, dicit totum volumen, tuum à sua Paternitate examinatum, approbatum, & ab omni supicione erroris liberatum.

Fœniculum tortuosum.

νάρθηξ FERVLA & *Ferulago.* *Hispa.* Cananheia.

QVEMADMODVM νάρθηξ virgultum, thyrsum aut bacillum Græcis signat, sic Ferula Latinè à ferendo, quòd illius scapi pedamenta fruticibus, & senibus pedum ac scipiones essent. Plurima & procera in Galloprouincia & Norbonensi Gallia, præsertim illis rupibus præruptísque saxis prope subterraneas cryptas, via qua Monspellio Frontignanam itur ad rectam: itidem in celsis squalidísque saxorum sinubus, qui soles ęstiuos & feruidos exceptos totũ fermè fouent diem, propè oppidulum Rochæve Castrum vocatum, quà ad austrum vergit: quinũm cubitorum caulis, radix magna, recta & altè in saxorum commissuras hiantes rimas descendens, euulsu difficilis, candida, lacteo pinguiq; succo turgida, odorem vehementem vibrans, folia fœniculo maiora, pinguiora, crassiora, vt & caulis: vmbellæ prægrandes Anethi, Iunio & Iulio flosculis luteis defluentibus. Semẽ folliaceum, compressum, oblongum, rotundum, Angelicæ fermè, duplò maius.

Aliæ FERVLÆ & *Ferulagines, eorúmque succi & excrementa* SAGAPENVM.

SVNT etiamnũ duæ in herbariorũ hortis huius classis, naturæ & similitudinis plantæ, quas idcirco Ferulagines vocant. E videntur distare duntaxat cultura, statura, elegãtia & succi copia, prout sunt nactæ radices aruum aridum, magísque excoctum, sub cælo sudo & feruidiore, vt in Aphrica, Media, Cyrene, & alibi. Quare, minus mirum est Dioscoridem paucas & obscuras notas de Sagapeni, Galbani, Ammoniaci, Euphorbii Ferulis, aliísque permultis gummiferis scripto reliquisse: cùm ne nunc quidem sint nobis cognitæ, postquam à nostris hominibus terra & mari lustratæ sunt Lybia, Æthyopiaq; cuncta,

cta,multoq; plures regiones,& magis diſſitæ noſtro orbe. Equidem Dioſcorides videtur agnoſcere Ferulam eandem eſſe atque Sagapenum:nam è radice Ferulæ ſauciata manarẽ Sagapenum primùm dixerat:deinde inferius,quaſi ſuperius nihil dixiſſet,alteram plantã Ferulaceam docet , ex qua alius generis Sagapenum effluat: quæ arguunt potius ſuccos ipſos agnitos illi,quàm plantas. Quippe Plinij etiam Sagapenum in Ferula oriri traditi fortè quia eãdem plantam cum Ferula vulgari putauit.Cùm autem multis è plantis,gum meus,pinguis,& reſinoſus ſuccus exeat,vt Coniferis,Amygdalis,Maſtiche,Terebintho,Ce raſis,Hedera:herba Ruthã,Dragacantha,Ixia,& alijs non paucis: tamen omnium nobiliſſimum excrementum medicamentúmq; videntur Ferulacea remittere: & earum quædam parcè,nec niſi alicubi,vt Fœniculum in Hiſpanijs,Thapſia apud nos:de quorum natura, viribus, & mixturis,commentationem plenam inſtituimus inter ſuccos medicatos,vbi facilius cum cæteris liquoribus concretis,pinguibus,& cognatis comparabuntur. Nunc tantùm ſi quæ faciunt ad haſce plantas veſtigandas, pauca leuiter attingemus. Diximus haud dudum in Laſere,ad quam vocem alludit Aſſa fœtés, ſolitũ olim nũſceri Silphio ſiue Laſeri Sagapenum,eóque,tum propter alias rationes,videri nobis cognatas plantas: quã cõiecturã fouet Dioſc.qui Sagapenũ neſcio quid mediũ inter Laſer & Galbanũ olere affir mat:idq; ſenſuũ perceptio hodierna confirmat, adeò namq; ſimilia colludũt ad nos, vt ex ercitato ſit opus oculo & nare ſagaci ad ea inuicem diſcernendũ. Purius ſiquidem Sagapenum,& illud recens,quale nõ multis ab hinc annis cœperũt Venetias aſportare inſtitores, concolor eſt Aſſę,purius,odore item ingrato, Porrum reſipiente, vel Galbanũ,quum præſertim recentiſſimam & efficaciſſimam intueris glebam lachrymis thuris concretam.

Quin & Galbanum Ferulæ item Syriacæ ſuccus gummeus,Aſſam multò propius aſpectu imitatur:odor tamen minus teter illi, & Opoponacis quadãtenus cognatũ videtur:cuiuſ modi habemus hodie ex Officinis Venetis quoddã fuluũ, molle, Ceram nouam referens: cuius grumos glebulaſúe lachrymis pinguibus congeſtas ſeruamus, aliorúmq; multorum lectiorum gummoſorũ ſuccorum ſpecimina,vt quiddam iumenti nobis afferant,etiam ad plantas ipſas noſcitandas,intérq; ipſas diſtinguendas.Siquidem veriſimile fit, ſic inuicẽ haſce Ferulas ſe habere,vti ipſorum gummi ſunt aut diuerſa aut affina.Nam Hammoniaci gummi,quod perquam recens optimum & copioſum hodie adfertur,tametſi plantam ferulaceam eſſe,ipſa fruſtilla feſtucaſúe harundinacei corticis,quæ inter glebam reperiũtur, fidem faciunt,& Dioſcorides affirmet:tamen longius abeſſe videtur ab illa communi ferulæ ſpecie, cuius cognationẽ Aſſam,Galbanũ,& Sagapenum ſuſpicabamur.Iſta etiam ſemina latiuſcula ferulæ,quę inibi immixta glebis conſpiciũtur,cauliſq;,vti dixim⁹,fruſtitia, arguunt ferulam diuerſam quandã,ſed tamen congenerem:tamẽ vides ipſũ gummi alio odore,figura, & copia multò maxima. Adde quòd Euforbij ferulaceam arborem etiam tradit Dioſcorides in Mauritaniæ Athlante monte,cùm tamen ipſe liquor concretus non parum diſcerpet à ſuperioribus gummis,ſimilior multò Sarcocollæ. Quare vtris credendum ſit,meritò hæremus,Dioſcoridíne,qui ferularum,aut ferulæ arbori ſimilem tradidit:an recentioribus, qui iſtos cunctos tractus Mauritaniæ admodũ exploratos habent, ipſamque plantam Euforbij frequentiſſimã ſibi viſam eodem quidem loco vbi Dioſcorides,ſed longè alia ſpecie repræſentant.Nempe ſpinoſam plantam, Acantho aut Cynaræ ſimilem, cuius radici innaſcuntur cumerorum effigie fructus prægrandes, ſucco iſto feruido turgentes,quibus per maturitatem inciſis,lac effluit,colligitur exceptũ in vtribus,mollius quàm quod habemus Euforbium.Verùm qui ſæpius obſeruauimus inter glomerulos & aceruos Euphorbij multa ſemina tricocca Chamæleæ,Lathyridiſúe modo,guſtu acria,lubens audiremus,num hæc ſint eiuſdẽ ſemina plantæ,quod tamen minus videtur,ſi ea ſit Cynaris ſylueſtris ſimilis. Nõ aũt eſſe Euphorbio congenerem Sarcocollã,tametſi admodùm ſimilia ipſa grummi grumoſa ſint, Dioſcorides monet,& ipſe feruor in Euphorbio,amaror autem in Sarcocolla,tum facultates diuerſæ, quas nos proſequemur,quo loco polliciti fuimus.

THAPSIA Turbith Gallicum,& Turbith cineritium Officinarum.



POTVIT dici Thapsia, nō solùm vt placuit Dioscoridi, à Thapso insula cognomine, quæ vna è Sporadibus est: sed etiam propter flammeum calorem, quem corpori admota inureret, adeóq; eminus, præsertim aduerso flatu spectanti. Valdequàm similis Tapsia habitu toto & viribus: tametsi vsu multo præstantiore atq; purgatrice vi. In Aquitaniæ macilentioribus montosisq; squalidis inuentam nobis dedit præceptor Rondelletius, prope vadum quà traijcitur in Hispaniā, tum ad radices Pyreneorū, non procul Perpignano vrbe: crassior radicis cortex, fusco foris colore, intus pallet, succóq; multo glis cit lacteo, gummeo, sed inibi loci neglecto: caulis Peucedani gracilior, quā Ferulæ, foliaque Fœniculo latiora, breuiora, in vmbellis semen Ferulæ minoris, oblongum, angustius, montani Sileris. Meritò desita ex istius succo purgandi antiquis consuetudo, vt quo multum noceatur præcipuis visceribus, & tormina dira interdū excitentur. Verùm siquidē misçentur leuioribus & naturæ amicioribus, proderit Sarcocollæ, Hammocami, Turpetiúe succi modo. Nec Ferulæ Peucedaniq; succis gummeis desūt vires purgatrices: verùm tū quia planta tum succus fœtidus cerebro aduersātur, ideo non correcta plus discriminis inferret. Sagapenū vocatur gummi ex Ferula eductū, vti Hāmoniacū, Galbanū cæteriq; congeneres ex Ferulis consimilibus, sed tamen pro succorum natura interse differentiæ eliciuntur, de quibus paulò mox.

Herbariorum THAPSIA *Vulgaris, Carotæ effigie.*

QVAMVIS sit hæc vulgatior Thapsia officinarum verior existimata, & superiori Thapsiæ radice non parum assimilis, tamen certum est longius à descriptione abesse: est enim folijs potius Carotæ, siue Dauci agrestis quā Ferulæ: ex Italia iamdiu hortis Belgicis & Francis translatitiæ notitiæ. Sed quia Aquitanica radice vtuntur pleræq; omnes Officinæ Septentrionales, ideo se putēt vti istius vulgatioris radicibus, quia nō ita sūt absimiles.

PEVCEDANVM. *Fœniculum porcinum.*

Ger. Harstraug, Schebel Wurtz, vnd Seuw Fenchel.
Belg. Verkens venckel.
Ang. *Horestrange.*

FERVLÆ COGNATIS hæc, cui radicis succiq; gummeus, resinosus, piceus fœtor, Peucedani nomen fecit: Apuleius Pinastellam, tametsi potius horrendum amarorem & fœtorem apud Poetas πευκέδανος vox signet. Multum crescit in Italiæ Hetruscæ æstuosis atq; Norbonæ glareosis collibus, præsertim in Luci Garamontij aditu & circū inter sentes, lumas, & dumeta. Radix profūda nigricat foris, intus virescēs, succóq; remittit gummeum, flauum, odore grauis & fœtentis: comatq; supernè denso capillitio fusco, ambiente caulem gracilem, sesquicubitalem: multis interdum ab imo surculis diuisa, in folia terna Fœniculi modo, quàm Ferulæ duplò latiora, longiora, minùs crassa, vmbellæ latiores, luteis flosculis prægnantes, semine Angelicæ haud absimili, ingrato. Sic & purgandi vi donata fuit radix herbáve, sed propter fœtorem vtriusq; minus in vsum deducta.

PANAX *Asclepium Ferulæ facie.*

NEc diuersi generis est Asclepium Panax à Ferula, nec item figura absimile, præsertim istud doctioribus verum putatum, fortè quale in Mathiolo pictum vidimus: Sed quia is autor admodū notas plantas oratione prolixiore prosequitur, rariores autem tacitas prætereunt, aut nomine tenus indicatas pictori relinquit, nos potius dubios quàm certiores ple-

plerumque facit intueti omni hanc iconē, illicò Ammi, *Mei*, Anethi, aut ſimilium, veniet in mentem, niſi quiſpiam aperiat deſcriptione conciuna, ſintne ſolia fœniculo minora, odoratiora, hirſutiora, quæ vmbellæ, quo flore donatę, ſic paucis Cōmentatoris officio & pollicitatione deſūgeretur, præclarè opera poſita, nec inulta: quæ tamē multùm plus tibi honoris, & vtiliratis nobis eſſet allatura, quàm ex Authoribus, qui peruii ſunt ſtudioſis, paginas ſuas infarcire, vt plebi multa loquutus videatur, quum dixerit aut docuerit nihil. Ex Illyrio tractu, cui Hiſtriæ nomē, hodie plātas non paucas aſportauit induſtrius Valerādus Inſulanus Lugduni Pharmacopœus, quib⁹ multa cū hac Panace affinitas, quas in Horto Doctoris Iuberti Monſpellii ſeuimus: Ferulæ ſimilis erat effigie, ſed multò minor magnitudine. Semine tamen non Fœniculi, ſed vt Ferulæ, lato: foliis & floribus haud diſsimilibus, caule & radice, magnitudine atque ſimilitudine Anethi odorato.

ROSMARINVM ferulaceum, Fertile Dioſ. cuius Semen Cachris dicitur.

DIVERSI admodùm generis plantæ Libanotidis appellationē aſciuerunt, ob odorem quem ſpirarent, quadam ſui parte Thuris quadantenus æmulum, cuiuſmodi primæ Libanotidis radicem olere Dioſcorides author eſt: qui idem à Theophraſto quandā Libanotidem memoratā, cuius folia agreſtis Lactucę amaræ cādidiora, aſperiora: radice breui, narrat. Nobis autem nulla hodie plenè innotuit Libanotis è tot Ferulaceis, quæ vulgò Libanotides putantur, perinde deſcriptioni conſona, vt hæc, quam Patauinus olim habebat hortus, quæ etiamnum hac ineunte hyeme læta virebat Londini in horto Iohannis Riccii, non vulgaris peritiæ Pharmacopœi. Surrigit ea caulem quinum & ſenum interdum cubitorum, fœniculaceum, aut ferulæ, nitidum, obſcurè viridantem, alis multis & ramulis diuiſum, è nodoſis geniculis exeuntibus, foliaque gerentibus crebra, Fœniculo craſsiora, Cotulæ maiora, auerſa, virore cęſio & glauco, vmbellas per æſtatem latiores Ferulæ, aut Tapſiæ, floribus luteolis refertas, & ſemina Fraxini, folliacea, oblongiora quàm Ferulæ, & Cucumerino ſemini maiora, cōpreſsiora, ſtriata, aceroſa, reſinaceū, aut Thureum halitum dum fricantur, Sileris Montani, aut Peloponēnſis Seſeli dantia, manſuque os reſinaceo & Thureo ſapore complentia, acriora: reliqua planta tenera, calidiuſcula, ſed non ingrato holeraceo & Smini guſtu, quo quidem facilè dignoſcitur à Ferula: nam alioqui lacte multo turget tota, vti Ferula, ſed albidiore & minus feruido, aut graui odore, quin potius odoro.

Libanotis Theophra. folijs Lactuca, apud Dio

Alteram vide prope Oluſatrū.

HERBARIORVM Septentrional. notior Libanotis.

NON perinde Libanotidi congruit hæc ferulacea, quam multi Herbarii horti in Gallia, Germania, & Anglia fouent. tametſi caule gracili, recto, Mei, aut Anethi, ſtriato, atrouirente, bicubitali ſit, paucis alis & geniculis donato: in quibus, imis præſertim, Peucedani prolixiora folia, fœniculi tortuoſi, anguſtiora Saxifragię Anglicæ, medio & ſuperiore caule pauciora; Vmbellis & floribus puſillis, candidis, Mei: Sed exiguum ſemē, ſub hyemē maturās, minus Carui rotundi, ferè Ammi officinarum par, quod neutiquam poteſt conuenire Roſmarini fertilis Dioſcoridis ſemini, Cachryn, aut Cancryn vocati, quia grano hordeaceo eſſet ſimile, aut potius quòd vrentis facultatis cùm eſſet, ſimilem eſcaram inurebat cuti, atque pilula Cacrī propterea ab antiquis vocata.

NIGER HELLEBORVS Theophraſt. caule & folus Ferulæ, radicibus nigris.

ET hic cogimur etiam aſſentiri doctioribus inculcantibus nobis iſtū Senenſem minus verſatum ſtirpium in inſpectione, aut authorum claſsicorum lectione: nam vbi Tragii veſtigatoris pertiſsimi & Geſneri indefeſsi laboris viri iudicium, vt vanum plerūque incuſat, nę ille quàm non eſſet multæ exercitationis, aut lectionis, liquidò prodit. Saltem debuit monuiſſe, Theoph, fortè & Hippocr. Helleborum deſcripſiſſe Cotulæ & foliis

 ferulā-

ferulaceis nigris radicibus, albi similibus: vsum qualem nescius & auius pseudocōmentator, isti pseudohelleboro attribuit. Radix quamplurimis, nigris, tenuibus neruulis, Helleboro similis; ternos quaternósve erigit cauliculos, pedem fermè altos: foliis densis, tenuiter incisis, virentibus, Ferulæ Adonidisve potius similibus, cuius flores etiam æmulos, sed luteos & maiores Calthæ palustris, aut Ranunculo propiores, suboriente confertim crebribus conflato seminibus pusillis capitulo orbiculato, oblongoque, Morum imitante, simili eidē Adonidi, vel Ranunculo: In variis Halsatiæ locis oritur, & hortis colitur. Iam verò si neutiquam Hellebori vires habere verè tuentur & profitentur obseruatores, non sit igitur Helleborus: floret tamē viretque Bruma, Ianuario & Februario, vt Helleborus & Ferula.

SAXIFRAGIA Ferulacea Italorum.

QVIDAM horti Italici, vt Vrbini & Florentiæ, alebant Saxifragiam bicubitalem, foliis ferulaceis, aut fœniculi, minus aut minimè geniculatis, tenuioribus foliis, obscurè virentibus: floribus vmbellatis, albidis, Mei, cuius videtur species. Radices albicant, Pastinacæ sapore.

SAXIFRAGA Anglorum, facie Seseli Pratensis Monspelliensium.

AB eximia dote in frangendo calculo, Saxifragam scitè dixerunt Angli hanc plantam, pratis vdis familiarem: foliis fœniculi latioribus, pratensis Seseli minoribus. Radix odora foris nigra, intus alba, Peucedani facie. Flores in vmbellis candidi: semen fœniculi; caulis sesquicubitalis & cubitalis est: hac stillatitiā parāt mulierculę clynicæ in Anglia.

SESELI MASSILIENSE, folio fœniculi crassiore.



PASSIM & vberè crescit Massiliense Seseli illis in tractibus qui Massilia Aquassextias ducunt, transq; Rhodanum in Monspelli agri asperis: Nobis etiam collecta, via qua Roma Senam itur, propè colles oppidi *Mōtfiascone*, vini optimi Muscati commendatione, potoribus magis noti, quàm Botanicis studiosis. Radix illi alba, fœniculi effigie & magnitudine, altè humi depacta, & euulsu difficilis, quàm fœniculi odoratior & calidior: caulem vtplurimùm sesquicubitū ferulaceū, hincinde alis multis ex geniculis prodeuntibus reflexum emittit, prędurum, rigidum: Folia pauciora, sed firmiora, crassiora quàm fœniculi, & albida sunt: vmbellæ confertæ Anethi floribus candidis, & semine, Aniso similiori quàm fœniculi: gustu suaui, acri, & medicato, cuiusmodi Mei aut Panacis gustu, Planta illic valde nota, fœniculi tortuosi nomēclatura: singularis industriæ amicus Iacobus Reinaudus Massiliensis ciuis & Pharmacopœus primus hanc Lugdunensibus medicis, etiamque Valerando *Donrez* illic Pharmacopœo, huius cognitionis suprà quàm dici queat consultis, miserat, ad Theriacę exquisitā confectionē, cui etiam Monspelliensium Doctorum instituto, Rondeletii præsertim, additur, cuius sententiā non rarò sequimur. Neque quantū illic locorū est Massiliæ circum lustranti, vllam plantā videre est, quæ magis quadret Seseli, proindeq; hallucinantis commētatoris Tridentinū Seseli neutiquam genuinū esse quit: quidverò sit, cùm ille describere non ausus sit, nobis ignorandum. Illud tamē asserendum, nos in Tridētinis alpibus hanc plantam vspiam vidisse, ac ne in Baldo quidē monte longè illis feraciore.

An siler Montanū Ma. Seseli

Ma-

Maritimus Dioſc. ASPARAGVS *idem cum hortenſi & holeraceo.*

Ang. Sperage, *or* Sperache. *Bel.* Coraelcruyt. *Gall.* Aſperges.

TENELLÆ & primulùm à ſatione erumpentes holeraceorum germinationes Aſparagi dicebãtur, quia σπείρω Græcè ſero, & σποϱὰ ſatio dicitur: proinde ſatius quiſpiam coniectet Aſparagos è Græco Latinis deductos, pace multiſcij Varronis, quàm quia ex aſperis virgultis legerentur. *Duæ* autem differentiæ, quales antiqui ſcripſerunt, paſſim vulgò noſcũtur, & in hortis ſeruntur: nam ſponte natæ potius gaudere videntur maritimis locis: ſed ea ſpecies quæ vulgaris ſiue altilis eſt, depreſſiora decliuioráq; pratenſia maritima amat: iam admodum nota & frequens primo vere *A*ſparagis punctim emicantibus, multis crebrıbúſq; tenellis thyrſulis, caudæ Equinæ quadantenus ſimilibus, eſu in acetarijs admodum quæſitis: affecta poſtea ętate & æſtate, multis fruticant ramulis caules adulti, proceritate ternũm & quaternũm pedum, denſiſſimis foliorum exilium comis Fœniculi aut Anethi, floſculos edentibus oleæ luteolos, qui pariunt bacculas rotundas, Ruſci duplò minores, pares fructu Ribe.


CORRVDA differt ab altili Aſparago.



SED enim Corruda magis montoſis & collibus in deuexu & afflatu maritimo delectatur, perperámq; à noſtris Herbarum Doctoribus hodie cum *A*ltili confunditur, cùm eadem putatur: tametſi rarior multò occurrat, neq; enim Veneto tractui maritimo, Germaniæ, Gallię, *A*ngliæúe maritimis viſitur, vbi nihiloſeciꝰ altilis frequẽs oritur. Facilis autem à ſuperiore dignotio, quia hæc tota cãdidior & rigidior eſt, & ramis diuaricatis funditur per ſepes. Folia acutiora, breuiora, & magis in ordines ſtipata: floſculis oleæ luteolis, crebribus, ſubter alis emicantibus: & ſemẽ illi, nõ vt Altili, Coralli colore, ſed vbi maturum nigricat ex viridi, magnitudine aliquãtò inferius, quod glomeratim proximè ſurculos adnaſcitur: quas ſi ſeorſim ſpecies genericas vidiſſet & obſeruaſſet Commẽtator, nec falſus ipſe nos fefelliſſet, nec Corrudam appoſuiſſet, non illius loco Aſparagum altilem & veſcum ſponte erumpentem illi ſubdidiſſet. Is quippe nulla re prorſum quàm tranſplantatione aut cultu, à ſeipſo hortenſi diſtat. At quid differat ab horum vtroque Corruda, ſatis iam liquet, vbi Altilis & maritimi baccæ coccineæ ſunt: Corrudæ autem ex nigro virides ſemper, & Aſparagi marini baccæ multò maiores quàm Corrudę.

NEPA apud Theoph. diuerſa eſt à Scorpione, quam inter Cæli collocatam oportuit.

HVC autem properatione non ita incommoda irrepſit Nepa: quippe cui ſpinæ horridæ & infeſtæ, nomen commune fecerint cum Scorpione, qui etiam ab ſpinis punctim



tangentem ſauciãtibus dictus eſt:& ſimiliter Nepa vocatur cognomine ab animalculo caudæ ictu metuendo.Hanc autem fermè indiſcretæ ſimilitudinis eſſe cum Corruda prodidit Theophraſtus:qualem plantam paucis adhuc notam, nullidum recentiorum deſcriptam: tum ob ſui cognitionem,tum ad Corrudæ collationem apponemus:non pauci enim ſunt,qui ad eandem quam Senenſis ſalebram impegerunt,rati Corrudam nihil aliud eſſe quàm maritimum Aſparagũ,paſſim locorum prouenietem,vt ſuperius diximus. Sed enim qui nouerit hanc, Corrudę ſimillimam dicet,non item Aſperago:Eam nullibi pręterquàm in Prouincia vidimus, locis montoſis vberè fruticantem, præſertim prope montium radices,qui Magdalenæ celebri Fano & ſpecui ſancto nuncupato finitimi ſunt,via qua Aquasſextias itur. Ligneæ ſunt radices,multiplices,implexæ,tenues: à quibus mox orſæ ſpinulæ,rigidulæ,denſæ,Corrudæ ſimillimæ,aliquantò maiores,vniuerſa virgulta ſummo tenus veſtiunt,ſicq; tota planta denſis horret aculeis pro ſolijs:& faciem, Corrudæ præfert, guſtu amaricante.Locis ſaxeis & aridis,& Sterellæi montis decliuibus, ac propter argenteum amnem, *Argens* vulgo Galloprouinciæ dictum,multa.

MYRIOPHYLLVM aut Maratriphyllum paluſtre.

AFFINES nomine plantas Militares, ſiue Dioſcoridi dictas Milleſolias,ſcilicet Semperuiuifolio Stratiotem aquaticã,& Filicifoliam terreſtrem,ac Cumini ſylueſtris foliã quamlibet ſuis alibi notis diſcreuimus:à quibus iam hanc fœniculi ſoliam diuerſam agnoſcere in procinctu cuilibet eſt. Quippe quam ſæpius reperies in leui agmine fluentibus aquis & paluſtribus,innumeris foliorum capillamentis exilibus,è neruis per æqua interualla pinnatim exeuntibus,teneritudine & diuiſura Fœniculi pullulantis, aut Corrudæ,mollioribus, colore ex viridi fuſco,mollicello,teneróq; caule in aquis fluitante : éque radice exigua, cutiſu facili, pallidula, lutea vmbella emicat,guſtu quadantenus paluſtris Equiſeti. Qui hic nulla de cauſa Marathrũ vocem diſpungunt,vt Amaracum ſubdant,gnauiter in nihil agendo,& ſibi moleſtiam aſciſcendo,ſudant:nec vident nomen à Marathro deductum,monente ſtirpis effigie & codice.

Myriophyllum Equiſetifolium Fluuiatile.

ISTVD Dioſcoridi prætermiſſum,mediæ figuræ inter Hippuridem & Myriophyllum aquaticum exiſtit.Caulem ſiquidem edit cauũ,ſtriatum,& glabrum,duum trinumúe pedum:floſculis albidis,confertis,faſtigiatum,Naſturtij aut Cardami aquaticæ ſimilibus. Aquarum reſiduum & riuulorum vadoſis innaſcitur lubens:ſolijs multis,flaccidis & languidis,fluitantibus,caudatis,aut ſetaceis,Equiſeti,vel Milleſolij fœniculacei.

POLYGONON Fœmina ſemine vidua.

PROPTER crebras geniculorum cõmiſſuras Polygonon dictum liquidò conſtat,ſic vulgus diceret multinodiam: propior tamen & ſimilior hæc ſpecies Equiſetis, quàm maſculo Polygono videtur, natalibus, culmis,ſolijs,crebribus in geniculis,per interualla fermè æqua exortis, tanta cognatione itidem virium,vt non valde ſit diſpar aut modus,aut emolumentũ vtẽdi.Habet ſiquidem ternos & quaternos caules,ſed læuiores,glabros,neq; ſtrijs aſperos,rectos, folia anguſta,lõgiuſcula,ſeſe per radiatos exortus,& articellorũ pixidatas inſertiones ſtipantia,Equiſeti,aut aſperulæ anguſtiora. Radix albida,longius propagata,& de ſe nonnulla germina Aſparagoſue promẽs,tenera. Vliginoſas cõualles & quas riuuli

inter

interluunt, crepidines sectatur in herbidis vdis, ad cellam Nouum Monspellio exeuntibus occurrit. Rara tamen illic & nec multum alibi, nota: sicca & astringens valde.

HIPPURIS.

QVILIBET è triuio Hippuridem nouit, sic dictam vt loquitur Plin. ob setas vel pilos equinos & foliorũ similitudinem, caudæ equinæ imitatos, vnde etiam Equisetũ dictum. Herba siccissima, ἔφυδρος tamẽ vocata quia vdis, humẽtibus pariter gaudet scrobibus & fatnrum marginibus, plurima quocunq; ieris obuia sit, & in duplici differentia cernitur. Equisetum istud notius, culmos arundineos, vel iunceos, cauos, nudos, asperiusculos, & geniculatos, & siccitate firmiores, detergendæ omnigenæ supellectili à mulierculis expetitos, initiò edit, exiguis articulorum vestigijs per initia, & racemosis in summo donatos: floribus oblongis, rotundisq;, asparagi nouellæ nucamentis, albidis, & herbaceis: progressu ex vertebrosis quasi articulatis commissuris, quas in ambitu per intercapedines radiatim cingunt multiplices exilium foliorum quasi setæ asperiusculæ, prolixiores, Laricis folijs, Myriophylli aquatici comas, aut Equinam caudam satis ementientes. Minor interdum tota hæc rotundos fert asparagos, teneros, summos, non clauatos, sed racemulis longis, & spicatis donatur ramulis, comosis etiam è lateribus.

Ger. Rossch wants. Bel. Peertstert Ital. Asperella. Gall. Queue de cheual, & queue de chat Ang. Horse taile.

Minor fontalis HIPPURIS.

PRODIT & istud substillis & sabulosis aruis, vti in Anglia passimè viuis ipsis scaturiginibus trans vndantem aquam erũpens prope Castell Cary: estque secunda Dioscorid. species, quã autores implicuisse & confundisse vidẽtur. Est ea recto caule, crassiore, magis cauo, habitiore: per interualla carnosos exortus foliorum multò breuiorum, albicantium & teneriorum edente: radix nigricat, geniculatis articulationibus & fibris donata: viribus videtur impar superiori.

An racemosa Equiseti facie planta sit TRAGOS *vel Tragonon Diosc?*



CEREALEM frugem multùm acerosam Tragon vocarunt, qua ratione nuncupari & hanc innuit Diosc: cuius vtriusuis origine vocis nequaquam ad hircum intelligas allusum, sed potius πρὸς τὸ τρωγᾶν, ab cõmedendo, vnde Traganũ & Edulem, & Tragemata Bellaria Latinis dicta: Gallis etiamnum *dragee*. Sic in *Trasi dolce* Veronensi, quia edendo esset, eadem vocis vestigia remansẽrũt. Est aũt Traganos, quẽ hic verum profitemur, fruticulus raritate & elegantia in primis cognitu dignus, nequedum vlli recentiorum memoratus, quẽ primùm in siticulosis arenis oræ maritimæ ad Ceti promontorij Agathẽsis sinus radices, & finitimis aggeribus arenosis, inter mare & stagnum Laterẽsem, tres quatuórve Leucas Mõspellio distantem, legimus, eiúsq; fructũ, siue acinos, quos hic Diosc. ῥᾶγας vocat, ex granulis tritico parib^9 congestis, ternis aut quaternis, mori Bati effigie, vinaceis aut arillis perquàm astringentibus, magnã cum voluptate esitauimus: vbi vulgus piscatorũ & naucleri accolæ, etiámq; studiosi Monspellij *Rasins de mar*, seu marinã vuã vocat. Luxuriat inibi tanta vbertate, vt ea plaustra onerare queant. Foliorum prorsum expers est, sarmẽtosis, gracilibus, copiosissimis, & confertis viticulis, iunceum, aut potius spartum, partim & Equisetum referentibus, ramosis comis, humi accubantibus, ex crassiore, duriore, russescente breui stipite, arenosæ superficiei multis anfractibus immerso, & radici continuato, quæ in senos octonosúe pedes tortuosa excurrit, genicula russa, graminea,

crebrioribus etiam geniculis in breui sparteo, crassitie & duritie stipitis, in alas exeunte geniculosas, comosas Equiseti, sed duriores, amaras, siccitate & astrictione mira, vti vniuersa etiam planta, secundum autem ramulorum inferiores superioresque exortus, in iunceis innumeris cuspidibus minutim racemosi (Iulio & Iunio) erumpunt flosculi, ferè iunci aut botridis, albicantes, herbidi: post quorum defluuium, ingens acinorum agmen totam operit fruticem, coccinei enim grani triticei sunt, pares acinuli, & purpureo musto pingues, Rubi idei, nō prorsum maturi exiguos fructus referentes: è quolibet eorum gygartum duriusculum, triquetrum, vtrinq; acuminatum, grani tritici aut Sesami Theoph. similitudine, fuscum foris, intus albū, medullosum, astringēs, nō ingratum, gratus verò esu ipse fructus & prædulcis, etiamnum vrinam multum ciens, biennio, trienniõq; regustatus. Satum item In Belgio amicis, nobis istud Londini bellè enatum fuit: nondum tamen acinorum ornatus comparuit, Rupellæ etiam maritimis exire, & ex aduerso Salinorū insulis Oceani Occidui, nobis amici non vulgatæ fidei retulerunt. Nos tamen Autumno 1566. qui multa illic rara nacti fuimus, non animaduertimus. Quur Tragon non sit hic genuinus agnoscendus omnibus eruditis, causam haud dicet Senensis, qui triuiale & claudum nominis Scorpij argumentum aucupatus, illicò solita qua est fiducia, Cali dat speciem spinosam, eandemq; Tragon Dioscoridis ratus, confundit cum Theophrasti Scorpio, quem alium à Nepa docuimus, & suo loco vtrumque dedimus.

TRAGON improbus Math.

EST enim ille Crithmi Salicornij seu Cali congener, propius ad eam speciem spinosam accedens, quam Pastinacam aut Secacul, aut alterum Crithmum faciunt, pedem & cubitum altam, intortis, crassis, densis, ramulis diuisam, & adeò horridam, armatãq; folijs pungētibus Aizoi colore & figura, carnosis, crassioribus, numerosis in imo, in summo muricatis, cuiusmodi in tribulo terrestri & aquatico, vt impunè effringere surculum nequeas: hisce ad imam basim interiorem, flosculi herbacei rotundi, ex quibus semē exit compressum, Kali modo (puto) in volutæ speciem. Radix cespite summo exilis, lignosa, Cali, & herbaceo prorsum gustu, succoq; multo glutinoso prægnans, minimè astringente, salso, & alioqui nullius excellentis qualitatis: quam si Commentator propius gustu & visu exploratam habuisset, descriptione declarasset, nec Dioscoridis Tragon fecisset. Est enim succulenta herba, nō frutex, nullos acinos habet ruffos, tritico pares aut supernè acutos; numerosos, magnoperè astringentes: quæ omnia insunt prorsus nostro Trago, quem sine folijs, nec spinosam Dioscorides tradit: At hæc folia ἀίζο carnosa habet, spinis horrida, astrictio penitus nulla & prorsum à Scorpio Theophrasti non alia, qualem descriptum eleganter Theophrasti Scorpium leges. Qui quàm exquisitè huius inspectione herbæ percipitur, tam longè abest à Dioscoridis Trago: cui ex proximo superiore capite potuit irrepsisse Scorpij vox, vti multa nomina casū inserta sunt, aut frequenti amanuensium lapsu, qui etiam isto loco florere Corrudam & Scorpium μετὰ κεστρὸν φθινοπωρὶ3ν, cùm tamen longè ante florere certum sit, eóq; μετὰ ἔαρ æquinoctium vernum, vel Plin. lectione, qui non rarò non notas res aut dispares, simili descriptione amplectitur, vti multis locis ostendimus.

- *Rubia vtraq;*
- *Erithrodanum Marinum Narbonense.*
- *Aparine.*
- *Aspergula, siue Asperago Pli. Gallis Muguet.*
- *Spergula.*
- *Gallion.* { *luteum &* / *album.*
- *Cruciata minor.*
- *Polygonatum minus.*
- *Passerina Tragi.*

RVBIA vtraque, Erithrodanum marinum.

Ang. *Madder.* *Gall.* Garance. *Belg.* Grappe.

Vber

VBERI tum prouentu, tum quæſtu oritur & colitur Rubia vbiuis locorum, præſertim in Germania & Belgiæ Inſulis vrbe dicta, vbi radices prolixiſsimas & numeroſas, flexibus multis humi ſparſas, rubentes intus, foriſque Coralli nondum perpoliti colore: erutas hyeme ineunte, menſe Nouembri, ſiccatas trapetis ſubdunt, confringuntque, quo commodius ad extera emporia compendii cauſa venum vehantur. Infecturæ lanarũ coriorúmve impendiò expetita, necnon officinis medicis notiſsima: hæc maior & melior vocatur. *Ang. Madder*

Altera verò, vt minor, ſic deterioris eſt notę, minus aſpera tota, cuius radices è rubello in luteum languent, floſculi nec luteo pallent, ſed candicant, folia minora, numeroſiora, geniculos frequentiores radiatim ambiunt, cauliculoſque triquetros, ſemine rotundo, prorſum maioris Rubiæ ſimilitudine, vſus rarior huius. *Sylueſtris Rubia Minor.*

RVBIA MARINA Norbonenſium.



PAVCIS locis oriunda ſpectatæ elegantię planta, quam non temerè niſi in Norbonæ Maritimis, & ſquallidis ſabuletis Magalonæ & Peraux circũiectis reperies, nec commodiori quàm huic loco referas. Radix pedem aut ſeſquipedem longa, nuda, ſarmẽtoſa, arida, rubra, Anchuſæ colore, modo, & magnitudine: intus ruffet obſoletius cuiuſmodi Iuniperi, aut Cedri ramenta: graciles numeroſoſque cauliculos ab imo ſurrectos, teretes, geniculis crebribus cinctos habet: è quibus foliola Saturei aut Rubiæ minoris, tenuia, rigida, mucronata, ſed incana, vt plurimùm quaterna decuſſatim promũtur, quæ ſuis axillis aceroſos glomerulos foliorum puſillorũ cõdunt, deinde ſummis in cauliculis è mediis iſtis glomerulis floſculi prodeunt ex herbido lutei aut pallidi, magnitudine Amaraci, & Iaſmini modo oblongi ſunt.

APARINE.

ERYTRODANI vniuerſo generi videtur congener Aparine: valde quippe ſimilis, & eadem penè ſylueſtris foret, niſi intercederet ſeminis diſcrimen, tum etiam ſcabritia hirſutaque cuticula caulium & foliorum, quibus ſeſe veſtibus pertinaci applicat heſu, vnde Philantropos, ſeu Hominis amans, vocitata fuit. Semen verò vmbonis vmbilicíve figuram cælatam medio ſui habet.

Aſpergula odora noſtrâs, aut ASPERVLA, an Mollugo, aut Aſperugo Plinii? Gallis, Muguet.

HISCE proximè accedunt duæ plantę priſcis, vt videtur, incognitæ, niſi ſint Plin. Mollugo, & Aſperugo dictæ. Altera, Aſperulã vocitata, tamen non eſt niſi ſemine aliquantùm aſpera. Cauliculos complures quadratos geniculis multis cinctos edit, circum quos ſtellatim foliola Aparine, latiora, magíſque virentia, ſeptena vel octona ſunt: floréſq; exigui candicant in ſummo, Valerianæ æmuli: tota planta odore ſuaui cuiuſmodi Lilij conualli.: ſemen rotundum & nonnihil aſperum. Rarò alibi quàm in hortis, vbi odoris commendatione colitur, Gallis Belgis perfamiliaris.

Sagina SPERGVLA, ſiue Spurry Belgarum & Anglorum.

SPERGVLA verò radicem exiguam: à qua ſtatim promũtur palmum alti cauliculi rotundi, graciles, geniculari, crebrioribus foliis, ſed exilioribus, circum in ſtellæ morem radiatis

diatis Gallii foliis similibus, flores in extremis albidi, caliculis coercetur semẽ nigricans. Brabanti hac, vniuersa passim conserunt veruacta, vt cuius pabulo mirificè vaccas saginari, lactisque copiam augeri, veterinæ iam diu exploratum habent.

GALLIVM Luteum.

PERQVAM simile Gallium huic, sed folijs minutioribus, luteisque flosculis, racemosis, oleæ modo, passim obuium & notum, odore suaui. Huius altera frequenter visitur *Gallium album,* differẽtia, floribus candidis, & folijs aliquantò latioribus, ad Rubiam syluestrem propius accedentibus, sed minoribus, quod Gallium album nuncupant.

CRVCIATA MINOR.

ACCENSERI potest isti clasi Cruciata recentioribus vocata, iisdem quibus Gallium gaudens natalitiis. Pusilla radice, fibrosa donatur, à qua cauliculos quadrangulos egerit rectos, pilis hirsutos, ex æquis interuallis geniculatos, quaternisque folijs breuioribus, latiusculis, hirsutis, & flauo pallentibus decussatim stipantur, è quibus flores exeunt lutei, pusilli, singuli, oleæ, racemosi, sed in summo numerosiores, confertim aggesti, thyrsulum Pulegii constituũt. Vulneraria hæc, haustibusque prolapsorum ex altò, atq; sanguinis exputioni admisceri solita, vti Rubiæ cæteræ.

POLYGONATVM minus, Rubiæ folijs, ambitu stellato.

AFOLIIS agnoscitur altera differentia Polygonati, Sigilli Solomonis vocati, cui radix & caulis, plantæque habitudo, & natales sunt eadem: verùm folia angustiora multò, & ambitu stellato, Rubię maioris, vel Asperulæ, quaterna, aut quina: minores etiã flores inter folia herbacei, bacculæq; Pipereis minores: multus hic collibus *Riuoli* & Taurino Pedemontium collibus syluosis vicinis, & arduis Vegani Norbonensis, Belgicis hortis charus & multus, vbi maius etiam in pratis syluosis spontè luxuriat. Ruri etiam Galliæ & Germaniæ prouenit crebra, vbi iamdiu & etiam nunc nostro tempore, officinæ cõdire solitæ sunt, ad Diasatyrionis Veneris illicium, persuasæ esse Arabum Secacul, multis *Secacul Arab.* recentiorum authorum negantibus, inter quos Senensis, qui quid illius Indici Secacul radicis penuria subdendum foret, vt solet, silet: nos suo loco commodissimè vtendũ monuimus radicibus Pastinacæ marinæ (quæ domestica vegetior est) esu gratis, boni succi, nonnihil flatulentis, sanguinem, semen & spiritum augentibus. Eryngii, etiam Pastinacarum & Zingiberis viridis conditura posset vicem explere, vti nucis Indicæ pulpa *Bathades.* vesca; & Indicæ *Bathades*, seu *Ges* vocatæ, quas inter Sysarum retulimus.
Polygonatũ Pli. Ruellius perperam astruit Polygonatum Syl. Plinianũ, foliis Rutæ, Polemoniũ fruticẽ, quẽ non nouit isto nomine, & fieri potest vt hallucinatio sit Polygonati ad Polemonium.

Herbariorũ PASSERINA vnicaulis, Linaria, aut Luteolæ figura, Lini semine vesco.

HANC aptius quis inter Linum & Scopariam inserat, quam nisi perpaucis in locis Germaniæ videas, vnde habuit industrius & magnę spei medicus Anglus D. Pennius, vbi wild Meer Hirssen vocatur, id est, Milium syluestre, quia Milii semen non dispar dat, gustu, & similitudine, quodque passerculi depascuntur, vnde Passerinam vocauit Tragius. E singulari, exili, paulùm flexuosa, albida Lini radice, caulem erigit vnicum, iunceum, gracilem, sesquicubitalem, medio tenus nudum, sed indidem summo tenus, pusillis crebribus foliolis Satureiæ aut Thymi angustioribus, inter quę granula multa, oblongiusculа, Milii magnitudine & sapore, sed calidiusculo, amaricante.

- *Phillitis.*
- *Hemionitis.*
- *Ceterach, siue Asplenium.*
- *Lunaria minor.*
- *Ophioglossum.*
- *Tragium alterum Scolopendrii facie.*
- *Adianthum.*
- *Trichomanes.*

Adian-

Adianthum { *album & nigrum.*
Saluia vita, siue Ruta muraria.
Filix mas.
Fœmina.
Osmunda regalis siue Filix florida.
Polypodium.
Dryopteris.
Lonchitis.

PHYLLITIS & Hemionitis.

IVBET inter pretari Phyllitim quasi foliosam dictam plantam hanc, vt quę caulis, floris, & seminis expers prodeat, nec nisi folia aut foliosus cespes appareat: è radice namque multis capillamentis fibrosa, nigricante, capilli Veneris, eriguntur senæ, octonæ, vel denę frondes, crassiores, rigidiores, Vulgaris Lapatij effigie, passim viarum parietina & syluarũ amantes vda, magnitudine & mucrone sesquipalmaris spiculi: interius lęuore semper virente, aduersæ, repandę: à tergo autem transuersas multas habent ferrugineo colore pluma tim exiles lineolas, aut liras extantes, ab ima & latiore sui parte, plumatim secus medium neruum digestas, summo tenus quà in mucronem Lapathij vulgaris, aut linguæ oblongæ similem deficit, vnde Ceruina lingua Officinis vocatur: quare neutiquam iam ambigitur, Phyllitim veram esse hanc, sapore exsiccãte, nõ ingrato, & acerbo, subastringẽte, multi ad splenem vsus.

Hemionitides variantes.



Harum duarũ qua ferrato ambitu tantum distat, nobis reperta in montibus.

HEMIONITIS siue sterilis.

SED enim parum adhuc noscíturnũ ea quæ à non nullis recentiorum pingitur, non item describitur Hemionitis, sit ne specie diuersa ab vulgari lingua Ceruina dicat, quam idcirco fecerant docti quidã Hemionitidem, siue tu dicas mularıã: quamuis eam mulæ nõ depascãtur: malim tamẽ sterilem dictam, quòd seminis, caulis, & floris sit expers, eóq; perquàm affinis & germana nostrati linguæ Ceruinæ nobis videtur. In quibusdam Italiæ hortis eandem hanc, sed aliquantùm loco lætiorẽ, diuersam, meminimus, hortatuq; quorundam Italorum frustra hanc Romæ quæsiuimus, quo loci nobis indicarãt illi in augustæ antiquitatis ruderibus ædiũ collapsarũ, quas etiamnum vernaculè *Septe Sale*, id est, septem triclinia, illic vocant. Quin sciscitantibus nobis negabant Romani Pharmacopœi se vspiam inibi aut circum in vinetis vicinis Hemionitidem vidisse: sunt enim maceriæ tantùm illic & cæmentorum dirutæ moles aridissimæ & præ sole feruido minimè alendis plãtis, nedum Hemionitidi, aptæ. Attamen nihil diffitemur viro per quàm sedulo Anguillaræ, qui nos idem quoq; monuerat: nempe plantam indidem se habuisse, sed adeò obscuris notis distantem, vt perparum aut nullatenus differre videretur à lingua Ceruina. Nec enim minus fibrosam radicem nigricantibus villis, summo cespite vel superficie hærentibus, huic inesse: folia autem auersis exarata decliuibus lineolis, seu obliquis liris, alterius similibus: basim tamen latiorem habere & versum circúmq; pedicu lum falcatam arcuatamúe Volubilis modo. Hæc ille. Sed aliquot annis pòst, in Anglia occidua, ad rupes antrosásq; cautes D. Vincentij, vno aut altero miliari ab vrbe peramœna Bristoia, vberrimè luxuriantem quandam, facie linguæ Ceruinæ, plantam inuenimus: sed ternis quaternisúe folijs, minoribus multò: vix enim quum maxima, tres digitos longitudine excedunt: minimè crassa, aut rigida, sed mollicella, quasi Acanthi veri, inter quem & alias plantas capillares, alioquin lætas & bene adultas irà exilis nascitur: nec vllis à tergo li-

turis

CARDVVS bulbosus Monspelliensium, an sit Leucacantha Dios?



PAVLO superius spinam Albam, propter folia candidiora quàm albi Chamæleontis sic dictã, è Patauinis hortis recensuimus: vnde liquet hanc Albam spinam ab illa non parum dissidere, contrà quàm nònullis persuaserat vocum paritas: illius namque descriptio satis plena, huius ferè nulla, pręterquã radicis quæ Cyperi describitur. Tametsi ex Dioscoridis serie & aliis còiecturis dignoscitur hanc esse spinosum quendam Carduum, non arborem solido ligneóq; trunco, vt audet affirmare nuperus quidam scriptor, nõ inuenustus Philologus medicus. Hanc autem Monspelliacam hic depictam si Mathiol. nouisset; potius puto, Albã spinã opinatus esset, quàm Carduum Argenteũ Mariæue dictum, cui radices Cyperi nullę, reliqua indicia æquè incerta omnia. Locis vdis & pratensibus Mõspelliũ circũ Carduus hic oritur frequens, inter Narcissos & Aristolochias, cui folia palmum alta, pinguia, aut crassiora, in ambitu laciniosa & serrata Acanthii modo visuntur, tenuibus spinis ambientib. Caulis binos cubitos altus, gracilis, cui in sũmo capitula, floribus purpureis stamineis oppleta, semine Cnici, sed minore. Radices multę, confertę, ex vno quasi nodulo aptę, in multos oblõgos globulos diductę, Asphodeli, Cyperíve modo. Quæ nobis persuaserũt gustu explorantibus, & etiamnum hæc scribentibus, nullam stirpem propius accedere ad Leucacanthã mandenti multũ glutinis exhibet radix, nonnihil caloris & tenuiũ partiũ, tametsi amaroris penè nihil Sed malumus vera & nobis còperta prodere, quàm rerum naturas apparatu mendacionũ ad nostrã gloriam detorquere, aut apros appingere Syluis.

CARDVVS Pratensis Tragi Acanthi facie.



INTER Acanthum & Acãthiũ, medius videtur Carduus ille pratensis, luculentæ magnitudinis & venustatis, pratis Heluetiæ & Germaniæ familiaris: Folia namq; habet Acanthii, siue Brancæ vrsinæ similia, diuisura & ortu paria, sed molliora, flaccidiora, pallidius virentia sunt, in caule quaternum quinúmve cubitorum flores congesti papposi, Senecionis maiores, ex luteo purpurantes: seménque Cnici multò minus. Radix prolixa, crassa. Morganus noster Londini alebat in horto.

CARDVVS STELLATVS, ſeu Calcitrapa & Tribulus Ruellii Coronopus.

NON minus notus quàm inſeſtus Calcitrapa vulgo nuncupata; quia non manibus, ſed calcibus atteritur, paſsim vbique ſegetum & viarum obuia. Radice longa, colore fuſco foris. Folia lanuginoſa, lacinia, vndulata, profundiora, quàm Erucæ, Coronopi modo, caulis ſeſquipedem altus, multos turiones promit, qui radiis ſtellatim diſtincti, mucronati, acutiſsimi, Calcaris ſpeciem referunt, floremque Attractilidi ſimilẽ purpureum claudentes. Semen exiguum, rotundum, compreſſum, Lenticulæ ſimile. Decocto huius radicis plurimùm vtuntur plebei ad calculum exterendum, vrináſque ciendas, vti & ſemine contuſo, cui tanta vis, vt etiam anaſtomoſi facta venarum emulgentium, aut veterum cruentum lotium proliciat. Hanc non nouiſſe, aut neglectui habuiſſe, multis in locis contemptum Medici parit. Tantò minus decuit iſtum Medicum & Commentatorẽ indictam prꝯteriſſe.

SPINA SOLSTITIALIS, Aurioles Prouincialibus, an Pleniana?



STELLATO Carduo ſimilis, nec minus nobilis Spina, ſeu Stella Solſtitialis. In Galloprouincia tanta feracitate luxuriat, vt ſegetum incremento nõ parum officiat, & meſſorũ manus pedéſq; ſæpiſsimè cruore & vulnuſculis afficiat: radice parua: folia incana, lanuginoſa, caules multiplices ſecundum longitudinem ambientia, pinnatim vtrinque ſurrecta graminis magnitudine, quaſi pennæ ſuæ arundini affixæ, aut innatæ, & quædam ſtriarũ tentamẽta: murices tribuli terreſtris maiores ſũt, Cardui ſtellati ſimiliores, fului, lucidi, rigidi, pũgendo valde quàm infeſti, præſertim Solſtitio exacto, quum maximè exaruerũt, tunc enim ſepes harũ aggeribus ſoliti ſunt armare coloni. Flores Cardui ſtellati, ſed filamẽtis luteis: ſemine Cnici paruo, paleo colore. Balneis admiſcentur ad tineas & Lichenas: ſtillatitiam dicunt tuberoſas laringis glandulas & ſcrophulas ſine dolore diſsipare. Empyrici etiam eiuſdem ſtellis crura prætumida frequenti ictu aperiunt, & ſanguinem vulnuſculis eliciunt, vti idem agifolii ramis ſoliti ſunt, ipſi meriti vt non crura, ſed terga flagris lacera geſtent.

ATTRACTILIS.

EST Attractilis Cnici ſylueſtris ſpecies Dioſc. Gal. Plinii, Pauli, & Ætii ſuffragio. Ea pleriſque locis, præſertim Norbonenſis Galliæ, floribus, tum purpureis, tum luteis ſpontè oritur. Radix digiti craſsitudine, folia longa, magnis inciſuris & aculeis in ambitu: caule bicubitali, ſpinoſo, cauo, & capite ſpinis horrido: flore ſtamineo, luteo, vel purpureo. Semen Cnico ſimile, ſed minus, & nigrum. Colitur etiam in Belgicis voluptatis cauſa & fimbroſis.

CARDVVS Benedictus.

QVEM benedictum, ſeu fœlicitatum Carduum plebeius conſenſus nuncupauit, alteram Cnici ſylueſt. ſpeciem eſſe iamdiu doctis nobiſque ex collatione perpendentibus perſuaſum eſt, ea omnibus vſu & viſu cognita eſt. Hanc colunt magno ſtudio Chymiſtæ

Recentiorum OSMVNDA *Filix florida, luteolis ſiue floſculis & racemoſis ligulis.*

MINVS verò nota Italicis Gallicíſque tractibus mediterraneis Oſmunda, Filix dicta Regia, regijs ſanè ac præclaris viribus. Multa hęc in Pictauium nemoroſis ſyluis, itémque Belgio & Anglia plurima. Maris Filicis radice quaſi coſtis compacta multis, & folijs ijſdem, ſed neutiquam crenatis. Caule ſtriato, quem bicubitalem folia nonnulla tarſum alâve imitantia æquis ex interuallis ſtipant, lateratimq; emittunt palmares & ſeſquipalmares thyrſos, & florū ligulas oblongas, denſis racemulis, Lunarię & Ophioglosſi æmulis, aut potius Tamaricis Norbonenſis nuper erumpētis, quæ ex ferrugineo fuceſcunt, inque carioſum & puluerulentum ſitum fatiſcunt, ſeminum ſpeciem aut ſpem oſtentantes. Radices autem amplexæ, & toruli complures coſtis ſimiles, ſquamatim ſibi incumbūt, ad Hernias, ad vlcera exploratiſſimi commodi. Quinetiam colicis & ſpleneticis plurimùm conferūt. Nonnihil calida eſt, & acris guſtus, odoris non ingrati.

πολυπόδιον *POLYPODIVM.* — *Ger.* Baumſfarn. *Ang.* Okeferne. *Bel.* Boom varen. *Gal.* Polipode.

EIVSDEM claſſis ſunt *Polypodium*, *Dryopteris*, Lonchytis vtraq;, ac Polypodium qui dem Romanis Filicula dictum, notius quàm vt delineatione egeat. Potiſſimùm radice, prolixioribus anfractibus, nodulis acetabuliſq; donata & flagellis Polypi piſcis ſimilibus, cuiuſmodi ferè coralli albi ſunt: craſſitude digiri minimi, intus porracea, guſtu nonnihil aſtringens & ſubdulcis, querna præſertim hæc, ſola in vſu, nec alia viſitur, niſi ſi quando ma cilentius nacta ſolum, gracilior, ſtrigoſiorque fiat. *Sic* etiam quibuſdam opacis nemoribus paululū folio eſt adultiore, neutiquam tamen ſpecie diuerſa, vt fruſtrà faciunt quidā.

DRYOPTERIS, aut querna Filix.

HANC de vultu & de quercu Dryopterim, Filicem quernam dixerunt: folia huic Polypodij ſunt prorſum, aut filicis Fœminæ, minora multò tamē (nō minoribus lacinijs) delicatiora, tenuiora, & teneriora: exilibus Iuncis pedem altis plumatim foliorū exortus ex aduerſo exactè gerentes: auerſa item folia, notulis aſperſa, non extantibus, rubiginoſis, ſed candidis, appictis, ſerie gemina, ſecus folij neruulum medium. Radix verò longa, variè inflexa, humi decurrens, fuſca, ſubhirſuta, & villis cirriſve fibrata, *Polypodij*(niſi quia gracilior multò) perquàm ſimilis. Hinc anſa Pharmacopœis minus peritis erroris plectēdi fuit, dū huius radices dilutis decoctiſque miſcuiſſent, à medico inſtitutis, rati *Polypodium* hāc eſſe: quæ exitio fuit ægrotis, vti ſuperius in Pliniano Adiantho monuimus. Radici ſapor acerbior multò quàm Polypodijs, non gratus, & ſiccitas nonnihil calida, cuiuſmodi in Tormentilla apparet, ſed huius exitioſa.



LONCHYTIS prima.

ATRIANGVLA SEMINE, CVSPIDE, LANCEOLÆVÈ mucrone, dicta fuit Lonchitis, ſed hactenus ignota prorſus illa galericulata, quæ mirùm quantum torſit & tranſuerſos ſui deſiderio egit animos veſtigatorum melioris frugis, Guinum, Marantham, Anguillaram, quin vel Commentatorem ipſum pepulit ad Montes Italos, & Germanicos, ſæpè diuq;, tamen nequicquam quęſita. Idcirco puderet nūc (tametſi non deerat aliquid quod ſatis bene quadrabat) noſtram tenuitatem, multùm impendiò minorem, quaſi fœliciorem aut diligētiorem, illius Heroicis conatibus intempeſtiuè præferre.

Lonchitis altera verùm Lonchitis altera asperáve nuncupata, quæ Polipodij folijs minoribus, tenuioribus minutiusq; incisis, palmos binos alta, pusilla Polytrici, Ceterachúe radice est. Locis nemorosis asperis occurrit, vti nobis in Anglia, Belgio, & Basileæ, prope montē arduū, vno ab vrbe miliare dissito: muscosi apiculi, vermiculorum in modum, præsertim prouecta æstate, glomerantur, spémq; & speciem dant seminis luteoli & racemosi, Oleæ fermè: tametsi sint euanida rudimenta, vti Filicis.

CARDVI & Acanacea.



Vnificus naturæ luxus, Carduorum siue Acanaceorum familiam tam profusè auxit, vt non minus operosum fuerit antiquis, omnes differentias nosse, quàm parum facilè, exactè vel describere, vel notis inter se discernere. Quo minus licet nobis vtiq; eorum hærere vestigijs, aut obscuris designationibus, præsertim cùm longè plures notioresq; inspectione, quàm de eorū lectione habeamus Carduos: & nostro sæculo Cardui innotuerint non parum admirabiliores nostratibus, neq; vspiam memorati veteribus. Quare lubuit, si quæ possent ad antiquam cognitionem referri, ita expendere, vt interim alias complures species & varietates indictas neutiquam transsileremus, eóque hanc recensionem seorsim auspicari & digerere commodius duximus, quàm Sonchis (quibus cum tamen plusculum similitudinis sortita videbantur) subnectere. Sunt quidē vtraq; spinosis folijs, latis, & ferè holeraceis, sed Carduis sui generis peculiare discrimen statuunt capitata muricatáue cacumina, vnde Acanacea dicta fuerunt.

Carduorum frequentissimi, hi sunt.
- *Acanthium maius, viarum.*
- *Acanthus hortensis & syluestris.*
- *Scolymos vtraq; siue Cinara.*
- *Sylibum, seu Carduus Mariæ argentatus.*
- *Calcitrapa siue myacanthos Theoph. vel Ruell. Tribulus ex Theophr.*
- *Atractylis siue Cnicus syluestris Galeni, Pauli, Theophr. primus.*
- *Carduus benedictus, siue Cnicus syl. secundus Theophr. ex Ruellio putatus.*
- *Crocodilion Fusch: Rutro, seu Rutro Theoph. Anguillara, seu Echinopus Gesneri. Carduus peregrinus Dodonæi.*
- *Astone Anguillara.*

Rariores sunt.
- *Acanthium Illyricum.*
- *Chamæleon { albus, niger.*
- *Chamæleon non aculeatus Theoph. seu Carduus pinus Monspelliensium.*
- *Spina alba. Arabibus Bedeguard.*
- *Spina alba altera Anglica.*
- *Spina Arabica, Mauritanis Sucaba.*
- *Leucacantha, radice Cyperi, an Chamæleon niger Monspelliensium?*
- *Eringium { Alpinum cæruleum Geneuense, Montanum, Illyricum & Italicum.*
- *Chamæleontha Monspelliensium.*
- *Scolymos Theophrasti, seu Eringium luteum Monspelliensium.*
- *Spina Solstitialis, quia Solstitijs post sectas segetes in Norbonensi agro, infestis muricibus totos operit tractus,*
- *Picnomos, seu frequens aculeata parua Solonensis Creta, vulgo Cran.*
- *Carducellus ad radices montis Lupi.*

Carduus

| Echinomelocactus Peruuianus, magnitudine & effigie
Melonis, vallata, sulcata, striata,
Hippophaes Hippophæston.

ἀκάνθιον. ACANTHIVM.

Germa. Weiß wege distel. Belg. witte wech distel. Gal. Chardon argentin.

MALIM per ὠlegi ἀκανθίων, vægrandéve spinax, & vepribus infestißimum, quale est istud creditum, vbique viarū obuium, radice crassa, à qua folia statim complura emergunt magna serrata, in sinu lanugine obducta, & aculeis horrētibus donata: caule crasso, & striis, spinis, Echinaro capitulo, staminibus purpureis referto, & refertis sentibus armato, semine Cnici, sed compresßius, Carduo Mariæ non absimili. Hæc foliis vtcumque accedit ad Carduum illum Bulbosum, quem Leucacántha coniectamus.

ACANTHIVM Illyrium.

SVPERIORIBVS annis indefesßi laboris Pharmacopœus singularis amicus noster Valerandus Dorrez Flander Insulanus, ex Sclauonia rediens, huius semē attulit, & Lugduni in Gallia seuit, vnde miræ altitudinis Carduus fœliciter adoleuit. Folia Acanthi magni, vel Sylibi maiora sunt; procera caulis spinosi hasta hominem duobus tribúsque cubitis superat: capitellū Acanthii amplum, floribus stipatū purpureis fert: semine Cnici farctum. Vniuersa planta magnitudine speciem præfert arbusculæ, & adeò aculeos quoquò versum protendit, vt nullus subter impunè transmittere posßit.

ACANTHVS SATIVVS & Syluestris.

Græ. Ἄκανθος καὶ ἄκανθα.
Germ. Bernklaw.
Belgis. Beerenklauw.
Officinæ Branca Vrsina.

SPINOSA duntaxat thyrso ἄκανθος ex Diosco. descriptione, & columnarum apud Vitruuium epistiliis, vulgatæ cognitionis & vsus est, nusquam tamen eam nisi satu enatā vidimus, præterquàm inter olivieta Mōspelliēsibus mœniis proxima, & exeunti ex Ægidia porta, inter fontem & riuulum, prope murum, vbi Pharmacopœi colligere solebant ad ænematum emollientium decoctiones, cui solo vsui duntaxat etiamnum in hortis satiuum habetur: nihilque differt ab illo, nisi mollitie & magnitudine. Videtur Galenus, aut eius amanuenses, quas facultates Dioscorides Acanthio attribuit, Acantho huic asßignasse: cuius tamen, vel diurno & diuturno vsu teste, radices emolliunt, vniuersaque planta muccaginosa est. Et vbi interpres vertit luxationes, aptius diceret torsiones, ligamentorúmve tractiones, cui medentur, initiò suauia malactica dolorem sedando, & leniter digerendo, si quid doloris appulsę parti influxerit. Nam luxatis artubus potius oberit, fractis & conuulsis proderit.

κινάρα. SCOLYMOS, seu Cynara, Cactos Theophrast.

Germa. Strobildorn.
Gallis. Artichaut.
Belg. Artichauts.
Itali. Articoca.

NON à cinere quo gaudeat, vt Columella vult, sed potius à cane dictā malūt κινάραν. Huius compluria vesca sunt, sed gratiora quæ cultiora: nam syluestris delibatis caulibus teneriusculis, & capitulis nondum in flores erumpentibus, vti aselli, victitant etiam rustici Itali. Cultu adeò adolescunt & tenerescunt caules & coni, vt gulonibus etiam tragemata minimè spernenda fiant. Nec sunt Cardui illi, nomine Cactos Theophrast. aliud quàm Scolymi, quorum descriptiones, vires, & mangonia iamdiu notisßima sunt.

SCOLYMOS SYLVEſtris, ſiue Chamæleontha Monſpellienſium.



QVANTVS quantus eſt, ſpinis refertus eſt ille, vſu, quàm nomine celebrior, Carduus ſyluestris, coagulatorius, Norbonenſi agro plurimus: quem, quia tota facie Scolymũ refert aculeatum, Cinaram ſylueſtrem appellamus: Hoc tantùm intereſt, quòd foliis anguſtioribus, aridioribus, & multò denſioribus ſpinis ſit. Flores item eleganti purpura multi, conferti lanugine; quibus coloni, antequàm in pappos abeant, decerptis, lac coagulant, nulli vſui alii illic ſeruit: tametſi non inſuauis guſtu, nec abſimilis Cynaræ. Capita altero tantò quàm Scolymo minora. Semine Cnici, compreſſo, aut Sylibi. Chamæleonthã vocabant præceptores noſtri.

SCOLYMOS THEOPH. ſeu Eringium luteum Monſpellienſium.

Scolymos Theoph. diuerſa à Cynara & Cacto.

SED Theophraſti Scolymos haud parùm à Dioſcoridea abeſt, vt facilè animaduertere eſt ex vtriuſque lectione, & illius plantæ inſpectione, quam Monſpellii Eringium luteum vocant, illiuſque loco nonnulli ſufficiunt locis à mare remotis. Frequens hæc locis maritimis Norbonæ: radix pollicem æquat, magnitudine Raphani, ſed fulueſcens, ſucco pręgnans lacteo, vti Dens Leonis, quæ cruda vel cocta eſtur à nõnullis: numeroſos fundit caules bicubitales, in ambitu circũ ſparſos, foliis obductos, caulem ambiẽtibus, quę in imo maiora ſunt, longioráque, viréntq; intenſo virore nigricãte, & maculis lacteis paſſim impreſsis: adeò tota horret aculeis præduris, vt quà arripias, neſcias. Cinaræ conum profert, Nucis Moſchatæ magnitudine, vbi flores luteoli, non Cnici concolores, ſed ſimiles: Semen compreſſum ſquamis coni coercetur.

SILYBVM, CARDVVS Mariæ, & Lacteus.

Germa. Maryen diſtel. *Belgis,* Onſer vrouwe diſtel.
Ang. Our Lady thiſtell.

LACTEO Carduo, vel Mariæ dicto, adeò folia Chamæleontis albi ſimilia ſunt, vt non parùm multis doctis perſuaſum fuerit Spinam albã eſſe, quam illi aſsimilat Dioſcorides. Sed quia ſeueriores animaduerſores, ſolo magnitudinis argumẽto, inficiantur, ſaltem, puto, pro Silybo non reſpuent, quæ lata ſpina proditur: cuiuſmodi eſt Mariæ Carduus, foliis pręgrandibus, latis, ſpinoſis, maculis & ductibus lacteis, crebribus, aſperſis, viridibus. Caulis bicubitalis, craſſus, ſpinoſus, & echino donatus, ſpinis cincto, purpureo flore referto: ſemen Cnici compreſſum, lapidi exterendo optimum, etiã muliercularũ experimento. Imum caulem pullulantem delibatum, & radicem in acetariis aliâs eſitauimus in Italia, vbi riſum Germanis mouimus. Plebecula muliercularum copiam lactis

illius

lius esu prouocat. Dodonæi sedulitas, vt multis aliis locis laudanda, ita plerisq; minus tẽpestiua, vbi ignotis plantis facultates certas asserit, quas è Dioscoride accepit, magno detrimento ægrorum, & experimentatorum, qui quod vident à viro bono, & veritatis amico scriptum, illicò vt verum arripiunt, & per experimenta mortes agunt. Sic virpius & eruditus Turnerus Anglus, in suis herbariis Alphabeticis Anglicis.


Herbariorum Carlina, è varietate, non genere duplex, non est Leucacantha, sed CHAMÆLEON ALBVS, *Diosc.*

Germa. Eberwurtz.
Gallis. Carline.
Belgis. Euerwortel.
Ang. Mylke thystell.

PLERISQVE omnibus officinis persuasum est duplicem esse Carlinam: quippe quam caule donatam, & carentem viderint: Sed hi, si (vti nos) vtriusque radices, & vtriusq; gummi subflauum vermiculosum, nonnihil pellucidum, odore viroso, gustu & visu exploraſſent: demumque eadem radice & flore caule donatam, alias verò caule carentes: Et alibi etiam proximè vbertim enatas, partim caule viduas, partimque vtroque donatas, obseruaſſent, volentes sententiam mutaſſent. Id nos accuratè expendimus, non procul ab arduo & gelido dicto D. Bernardi monte, atque etiam via qua Isburgo itur Tridentum, locis lapidosis & siccis. IXIA.

THEOPH. CHAMÆLEON *non aculeatus, interdum acaulos, aliâs caule donatus.*

SIc videas Monspellio finitimis locis glareosis, inter Cystos & cocciferas Ilices Carducellum foliis Scolymi non aculeatis, radice nigricante, digiti parui crassitie; cuius caulis palmum, sesquipalmum, & pedem altus, limbum fert intus florum, multis purpureis aggestis & collectis staminibus, foris squamulis lucidis, albicantibus, sibi imbricatim incumbentibus, compactum, visu pulcherrimum. Hunc sæpius plusculi studiosi cõmilitones inibi copiosum collegimus caule carentem, & eodem donatum: flos tamen, folia, radix, gustus, omnia eadem: quin & nobis tunc mirantibus, dictum fuit, hunc caule carentem, cultum, caulẽm promere primo prouentu.



Iacea montana, & Carduus pinus Norbonēsis.

IXIA, siue viscum Carlinæ.

GVMMI verò Ixia dictum, Carlinæ caule viduæ & donatæ radici exudans virosum, & gustu ingratum scimus: venenum sit nec ne, nondum compertum habemus. Sed id asserere possumus, non nisi vnam esse plantam vtranque Carlinam, vti dictum: quod præstaret istis nostris ampullatoribus docere, quàm cõgerie authoritatum omnia turbare; neque etiam Dioscori. Viscum vllum in nigro Chamæleonte agnoscit, aut vllius illius noxiæ vis meminit, quę pariter nostram fulciunt sententiam. Quid balbutiat de Ixia noster Plantarius Senensis, ne quidem à Ruellio doctus differentiam visci & veneni, alibi dicemus, vbi, sitne illud deleterium intrò ingestum, discutiendum. Immeritò namq; & ingrato animo fastidire videtur Marânthæ Neapolitani Chamęleontẽ pictum, sibi muneri missum. Nam, inquit, folia rubris maculis nulla habet, non variegata, nec ruber caulis, nõ exesa, non acris, nec flaua radix, caules non digitali crassitie videntur: Quasi verò ista indicia ei, quem ille Senensis alterum statuit, insint.

Nec Mathioli, nec Marantha Chamæleõ niger pictus, est Diosc. genuinus.

Qui norunt Galenum mutuatum è codice, potius quàm de Dioscoride mera & met-ipsa verba, vt plurimùm suspicabuntur miscuisse illum albi cum nigro facultates, huiusque radicem venenatam prodidisse: quod neutiquam de isto, sed de albo, propter, vt videtur, gummi ἰξίαρ, dixit Dioscorides. Idem contigit sæpissimè Arabibus, vt capite de Centaureo, & alibi nonnunquã Galeno, vti de Iride & aliis: nec tamẽ vllam Theoph. venenatæ qualitatis facit mẽtionem, tantùm canes interimere posse ait Sic possunt multa cani & pecori noxia dici, quæ sunt salubria homini, vt nux vomica, Doronicum, & alia. Cùm autem etymon huius Cardui Chamæleontis, Dioscoride interprete, à coloris & foliorum varietate deducendum sit: planta sit oportet varicolor, variis in locis, vti Chamæleo, cuius cutis cuicunque solo incubuerit, concolor fit, iam nigra, viridis, aut albicans. Quantum verò coniectari licet, nulla est planta, cui magis hæc Dioscoridis nomenclatura faueat, quàm ERYNGIO vulgari; nam montanus totus cæruleus fit, campestris albus, interdum & purpurascens, vti etiã in maritimæ ora Sclauoniæ inuenitur, & ad ædes virginis manufactæ Lauretanæ, vernaculè *Lorette* vidimus. Albus verò secus Rheni & Sequanæ ripas, in Germania, & Burgundia prope *Maconem*, aliosque tractus.

ERYNGIA.

CROCODYLION.

NEC multùm liquet nomenclaturæ huius Cardui ratio, neque descriptio animum explet: & Carduorum tam latè patet familia, tantáque inest similitudo, vt vix ne antiquis quidẽ probè aut distinctã, aut cognitã fuisse putemus. Nam antiqui, Galenus, Oribasius, Paulus, duntaxat verba hinc videntur mutuati, aut è Crateua, à quo Dioscorides & Plinius, qui locis non syluosis, vti ille, sed sabulosis, codicis errore, non suo, oriri scribit. Sed in Crateuæ fragmentis desunt verba paucula ista: περιφερὲς ὂν καὶ διπλοῦν ὡς ἀσπίς, rotundum & duplex, vt scutum, vel potius, vt quis posset suspicari, instar aspidis serpentis in spiram vel gyrum cònuoluti, vt esset quædam allusio nominis argumenti ad Crocodylum, nisi fortè eò allusisse nomenclatores videntur, quia Crocodylion aquaticum sit, & ripis fluminum plurimùm degat. Ideóque ab Ætio mentio facta sit magnæ Crocodyliadis iuxta aquas nascentis, ad dolorem capitis. Quin neutiquam puto istam vim tacitos prętersituros antiquos fuisse inter Elenchos hæmagogorum remediorum, si plantam familiarem notámque habuissent. Nam puerili acclamatione fœlices ominatur in Italia Medicos futuros Senensis Commentator, si hęc inibi nasceretur. Potius gratulandum foret Empyricis circulatoribus, & vulgo *Scamnidicis* vel *Montimbancis*, quàm emunctæ naris Medicis, qui cùm è naribus ducendus sanguis est, longè tutiora & potiora remedia in procinctu habent.

CROCODYLIS magna Ætij

An sit CROCODYLIVM, niger Chamæleo Marantha?

MARANTHÆ verò & Anguillaræ depictus Chamæleo, videtur aut verũ esse Crocodyliũ, aut certè germani opinionẽ sustinere posse, vsquedum doctis exactior descriptio, aut planta Crocodylio aptior occurret: adeò enim descriptioni accedit, vt illis nigrũ esse persuaserit Chamæleontem. Qui verò sanguinis è naribus prolectionem desiderat, serò Crocodylion agnoscet, quia probationis incertus modus, experimẽtũ etiam periculosum & incompertum doctis, non tacituris, si nouissent. Carduus verò quem Fusch. fol. 135. Crocodylium statuebat, huc pariter posset afferri.

RITRO, seu RVTRO Theophrast. Crocodylion Fusch. Echinopus, seu Carduus Echinatus Gesneri, Sphærocephalos Cordi, Spina Peregrina Dodonæi.

{ *Germa.* Welsche distel.
{ *Belgis.* Roomsche distel.



HÆc inter spinosos carduos valde quàm elegans, duplicis differentiæ visitur, & (quæ namq; in Anconési, Romano. & Norbonensi agro ac Auinionensi, habentur, duplæ magnitudinis sût) Chamæleontis ritu variat. Etiamnum siccas habemus, radice exigua, pollicem æquante, folijs Chamæleontis albi longè minoribus, caule nullo, interdum exiguo, nonnunquam palmum & aliâs cubitum alto. Folijs semper proportione exiguis, & Spinæ albæ modo profundè incisis. Echinus illi cæruleus, eximia cærula purpurescēs, orbiculatus, spectatu iucundissimus, & magnitudine, quanta sphaerula lusoria. Semen & eius glumæ similia Spinæ albæ: nullas tamen sursum rectas procul vaginulas aculeatas porrigit: tametsi sint acerosæ intus & lanuginosæ, vti in spina alba. Rutrum siue Ritron Theophrasti censet Anguillara: qui tamen proximę, vt videtur, immemor descriptionis, eandem spinæ albæ notis accommodat, iisdem fermè verbis,

Altera, quam Crocodilion Fuschius putauit, prorsus genere eadem huic est, sed magnitudine impensè maior, vt plurimum, visitur. In sylua tamen Valena, qua Gangem oppidum itur, collegimus cæruleā, & hanc excaulem, & caule palmū alto prędità, quæ alibi ad duos, ternos & quaternos cubitos assurgit. Echinus cādidus est, nō cęruleus, & cùm maximus & rotundus, magnitudinem mediocris Arantij assequitur: semine alterius, sed multò maiore. Cauli imo secundum longitudinem striato, adnascuntur permagna folia, & Acanthi similia, spinosa. Belgici horti & Britānici hanc spectaculo alunt, vbi luculenta magnitudine Spina peregrina dicitur. *Fuschij Crocodilion.*

ἄκανθα λευκὴ SPINA ALBA
Bedeguard Arabibus.




ARABICO idiomate Spinam albam *Bedeguard* vocant, nec tamen vllis notis notiorem faciunt Mesues aut Serapionis interpretes. Quænam autē verior sit ex permultis, quæ proditæ sunt, paucis dicendum. Pluscculis superioribus annis in horto Patauino illustrissimi Senatus Venetorum, indicante Melchiore Guillandino, inibi præfecto (qui in stirpium historia quantę sit peritiæ, & indefessi laboris, non nisi perdocti norunt) visus fuit Carduus totus albidus, infernè lanugine incanior, quā supernè: folia Chamęleontis minora in regionibus siccioribus: namquem in Anglia seuimus, latiora aliquātò habuit: fuitq; caulis bicubitalis, interdum tricubitalis, digitū crassus & incanus totus: Echinos marinis similes, rotūdos habet: quando florent, ex albo

purpurascentes. Inter quos defluentes sese in summo multò altius erigunt ternæ, quaternæue papposæ glumæ confertæ, rigidis, mucronatis, tunicis, semen claudētibus oblongū, auenæ excorticatæ æquale & simile. Hæc posterioribus & acurationibus peritiorum sententijs omnium maximè quadrare videtur Spinæ albæ. Semen tamen cuiusmodi diximus Auenæ aut Secalo similius, sed rotundius Cnico. Non est hæc, quam sibi missam olim Patauio Senensis dat, cæteris omnibus iugulatis sententijs, vt suam ambitiosè intruderet ridēdis argumentis, & plus momenti allaturis ad suam ipsius, quàm ad aliorum refellendam.

SPINA ARABICA, siue Suchaba Mauritanis.

CONSEQVVTIO docet hanc Carduum quēdam Arabicum esse, non arborem: nec tantùm natali solo, sed potius facultate diuersam esse ab Alba spina: & tamen hic quidam profligati pudoris scriptor viros lectione & omnium artium exercitatione cultos gratis incommodo posteritatis lacerat: doceret potius, cur non sit hæc spina Arabica vna ex Ægyptijs, aut cur non possit congener esse, Dioscorides similem albæ spinæ, natura nempè dicit, quia astringere asserit. Illa vrinas ciet, conuulsionibus prodest: hæc si astringit, filamenta ductúsq; fibrarum rugat, & conuulsionis causam impingit, inculcátq; materiam. Quare hic κατὰ φύσιν non vires, sed figuram interpretādum: nec enim, vti aiūt, duo capita repetit, & locis diuulsa eadem an verò quod Phylosophis summis contigit, fit μνημονικὸν ἁμάρτημα, id Commentatori propinamus: non litibus, sed modestis & parcis disquisitionibus dirimendum. Quando vtriusq; vires eædem: Et videntur huic potius subdi debuisse succedaneum Bedeguard siue Cynorodi glomeruli ex varij coloris filamentis conuoluti, quàm illi: nam astringere hanc signanter notat: illā potius digerere.

TOMENTOSVS carduus Anglicus, aptior ne videtur descriptioni Acantha Leuca, quàm superior Patauinus?



NEC longius abest à genuina Dioscoridis Spina alba hæc, quàm superior memorata, facie, caule ternum quaternúmve cubitorum, incana lanugine obsito, Spinæ albæ Patauinæ, aut Scolymi sylvestris similibus. Florum capitula rotunda, compressa, Echinum marinum, (quum nondum hiat) bellè referunt, aculeis mollioribus, villosisq; quasis Arachneis sericeisve Filis concinnè riticulatim implicata. E quibus per maturitatem staminea purpurea florū, Cynaræ aliquantò minorum, exerūtur, succrescente semine Sylibi, rotundiore, corpulentiore. Radix magna, fusca foris, intus alba, Personatæ similis, gustu non ingrata, diuretica. Frequēs hæc in Angliæ collibus strigosis agri Sommerseti, iuxta ædes generosi huius historiæ perquàm auidi & studiosi Eduardi Saintloo.

ADIANTHVM, ſiue Capillus Veneris verus.

QVINQVE congeneres puſillæ ſtirpes ſunt, quas hic cōmodùm diſcernere inter ſe operæ precium non vulgare erit, propter iſtos rabioſulos & prolixos commentatores, qui dum rabie Cerberea ad Dryphacta ſe mutuo proſcindūt latratione, nihil aliud quàm tyrones nos, noſtróſque commilitones, hæc noſcendi perquàm auidos, torquent potius quàm docent: vt quibus fortè ſcripturientibus non res ipſæ præ oculis, earúmve cognitio, ſed potius oſtentandi declamandíque in animo ambitio eſſet.



Primò Adianthum verum Dioſcori. nullibi quàm Norbonenſi tractui frequentius, ſaxis & riguis vmbroſis petroſíſque, Veganio, ſterilis Seuenæ finitimis, ac rupium, fontium, & puteorum labris vel aſperginibus Monſpelii Namauſiiq́; rarò alibi in Gallia, Germania, Belgia, & Anglia, aut nuſquam prouenit: quin ne Italiæ quidem locis multis, aut multum videre meminibus; duntaxat quibuſdam in puteis Riuoli vrbis Pedemontanæ regionis, idque perpaucum: fibrillis verò capilloſis, pluſculis, fuſcis hæret, vno omnes amplexu aptis, vnde panduntur numeroſi cincinni iunceive loruli prætenues; prolixioribus ſed tenuioribus quàm Trichomanes ſtaminibus, palmum aut ſeſquipalmum altis, ſericeo nitore & fuſco colore nitentibus: folia Aniſi vel Coriandri diuiſura, latiuſculis alterno ſitu cirrulis appenſa, penè viſum præ tenuitate fallentibus, tenella, vtrinque later bus rectis clauſa, trianguli ſpecie; ſed ſupernè ambitu laciniato & circinato. Hęc omnium præſtantiſsima, quæ indidem Lugdunum, Lutetiā, Antuerpiam, inq́; cętera Emporia celebriora aſportatur, caroq́ue à Seplaſiariis emitur, ad Capilli Veneris Syrupi dicti apparatum. Galliæ ditiores & aulici ſibi curant non rarò Monſpellii conficiendum, indéque adferendum, quò recentiore, & præſentiore vtantur: mirùm enim quantum thoracis affectus, hepatis renúmq; iuuet. Immadidus, vti ſpecies cæterę, in aqua perſtat merſus, quaſi ſuis eſſet in natalibus, & tamen ſiccius creditur, aut potius ambigitur ab illis meritò, qui ex huius expreſſa libra beſſem fermè ſucci promanare aſſerunt.

TRICHOMANES, Polytricum.

VIRIBVS & ſapore proximus huic Trichomanes, & Polytrici nomenclatura officinis non conſuetum minus quàm cognitum: vbique Belgiæ, & Angliæ parietinis, glareoſiſque opacis viis vberrimum, radice fibris nigricantibus comante, craſsioribúſque & breuioribus capillamentis, fuſcis, nitidis, rigidiuſculis, gemina vtrinque foliorum ſerie, Aſtragali Tribulive terreſtris æmulis, ex atro aduerſa parte virentibus, ſubter verò maculis ferrugineis ſignatis.

ADIANTHVM ALBVM & nigrum Plinij.



PLERAQVE omnes Belgiæ, Germaniæ, Burgundię, Franciæ, Sabaudiæque officinæ, non modò hoc æuo, ſed etiam ab omni memoria Adianthi duas differentias haſce habuerunt; quibus ſemper vſæ ſunt albi & nigri Adianthi vocabulo. Radix puſilla, filamentis crebribus compacta, atris, rectis, crebribus iunceis, paulò craſsioribus & prolixioribus quàm Trichomanes; ex herbido pallentibus aut albicantibus: foliolis vtrinque & altrinſecus plumatim diſsitis, Filicis maris diuiſura & ſitu, ſed multò minoribus,

& clinici,morbi Gallici linitores. In arduis alpibus Galloprouinciæ prope Monſterias Marignols vocatis,vbi vndiq; effodiũtur Cryſtalinæ,Irides,& varij coloris alij lapides,creſcit:in ſummo montis rigidior & aliquantò minor hortenſi.Seneſis ſuo more mordet, & nihil docet. Nam eius Attractilis nullis depicta aut aſſerta verbis iacet ſpectanda,non vt nos certiores,ſed vt dubios reddat: parũ enim Dioſcoridis deſcriptioni aut receptæ Attractilidi accedere videtur: vtrũ verò illius ſilentium,an pictoris in exprimẽdo ſolœciſmus & cacoſilia,incuſãda ſint,viderit lector. Fortè huc nullo delectu intruſa fuit,quia in penultimis illis Commẽtarijs abfuit,nec dum vlla certa,vt videtur,authori nota fuit. Ideo ſuo more,ne nihil ibi egiſſe videretur,velitandi anſam arripuit:ait Attractilidẽ non eſſe Carthami ſylueſtris ſpeciẽ,duntaxat quòd argumento triuiali ſanguineũ ſuccũ nõ remittat. Hæc iamdiu ſibi ſcripturo obiecerat Ruellius:& reſponderat, nõ quouis anni tẽpore,ſed meſſibus præſertim,nempe maturo & copioſo ſucco,id deprehendi: tunc enim nonnihil cruenti coloris emanare. Quod etiam Lutetiæ in vireto Ioannis Hebrei ſingularis Rhiſotomi meminimus iam multis annis oſtenſum nobis in Attractilide: etiamque Monſpellij in benedicto Carduo & Carthamo idẽ cõperimus: nam florũ & ſuccorũ colores, odores, aliáq; accidentia incrementa, decrementáque, aſſequuntur alijs locis & temporibus alio modo Quin multa ſucco ſunt aut ſuluo,aut purpureo,in quibus non niſi affrictu,maturatione,maceratione,aut expreſſione percipitur,vt in Androſæmis,Rhœadis, Papaueris radicibus inciſis,Verrucaria,ſiue Torneſole,& alijs pleriſq;. Sed tectam ambitionem prodit imprudentia, nam qui vidiſſet antiquis claſſicis medicis nixum Ruellium, Galeno,Dioſcoride,Æginetа,Ætio eorum ſententias, contrà quàm ſolitus eſt, in capitis calce reticuit.

Sequanorum Cirſium luteum,an ACARNA *& Eryſithal Theophr.*

INCVLTIS & aridis Ericetis viſitur carduus quidam, quem Acarnam Theoph. aut Carlinam Sylueſtrem,alij Eryſithalem nuncupant. Exigua radix,folia Carlinæ aut Attractilidis,minora, ſpinoſa ſunt. Caulis gracilis,rotundus,cubitalis,quo tria quatuórve tubercula echinata aut acanacea gerũtur,radiatis ſtimulis cincta: è medio patuli, Echyni exeruntur flores,ex luteo pallidi,ſed multò minores. Hanc Anguillara Eryſithalem fecit, Sequani Cirſium luteum vocant.

PICNOMOS *Cretæ,Salonenſis Galloprouinciæ.*

VT puſillus ita pulchellus & rarus eſt Carduus, quẽ ſolùm in arida ſpatioſaq; maritima planitie,inter duas antiquas vrbes Arelatem & Salonem, cui quia,vt coniectura fert, cretaceum ſolum ſubeſt,nomen vernaculum Crau inditũ eſt. Ædicula media in planitie eſt olim D. Martino ſacra,propèquã ex aduerſo minoris diuerſorij hic Carduus nobis primũ lectus fuit,vti etiã alijs poſteà locis incultis & deuijs. Radice eſt exigua, manſu quidpiam glutinoſi præferens,longa folia ſecus longitudinẽ cauli adhærentia, Chamæleontæ Mõſpelliẽſis modo,ſed anguſtiora multò,in ramis magnitudine Calcitrapę, & illi⁹ modo in ambitu ſparſa,ſpinoſa,lõgiſq; aculeis adeò ſtipata,vt arrepturo nihil pateat aditus. Vmbellæ numeroſæ,floſculis Senecionum æmulis,luteis,pallentibus cõflatæ ſunt,quæ in pappos duriuſculos Attractilidis modo euolant, ſemenque exiguum Cnico ſimile relinquũt paleaceum. Hæc quò ſit referenda,neſcimus, niſi inter nigri Chamæleontis ſpecies. Picnomon non aſſeueramus, ſed quia ſpinis munitiſſima eſt,ſignificationi alludentes,ita vocitamus.

DIPSACI *ſatiui Fullonum,& ſponte naſcentis* LABRI VENEREI, *diſcrimen.*

QVASI ſitibundus potórve vocatus fuit hic carduus, quòd foliorum iuxta caulem alis & cauo plerumq; torem aut imbrem excipiat & ſeruet. Eius autem varietas

dup lex hodie nota vulgo est. Nec enim videtur solo cultu euenisse, vt Fullonum Dipsacus aculeis aduncis, recurnis & rigidioribus, à Labro Veneris sponte prodeũte tantũ cultu differt. Nam pleraque omnia culta molliora & teneriora, minúsq; spinosa euadere solita sunt: at hic satiuus capitibus est reductioribus, oblõgis spinis, crebribus, aduncis, terram versus reflexis, adeò rigidis, vt stamina carpendo & vellendo filamenta non facilè effringantur.

VIRGA pastoris.

SE D alter mollioribus, minoribus surrectis, nec aduncis, longioribus multò, imbecillioribus: folijs itẽ mollioribus, minoribus, haud dissimilibus, capitula crebribus, & bituminosis trifolio similibus. In Anglia Cantia secus vias & suburbia Rhiæ Sandvicium.

Tertium & minimum, non adeò frequens, vsui incompertum nam cetera duo refrigerãtis & siccantis sunt facultatis. Cancerosis vlcerationibus multùm conferentibus.

CNICVS Carthamus.

MOrdacem pungendo spinosũq; carduum Cnicus significat, purgatricem autem eius facultatem Carthamus: Non est autem regionum Septentrionalium nisi culta & inquilina: vbi tamen læta adolescit, sed nõ parum virium purgantium semini decidit. Nam Orientale multò facilius & vtilius minori quantitate purgat. Norbonense, vt quod *Massil larges* quatuor à Monspellio leucis colitur à Pharmacopœis, imbecillius multò est, vtque quod non minore quàm duarum vnciarum, sed saltem vnius & semissis mole, aluum subducat, nec obstructiones meseraicarum ęquè probè referet. Quia satis innotuit plura addere non operæprecium fuit, cùm etiam de Carduo Benedicto congenere satis cognoscatur.

CARDVNCELLVS montis Lupi.



IN Norbonẽsis agri montanis, ad montis Lupi ima, Meridiẽ versus oritur prope pusillũ amnem aut torrentem hæc Cardui species omniũ minima, eoq; Cardũcellus nobis nũcupata. Plantulæ huic radix est implexa, altè humi depacta, à qua mox foliola pluscula, exilibus & altis diuisuris dentata. Caulis vix spitameus, lęuis & gracilis: humi demissus, flos seu caput, maius quã pro foliorum responsu, spinis horridis, foliosis cinctum florem claudit purpureum Attractilidis, cui etiam folia ipsáq; vniuersa planta valde similis est, sed longè similior Ætij Attractilidi, purpurea flore vocata, fortè & eadem: vsus incognitus, quia planta vix nota.

Vulgo Astone Italica Anguillare, Spinam Ceanoton Theoph. tametsi multa nisi radicis nota vaga.

PAtauino agro subter humũ prolixè propagãtur huius radices. Folia similia, sed spinosiora quàm Sonchi: caulis striatus, cui summo insunt paruuli multi Echini purpureis staminibus florentes, & in pappos vbi maturuerint euanescentes: Semen paruum, & simile Cnico.

ACVLEOSA Gasæ, an Polyacantha Theoph?

CArduus ille tritæ cognitionis, qui spinosissimus Polyacãtha meritò videtur: adeò enim quasi densis villis senticosis obuallãtur tum caules & folia & foliorum capita, vt quacunq; intueare, multas spinarũ phalanges animaduertas: flos illi puniceus & purpureus. Capita echinosa, oliuam ęquantia. Caulis sesquipedem altus: folia spinosa Acanthio, minora, nec lanuginosa, sed ex atro virentia, radix fibrosa, numerosa: Hæc tametsi, vt plerisq; spinis refertissimè aculeosa siue Polyacantha dici potest, non tamẽ continuò Theoph. sit aut Gasæ, quæ videtur ex subfruticum genere: Tametsi putet quidam Polyacantham.

ERIN-

Vulgo ERYNGIVM Marinum: Campeſtre, Mediterraneũ & Montanum.

GRAECI Philoſophi Eryngium quaſi ἐρύγγιον, ſiue ructum dictum autumant, quia capræ quę morſu ſurculum Eryngii præciderint vel deglutierint, cunctum gregem pone ſequentem quaſi ſtupore attonitum ſiſtunt, donec Eryngium ructu reiecerint. Quàm parum perſpicuè calamus humanus, etiam res minimè ſuapte natura obſcuras deſcribat, vel hinc liquet, quòd cùm Dioſcorides oratione dilucida Eryngium repræſentarit, tamen nondum liceat ſtatuere, vtrúmne Marinum dictum an vulgare Montanum inſinuarit. Omnia tamen indicia propius Marinum referunt, quàm vulgi Montanum, duntaxat loci mentionem excipias, notam lubricæ fidei, & non adeò magni momenti. Marini primùm folia teneriuſcula ſunt, neque ſtatim aculeata, eoq; in acetaria veniunt, quemadmodum Crithmum aculeatum, ſeu Paſtinaca marina, huic natalibus proxima: Deinde lata, ſpinoſáq; fiunt, extremo ambitu minus profundè ſinuata & aſperiora quàm montani guſtu etiam plus gratiæ & aromaticitatis habent, ambitumque aſperum: adoleſcenti ſpinæ ſuccreſcunt: & cauli magis ſphærica capita inſunt, rigidioribus aculeis ſtellatim circundata, vt vult Dioſcor. color vero vtrique variat, ſed vulgari non niſi variante loco. Marinum ipſi vidimus ad Aquas Marianas & alia complura litora, colore cæſio, albo & viridante: Radix ei longiſsima, & quæ denos duodenóſve pedes excedat, craſsior etiam quàm Montani, odoratior, cibo, medicamento gratior, efficatior: non enim niſi hac deficiente vtuntur docti illa, non perindè freti viribus illius. Aſpera Maritimũ amat, editiora: vix nunquam enim in monte Ceti & ſimilibus inter ædita ſaxoſa occurrens, ſed ſemper depreſsis, aſperis, vel arenoſis, incultis locis, interdum ſeſquimiliare à mari remotis. Campeſtrem verò ſuperius cum Chamæleonte, cui magis accedere putabamus, contulimus, & obtulimus iudiciis emunctis: tametſi ab iſto, colore, & foliorum laciniata altè inciſura magis, quàm natura diſtet.

Ang. See holye. Belgis. Meer wortele.

Montanum cæruleum.

Campeſtre.

ALPINVM cæruleum Geneuenſe perquàm venuſtum Echinis Dipſaci.



HVIVS Eryngii inſpectio tantę voluptati eſt homini plantarum noſcendarum cupido, vt facilè, non modò labores herbarios intempeſtiuè improbos leuare, ſed etiã ad magis indies veſtigandum excitare valeat: miræ namque eſt elegantiæ: vniuerſus renidet colore cæſio, cæleſtinæ purpura, hilariore multò, & quàm in vulgari montano viuidiore: radix Enulæ penè par, Eryngio concolor, ſimilis, & ſimiliter odorata: caule erecto, ferulaceo, ſeſquicubitali & bicubitali, ſtriato, quē folia per interualla ex geniculis orta ambiunt radiatim, ſupernè molliuſcula & delicatiora, quadantenus Eryngii Cãpeſtris, ſpinulis pluribus, ſed ignauioribus. Ima autem ſtatim à radice exeũt folia hederacea, ambitu delicatius ſerrata, læuia Trachelii, aut Epimedii à nobis depicti. Capitula echinata, ſimilitudine & magnitudine Labri veneris, ſed colore foris cæruleo. In arduis montoſis Iuræ pratoſis, & finitimorum Geneuæ imminentium montium iugis, atque etiam Claudii celſis reperitur: radix nigra foris, intus candida, boni odoris, guſtus Eryngii.

HIPPOPHAES Hippopheſtum.


OPEM pollicetur veterinariæ Hippopheſti nomẽclaturæ explicatio: φάος enim vox, non

modò lucem, sed etiam salutem, præsidium & remedium signat. Hanc fulloniam Dioscorides tradit, ac scitè sic delineat, vt nullũ paulò diligentiorem vestigatorem, siquidem eam nactus fuerit, latere queat: quò factum vt iamdiu desierimus quærendo nos torquere, cùm post lustrata multa litora, præsertim Tirrheni & Norbonensis maris, vbi quidam spicileguli scriptores oriri sibi & nobis falsò persuaserunt, nullibi aliisve amicis magis sedulis comparuerit: aut vspiam in vsu esse fullonibus Mediterranei, vel Occidui maris accolis audire à quoquam licuerit: fidem tamen gratiamque habemus fidissimo nec vulgari amico, huius historiæ peritissimo Anguillaræ, qui sibi hanc visam coram verbis nos certiores fecit. Sabulosis Peloponensis maritimis oritur, vocaturque vulgò, inquit, *Spina Purgatoria*: radicibus palmum longioribus, lacteum succum frangendo fundentibus, amarissimum, odore graui. Florem aut fructum tunc nõ vidit: cætera similia Hippophæsto fuerunt. Huius fulloniæ multa hodie simplicia vices supplerent; quemadmodum Cardui Dipsacive plantæ satiui fullonibus vbique idem commodi præstant, quos tamen antiquitus ad vellendos carpendósve pannos vsurpatos fuisse, nulla in Dioscoride mentio: huius verò multa, cùm apud alios, tum apud Theophrastum, qui Hippophleos, non Hippophaes vocat, & paracanthophyllis, siue iuxta folium spinas habentibus, vt sunt Anonis & Tribulus, accenset, quod indicium certius est, nostro in solo non prouenire.

HIPPOPHÆSTVM, nominis vsu, fortè & effigiei quiddam commune cum superiori habuisse.

SED haud perinde nota fuisse videtur, atque superior fuit antiquis hæc: quippe cuius Galenus & Paulus non meminerint: Cùm tamẽ hic Hippophęstũ exscripserit ex Dioscoride, qui etiam paucis verbis incertisque describit, cauliculo floréque viduam, spinosis foliis plantulam, fullonis spinę specie, qualem è Norbona aduectam se vidisse, eruditior autorum lectione, quàm stirpium inspectione, vndequaque literatissimus Ruellius, suis cõmentariis mandauit. At eandem nos putamus illam Norbonensem spinosam Echinatã, Ritro Theophrasti inter spinas dictum: qua de re iudicium peritissimo cuique descrimus.

ECHINOMELOCACTOS, siue Melocarduus echinatus Indiæ occidua.



QVEM non iuuat in hoc miræ raritatis & venustatis Carduo, solertem Naturę opulentiam contemplari, is se putet auerso natum ingenio à lautiore Philosophia. Hanc autem sponte edunt noui orbis insulæ occiduę, pręsertim ea quę Diuæ Margaretæ sacra est, vnde reduces naucleri Anglicis oris, Morgano peritissimo & perquàm liberalis ingenii Ciui, & Pharmacopœo Londinensi, attulerunt: in cuius officina instructissima, pleræque eiusmodi stirpium nouarum deliciæ seruantur, quales suis locis appinximus. Sit ne cœli Europæi patiens huius semen, nondum scimus; sed primo Vere experiemur. Videtur autem hic quasi quidam naturæ Cinnus, ex Pepone, Melone, & Carduo coaluisse: eóque nos Echinomelocacton, siue Melocarduum Echinatũ, signata magisquàm recepta nomenclatura vocauimus. Turbinata illi metæ effigies, torulis, callosisque quatuordecim quasi costis canuleata, à sessili & latiore basi secundum longitudinem in conũ obtusiorem coëuntibus: ex quo, quasi vertice, emicat tomentosa, vt in Cynara, cerieea bom-

bombax admodùm ſarcta & delicata ferè quaſis lapidis Amianthi, quà inuoluuntur mucronatæ vaginulæ, ſiliquoſæ, ſanguineæ, Capſico concolores & ſimiles, ſed perquàm exiles. Semine puſillo, rotundo, Amarãthi plenæ, multis ſetis croceis ſupernè ſeſe exerentibus, ſed rigidis & pungentibus. Dorſa autem ſumma ſtriarum, quà latius protuberãt, exerunt infeſtos veluti Iſtricis aut Echini aculeos aduncos, corneos, denos, & duodenos quaſi hamos, radiatim ſeptenas vt plurimùm ſtellas effigiantes. Adeoq; vniuerſum corium armant, inſtar Echini, vix vt inultus manu premas . Eſt autem cutis externa calloſior, craſsiorque tota, *Aloes* aut Cucumeris colore & concretione. Caro ſubtus albicat, pinguis, flaccida, Melonem aut adipem referẽs. Guſtu inſulſo & acidulo, non ingrato, aqueo, refrigerante. Cuius fruſtrum ex eaque decoctum experiendi cauſa vorauit & hauſit innoxiè, vir impendio doctus, & pius D. Foxius Anglus. Quaſi autem Melo foret interiore & ſuperna ſui parte, quæ flori ſubeſt Acanaceo, carnem firmiorem diſſepit membranula per medium iens, ſellulamque efformans, ferè qualis Cucurbitæ. Sed ſeminis vi fungoſiore minúſq; compacta medullam inibi inuoluit. Eius natales qui viderunt tum naucleri, tum familiares quidam, maritima ſabuleta eſſe referebant: cùm maturuitq; Peponem mediocrem vel maximum Melonem æquans, nouemq; & vnius trientem libras pendebat hęc. Humi ſeſſilis eſt, nuſpiã cõparentibus nequidem foliorum veſtigijs in ipſa planta aut radice, quæ exilis eſt, aliquot appendiculis vimineis, pullis, prolixis, firmis, nec fractu facilibus, ſparſa.

Poterion.
Tragacantha.
Ononis.
Varietates.
Natrix Pli. Recentiorum.

POTERION aut νευράδα.

QVOD neruis peramica ſit, νευράδα vocarunt, & *Poterion* fortè, quia potrix paludoſi riguiq; ſoli amans ſit, vt dicit Dioſcorides, qui fruticem hanc ramulis & folijs Tragacanthæ aptè confert: eiuſmodi namq; primùm vidimus multum in quadam areola horti Patauini, opera erudiſſimi Guillandini. Deinde ex auſtrali tractu Pedemontanæ regionis vulſũ nobis miſit peramicus iuuenis doctus Pharmacopœus Maſſilienſis Iac. Rainaudetus. Sparſa & latè porrecta fruticat, multis cauliculis exilibus, cortice nigricante, tenui veſtitis, etiam aridis, non rectis vti Tragacanthum, ſed vltrò citroque flexis & ordinè intortis, vti in Nepa aut Corruda: ſic etiã ſpinulæ nulla ſerie digeſtæ, ſed multò delicatiores, quàm Tragacãthæ, & minores, paſſim cancellatim & reticulatim implicantur folijs nudæ. Foliola non albida, ſed nigricãtia, quæ non ex aculeis, ſed è caule fibrillis delicatiſſimis, triplò quàm Tragacãthæ minoribus Lenticulæ modo vel Aſtragali excũt: Semẽ puſillum, rubellum, Sumacho ſimile, & minus. Hunc receptum ſcimus viris *Doctis*. Nec miramur tantoperè viſum fuiſſe accedere ad Tragacantham, vt congener eſſe videatur Mathiolo, qui ſuũ *Poterion* Conſtantinopoli, nempè vẽdibiliore & plauſibiliore loco, ſibi ab Oratore Imperatorio miſſũ dat. Cũ nihil aliud quàm Tragacãtha ſit, aut ex eius icone depictum: non enim ſpinæ, non cortex ſimilia, neque in ſpinis folia, neq; multa alia à vero diſſidentia . Ideò vir prudens ſuo honori pobè conſuluit, cùm deſcriptionem tacuit, vt ſolitus eſt: verumtamen dicit eſſe Tragacanthæ ſimile, ſed verius dixiſſet eadem eſſe.

TRAGACANTHA hircinos ſpicillos & aruncos imitata.

VERA Tragacantha, cui spinularum barbulæ vindicant nomen, plurima fruticat in Galloprouinciæ propè pomeria Massiliæ in marinis collibus ad Austrum deuexis, aliisq; finitimis locis passim multa, vernaculo ibi vocabulo *Barbe Renard & Ram ebouc*, id est, vulpina barba, & surculus hircinus vocatur. Frutex humilis, densus, totus ca ndicat, vno cespite multa copia aggestus. Radice alba, longa, lignosa, crassitie digiti, prolixis flexibus subter humum mersa. Caulis cùm procerrimus cubitalis, ex quo spicula foliata vtrinq; quasi pinnis oriuntur, quæ ima & vetustiora, nihil aliud quàm veprem, aut aristæ spina nudatæ effigiē ostentant. Superiora pallentia perpetua sunt, etiam peregrino solo, vti Mechliniæ, vbi domi, totam glacialem hyemem fouit mercator industrius & harum amātissimus Georgius Rie. Caulis ab vna radice multiplex, rigidus, lignosus, candidus, quem vestiunt spinæ foliatæ, vepribus rigidissimū, stellis horridū. In summo inter spinosa folia & spinas stipantur multi flosculi inuicem collecti Genistellæ similes, sed albi. Siliqua etiam numerosa, recta, Ciceris aut Genistellæ spinosæ modo, sed multò minor & candida, in qua semina exilia, albicantia includuntur, Sinapi magnitudine, angulosa. Illic planta nullius vsus, sed negocium dedimus cuidam illic amico, vt radices vulneraret, ac si quippiam Gummosi deflueret, seruaret: sic nos in Terebintho, Lentisco, inibi lacrymas compereramus, quamuis exigua quantitate.

ONONIS *aut Anonis Asinaria, siue nocua Offic. Aresta bouis.*

SPINOSA hæc, cui pruriginosi & strigosi Aselli sese lubenter affricant, Ononis quasi Asinaria Græcis dicebatur: aut potius Anonis quasi inutilis noxiáq;, agrum defrugando & aratrum sistendo, quò vulgus alludēs, etiamnum Arestum bouis vocat: adeò namq; plenè respondet descriptioni nostra vbiq; fruticās, vt qui quodam ostentandi studio verā inficiantur, ipsi si non vt ὄνοι ridendi, certè inutiles balbutiores & nocui bouis studijs, sint habēdi. Quāuis in plaga calida frigidaúe fruticat flexilibus pluribus, sesquicubitalibus & bicubitalibus surculis, per initia cùm adolescunt proximè & subter folia nōnihil geniculatis: posteà spinis armātur adultiores facti, & floribus ornātur vt plurimū pisi purpureis, in pallidum languentibus: demū siliquæ erumpunt exiles, vbi semen, radicibus instar funium flexilibus & tenacibus, prælongis, prolixis.

Varietas.

Quædam occurrit in pratis maritimis & vdis Angliæ, præsertim ad Bristoiam & prope Londinum, folijs maioribus, & tantillùm crenatis, similibus superioris, sed floribus luteis, prolixioribus, & magis lentis sarmentis. Non rarò vidimus albidis, imò & candidis admodùm floribus, alicubi etiam nunquam spinis armatur: nullas enim vidimus ipso Autumno exeunte in hac posteriore, quāuis in agro fruticantē & in hortis eam obseruauerimus.

NATRIX *Pli. Herbariorum.*

HARVM VTRIVIS perquàm similis herba illa inter segetes & crepidines cultorum Monspellij frequens, & via *Boutonnet* ad nouum castrum. Radix pusilla, caules promit surculosos multos, geniculatos, pedem altos, & ab imo summotenus folijs exilibus, longis multis, Fœni Burgūdiaci æmulis, obsessos: sed adeò viscida tota plāta est, vt vix manus attractanti liceat se interdum extricare. Odora impendiò est hæc, sed quippiam minimè grati spirat, odoris fortè vehementia, qui quibusdam Conizam fœtidā sapit. Flores illi lutei pallentes Aronidis: è quibus Delphinij cornicula, semine plena, sed pullo colore. Hāc natricem Plinij coniectabant nonnulli: quibus autē argumentis non vacat ariolari, neq; per authores incerta spe quærendo vagari.

ALTERVM FRVGVM GENVS nempè graminis Trifolij, & Leguminum.



VVM initio ordiremur plantarum ex similitudine historias, decreueramus graminis & triticeæ frugis recensione absoluta, è vestigio hãc quasi alteram graminum familiam illi proximè annectere, aut inter consimiles alias plãtas alicubi quàm cõmodè fieri posset, inserere: sed nuspiam occurrente satis apta statione, in hunc locum, vt nõ lubenter, ita non inuiti eam distulimus. Quare si cui visum fuerit ad calcem graminum vel harundinaceorum referre, illi liberum reliquimus. Hîc porrò hãc ita secuim⁹, vt quòuis reponi queãt: & sic exequemur, vt loco & folijs potius quàm serie aut vsu distare videantur, hæc duo summa graminis fastigia: est enim par penè cognatio collatióq; acuti folij graminis ad triticum, atquæ trifolij graminis ad leguminum. Nam vt frugis voce à fruendo, tum triticum, tùm legumen complexa fuit antiquitas: sic graminis appellatione, non modò quæ folijs triticeis exeunt, sed etiam quę leguminosis, designauit, vt sunt trifolia Loti, gramen Parnasium foliõ hæderaceo, flore albo: apud Dioscoridem, & Cerinthe ignobile gramen apud Marorem: perindè enim vberè gliscunt ista gramina, cespites herbidos prętergrediendo, inque pabulum cedunt pecori, vnde Galli hodie Medicam, fœnaciam vocitãt, & fœnum Burgũdiacum saginandæ veterinæ impendiò laudant.

Trifolium pratense.
Varietates.
Trifolium Menianthes, siue Asphaltites.
Oxytriphyllon Scribonij Largi.
Oxytriphyllon aliud Herbariorum Scribonio attributum.
Trifolium luteum minimum.
Oxys Pliniana, Allebuia Officinarum.
Quindrifolium Tetraphyllon fuscum hortorum.
Trifolium paludosum folio crasso Fabaceo, siue potius ISOPYRVM, quàm Melanthij species?
Hepaticum trifolium.
Fœnum Burgundiacum.
Medica, & varietates.
Medicà incana, maritima.
Lagopus.
Lagopus segetum Alopecori facie.
Lagopus maximis folio & facie Trifolij pratensis.
Lagopus angustifolio.
Loti { *Syluestris.* / *Trifolia pratensis siliquosa Monspelliensium.* / *Ægyptia.* }
Meliloti. { *Syriaca.* / *Italica.* / *Gallica.* / *Germanica.* / *Londinensis.* / *Coronata.* }

Fœnigracum.
Cytiſus Dioſc. & Gal.
Cytiſus altera minor & vulgatior.
Polemonium.
Dorychnium Monſpellienſium.
Ruta
- *Syluestris maior.*
- *Hortenſis.*
- *Syl. minima.*
- *Syl. altera.*
- *Harmala Syriaca, an Seſamoides magnum Dioſc.*
- *Pratenſis duplex.*
- *Canina Monſpellienſium.*

Galega.
Viburnum.
Anagyris.

TRIFOLIVM PRATENSE & eius varietates.

Ger. Wyſenklee.
Bel. Claeuer.
Gal. Treffle.
Ang. *Herbe trifolie.*

NVſpiam igitur deſit trifolium pratēſe, trifariam floris colore, variās, quippe quod flore purpureo purpureum, & albicāte albū dicitur, & maioribus etiam folijs diſcernitur: vtrouis nihil notius, frequentius aut vtilius pecori veterinariæúe ſaginandæ. Nec aliud ab iſto eſt, quo mortales miri, Hybernię delitias, irritamentáque palati ſpreti placentas, lagana & panes pinſunt, exque butyro ſubigunt, quæ latranti obtrudant ſtomacho, nonnunquam triduum fame exercito & penè rabienti. Sed hæc tollerantia prædonibus præſertim conſueta itemq; militibus. Inter quos ſuperioribus annis nobis noti generoſi cùm militia mererent propter defectionem latronum in Hybernia, mirabantur eos probè paſtos, cingulo arctiſſimo cinctos, circum vmbilicum tamdiu eſſe, quoad proximo triduo rurſū cibum ingurgitarent. Qui ne præproperè elaberetur, perſuaſi erant multum profore ad roboris & alimenti ſupplementum, ſi vinctu cinguli quàm diutiſſimè inibi coerceretur. Idq; natura docente potius quàm Scytarū imitatione factum reor, de quibus idem prodidit grauis author *P*lutarchus. Indigenę enim inſulæ cū ſint hi & longiſſimè abſint, Hęcque nis vbiuis gentium prata alūt, ambo ſæpius guttatis & falcatis ſuperficie foliorū maculis.

ASPHALTEVM.

ASphalteum ſeu Mœnianthes Dioſcoridis non temerè alijs regionibus quàm Sole feruidiore luſtratis, vti Monſpelij & Maſſileæ in Norbonenſi & Galloprouincijs, videas. Quin ne Longobardis quidem aut Venetis, niſi cultum in hortis reperias, vbi ineūte Hyeme non ſecus atque Flandris & Anglis vtplurimùm interit. Fruticoſa eſt, ſeſquicubiti vel duûm cubitorum. Surculos præduros rigidóſve multos exiles. In ramulos hebetes, exiles, quibus in viticeos fermè pediculos exeuntibus ſingulis, folia terna inſunt, nec plura. In imo & per initia circinatæ rotūditatis, ſed in pediculis ſuperioribus adulta, oblōga, anguſtiora, & in mucronem deſinentia, lanugine horridiuſcula, hirta, nigricētia, vti & virgulta, interdum albida. Florem purpureum, compactum, in oblongam glomerationem viloſa textura fert. Semen pullum, aſperum, ſupernè mucrone piloſo clauſum, tetro odore, cuiuſmodi vniuerſa planta, quam qui legitimum bitumen non norint, ſi odorentur, vix vnquam olfacient poſteà bitumen, quin illicò etiam nondum viſum agnoſcant. Conſimili Aſphalto, ſed excellentiore, quod mirum magis eſt, dote, tum occulta, tum comperta,

nam

nam:& Theriacis miscetur præsidio non vulgari:& foris admotum,multò vehementius & euidentius prima etiamque specifica vi venenum è summo corpore reuellit,secumque eductum,quasi vinctum, idē coercet:quodq; sanæ parti appressum, virus non minus sæuum inurit,quàm erat inflictura serpens,vt puta Vipera,aut quæpiam alia: non illud suo sibi insito nocendi vicio,sed ascititio veneno: quemadmodum capite de Anchusa, vel Echio,liquidò patet.

OXYTRIPHYLLVM Scribonii Largi idem videtur cum superiore.

ISTVD Asphaltium non aliud esse quàm Scribonii Largi Trifoliū acutum,Oxytriphyllúmve dictū, propter mucronatum extremum,quasi eminentem aculeum,quem habet, & lanuginosa, plenioráque folia,vti author delineat,duum pedum fruticem,grauiter odoratum, montibus oriundum, sed Siculis plurimùm, Italiæ rarum,nec nisi ad Lunæ portum,qui est Thyrreni maris ora, inibiq; sibi repertum profecturus in Britanniam cum suo Deo Cæsare Claudio,facilè sibi persuadet,qui meminerit superius dictum,haud facilè nisi æstuosis regionibus prouenire,nisi colatur,vt in horto Patauino & alibi. Nec quisquam putet aculeatum intelligi debere, sed folii extremum in angustum quasi aculeum porrectum, cuiusmodi visitur in isto.Et de vsu ad quem commendat, noscas certius.

OXYTRIPHYLLVM alterum Scribonii,Herbariorum.

LVBENTER assensi essemus nostris perdoctis amicis,quos sententiam rogaramus super alio trifolio, in syluis aridisque collibus fruticante,quē primùm tum visum Scribonii Oxytriphyllum autumabant: nempe quia procerius, lignosius; atque hirsutius visitur,sarmento & foliis alioqui similibus, sed minoribus,ternis & quaternis,albicantibus magis, & obtusioribus: flores non adeò in globum compressi, sed hiantes magis, & depressi, atque albicantes: odor aut nullus,aut perexiguus,nedū vt grauem tetrúmve olfacias, vti in bituminoso superiore: quod ideò huic preferendum ex Scribonii verbis expressius,ducimus. Prope Lugdunum & Taurinum,etiamq; Monspellii iuxta Gramuntiam Syluam istud abundat.



Trifolium luteum minimum.

EST luteum minimum omnium, & non ita peruium, gracilibus, pusillis, reptantibus iunceis; folio terno aliquantum crenato,luteolis floribus,in orbem compactis,in pratis & cultis visitur.

OXYS PLINIANA, Panis Cuculi, Alleluya Offic.
Trifolium acetosum.

TRIFOLIA Oxys Pliniana, Oxytriphyllum itidem vocata fuit,non quidem folii acutie, sed potius aciditate, qua cùm vtilissima, tum notissima est,pusilla videtur Lotus,opaca vmbrosaque sequens,radice ima fibrosa, summa mediaque squamatim loricata, è qua plusculi

plusculi exeũt pedicelli iuncei,glabriq; & prætenei,quibus singulis in extremis tria aptantur folia retrò & mutuò inflexa, quæ turbinis cordisve picturam præferunt. Flos stellatus,candidus,nonnunquam & luteus,vti semen luteum,in thecis oblongiusculis, & perparuis.

QVADRIFOLIVM Phyllon fuscum hortorum.

NE foret huic generi proprium vtique terna habere folia, factum ne Naturæ instituto, aut mangonio,incertum nobis: nam quę spectantur in hortis voluptatis potius quàm vtilitatis causa,è pratensium genere, tametsi quaternis,quinis,adeóque septenis donata foliis,non disparibus Oxy *Plinianæ*, cernantur: sed colore phæo, vel liuido, rubente: flores quales pratensis, albidi sunt, reliquáque non diuersa.

TRIFOLIVM paludosum,folio crasso Fabaceo,siue potius ISOPYRON, *quam Melanthij species?*

PERQVAM frequens paludosis riguisque pratis Angliæ,& Belgiæ,& Germaniæ, alibi non item,aliud trifolium: quod quia non nisi in aquis viuit,aquaticum vocant. Radicem,vt plerçque aquaticæ,crebribus geniculis distinctam, & fibris mersam habet: folia crassa,viridia,tenera, vt *Phasioli*, aut fabę,terna,in singulis pediculis crassis,cauis,& porosis,viridantibus, è geniculis egressis radicis: indidemque caulis consimilis, concolor, cubitalis,in cuius summo flores candidi,stellati, Ornithogali vel Sagittę *Plinii*,alterno situ visuntur, de quibus mediis nonnullæ prodeunt fibræ,eodémque tempore floribus defluxis glumæ,pusillǽve pericarpia,Hyacinthi similia, semen fuluum cohibentia, Milii, sed minora.Huic,cur, quasi potiùs Isopyron,Mathiolus quoddam *Melanthium* prætulerit, vix coniectari licet: quando ille quà maximè opus esset,mussat,nec hiscere audet,in tritæ cognitionis rebus alioqui tantus hiatot: est tamen hæc multa & vocata *Biberklee*, quasi Castoream Germanis,Belgis, Boxboonen, id est, faba hircina, ab odore olido.

HEPATICVM trifolium, siue Trinitatis.

EOSDEM fermè hæc natales & vires, nec ita dissimilem vultum sortita est, cum Oxy *Pliniana*,prçterquàm quod acidum non est trifolium istud: Quibusdam Italiæ & Norbonæ montosis locis vmbrosisque syluis & vdis obuium & multum, præsertim Taurino collibus Eridanóque Circumpadano conterminis. Rigida hyeme Ianuario ineunte, vel exacto,primulùm pediculi Violæ martiæ,aut Bellidis,pilosi,tenelli,palmum alti,floribus cæruleis,pallidis, stellatis,Chelidonii minoris nõ disparibus donantur,qui inuito interdum frigore, trans niues superstratas sese exerunt,nondum foliis enatis,quę in diuersis (vt violæ Martiæ) & singulis pendula pediculis,diuisura,colore,& fermè magnitudine Hederæ helicis,aut potius Ciclaminis hederacei,etiam vrgente niue perstant. Semen minutum capitula cohibent,apiculis herbidis,fuscis,conflata, conuli modo,aut potius Ranunculi.Radix capillosa, sparsa,nigra.

FOENVM BVRGVNDIACVM & Medica.
Gallis. Foin de Bourgoingne.

EMEDIÆ regionis pascuis istud trifoliũ habuit & coluit Græcia & Italia, vnde vocauit Medicam,veluti etiã *Medicũ* malũ citriũ dicunt: Quare potuisset fœnũ Burgundiacũ vulgò dictũ,saginandis veterinis natũ,opinionẽ Medicæ facere,& hactenus fouere,cùm è Trifoliorũ pratensium genere sit,& folliculũ siliquosum,cõplicatum,orbiculatum gerat: semine Fœnigręci aut potius *Meliloti* prægnantem. Flores ex cœruleo purpurascentes,

SED

Medicæ tres in femine varietates.



Sed cum aliud sit genus Trifolij longè pecori gratius & antiquorum notis aptius, nobis ex recentiorum vestigatorũ sedulitate geminæ suppetent Medicæ: quarum prior & certior est ea, quam vulgus in Galloprouincia vocat *Lauserdo*. Ea satiua propter vtilitatẽ, illic est trifera, trifolio prorsum similis, prolixioribus tamen caulibus, humi sparsis, vbi magis fœta luxuriat, in quorum alis frequentes sunt folliculi orbiculati, qui dum digitis in spiras expandũtur, volutæ figuram exprimũt, dum autem contrahuntur, nummos exiguos multiplices sibi aggestos pueri dictitant. Interdum siliquæ hispidæ sunt, interdũ spinosæ, quæ flores lutei, exigui, ternią; sunt. Visitur & quibusdam locis tantæ proceritatis, vt duplò maior excrescat, siliqua vero glomeratur in nucis galbulumúe Cupressi ferè figurã, cui semina Genistę semen ferè æquantia insunt.

MEDICA *marina.*



HANC SÆPIVS vidimus illis perquàm similem maritimis passim oriundam, Venetijs & in mari mediterraneo, superioribus tota minor folijs, & siliqua & semine: caules verò humum prærepτant prolixi. Lutei flores sunt: caules & folliculi densiores, omnia tomẽtosa lanugine obducta, vt Gnaphalium & alia maritima pleraque. Hanc cur respuant viri docti haud indignam vel animaduersione vel descriptione, causam habẽt nullam, neque exemplum: si namque antiqui hac ignauia suam ignorationem aut posteritatis ignauiam fouisset, longè plurima desideraremus, quorum beneficio plurimùm profecimus. Hasce enim inspectione & vsu præstat notas habere, quàm nullas.

LAGOPVS.

LAgopyrõ, quia inter triticeas segetes nasceretur, quasi leporeum aut leporinum triticũ iam tum Hippocratis tempore vocabatur: Dioscoridis autem æuo etiam Lagopon quasi pedem leporinum, propterea quòd in pilosa spica glumas villosasq; quasi aristas mollicellas, Leporini pedis, hirsutiẽ & colorẽ æmulantes haberet. Sic enim in libro de vlceribus concisè, sed scitè describit Hippoc. Replet maximè cõcaua, pura vlcera Lagopyros vocata. Est aũt triticeis, aut, vt alij legũt minus aptè, furfuribus similis, quãdo arescũt, foliũ pusillum, instar oleæ folij, & minus. Vnde non difficile coniectari istam plantam in aruis

inter ſegetes frequentem vniuerſæ Europæ valde vulgatam,& gramineis Trifolijs accenſendam,eſſe genuinum Lagopum antiquorum.Siquidem triticea eſt ſpica,inter triticum, melampyrum,& Alopecotum naſcẽs,quibus eſt nomine & facie ſimilis lanugine & pilis, mollicie & fuſcedine concolor Leporino pedi:folia Oleæ,ſed multò minora & terna,è viticuloſis cauliculis,pedẽ altis,in multas alas diductis.Semine exiguo Seſemi,minore,Sophiæ pari,glumulis obſito,triticeis,aut trifolij bituminoſi.Non parum huic aſtrictionis, ſiccitatis verò tantum,vt mirum feminis profluuio laborantibus præſtet præſidium.Eapropter vlceribus canis, ſed iam deterſis & mundatis,non dubium quin carnis prouentum, & cicatricem acceleret,vt vult Hippocrates, tumoribus verò inguinum & laxis Hernijs cohibendis peropportuna.

LAGOPVM MAXIMVM, folio & facie trifolij pratenſis.

NON perinde frequens,ſed tamen inter eaſdẽ plantas & ſegetes naſcẽs gemina huius differentia,altera cuius folia planè eadem,minus tamẽ acuta,& trifolij pratenſi propiora,caules ſimpliciores,enodes,ferè rectos,cubitales ambiũt,ſpicatas item ſumitates gerẽtes,binos pollices lõgas,craſſiores:pilis & lanugine hiſpidiores, villoſis floribus trifolij pratẽſis,purpura rubellis,fuſcis,fœniceis,pallentibus.Hãc Veganij,Norbonẽſis in pratis, & ad fontem publicũ elegantiſſimo aſpectu florẽtem colligebamus,Iunio & Iulio menſ.

ALTERA anguſtifolia.



ALTERAM Lagopum Anguſtifoliam vocabamus, iuxta agrorũ & viarũ margines Sellenouæ Mõſpellij enatã,in Delphinatu,& non procul Rhodani ponte S. Spiritus dicto,alibiq; paſſim,anguſtioribus & longioribus multò folijs,ternis inter Peucedanum & trifolium ambigentibus, viridantibus,pedali caule,aliquot geniculis donato: ex quibus nonnullę alæ,in ſummo itidem caudatas ſpicas ferũt,iſti proximè deſcripto pares & maiores: quarũ flores purpuraſcentes per meſſes deflores centes,relinquunt ariſtas horrentes, & ſpicas aridiores, ſcirpoſis glumis pungentes: vbi exiguum continetur Selami rotũdum ſemen.Omniũ horum partes, ſpicæ præſertim,deſiccant & aſtringunt. Sed prioris potiſſimũm, cuius vtilitatem certam nouimus & partim diximus.

Hortorum odora LOTVS, eſt verior Dioſc.
Ger. Sieben gezeiten Kra.t. *Bel.* Seuengetyden claner of kruyt.

CVM arbores,frutices,& aliæ,ſpecie,facie,fructu,& floribus differentes plantæ,Loti dicantur,quapiam bonitatis commendatione, potius quàm inter ſe conuenientia, videtur hæc nomẽclatio huic trifolio attributa,quaſi quòd cæteris trifolijs excelleret, inq; paradiſis & lætioribus locis oriretur,dictum foret Trifolium λωτον,ſiuc volupe & voluptas,à verbo λω,vt ſit adluſum ad λωτοφάγυς Vliſſeos,& Epithetum apud Homerum,qui vocat roſcidum Lotum,Deorum lubeſcentiam.Proinde coniectura plena fert,veram Vrbanam illam verè dici Lotum,quæ domi hodie in Belgia,Germania,Anglia,colitur,decerpiturq; ad oleum conficiendũ,celebratum valde tumoribus contumacioribus, & topheis demoliendis,à Pharmacopœis præſertim, qui vernaculo nomine vocitant hanc Seuegetydẽ claneere,quaſi ſepties mutans die.nempe odorem,quem illi amiſiſſe,& denuò recepiſſe ſingulo die arbitrantur.Seſquicubitalem leuiter ſtriatum ramoſum à ſummo ad imũ vſq; videas caulem.Pediculos & folia è geniculis educta,cuiuſmodi Trifolij pratenſis,Fœ

nigręci

ant Meliloti germanici, sed ambitu obliquè dentata, pinguia, crassa, habitiora, subpallida: flore & glomerulo pallido, Asphaltidis Trifolii, semine Milii palleo. Eximii odoris Meliloti, nonnihil gummi Elemnium redolentis: vnde mulierculis Balsamum dictum, & sanè vulneribus paramicũ. Digerit quippe leuiter, & inflãmationes ingruentes reprimit moderatè, robur partim tutando, nec sanè multò dispari vi quàm Fœnigrẽcũ aut Lotus, oculis opem laturam putandum.

LOTVS SYLVESTRIS Diosc.

PASSIM plurimáque, quę dicitur erratica Lotus, secus Lanii amnis Monspelliaci pontem & crepidines pubet, in Angliæ etiam vdis scrobulis. Graciles, numerosos, bicubitales & tricubitales, sparsos multis alis promit à radice lignosa, fibrosa, caules, quos proximè ambiunt folia terna, mollia, rotunda, fusco virore, læuia: flores lutei, Genistæ aut Meliloti veri modo, è geniculis imis summísque copiosi, quorum caliculi postmodum fouent numerosas vaginulas, teretes, oblongas, rectas, rubentes, nitidas, intus semine Sinapi pari, cinericio colore. Sapor, qui leguminum quorundam & medicatus, vti Lupino, Phaseolo, & Cytisi, quos odore etiam refert. Verùm non interest cuius sit odoris ista, sed quàm bellè referat Lotum bicubito maiorem, multis donatã alis & Loti pratensis trifoliæ foliis. Semine aut potius siliqua (nam vtrumque apud Diosco. illud σπέρμα designat plerumque) fœnigræci, sed minore, qualis nostra planta est, quam gustu, non etiam odore medicatam optat Dioscorides.

LOTVS TRIFOLIA pratensis siliquosa, Monspelliensium cui assimilatur superior syluestris.

NON paucis locis Monspelliensis agri & decliuibus pratis, Lanio Grammuntiæque Syluę interiectis, humilis siliquatáque Lotus inter Aristolochias, Scordium & Narciscos repit, angulosis cauliculis, geniculatis, pedem longis. Folia in pediculis per totum caulẽ terna, pauca, subrotunda, crassiuscula, subpallida. Extrema caulia germinibus nõnullis, multifida, luteum florem, buxeũ, fabæ similem, singulũ singulis alentibus: etiam cuilibet, siliqua succrescente quàm fœnigræci maiore, sed recta & superius retusa; quibusdam secundum longitudinem impressis striis, fœnigræci flauescens semen dum maturuit, dissiliente & ostentante.



ÆGYPTIA LOTVS, vel NILOTICA, aut Euphratea.

VT PERMVLTA sunt quæ nusquam in naturæ ditione ditissima & inexhausta extare suspicari ausi essemus, priusquam vidissemus: ita plerumque fit vt nonnulla etiamnum hodie anxiè minus venemur, quæ aut præ oculis & pedibus iacent, sed malè aut mutilè literis mandata, eóque incognita sunt, aut nusquam terrarum, prout historiæ produnt, oriantur. Idque cùm nostratibus non paucis, tum vel maximè, peregrinis in stirpibus agnoscendis nobis vsu venire veri fit simile. Hasce enim non visu, sed auditione plerumque discere soliti fuerunt scriptores, eóque fidem liberandi caussa φασί, vel εἰσί, aut simile quippiam addere soliti sunt, quasi non asserant, sed duntaxat historię texendæ gratia inserant: Quod videtur vsu venisse in hac Loto, Theophrasto: fusiorem

enim quam certiorem descriptionem dat, omissis foliis & contrariis seminis comparationibus repetitis, quæ suspicionem faciunt luxatæ literæ, aut recensionis mendosæ. Plurimas videas stirpes pluribus locis obuias, imò & mensis, quarum aut perperam aut fabulosè multa commentitia in literas missa fuere. Exemplo sunto mandragoræ radix, filix, tripolium, Quercus Larix perennis, vel ipsa faba, fungi, tubera. Ac ne longius abeas, nobis etiam perplexius minima quæque de plantis vulgus, & interdum eruditos consulentibus, quàm multa & sæpè relata sunt, risu quam assensu digniora? Et miramur postea, grauissimis etiam viris quædam excidisse, multis è millibus pauca, minus accurata, aut vera, auditione tenus prodita? Nec potius miramur non plura lapsos, puta alienis fretos assertionibus, aut lectionibus, quod Dioscoridi è Crateua, & Theophrasto huic contigit ex Aristotele, huius Alexandri iussu & sumptu, innumeris è priuatis hominibus conflatæ historię fuerunt.

MILILOTVS Syriaca.

MELITI odoris & coloris gratia Meliloto, siue Melita Loto dicta, coronas texuerunt prisci, quibus caput redimendo, non voluptas modo peteretur, sed etiam æstus febrilesque distemperies arcerentur. Omnium quas nouimus huius familiæ longè optima & elegantissima, quæ è Syriaco Alepo ferri cępta fuit & coli superioribus, nec antea, annis, 1562. & tertio, cuius etiam culeos refertos prostare meminimus Venetiis, in Martinelli ad Angelum officina. Copiosis fruticat ramosisque cauliculis hinc inde deflexis, cubitum altis, geniculis crebribus distinctis: vnde emicant folia in pediculis terna, loti Meliloti've communis, minus acuta, nec multum serrata: & flores lutei pallidi, stipati certa seriæ & modo, vt in Securidaca, aut Astragalo. In summo vaginulæ hamatę & è latiori basi, in mucronem aduncum exeunt rostri Psytaci non disparem: semen Fœnugræci compressius, exilius odore Meliloti Germanicæ, vel Gallicæ, hîc proximè dicendæ, sed multò fragrantiore, etiam in decennium perdurante. Sata Patauii, quasi soli natiui oblita, nonnihil corniculis minus falcatis, lunatis, & ignauiore odore degenerat: Illic nomen retinuit Italicæ; vbi tamen quia desit copia, pratensis ista sertula, seu corolla Supplemento est.

Italica Melilotus.

Germanica & Gallica.

NOSTRATES verò duæ germanicæ, Gallicæue nuncupatæ, odore quidem inferiores sunt, sed multò proceriores fruticant, ternos namque cubitos æquant virgulta crebra, teretia, ramosa, lenta, crebribus foliis in exili pediculis ternis, fœnugræco aut potius Burgundiaco proximis, læniter dentatis, carnosis, subpinguibus. Cauliculorum summitates stipant complures flosculi, seriè apti, penduli colore & modo genistellæ, siue Luteolæ Plinianæ, sed minores, interdum & cani. Semen in vtriculis, luteolis herbidis exile, & perpaucum. Vbiq; iamdiu huius inoleuit vsus, propter facultates compertissimas emolliendi, digerendi, tantillo calore peptico, naturæ amico & astrictione moderata.

Londinēsis Melilotus altera pusilla.

LONDINI in horto amici cuiusdam alitur huic per omnia similis, nisi quia cubitum non superat, & in siliquis paruis Araci modo, semen non dissimile habet, vtrique odor gratus, Syriacæ gratior: sed quia aliis de notis plusculum differunt, hasce putarim corollis non adeò expetitas fuisse. Illis tamen neutiquam ad Medica commoda cedere.

MILILOTVS CORONATA.


NON DE NIHILO erat, quod quidam persuasi fuerunt, illam Lotum quæ ficcioribus pratis, viarumque marginibus lætatur, Sertulam esse campanam, aut saltem pro Meliloto vtendam esse. Quippe præterquam quod nulla propius ad Syriacā accedit, etiam siliquosa est, & florē perquàm hilarē, corollæ aureæ sertive persimilē habet, vnde plebi Gallicæ Corona Regia dicitur, indidemque Romanis Sertula fortè dicta. Ramulos spargit hinc indè copiosos, virentes, graciles, pedales, copiosos, teneros, foliis ternis

terius trifolij pratenſis cæſis caule enatis plurimùm quinis,ſed in pediculis ternis, vti in Loto ſylueſtri. Flores luteoli vel melini, nondum explicati ex flauo rutilantes, piſi effigie radiatim & æquis ſpatiolis diſſiti Coronidem exprimentes , Sapor qui leguminum plerisq;:odor imbecillior florib⁹, aridis & aceruatim congeſtis nônihil gratus difflatur, quod mellis odorem pręfert, quem linimentis relinquit, vti etiam colorem: vſi ſæpe fumus illitione ad viſcerum feruidorum materiam concoquendam in tertianis nothis, ex floribus oleo imbuto, quod etiā oculis optimè facit. Ea Pharmacopœi Galli pręſertim, plurimùm vtuntur æquè tuto atque Meliloto, nuſquam non Angliæ Galliæ, Belgiæ frequentiſſima, Siliqua Loti Sylueſtris.

Trifolium FOENVGRÆCVM dictum.

RARO aut nuſpiam niſi cultu: nam quod ruri ortū putatur Fœnugræcū, quibuſdam locis in Italia, ambigit inter Lotos. Et Fœnogræcum hodie adeò notum eſt vt qui lotos norit, neminem latere poſſit: duntaxat differre videtur ſiliqua, qua maiore magiſque adunca, acutiori ſtyllo eſt fœnigręcū, albicant flores parui: inq; caulibus parum ſtriatis, cubitum & ſeſquicubitum lōgis à teretibus folia ſunt, ternis è pediculis, loti æmula, aliquantū crenata. Seminis fului anguloſi Securidacæ, ſed rotundioris, maximæ in re medica vtilitatis fœta cornicula. Quo paratur oleum viribus quam quiſquam credat maioribus, ad inteſtinorum latētes ſcirros diſſipandos, & ſtrumis perutile.

CYTISVS.



TRifolius iſte frutex Lotuſue gentilem cognominis inſulæ Cinthyſę quæ vna è cycladibus eſt appellationem fatetur, vnde reliquę Grecię Latioq; factus communis fuit. Et mirum quanti putatus ad pecoris paſtiones, lactis & prolis prouentum. Quare qui κυθιλαν ex Poetis legunt, poſſunt apte interpretari fœcundum fœnum, quod multùm ſanguinis vitium & ſeminis abſque quo friget Venus, ſuggerit. Diu nos anxios & ambiguos animi habuit Cytiſi veri hiſtoria & expenſio. Verum ſubductis hinc inde rationum momentis & collatis varijs plantis, quas reſpuebamus ſperamus tandem pro barum iri candidis arbitris. Qua quis Roma regia via Florentiā adir, oppidulo, cui nomē Aquapēdulę, (ni perperā in Pālinxeſto herbario notauim⁹) decliui & depreſſa etiam planitie feraciſſima Cytiſum fruticem 5. ſexúe cubitis proceriorem Geniſtæ ſarmētis pluribus, gracilibus prædurìs, ſtriatis, vidimus ſtatim ab imo aut paulo ſuperi⁹ lignoſa radice è tenuibus pediculis: folia terna, non ita numeroſa ſimilia fœnugręco, anguſtiora, habitiora, rutacea: geniſtæ vel Sparti aut piſi flores lutei, ſed minores: Siliqua Geniſtę par, cinericia, gracilior, compreſſior, intus loculis ſunt diſcepta ſemina nitētia ex atrore Geniſtę, eſt cana vniuerſa plāta: vti Rhamnus Mōſpel. aut halimus

Sapor Ciceris aut similis leguminis odoris sanè iam non succurrit: aridam enim & inodoram duntaxat habemus uulsam Norbonę, præsertim, ad radices mõtis Calcaris prope Veganiũ: minus procera tamen, sed tenerior pabuloq; aptior est, fortè quia dum in montes abigunt pecus, vt quotannis faciunt, pastionis lætioris, atq; æstus conuallium declinandi causa, ineunte Maio & Iunio, Sole in Arietem ingresso, teneriusculos germinationum fœtus, florum siliquarumq; spem liguriunt oues, & capellæ. Eóq; Poeta venustè ex Theocrito canit. *Florentem Cytisum & Salices carpetis amaras.* Hæc, vt si quæ alia, apprimè quadrat Dioscoridis, Gallenique Cytiso: nam ecquid eadem sit, Theophrasti haud magnoperè sollicitos facit nos, quando ille in describenda minus solicitus fuit, qui de Lotis alicubi monuit, plerumque vsu venire. vt eadem voce plurimùm diuersæ plantæ, effigie tradantur. Qua propter vti Antiqui Cytisum vocarunt Fœnigræcum, Lotum magnam, & Trifolium, propter figuræ aut naturæ coniunctionem, sic ex varijs consimilibus fruticibus Anagyridi, Laburno, Coluteę, incertum vagumque vocabulum remansit.

Altera Cytisus minor & vulgatior.



Terna item prodeunt hinc folia, sed pictor, quia emarcuerat, minus animaduertit.

NOTIOR & frequentior multò, quæ Italiæ, Galloprouinciæ, squallidis saxeisq; collibus inter cocciferas Ilices & maiores Ericas viret, florúmq; amœnissima fœtura oculos caprásq; pascit æstatis initiò: sesquicubitales spargit fruticosas, lignosas virgas, tenues, ramosas: & folia terna virgultis oriuntur, & quàm prioris Cytisi maiora, rotundiora, viridantia ex atro: Genistę flores in summis cauliculis luxuriant, lutei pusilli, sed stipatu longè pluri, quàm pro magnitudine plantæ, quò aduolãt mellificatum apum examina læta: odor gratus illi, sapor alterius: Siliqua & semẽ minora.

Minus fœtens Anagyris vel LABVRNVM, *Fœtida* ANAGYRIS *arborescens.*

AVT regio aut putor quem ciet, huic nomen fecit, locúmq; prouerbio, Ne moueas ἀνάγυρω dedit: idcircò nauteam, à nausea, quam mouet, *Plautus* vocauit. Cognati autem generis videtur, si non genericæ differentiæ, Anagyris æstuosis conuallibus & riguis, præsertim Galloprouinciæ oriunda, cum illa montana & alsiosis Alpinis proueniente, quam Laburnum & Anagyridem non fœtidam nonnulli autumant. Plurima hæc Taurinis montosis & collibus Pedemõtanis, Vere ligulis vel pannulis conspicua luteis, prælongis, pendulis, congestis multa flosculorum serie, Sparti Genistellæ aut Cytisi non dissimilium: folia terna Asphaltidis trifolij, Cytisi, aut Polemonij longiora, ex pallore viridia, siliqulis, multis Genistellæ aut Cytisi, vni pedicello hærentibus, minoribus, minúsq; latis: semen item Cytisi aut Galegæ, oblongum, vel Genistæ. fruticat ad arboris proceritatem, prædura materia, rusticoque instrumẽto nata, intus nigricante, foris Fusariæ colore, ex Alpibus Heluetijs in Germaniç & Flãdriæ hortis florentem vidimus, sed perparum aut nihil fœtidam, tametsi fœteat vernaculo solo: esse Laburnum *Plin*, vt non magnum operæprecium puta-

Non fœtens.

putamus probare, ita eſt valde veriſimile: ſed huius Romani ne imparatiores minuſque accuratæ fuerunt in hac hiſtoria tum ſynopſes, tum verſiones, vti ſexcentis locis, ac proximo Anagyridis capite, manifeſtum fit.

ANAGYRIS.

SEMEN lectum Anagyridis eminus etiam fœtentis in crepidinibus Argentei ammi vocati, Briniolam inter & Vallũ vrbeculas Galloprouinciæ, in Belgio creuit, etiamq; Londini nobis prouenit in Morgani Vireto: folia item terna virgultáque Memantis Trifolii: minor rota fruticat, minus dura materia, cortex nigricat, flores in muſcoſis thyrſis racemoſi, Napi aut Raphani, aut Braſſicę, luteoli, ſiliquis longioribus, latioribus, ſemen cohibetur, renis Phaſtolive effigie, duriſsimum, pullum, nitidum, ſubpurpureum: quin ſit vera nulli iam dubium reliquit ſemen & fœtidiſsimus odor, vnde nomen illi & Adagio locum, *Mouere Anagyrim*, κινεῖν ἀνάγυρον, id eſt, ſibi rem moleſtam & prorſum ingratam exciere, quia rarior, vſus hodie paucus aut nullus.

DORYCNIVM *Monſpellienſium*.

δορύκνιον, quemadmodum toxicum, quibus ſpicula cuſpidatáve tela infici ſolita fuerant, quò celeriorem molirentur perniciem; nominatum fuiſſe par eſt. Multum verò abeſt iſtud hic appictum ab illis duabus, aut tribus plãtis, quas nõnulli hariolabãtur fore Dorychnion, quæque nullum operæprecium commemorare, vti *Phyllerã*, Veſicariũ cordis effigie legumen, & alia: *Nam* iamdiu Rondelletii *Præceptoris*, & *Scholæ* clariſsimæ Nitiobrigum penè cunctæ familiæ diuturna coniectura, iſtam plantam Dorychnion ſtatuebat: creberrima quippe illic & in Gallóprouincia fruticat (non perinde in Italia) ſarmentoſis, lignoſis, duriſsimiſq; virgultis, tenuibus, flexilibus, rectis, ſeſquicubitum, & binos altis; numeroſa alarum ſobole è geniculis imis ſummo tenus per interualla foliola habente, incana, cõpluria, Rutaceis, Chamęleę, aut *Oleæ* nuper pullulãtis multò exiliora, multis floſculis muſcoſis *Oleæ*, vel Quercus, per cacumina candicantibus, & in radiatis quaſi vmbellis relinquentibus theculas vel folliculos albidos, membranoſos, rotũdos, oblõgos, teretes, Loti ſylueſtris ſemina quina, aut ſenã, nigricantia, arentia, Araci ſylueſtris, aut Loti ſylueſtris condenſtes: radice lignoſiore, gracili, prolixa, ſaxoſis ſterilibus ad Frontignanam & maritima Norbonæ oritur. Guſtu eſt inſipido fermè planta, & vt reor, refrigerantis, non humectantis facultatis.



POLEMONIVM *Monſpellienſium*.


HVIVS eſt ſimilitudinis Polemonium, quaſi dicas bellatum & bellicoſum, vt de cuius inuentione ſibi vendicanda certatum inter Reges fuerit: Quippe quæ herba eſſet χιλιοδύναμις vocata, id eſt, mille viribus prædita, authore Dioſcoride. Nullidum recentiorum nota fuit *Polemonia*, ac ne quidem illi nouo huius ęui radiato Appollini Vercellenſi Math. alioquin amico non vulgari, & hac in palęſtra riuali: ac ne nós quidẽ fortè nouiſſemus, niſi Rondelletii præceptoris & Guilliemi Peliſſerii Monſpel. Epiſcopi, & Aſſatii ſagaci veſtigatione, factum fuiſſet, vt non multis ab hinc annis vniuerſæ Academiæ illic fuerit notitiæ vulgatiſsimæ, etiam viribus explorando compertis: nam frutex ipſe vndequaque exquiſitè quadrat delineationi Dioſcorideæ. Virgultis multis, lignoſis, rectis, rotundis, gracilibus, cortice pullis ex virore, ternos & quaternos cubitos altis, in

in quibus ad vſque ſummum hęrēt vtrinque pinnatim ramuli & folia terna Cythiſi, aut Rutæ, maiora, ſaturè virentia, craſsiuſcula & rigida. Flores Maio & Iunio emicant lutei, puſilli, vt Iaſemini, qui cedunt baccis nigris vnà circinnatim collectis, plenis, paribus liguſtri, aut Corni fœminæ, ſucco hyanthino; vel atro purpureo inficiente pręgnantibus. Radice prolixa, lignea, implexa, & vario flexu ſparſa, intus alba, ſaporis nonnihil acris & amari, euulſu difficilis. In *M*onſpellio agro, ad Caſtri noui aridos colles & æſtuoſos margines oliuetorũ & in luci Grãmũtii cãpeſtrib' ſaxoſis quamplurima. Gallis, Belgis, & Anglis hortis iam quidē culta, ſed putata & vocata ab illis geniſtę peregrinę quędã ſpecies. *P*ueriliter hic nõnulli ambigunt ſuper foliis *N*epetę: qui ſi meminiſſent eſſe ſpeciem Calaminthæ Pulegii, planè foliis ſimilibus, & paribus, lubenter de *Behen* albo & rubro vlterius ineptire deſinerent: ſunt enim *P*ulegii, Rutę, & Polygoni, folia non adeò diſparia inter ſe magnitudine, vnde etiam diſcas, quid Calamintha altera, ſeu Nepeta Dioſcoridis, ſit.



MAIOR & hortenſis Ruta, Syluestris, & ei perquàm ſimilis facie Norbonenſium Peganium, ſiue anguſtifolia Rutula.

Syluestr. Ruta. SEMPER virentis hortenſis figura trifolia, ſatis ex ſuperioribus innoteſcet, tum etiam quia nihil hortis vulgatius πήγανον dicta, ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι τὸ σπέρμα, quia ſemen genitabile ſuo præ ſicco ſpiritu calidoq; vapore & tetro coaguletur, quaſique areſcat, vnde ſterileſcunt, præſertim viri. Agreſti autem Rutæ vires vegetiores, & odor vehementior multò, adeòque viroſus & afflatu periculoſus eſt: interdum enim vaporem ipſa planta intuentis vultui afflat, aut tangentis manui inurit, qua ſi faciem attigeris, Eriſypelas, aut Scabiem excitabis: alta cubitum eſt, hortenſis, & caule minore, ſed foliis fermè iiſdem exilioribus, *P*eganio paucioribus, ſiliqua & ſemine non diſpari: ſed nõ perennat, ne in hortis quidem Gallicis & Batauis ſedulò culta, floſculis herbaceis. Minima maximè omnium virulenta, anguſtifoliola, tota pallido virore albicat: ęmpetri fermè habitu, ſitu, & rigiditate, cętera non niſi magnitudine multò diſparia. Aridi Monſpelliaci colles & ſaxeideuexi vtraque ſcatent. Vtriuſque ſemen, præſertim minimæ, maximi ad arthritidem, & molas, & humiditates vteri vſus Medicis illic.



PEGANION *Norbonen. ſiue Rutula.*

An Harmala Syriaca ſit SESAMOIDES magnum Dioſcoridis?

VERVM illi Syriacæ, quæ non modò Venetis, ſed etiam Belgicis & Anglicis viretis facilè propagatur, tametſi ſunt capitula, ſeu pericapia, ſimilia & trifida, aut triangula, tamen

men odor ille vehemens nostratis illi desit, quem si quis soli mutatione amissum dicat, sciat ex Syria quàmrecentissimo semine satam, inodoram prouenisse. Atque inter Rutaceas, quas plures habemus quàm Diosc. nulla minus hac Rutam præferat, & sapiat odore & gustu, quam Martinellus misit è Syria, Harmalámque primus fecit: non inscita cóiectura quispiam posit illam eandem Sesamoidem maiorem opinari: est siquidem Agrestis Rutæ tenuifoliæ, siue Norbonensis Harmalæ foliis longioribus, maioribus Senecionis, & Arthemisiæ tenuifoliæ, flore Hyperici, sed albo: siliqua triquetra, Sesami minoris effigie, semine intus pullo vel cinereo, gustu acri, amaro, maiore Hyoschiami albi: tenui radice, lutea. Ex Syria per Italiæ hortos, indéque Gallicis, Belgicis, etiámque Anglicis viretis nota. Nec si non esset purgatrix hæc, illicò foret ideò reiicienda: quippe antiqui Helleboro soliti erant addere quædam, quæ vires catharticas, vel accelerarent, quasíque stimuli vrgerent excretionem, vt sal, acetum, & alia tum Helleboro, tum Elaterio: vel quæ impetum effrenẽ medicamenti moderarentur, vt pulticulas, aut lactis dulciculam potiunculam, cuiusmodi posterior ętas quàmplurima meditata est admodùm oportuna: Barbaris nostris apud *Mesuem* consolatoria dicta. Nec hanc infernè deiicere dicunt Dioscor. aut *Paulus*, nec per se, sed additum tribus semiobolis albi Hellebori, vt susius in Helleborine.

RVTA *triangulo pericarpio.*

QVANDAM habuit nobísque ostendit Rutam aliam Regins professor Monspelliensium Iubertus, cui triquetræ siliquæ aut vascula erant, nec tamen sapor cęteráque facies diuersa à vulgari Ruta: quamobrem arbitrabantur Itali (quorum in hortis adoleuerat) hanc esse propiorem Syriacæ Harmalæ, quàm superiores dictas.

CANINA RVTA.

RECENTIORVM insuper quatuor sunt plantę, quæ virium aut odoris efficacia, itémque effigie, Rutæ nomen vsurparunt. Nec enim Caninæ Rutæ vocatę Ruta vulgaris cognata est, nisi paucis & vagis notis. Sed id vulgo moris est, vt cùm præstent quædam herbæ opem celebratioribus solitam asscribi, si nomine deficiantur, illo communi impertiantur. Raró, nisi locis siccis & feruidis, satis, & marginibus, cuiusmodi Norbonæ, Rauenæ, & Romæ, circum oriunda hæc. Surculis virgulteis multis, sesquicubiti folia Rheadis, *Papaueris*, aut Argemones incisura, magnitudine minora, crassiuscula, ex viridi nigricãt: vti & flosculi, æstate hiantes, alterius Veronicæ vel Anthirrini modo. Grauẽ tota virosũmve Rutaceo ingratiorem vibrat odorem: exili pericarpio, Rutæ ferè aut Blattarię ritu, sed multò minore claudit semẽ. Rutã istam, Math. reiectæ Alceæ Venetę, quam foliis & odore viroso refert, suffecimus: odor quippe etiam Meconii quiddam virosum halat, ramulique exiles sunt. Succus verò, quem Meconio æquiparat succo, idem: qui nobiscum suspicatur hanc esse Hippocoum, vires cum succo corniculati papaueris, aut spumei conferendas interpretatur. Verùm è tam parua designatione iudicium differendum censemus.

RVTA *Pratensis Herbariorum, num* PHELLANDRIVM *Plin?* *quod potius* SAXIFRAGIA *Hircina videtur.*

MVLTO adhuc magis Ruta pratensis dicta abest à Plinianum hanc Phellandrium dictitabant Lutetiani nonnulli nostra memoria, quòd propius *Apium* accederet quàm Rutam, cuius nihil nisi odorem virosum sortita est: eodemque argumento ad calculum laudabant, & Saxifragium nuncupabant alii nuperi intempestiui noméclationum ærusca-tores, qui tum demùm se operęprecium putant fecisse, si ex Plinianis incertis herbarum elenchis potius, quàm descriptionibus, aliquot selegerint minus auribus vulgi assueta nomina, & plantis itidem nondum agnitis indiderint, Horatiiq; conuicio locum fecerint, qui pisces appingere syluis vetat. *Pratis* vdis & riguis oritur hæc passim, caulem promit sesquicubitalem, folia quadantenus Apii palustris, sed minora, rigidiora, nigriora, radix luteola,

Nonnulli vulgò pharmaco. Rubarbarũ monachorũ à rubore vocitant.
Ruta pratenſis tenuifolia.
Thalictrum tenuifoliũ Cordi.

teola, fibris multis donata, latéque humi fuſis, Aſclepiadis modo: flores ex luteo herbacei, puſilli, numeroſi: radix pediculis & atomis, cironibusq; interficiendis, in balnea inditur, ſuperiore gracilitate differre tantùm videtur, alioquin iiſdem natalibus & facultatibus, ſed remiſsioribus prædita eſt.

GALEGA.

GALEGA foliis eſt Glycyrrhizæ, vel Lentis Glaucii, cui etiam nomen ab Herbariis factum alludit: duum cubitorum illi caulis, flores albi, purputaſcentes, in teretibus, oblõgis ſiliquis ſemen exile. In Pedemontana planitie, iuxta Eridani fluenta & Taurinum vbertim luxuriat, paſsimque alibi. Satis liquet, non ex delineatione, ſed potius ex effectione, Rutę nomen inditum illi, quia vel odor ipſe potius Leguminis, cui videtur ſimilior: ſed quia venenis efficaciſsima, vti Ruta, perhibetur, cõſimili vulgò nomenclatura donatur. Veneti namque Pharmacopœi atque etiam Circulatorum illic fex, qui viperas ſtipis colligendæ cauſa circumferunt, ſimulatque demorſi ſunt, nihil certius hac aut pręſentius habent; eadẽ multò magis freti, quàm illis decantatis Theriacis.

LEGVMINA.

Faba {
Maior vulgatior, non eſt eadem antiquorum faba, ſed congener.
Minor.
Sylueſtris Norbo. an ſit Faba antiquorũ.
}
Phaſeoli. *Varietates.*
Phaſeolus ſylueſtris.
Smilax hortenſis Dioſc. ſiue Phaſ. vulgaris.
Seſamum.
Frumẽtum Saracenicũ, num ſit Eriſimũ Theop?
Lupini.
Eorundem Varietates.
Piſum {
Maius.
Minus.
Spontaneum.
Cordatum, & Cor. Indicũ, Halicacabũ Peregrinũ Offic. an iſopyrum Dioſc?
}
Eruilla ſyu. ſiue Ochrum.
Lathyris, ſiue Cicercula.
Lathyris ſylueſt.
Pſeudoapios, Germanorum Terra glandes.
Cicer {
Domeſticum.
Arietinum.
Sylueſtre duplex.
}

LEGVMINOSA.

Lens.
Orobus, ſiue Eruum.
Vicia.
Cracca, ſiue Aracus.
Cracca altera.
Hediſarum vtrumque.
Glaux vulgaris.
Caput gallinaceũ Belgarũ, an Onobrychis Dioſc?
Ornithopodium.
Ferrum equinum. Ferro Cauallo *Italorum.*
Scorpioides leguminoſa.
Tribulus terreſtris.
Anthillis prior Dod. & Herbariorum.
Aphaca.
Eruum.
Glycyrrhiza triplex.
Colutea.
Colutea Scorpioides.
Sena.
Dictamnus albus Officina. an Tragium Diſco?

FABÆ *antiquorum & recentiorum.*

Germa. Boonen. *Gallis.* Feues. *Ang. Beanes.*

AGNOVIMVS ſuperius triticea cum Leguminoſis magis quadã vſus & partium proportione conuenire, quàm delineatione: nã vt illa ſpicãtur glumis & ariſtis, ſic hæc grauidantur ſiliquis & vaginulis, vtraq; magno vſui tum pecori, tum homini: illa à terendo, hæc à legendo Latini dixerunt, quia non falce vti illa, ſed manu vncóve auellẽdo legerentur. Gręcis verò σπορία, quaſi ſatiua aut ſerenda, quòd ſementẽ multo fœnore penſarẽt: ſunt enim legumina nõ parũ fœcũdiora triticeis, minoreq; tempore & labore, ſed maiore prouẽtu colũtur: à qua quidẽ feracitatis facilitate κυάμους vocarũt, vt Galenus annotat, antiqui ferè cuncta legumina Fabas, quaſi prægnantes & feraces, id enim valet verbũ κυῶ, quod prægno, vnde κυάμοι, teſticuli dicti olim. Speciatim poſtea indicarũt legumẽ fama multò omniũ notiſsimũ & fami plebeiæ adeò vulgare ſubſidiũ, vt nõ ſecus atq; genêra, aut diuerſitates Tritici, ſic fabarũ

barũ delineationem nõ tam rudem, quàm nullã reliquerint. Cùm autẽ ptæ Faba Theop. Diosc. & aliorum antiquorum istam vulgarem nostram, vtpote maiorem, pinguioremq́; potiorem duxisset posteritas, ea penè cõtempta, hęc nostràs sola nomen Fabæ subripuit, retinétq; etiamnum hodie: Antiquorum enim Fabulæ siue Fabellæ, pusillæ tametsi, veluti pares, Loto & Terebintho comparantur. Taxiq; bacca maior quàm faba asseritur apud Dioscoridẽ, & rotunda iuxta & æqualis asellis subter vrinis delitescentibus, κυάμω vocatis Galenus: Aristotel. autem pulli decimi incubitus diei oculos maiores Faba facit: tamen non illicò nostrates è Fabarum censu amouent, vt placet doctissimo & modestissimo Dodonæo: sed id nos docent, eorum Fabam fuisse minorem, quàm hodierna, nec tamen specie diuersam, sed congenerem, & potius fructu, magnitudine, figura, quàm plantæ natura temperamento, aut lineamentis distare. Nam Theoph. & *Pli.* Fabam, qualis nostras est, describunt caule recto & vnico, solamq; inter legumina, vt plurimùm, culmo tradunt: & multis locis *Dioscorides* caulem Fabæ quadratũ dicit, & florem Fabæ Peryclimeni asserit. Sed id euenire, quia variant magnitudine, colore, effigie latiore, compressiore, tereti rotunda. Et frequentissima hodie Faba nostra maior, rarò vspiam tamen nisi sata prouenit, serunt quippe in scrobillas paxillo depressas. Quare vt non est difficilè nosse istam vulgarem Fabam, maiorem, longiorem, minúsq; rotundam esse, quàm antiquorum Faba fuerit, sic eandem *Phasiolum* Dolicumúe asserere, neutiquam licet per eosdem authores.

FABA Minor.

Altera, quæ minor est, Italis & Belgio satu frequentissima ad veterina alenda, sed nusquam viusfrequentior quàm in Anglia, vbi panes Fabaceos veterinæ potius quàm triticeos dant. Hæc non multum videtur abesse à Gręcorum, quam superius expendebamus, Faba: Est enim ea illis adhuc vsitatissima, fresa inibi vocata, ad pulmenta expetita: & Italiæ, Venetijs pręsertim, vulgo *Faua menada dicta.*

Sed syluestris, qualem sæpius in Galloprouincia & in Botoneti Ericetis sterilibúsq;, non procul Monspellio enatam legimus, tota minor est, sesquicubitalis & cubitalis: & culmi quadrati, minus rigidi surculi, communis Fabæ folijs, quasi egens adminiculi, & supernè in cirros, capreolósve *Pisi* desinentibus, flore Viciæ obscurè purpureo, & siliqua dum maturuit alioqui non discrepat: cohibent autem quaternas Fabas aut quinas, gustu Fabaceo, sed non ita grato, odore grauiusculo, magnitudine Orobi, quem Dioscorides Tithymali Paralij semini comparat. Plinius quasi æqualitatem hanc & parilitatem innuens, Fabę parem tradit : quæ nos adducunt, vt non inuiti credamus hanc prę cęteris delineationem Grecę explere. Quando etiam hæc non secus atq; antiquorum Fabæ sponte prodeunt, in locis Galliæ paulò antè dictis, quemadmodum illæ è Fabarijs insulis, quibus cognomine fuisse ferunt autores: tametsi malim esse illam Cherronensem in Mari Euxino, quàm in Germanio siue Arctico Oceano, vbi terra alsiosa, & minus olim nota Græcis aut Romanis fuit: nec puto in Dania insulisúe finitimis hasce reperiri, eam tamen volunt esse Cymbricam Cheronensium siue peninsulam *Plin.* autoritate. Itaq; illam vulgatissimã Fabam amissam putare, tam parũ verisimile est, quàm siligine laudatione tritico carere nos, de quo tamen fuerunt controuersiæ multæ. Sed nostrates Fabæ cùm caulem quadratũ, rectum, surrectũ, vnicum, vt plurimùm solæ leguminum habeant Theoph. & Plin. autoritate, & particulatim floreant, ipsiq; flores nigricantibus lituris (quas lituras lugubres rati Flamines Romani, non mandebant, vt tradit Varro) insigniãtur, nõ esse κυάμους siue fabas nolim assentiri. Et in ipsius fructus latiore quasi basi, qui cernit nigrum vestigium illud, quod hilum antiqui vocarunt, quasi germinis vmbilicellũ & inuolucrum, neutiquam vulgares respuet fabas, quibus penè id signi peculiare est. Ipsæ etiam in duas semisses sponte ferè & natura diuelluntur: & planè tot iisdemq; facultatibus comperiuntur, quas antiqui prodiderunt, tum cibo tum medicamento: nam flatus & tetra insomnia excitare, vulgus etiã queritur, & ad vlcera abstergenda, atq; carnem procurandã quiuis chirurgus harum farina vtitur. Quamobrem non aliò dissident à Gręca notissima illa nostrates Fabæ Germanorumúe Boonę, quàm magnitudine & oblongiore teretíve figura: quæ cùm in plerisque eiusdem speciei & naturæ pomis, nucibus, & seminibus, tum in Cicere satiuo & syluestri, discrepant, Diosc. monente: nam, inquit, à satiuo nihil differre, nisi semine tantùm.

Syluestris.

PHA-

PHASELI à Fabis & Phasiolis discrimen.

PErpauca extant apud scriptores antiquos de Phaseolo, quem Diosc. ægrè concoqui, inflationes aluum & vomitum ciere tantùm dicit: Galenus autem à φασιόλῳ Dolichonem discernit, eundemque Cicerculæ aut eiusdem speciei vult: Quod Plinius videtur innuisse, & Maro vbi canit *Seu pinguem viciam feres, vilémve Faselum*: vilis enim meritò dicitur, vt cuius tantum quasi noxij aut parum vtilis meminerunt antiqui, eóque incognitum penè reliquerunt, nisi quantum ex Cicerculæ collatione percipi potest, deq; Galeni sententia, fortè & Plinij verbis, qui Fabæ folia rotunda, Phasiolo autem Piso & Eruiliæ longiora & venosa scribit: quę accipienda esse de *Phaselo* potius quàm de Phasiolo videntur, quia Phasiolo folia sunt rotunda, nec venosa. Et apud Columellam etiam pusillum legumen vileque intelligi videtur: quando Phasioli modi quatuor obruuntur à totidem operis: nec enim *Phaseolus* nisi rara & peregrina in Italia fuit. Eapropter nobis videtur sui generis legumen ignobile quoddam, Phaselus, simile tamen Eruiliæ aut Ciceri, quale est quod pictum damus, in huius operis extremo, Phaseoli facie, sed siliquis Ciceris aut Viciæ: congruis item Sparto, aut Genistæ, quales Dioscorides annotauit. Sponte hæc in Heluetia exit, folijs ab vno pediculo gracilibus, ordine positis, senis & septenis in caule geniculato, striato, cubitali & sesquicubitali, gracili, lento, flexili. Folia ipsa minimè crassa, aut carnosa, sed venulis perquàm exiguis secundū longitudinem intexta, magnitudine ferè, sed non positu *Phaseoli*. Floribus purpureis, *Phaseoli* minoribus, in prolixioribus clauiculis: è quibus postea siliquæ fuscæ visuntur complures, magnitudine & effigie Genistæ aut Cicerculæ: semine intus pullo, Eruum æquante: radice multum fibrosa, nigra, maiore quàm cæteris leguminibus, fortè quia Syluestris est plāta, nam ruri repertam nobis dedit optimæ spei doctissimus amicus *Penius* Medicus.

Cicercula altera, an Phaseolus Diosc?

EST & quædam alia, quam nonnulli Phaseolum suspicati sunt, ea etiam in agris, & syluis occurrit, vnde hortus Morgani habuit. Cicerculæ similiter hæc folia, cauléque emittit, venosa, tenuiáque, auriculis Leporis similia: siliquis Viciæ latioribus & longioribus, flore purpureo, & quàm Pisi minore: harum vtramuis malunt Phaselum antiquorum recentiores doctiores, quàm Fabam nostram, vt quæ sit legumen neutiquam contemnendum, imò tanti faciendum hodie, vt vere & totam æstatem, multis in regionibus magnum sit annonæ supplemētum, & nō parum multæ gentes panes ex Fabis depsant Veterinariæ, etiamque plebeculæ non incommodos: farina autem, aut ipsa tota fresa Faba pultes sapidas, & placentas conficiant, efficiantque, vt de hac nostrate Faba dictum putemus quod antiqui scribunt, Fabæ maximum honorem habitum fuisse, vt qua panis attentatus sit.

PHASIOLVS vulgaris Turcicáve multicolor Faba, est SMILAX hortensis Diosc.

NVLLIVS verò laboris est istud legumen trifolium, folijs hederaceis, Faba tereti, oblonga, renis effigie, multicolori, esse antiquorū Dolichum Phaseolúmve dictum, asseuerare, hanc non perinde triuialem fuisse & longè abesse à Phaselis certum: tametsi nomenclaturam Phaselus, quasi minoris fructus à Phaseolo retinuerit, propter quandam similitudinem, fortè fructus & foliorum, potius quàm ob magnitudinem: Dolichū autem & Phaseolum effigie siliquarum & fructus, qui Lintrem Lembúmve nauiculam exprimūt, vocarunt. Nusquam autem nisi sati peregrinique hortis nostris, non secus ac Romanis olim, visuntur Phaseoli, cuius enatæ frondes hederaceæ prolixissimis in viticulis deducuntur ad topiariorum ornamenta, qua de causa vocauit Dioscorides hortensem Smilacē, cui perquam similis esset folijs & vultu, tametsi diuersa fructu. Est autem fructus *Phaseoli* per-

perquam amæno aſpectu, plerumque bicolor & tricolor, maculis atris, pullis giluis, rotundis, guttatis, oblongis, obliquis, circulatim, tæniatim aſperſus, nitens: plerumque ebori concolores fabæ totæ, nonnuſquam flaueſcunt, interdum atræ prorſum, plurimum renuli effigiẽ referunt, vnde notiſsimæ ſunt vbiuis, & apud Italos teneræ integra ſiliqua in iuſculis multum eſitantur, multoque magis quam vulgares Fabæ expetuntur: tametſi parũ lautus cibus nobis eſitantibus fortè non aſſuetis, videbantur.

Permultas accepimus à naucleris fabas Phaſiolóſve ex Americæ nouo orbe, éque Heſperia Aphrica allatas, quæ mixtæ naturæ videntur, ſed propinquioris Phaſiolo: nam earum quædam exigua, minor multò Phaſiolo, ex fuſco purpuraſcit: quædam latiſsimã & candida, compreſſæ rotunditatis, ambitu fere vnciam æquat, guſtu, concretione & Phaſeoli ſimilitudine; hanc non demptam ex arbore Phaſiolifera, vt quidam putant, norunt amici quidam, qui ſeuerunt, legumenque non ita diſsimile Phaſiolo habuerunt. Sed alias perquàm raras habemus nos, munere lectiſsimæ, literata virtute & familia in Anglia illuſtri, Heroinę Catherinæ Killigreæ, quas ferunt repertas magna copia ad Cornubiæ littora, & quod non parum mirum, eo loco nullam meminit vllus nauem illiſam, nullúmve naufragium factum: & tamen quotannis nouæ inueniuntur, partim fluitantes & partim effodiuntur immerſæ ſabulis littoreis, quaſi, vt putant Cornubienſis maris Anglici accolæ, ſecundis Auſtris, aut Zephyris è nouo mundo appulſæ fuerint.

Belgarum Bouckwey, *an* ERYSIMVM *Theophraſti?*

ETsi in ſegetum cenſu ponunt Theophraſtus Plinius atque Galenus Eryſimum quoddam Seſamo ſimile & cognatum, cibis aptum; tamen delineatio magis folia leguminoſa teſtatur. Nulla autem planta videtur affinior eruditorum ſententia, quàm illud frugum genus, quod Belgis Brabantis, Heluetiiſque tanta copia ſeritur, vt iſto vniuerſa ſata, quaſi purpura operta eminus rutilent. Vniuerſa planta, præcipue quando matureſcit, purpuraſcit Amaranthi colore: caulis bicubitalis, ſtriatus, folia Smilacis minora aut Atriplicis: flore candido: ſemine glumis contento, triquetris fuſcis, quæ molendo exuũtur, *Math. pag. 373* ex Farina, lacte & butyro pinſuntur placentę, & ſartagine friguntur, pueris expetitæ. Belgium, & præſertim Antuerpianus ager, huius eſt fœraciſsimum. Quòd ſi oculis vidiſſet ſedulus & perpetuus Hermolai, Ruelli, Leoniceri, cæterorumque doctiorũ carptor Mathiolus, veniam potius præcipitis iudicii, & paucæ inſpectionis, ne dicam lectionis, ab illis doctis exoraſſet, quàm eorum nomen laceraſſet. Vt quorum monumenta multis ſtudiorum anxietatibus comparatá, illi quaſi offam præmanſam in os inſeruerint, ampliſsimáque ſegetem (ſed immeritæ) laudis ſuggeſſerint. Intuere eius duo argumenta: Triticum Sarracenicum Tridentinis *Formentone*, tantum caule rubet, non foliis: alterum argumentum, ab omnibus auidiſsimè depaſcitur. Reſpondeo, *Formentone* totum rubrum eſſe demptis floribus albis: rura Belgica & Gallica id affatim edere, & tuam Dialecticã hiccaptionem moliri, quæ dum ab omnibus auidè vorari argutatur, viriditatem, vnde tota vis rationis pendebat, reticuit: nõ enim dicit non edi Theoph; ſed virentia folia non edi: miſera tamen vtraque argutatio. Rubor ineſt palmitibus, Titymallis, Atriplicibus aliis, & ſimilibus multis in locis, alibi nullus. Et Baſileæ agnum habuimus cicutæ Helluonem; at alibi paſsim animantia reſpuunt: hic in Anglia virentes aſparagos veterina non tangunt; poſt fœniceti͠ũ in maritimis, illis aridis veſcuntur.

An Officinarum SESAMI *ſemen ſit Dioſcoridis?*

SEmen iſtud perpetuo nomine & vſu Seſamum fuit, quod ſatum, vidimus adultum in horto Treuiſani Doctoris Patauini, ſiliquulis cylindriaceis, præſepiolis diſtinctis, ſemine iſto flaueſcente, oblongo, Seſamino plenis. Caule ſeſquicubitum craſſo, foliis Amygdali, vel Ocymi. Flores, Ruborem, & alia non meminimus, nec putabamus vllum fore, qui plantam, hanc Seſamum inficiaretur, ſi ſemen ſemel intueretur iſtud dictum.

Quare

Quare si ruborem desiderat in Sesamo Senensis, docti in illo pado rem, vt qui vnius plantulæ fortè aridę, in solo peregrino adultæ animaduersione, de Sesamo aduersus omniū iudicia statuerit, nec quidquam potioris docuerit. Quantum enim seminis istius Sesamini Venetias, Pisas, Genuam, Lucam, Antuerpiam ex Alexandria Candiaque, vęnum venit, huius plantæ est, quam monitus fortè inuitus depinxit.

SATIVVS LVPINVS.

NEc ita procul absunt à Fabaceis & Phaseolis fructus quos θέρμους vocarunt Græci, quia calidiores cæteris leguminibus essent, aut potius quòd θερμῷ, id est, calida aqua lauarentur & macerarentur quò amarorem exuerent tristem & molestum, à quo etiam λυπεράγγελον & Lupinus dictus, vnde Virgili. *tristisque Lupini sustuleris Calamos*, Quamplurimis in hortis præsertim Pharmacopœorum habetur satiuus, culmum edens, perinde ac Faba, rectum, & suapte natura stantem, sed rotundum, cauum, nonnihil tomentosum, è radice ferè singulari, nec multum fibrosa, à qua fere per totum caulem & ramos alterno situ exeruntur in pediculis folia sena & septena diuisura, digitata Viticis, aut Staphidis agriæ similia, aduersa, virentia, subtus incana, hirsuta: siliquę Fabaceis minores, latiores quàm Phaseoli: durus fructus, rotundus, compressus, albidus foris, subluteus intus, perquàm amarus. Flos ter ęstate spectandus, nam initiò ex imo emicant albi, postea è cauliculis affecta æstate & per Autumnum extunte. Pedemontani proferunt patentes planities satiuo, quos maceratos esitat plebecula.

Segetum SYLVESTRE flore purpureo.



IN satis & cultis Gramuntio luco circumiectis non procul Monspellio sępè occurrit hic, qui illicò intuenti satiuum superius descriptum refert: nisi quia gracilior multò est, caule, pedali, folio quinque partito, angustiore, & flore purpureo & puniceo, Pisi minore: fructu etiam minore, guttatis, aut fortuitis asperso maculis, pullis, cinereis, & cęsiis. Inibi etiamque in hortis herbariorum visitur hic idem floribus luteis Genistæ, fructu nihilo secius amaro.

PISVM VVLGATIVS Maius.

{Germa. Erweyssen. Ang. Pease.
{Belgis. Stock erwitten. Ital. Piso.

E quadam vrbe Pisa inter Ossam & Olympum montes sita Pisum allatum & dictum volunt: de quo nihil extare apud Dioscoridem non tam mirum sit, quàm certos nos facit, multa eius operi intercidisse, quę illi notissima fuerunt. Nam nullum legumen notius aut præstantius secundum Fabam Piso est: quod grece etiam λέκυθος dicitur, quasi dicas oui vitellum, quem colore & similitudine exprimunt, vbi per maturitatē flauent viridescúntve, sunt in siliquis cylindriaceis ipsa semina, quę vnà cum membraneis vaginulis, verè & ęstate iusculenta commendant: harum seges prolixè admodum luxuriat, humi semper caduca, nisi ridicas, pedamentáve sit nacta, prælongis, gracilibus, fistulosis caulibus, per media foliola euntibus Perfoliatę ritu: supernè lentis in clauiculas exeunt, folia rotunda, oblonga, in duos ferè semicirculos oblongos diuisa: flore effigie papilionis, albicante sui medio purpureo, radice exili, quibusdam Germanię locis sponte germinante.

An Pisum angulosum Hortorum quadratum Plinii?

ALIQVA multæ in semine varietates visuntur Pisi non secus atque Fabarum: nam prægrande quoddam in Belgię & Anglię hortis colitur, angulosa & quadrata corpora-

tura ciceris maiore, mediocrem Fabam æquante, ferrugineo aut ruffo colore: nec tamen guſtu diſtat: ſed multum longius in denos, duodenósve pedes porrigitur: videtur hæc an guloſa *Plinij Piſa*.

PISVM minus ex luteo viteſcens.
Ital. Piſelli.

PRopter corticem viridantem interioremq́; medullam, oui luteo concolorem, certum eſt vocatum fuiſſe ὤχρον id eſt, luteo pallidum, vt eſt terra Ochra: vnde etiam λαθυρὸς nomen ſuperius dictum in maiore Piſo manauit: prætereа autem commendatio in iurulentis, quia illicò teneréſcit, vtpote minores, pinguiores, delicatiores, facilius elixantur, facilius concoquuntur. Seruntur in agris, vbi minore cultu, nec fulcris egent.

PISVM Sylueſtre.

IN Heluetia & ſuperiore Germania, non ſecus ac Phaſellus ſylueſtris, obuiam ſe dant peregrè eunti, etiam ſponte *Piſa*. Figura nō abſimili, ſed radice multò adultiore, fibroſiore, craſſiore, & perenni, quales illic collectos, chartis inſeruit noſter Penius. Quidā in ſuo vnius paginulæ rariorum ſtirpium libello, memorandum mirūq́; quiddā affirmat: in ſaxis littoreis, nulla terra opertis, tantam tamq́; portentoſam ſegetem Piſorum ſponte nulloq́; ſatu enatam in Angliæ Suffolcia, inter Orfordum & *Alburnum*, etiā Autumno 1555 quantum ſatis, vt millibus hominibus ſuppeteret.

Piſum cordatum, ſit ne potius ISOPYRVM, quàm Melanthij quædam ſpecies, aut Trifolium paluſtre?

QVoniam nomenclaturæ Iſopyri atq; Phaſeoli innuebant hāc plantam eſſe leguminū naturæ affinē, aut ſimilem ſaltem, non abs re ſolertes veſtigatores trifolium Fabaceum, Faſeoli folium aquaticum, nobis commodiore loco memoratum, autumarunt verum Iſopyrū eſſe. Quod valdè ſimile vero eſſet, ſi vocula Aniſi abeſſet: quæ obſtat quò minus hæc aquatica Germanicè faba vocata, veræ deſignationi ſatiſfaciat. Deſideratur namq;, non tam Phaſioli πέταλον (quod nonnulli etiam folium interpretantur) in hac, quàm Aniſi foliū, quod quibuſdam repetitum fruſtrà, aut luxatæ lectioni Dioſcoridis additum, opinantur. Qui verò vulgarem lectionem tuentur, quandam Melāthij ſpeciem appingūt, nulla prorſum Phaſeoli ſiue ortus, ſiue lineamentis ſimilitudine: ſed muta pictura, qualis Commentatoris eſt, vno aut altero Aniſi ramulo, ad radicem Melanthij expreſſo. Quare ſi coniecturæ indulgendum & codici aſſentiēdum, malim cuiuſdam amici exercitatiſſimi amplecti ſententiam, quæ Cor Indicum, ortu, ſummitatibus & clauiculis Phaſeoli, folijs vero Aniſi diuiſura, Iſopyrum ſtatuit. Suffragāte ipſo fructu, quem ternum Melanthij colore & ſapore Piſi, aut veræ & antiquæ Fabæ ſiue Phaſeoli Sylueſtris ſimilitudine & magnitudine Halicacabi, folliculus claudit. Id Cordis aut Pyramidis effigiem media ſui parte conſpicuam refert, vnde Cor Indicum vulgo paſſim vocitatum, & notū. Officinis propter folliculum haud admodum diuerſum, niſi colore, ab Halicacabo, Halicacabū peregrinum vocatur.

Ochrus ſyl. ſiue ERVILIA.

SYlueſtris indolis velutiq́; degeneres à Piſis Ochriſq; Eruiliæ, quaſi eruendæ & eijciēdæ dictæ, rarius niſi in hortis Septentrionaliū herbariorum hodie ſeritur: iuxta tamen ſepes, vias, in Linguagotia ſponte reptat imbecillioribus viticulis, membranula triplici aut duplici ſecundum longitudinem veluti pinnatis, ima folia oblongiora & latiora, in clauiculas deſinentia ferentibus: ſupernè vere foliola partim in plura & minora diuidūtur, partim etiam clauiculis donantur cādidis, & interdū purpureis, flore & ſiliqua Cicerculę, cui admodum ſimilis:

LATHYRIS Norbonenſis latiore folio.

VAlde veriſimile eſt à Lathyridis Cataputiæ granis quæ Orobinis ſimilia ſeminula Dioſcorides dicit, nomen factum Cicerculæ vocatæ, quæ hodie differentias duas habet ex agro Norbonenſi allatas, vbi ſponte frequentior erumpit ea, cui latiora ſupernè acuta bina, neruoſa per interualla oriūtur folia, citu & imitatione auricularum lepuſculi arrectarum, aut Bupleuri herbariorum,

Anguſtiore gramineo flore Lathyris.

ALteri in nudis ibidem ènatę folia admodum anguſta, graminea, Venoſa, & mucronata, è pediculo bina in tortiles capillaceaſque clauiculas deſinente, Catanacæ ferè ſunt: defluxis albidis & luteolis floribus ſuccedit ſiliqua compreſior, duplò breuior, latior ſuperiore, vbi grana anguloſa puſilla, *Piſi* aut Heruilię ſapore.

ARACVS aut Cicera.

QVamuis diſtinxerit Galenus Aracum citra aſpirationem ſcribendum, ab Aracho aſpiratione ſcribi ſolito, viciumq; & exitium quoddam iſtud poſterius Lentiū & aliorū leguminū dixerit: tamen vtrumq; videtur ab Indole ſui cognati leguminis quaſi in ſpurium abijſſe, vt de illis diximus, & in iſtis obſeruamus : Eſt enim prorſum cognatus & ſimilis, fortaſſis idem ille Aracus, quem quidam Cicerculam alteram volunt: nec abs re, cum eius grana ſordidius nigricantia inter Piſa, Orobos, & Vicia pullulent, à quibus videntur degeneraſſe. Quod idem Columella affirmare videtur, quando nihil ſapore, ſed tantum colore à Cicercula diſſidere, eóque Cicera vocari aſſerit. Ramoſis è radice fibroſa prouoluitur calamis, flexilibus per lōgitudinem quaſi teniolis membranuliſúe pinnatim anguloſa: folijs Cicerculæ.

Eſt vbi luteo flore inuenerunt amici quidam, quem niſi Ochræ vicium putant eſſe, vt ſteriles *Auenæ*, Lolium, Melampyrum, aliįq; ſegetum morbi.

APHACA.

MIxta videtur hæc è *Piſo* & Lenticula, vt cuius ſiliqua m, ſemenq; ſimile eſt ſortita: *Piſi* autem folia, caules & capreolos, longè exiliores quàm Lentis, cuius ſemen refert, ſed minus, nigrius, durius, eſu ingratius, ſiliqua non diſſimili tamen, latiore, longiore: tenella ſunt folia, ex aduerſo bina, caulis geniculum *Piſi* modo amplexa, vnde exeruntur capreoli.

Terræ GLANDES, ſiue PSEVDOAPIOS Germanorum, an ASTRAGALVS Dioſc?

LEguminoſæ huius gentilitatis eſt bulboſa, quam Germani Schwartz Rettich, id eſt, Raphanum nigrum, & Seubrot, id eſt, Suillum panem, Acker eychel & grund eychel, id eſt Balanum terreſtrem vocant. Spargit humi tres quatuórve ramulos in imo rubellos, Ciceris aut *Piſi* folio & clauiculis donatos, quibus, ſi adſint, proximas quaſque plantas amplectitur: flores item purpurei *Piſi* ſunt: & in ſiliquis paruis exiguū ſemen. Radices verò oblongæ oliuarum glandiſúe inſtar ſunt, foris nigræ aut pullæ, intus albidæ, multis quaſi tractæ vel appenſæ fibroſis loris, ſeu funiculis variè inuicem implexis, & latè fuſis. Angliæ, Germaniæ, Galliæque Nortmaniæ Syluoſis opacis, iuxta ſepes: Norbonæ autem, Italiæ cæteriſque æſtuoſis regionibus, non niſi in arduis & niuoſis eruitur : cuiuſmodi ſunt illic Veganij montes & collę Martij Galloprouincię . Sapor illis ſubdulcis, glandis, aut Caſtaneę aſtringens . Siccatæ multum dureſcunt, vti Pæonię radices, nec minus ſolidæ ſunt: nec minus contumaces tundendo (quas ſeruamus) quàm Thoræ glandulę. In hanc veram & meram recenſionem videant ſtudioſi an poſſit quadrare Aſtragalus, cuius lectionem apud Dioſcorid . luxatam eſſe ex Paulo perſpicuum eſt , qui non Memphiticum ſed Pheneum Aſtragalum legit, & *Plinius* idem confirmat : Ac tametſi deſcrip-

deſcriptionem dat paulùm diuerſam, nullam tamen facit mentionem; fortè quia iam tum in Dioſcoride lectio deprauata erat; vel quia ex alio ſcriptore verterat. Ad hæc, Galenus & Ægineta, Aſtragalon paruum fruticem ἔχοντα τὰς ῥίζας, aſtringentes, quaſi plures, nec tamen Raphanum memorant. Quare, tanquam non in Dioſcoridem, ſed ab iſto codice male acceptam animaduertamus hanc lectionis deprauationē, quippiam erit nobis audendū. Ea propter nos, vbi στρόγγυλη ὥσπερ ῥάφανος ὀνιυμεγεθὴς, habetur, βαλάνου: vnius literulæ methatesi, & alterius caudicella ſurſum verſus repoſta, reponi vellemus: qui lubricus lapſus eſt amanuenſibus: quum enim Glandulam, Ficum terræ & talum vocarint Romani, Aſtragalum, non Raphanum, ſed potius vetam, nec huius noſtri fortè diſparem effigiem intellexerunt: nec ſolùm talum, Oſsiculum luſorium Aſtragalon vocarunt Græci, quale referunt hæ radices, ſed etiam flagra, nodulis, aut tuberculis aſperata. Sic enim μάστιξ ἀστραγαλωτὴ, ſcutica taloſa ſeu nodoſa ſontibus cædendis apud Lucianum vſurpatur. Hiſce tamen ineptiuſculis ſcholiis facilius quis obſtrepet, quàm meliora ſubdet: Cæterùm candidus arbiter, minima quæque in Priſcorum deſignationibus ſcit non eſſe ſeuerius exigēda: de Apio, quem quidam putarūt cùm hac eundem, manifeſtum ſit: Eam ſiquidem ſimilem dicit Aſphodelo, vt idem fecerat Theophraſt. cum tamen vnico ſit bulbo.

Eruum Syluestre Herbariorum sitne Κατάναγκη. *siue amatoria, aut necessitaria, non Bulbosa vnguimiluia Dioscorid?*

QVASI neceſsitate inconcuſſa & fatali adigeret ad amandum, Catananceu vocarunt, quaſi amoris illicium neceſſarium; quia omnia vincit amor improbus. Eam autē neutiquam notam probè noſtro æuo, minus mirum eſt, cùm etiam ſi ſtirps de facie nota, & apud nos nata foret; tamen incertum adhuc eſſet, num vera eſſet cenſenda; nullis enim viribus, niſi præſtigioſis & Faſcinatricis inſaniæ, amatoriis illecebris commendatur, quas Theſſalicæ tribades & lenæ prætexebant, fortè ſuis carminibus, vt hodie factitant impuræ ſordæ Italæ, verbulis abuſæ nefariis ad inſanum amorem conciliandum, quas vires attribuunt herbulis vulgatis. Idcirco Plinius, eiúſq; coæui cordati viri, conſultò figuras harum tacuerunt. Nec ſanè eas noſſe, vllius eſt operæpretiū: nec Dioſcorides vires, ſed hiſtoriam duntaxat alienam citat. Quodpiam genus leguminis fuiſſe hanc deſcriptio oſtendit, cui non malè quadrat ea herbula, quæ in hortis herbariorum Iulio & Auguſto, poſt floſculos Piſi delapſos, ſiliquas longiores, exiles, teretes fert, ſemine refertas ruffaſcente. foliis anguſtis, gramineis, binos pollices longis, Lagopi anguſtifolii, quæ marcida, recurua inſtar milui conuulſi cruris viſuntur: radice exili, ſimplici. Viſitur etiam in agris litorum maris Septentrionalis.

ALTERAM Ciceris ſemine, oliuam radice æquante, mali parui magnitudine, quæ vel adumbret, nullam nouimus plantā: tara namque admodùm effigie oportet ſit hæc: ſi deſcriptio vera eſt. Videtur perſuaſio hæc, deliri amoris conciliandi etiam nolenti volenti. à feminis pertuſi myſterio hauſta: quam ſi fas fuiſſet, nec nos ineptiæ piguiſſet, in Phyteumate, Leontopodio, & proximo Antyrrhini capite patefeciſſemus.

CICER satiuum, arietinum Dioscoridis.

OFFICINARVM Cicer rubrum vbique in Italia, Germania, & Gallia ſeritur, & adeò noſcitur, vt nullus neſciat iam eſſe antiquorum verum Arietinum, qui modò videat in ſiliqua tereti, & inſtar marſupioli tumida, hirſuta, vnciā lōga ſemina, Piſo maiora; caput Arietinum frontata effigie, & angulo aliquantùm mucronem æmulante: color albus quibuſdam, quæ minus in medicamēta veniunt: alia obſoletè nigricant, plurima ex fuſco purpuraſcunt, qualia efficaciora ad medica commoda habent officinæ omnes: ſementem & meſſem faciunt Itali, apud quos eſitantur magna copia: folia Lētis poſitu, medio neruulo hærent, tantillùm crenata: flores purpurant punicantes. *Varietates.*

CICER Orobæum Theoph. ab Orobo nigredine tantùm distans.

Sapor Ciceris aut ſimilis leguminis odoris ſanè iam non ſuccurrit: aridam enim & inodoram duntaxat habemus uulſam Norbonę,præſertim, ad radices mõtis Calcaris prope Veganiũ:minus procera tamen,ſed tenerior pabuloq; aptior eſt,fortè quia dum in montes abigunt pecus,vt quotannis faciunt, paſtionis lætioris, atq; æſtus conuallium declinandi cauſa,ineunte Maio & Iunio,Sole in Arietem ingreſſo, teneriuſculos germinationum fœtus, florum ſiliquarumq; ſpem liguriunt oues,& capellæ. Eóq; Poeta venuſtè ex Theocrito canit. *Florentem Cytiſum & Salices carpetis amaras.* Hæc, vt ſi quæ alia, apprimè quadrat Dioſcoridis, Gallenique Cytiſo: nam ecquid eadem ſit, Theophraſti haud magnoperè ſolicitos facit nos, quando ille in deſcribenda minus ſolicitus fuit, qui de Lotis alicubi monuit, plerumque vſu venire. vt eadem voce plurimùm diuerſæ plantæ, effigie tradantur. Qua propter vti Antiqui Cytiſum vocarunt Fœnigræcum, Lotum magnam, & Trifolium, propter figuræ aut naturæ coniunctionem, ſic ex varijs conſimilibus fruticibus Anagyridi, Laburno, Coluteę, incertum vagumque vocabulum remanſit.

Altera Cytiſus minor & vulgatior.



NOTIOR & frequentior multò, quæ Italiæ, Galloprouinciæ, ſquallidis ſaxeiſq; collibus inter cocciferas Ilices & maiores Ericas viret, florúmq; amœniſſima fœtura oculos capráſq; paſcit æſtatis initiò: ſeſquicubitales ſpargit fruticoſas, lignoſas virgas, tenues, ramoſas: & folia terna virgultis oriuntur, & quàm prioris Cytiſi maiora, rotundiora, viridantia ex atro: Geniſtę flores in ſummis cauliculis luxuriant, lutei puſilli, ſed ſtipatu longè pluri, quàm pro magnitudine plantæ, quò aduolãt mellificatum apum examina læta: odor gratus illi, ſapor alterius: Siliqua & ſemẽ minora.

Terna item prodeunt huic folia, ſed pictor, quia emarcuerat, minus animaduertit.

Minus fœtens Anagyris vel LABVRNVM, *Fœtida* ANAGYRIS *arboreſcens.*

AVT regio aut putor quem ciet, huic nomen fecit, locúmq; prouerbio, Ne moueas ἀνάγυρον dedit: idcircò nauteam, à nauſea, quam mouet, Plautus vocauit. Cognati autem generis videtur, ſi non genericæ differentiæ, Anagyris æſtuoſis conuallibus & riguis, præſertim Galloprouinciæ oriunda, cum illa montana & alſioſis Alpinis prouenienteę, quam Laburnum & Anagyridem non fœtidam nonnulli autumant. Plurima hæc Taurinis montoſis & collibus Pedemõtanis, Vere ligulis vel pannulis conſpicua luteis, prælongis, pendulis, congeſtis multa floſculorum ſerie, Sparti Geniſtellæ aut Cytiſi non diſſimilium: folia terna Aſphaltidis trifolij, Cytiſi, aut Polemonij longiora, ex pallore viridia, ſiliguulis, multis Geniſtellæ aut Cytiſi, vni pedicello hærentibus, minoribus, minúſq; latis: ſemen item Cytiſi aut Galegæ, oblongum, vel Geniſtæ. fruticat ad arboris proceritatem, prædura materia, ruſticoque inſtrumẽto nata, intus nigricante, foris Fuſariæ colore, ex Alpibus Heluetijs in Germanię & Flãdriæ hortis florentem vidimus, ſed perparum aut nihil fœtidam, tametſi fœteat vernaculo ſolo: eſſe Laburnum Plin, vt non magnum operæprecium puta-

Non fœtens.

putamus probare, ita est valde verisimile: sed huius Romani ne imparatiores minusque accuratæ fuerunt in hac historia tum synopses, tum versiones, vti sexcentis locis, ac proximo Anagyridis capite, manifestum fit.

ANAGYRIS.

SEMEN lectum Anagyridis eminus etiam fœtentis in crepidinibus Argentei amni vocati, Briniolam inter & Vallū vrbeculas Galloprouinciæ, in Belgio creuit, etiamq; Londini nobis prouenit in Morgani Vireto: folia item terna virgultáque Memantis Trifolii: minor tota fruticat, minus dura materia, cortex nigricat, flores in muscosis thyrsis racemosi, Napi aut Raphani, aut Brassicę, luteoli, siliquis longioribus, latioribus, semen cohibetur, renis Phasolive effigie, durissimum, pullum, nitidum, subpurpureum: quin sit vera nulli iam dubium reliquit semen & fœtidissimus odor, vnde nomen illi & Adagio locum, *Mouere Anagyrim*, κινεῖν ἀνάγυρι, id est, sibi rem molestam & prorsum ingratam exciere, quia rarior, vsus hodie paucus aut nullus.

DORYCNIUM Monspelliensium.

Δορύκνιον, quemadmodum toxicum, quibus spicula cuspidatáve tela infici solita fuerant, quò celeriorem molirentur perniciem, nominatum fuisse par est. Multum verò abest istud hic appictum ab illis duabus, aut tribus plātis, quas nōnulli hariolabātur fore Dorychnion, quæque nullum operæpretium commemorare, vti Phylleræā, Vesicariū cordis effigie legumen, & alia: Nam iamdiu Rondelletii Præceptoris, & Scholæ clarissimæ Nitiobrigum penè cunctæ familiæ diuturna coniectura, istam plantam Dorychnion statuebat: creberrima quippe illic & in Gallòprouincia fruticat (non perinde in Italia) sarmentosis, lignosis, durissimisq; virgultis, tenuibus, flexilibus, rectis, sesquicubitum, & binos altis; numerosa alarum sobole è geniculis imis summo tenus per interualla foliola habente, incana, cōpluria, Rutaceis, Chamęleę, aut Oleæ nuper pullulātis multò exiliora, multis flosculis muscosis Oleæ, vel Quercus, per cacumina candicantibus, & in radiatis quasi vmbellis relinquentibus theculas vel folliculos albidos, membranosos, rotūdos, oblōgos, teretes, Loti syluestris femina quina, aut sena, nigricantia, arentia, Araci syluestris, aut Loti syluestris condentes: radice lignosiore, gracili, prolixa, saxosis sterilibus ad Frontignanam & maritima Norbonæ oritur. Gustu est insipido fermè planta, & vt reor, refrigerantis, non humectantis facultatis.



POLEMONIUM Monspelliensium,


HUIUS est similitudinis Polemonium, quasi dicas bellatum & bellicosum, vt de cuius inuentione sibi vendicanda certatum inter Reges fuerit: Quippe quæ herba esset χιλιοδύναμις vocata, id est, mille viribus prædita, authore Dioscoride. Nullidum recentiorum nota fuit Polemonia, ac ne quidem illi nouo huius qui radiato Appollini Vercellensi Math. alioquin amico non vulgari, & hac in palęstra riuali: ac ne nós quidé fortè nouissemus, nisi Rondelletii præceptoris & Guilliemi Pelisserii Monspel. Episcopi, & Assatii sagaci vestigatione, factum fuisset, vt non multis ab hinc annis vniuersæ Academiæ illic fuerit notitiæ vulgatissimæ, etiam viribus explorando compertis: nam frutex ipse vndequaque exquisitè quadrat delineationi Dioscorideæ. Virgultis multis, lignosis, rectis, rotundis, gracilibus, cortice pullis ex virore, ternos & quaternos cubitos altis,



in quibus ad vſque ſummum hęrēt vtrinque pinnatim ramuli & folia terna Cythiſi,aut Rutæ,maiora,ſaturè virentia,craſsiuſcula & rigida. Flores Maio & Iunio emicant lutei, puſilli, vt Iaſemini,qui cedunt baccis nigris vnà circinnatim collectis,plenis,paribus liguſtri,aut Cotni fœminæ, ſucco hyanthino; vel atro purpureo inficiente pręgnantibus. Radice prolixa,lignea, implexa, & vario flexu ſparſa, intus alba,ſaporis nonnihil acris & amari ,euulſu difficilis. In Monſpellio agro,ad Caſtri noui aridos colles & æſtuoſos margines oliuetorū & in luci Grāmūtii cāpeſtrib⁹ ſaxoſis quamplurima. Gallis,Belgis,& Anglis hortis iam quidē culta, ſed putata & vocata ab illis geniſtę peregrinę quędā ſpecies. Pueriliter hic nōnulli ambigunt ſuper foliis Nepetę: qui ſi meminiſſent eſſe ſpeciem Calaminthæ Pulegii, planè foliis ſimilibus,& paribus, lubenter de Behen albo & rubro vlterius ineptire deſinerent: ſunt enim Pulegii, Rutę,& Polygoni, folia non adeò diſparia inter ſe magnitudine , vnde etiam diſcas , quid Calamintha altera , ſeu Nepeta Dioſcoridis,ſit.

MAIOR & hortenſis Ruta,Syluestris,& ei perquàm ſimilis facie Norbonenſium Peganium, ſiue anguſtifolia Rutula.

Syluestr. Ruta. SEMPER virentis hortenſis figura trifolia, ſatis ex ſuperioribus innoteſcet, tum etiam quia nihil hortis vulgatius πήγανον dicta, ἀπὸ τοῦ πηγνύεσθαι τὸ σπέρμα , quia ſemen genitabile ſuo præſicco ſpiritu calidoq; vapore & tetro coaguletur,quaſique areſcat, vnde ſterileſcunt,præſertim viri. Agreſti autem Rutæ vires vegetiores , & odor vehementior multò , adeòque viroſus & afflatu periculoſus eſt: interdum enim vaporem ipſa planta intuentis vultui afflat, aut tangentis manui inurit, qua ſi faciem attigeris,Eriſypelas,aut Scabiem excitabis: alta cubitum eſt, hortenſis,& caule minore , ſed foliis fermè iiſdem exilioribus, Peganio paucioribus, ſiliqua & ſemine non diſpari: ſed nō perennat,ne in hortis quidem Gallicis & Batauis ſedulò culta,floſculis herbaceis. Minima maximè omnium virulenta,anguſtifoliola, tota pallido virore albicat: ęmpetri fermè habitu, ſitu , & rigiditate ,cętera non niſi magnitudine multò diſparia. Aridi Monſpelliaci colles & ſaxeideuexi vtraque ſcatent. Vtriuſque ſemen, præſertim minimæ, maximi ad arthritidem,& molas,& humiditates vteri vſus Medicis illic.



PEGANION Norbonen. ſiue Rutula.

An Harmala Syriaca ſit SESAMOIDES magnum Dioſcoridis?

VERVM illi Syriacæ, quæ non modò Venetis,ſed etiam Belgicis & Anglicis viretis facilè propagatur,tametſi ſunt capitula , ſeu pericapia,ſimilia & trifida,aut triangula , tamen

men odor ille vehemens noſtratis illi deſit, quem ſi quis ſoli mutatione amiſſum dicar, ſciat ex Syria quàm recentiſsimo ſemine ſatam, inodoram proueniſſe. Atque inter Rutaceas, quas plures habemus quàm Dioſc. nulla minus hac Rutam præfetat, & ſapiat odore & guſtu, quam Martinellus miſit è Syria, Harmalámque primus fecit: non inſcita cōiectura quiſpiam poſsit illam eandem Seſamoidem maiotem opinari: eſt ſiquidem Agreſtis Rutæ tenuifoliæ, ſiue Norbonenſis Harmalæ foliis longioribus, maioribus Senecionis, & Arthemiſiæ tenuifoliæ, flore Hyperici, ſed albo: ſiliqua triquetra, Seſami minoris effigie, ſemine intus pullo vel cinereo, guſtu acri, amaro, maiore Hyoſchiami albi: tenui radice, lutea. Ex Syria per Italiæ hortos, indéque Gallicis, Belgicis, etiámque Anglicis viretis nota. Nec ſi non eſſet purgatrix hæc, illicò foret ideò reiicienda: quippe antiqui Helleboro ſoliti erant addere quædam, quæ vires catharticas, vel accelerarent, quaſíque ſtimuli vrgerent excretionem, vt ſal, acetum, & alia tum Helleboro, tum Elaterio: vel quæ impetum effrenē medicamenti moderarentur, vt pulticulas, aut lactis dulciculam potiunculam, cuiuſmodi poſterior ętas quàmplurima meditata eſt admodùm oportuna: Barbaris noſtris apud *Meſuem* conſolatoria dicta. Nec hanc infernè deiicere dicunt Dioſcor. aut *Paulus*, nec per ſe, ſed additum tribus ſemiobolis albi Hellebori, vt ſuſius in Hellebotine.

RVTA triangulo pericarpio.

QVANDAM habuit nobíſque oſtendit Ruram aliam Regius profeſſor Monſpellienſium Iubettus, cui triquetræ ſiliquæ aut vaſcula erant, nec tamen ſapor cęteráque fàcies diuerſa à vulgari Ruta: quamobrem arbitrabantur Itali (quorum in hortis adoleuerat) hanc eſſe propiorem Syriacæ Harmalæ, quàm ſuperiores dictas.

CANINA RVTA.

RECENTIORVM inſuper quatuor ſunt plantę, quæ virium aut odoris efficacia, itémque effigie, Rutæ nomen vſurparunt. Nec enim Caninæ Rutæ vocatę Ruta vulgaris cognata eſt, niſi paucis & vagis notis. Sed id vulgo moris eſt, vt cùm præſtent quædam herbæ opem celebratioribus ſolitam aſſcribi, ſi nomine deficiantur, illo communi impertiantur. Rarò, niſi locis ſiccis & feruidis, ſatis, & marginibus, cuiuſmodi Norbonæ, Rauenæ, & Romæ, circum oriunda hæc. Surculis virgulteis multis, ſeſquicubiti folia Rheadis, *Papaueris*, aut Argemones inciſura, magnitudine minora, craſsiuſcula, ex viridi nigricāt: vti & floſculi, æſtate hiantes, alterius Veronicæ vel Anthirrini modo. Grauē tota viroſúmve Rutaceo ingratiorem vibrat odorem: exili pericarpio, Rutæ ferè aut Blattarię ritu, ſed multò minore claudit ſemē. Rutā iſtam, Math. reiectæ Alceæ Venetę, quam foliis & odore viroſo refert, ſuffecimus: odor quippe etiam Meconii quiddam viroſum halat, ramulique exiles ſunt. *Succus* verò, quem Meconio æquiparat ſucco, idem: qui nobiſcum ſuſpicatur hanc eſſe Hippocoum, vires cum ſucco corniculati papaueris, aut ſpumei conferendas interpretatur. Verùm è tam parua deſignatione iudicium differendum cenſemus.

RVTA Pratenſis Herbariorum, num PHELLANDRIVM Plin? quod potius SAXIFRAGIA Hircina videtur.

MVLTO adhuc magis Ruta pratenſis dicta abeſt à Plinianum hanc Phellandrium dictitabant Lutetiani nonnulli noſtra memoria, quòd ptopius *Apium* accederet quàm Rutam, cuius nihil niſi odorem viroſum ſortita eſt: eodemque argumento ad calculum laudabant, & Saxifragium nuncupabant alii nuperi intempeſtiui nomēclationum ærufcatores, qui tum demùm ſe operęprecium putant feciſſe, ſi ex Plinianis incertis herbarum elenchis potius, quàm deſcriptionibus, aliquot ſelegerint minus auribus vulgi aſſueta nomina, & plantis itidem nondum agnitis indiderint, Horatiiq; conuicio locum fecerint, qui piſces appingere ſyluis vetat. *Pratis* vdis & riguis oritur hæc paſsim, caulem promit ſeſquicubitalem, folia quadantenus Apii paluſtris, ſed minora, rigidiora, nigriora, radix luteola,

Nonnulli vulgò pharmaco. Rubarbarũ monachorũ à rubore vocitant.

teola, fibris multis donata, latéque humi fusis, Asclepiadis modo: flores ex luteo herbacei, pusilli, numerosi: radix pediculis & atomis, cironibusq; interficiendis, in balnea inditur, superiore gracilitate differre tantùm videtur, alioquin iisdem natalibus & facultatibus, sed remissioribus prædita est.

Ruta pratensis tenuifolia. Thalictrum tenuifoliũ Cordi.

GALEGA.

GALEGA foliis est Glycyrrhizæ, vel Lentis Glaucii, cui etiam nomen ab Herbariis factum alludit: duum cubitorum illi caulis, flores albi, purpurascentes, in teretibus, oblõgis siliquis semen exile. In Pedemontana planitie, iuxta Eridani fluenta & Taurinum vbertim luxuriat, passimque alibi. Satis liquet, non ex delineatione, sed potius ex effectione, Rutę nomen inditum illi, quia vel odor ipse potius Leguminis, cui videtur similior: sed quia venenis efficacissima, vti Ruta, perhibetur, cõsimili vulgò nomenclatura donatur. Veneti namque Pharmacopœi atque etiam Circulatorum illic fex, qui viperas stipis colligendæ causa circumferunt, simulatque demorsi sunt, nihil certius hac aut pręsentius habent; eadẽ multò magis freti, quàm illis decantatis Theriacis.

LEGVMINA.	*LEGVMINOSA.*
Faba { *Maior vulgatior, non est eadem antiquorum faba, sed congener.*	*Lens.*
Faba { *Minor.*	*Crobus, siue Eruum.*
Faba { *Syluestris Norbo. an sit Faba antiquorũ.*	*Vicia.*
Phaseoli. Varietates.	*Cracca, siue Aracus.*
Phaseolus syluestris.	*Cracca altera.*
Smilax hortensis Diosc. siue Phas. vulgaris.	*Hedisarum vtrumque.*
Sesamum.	*Glaux vulgaris.*
Frumẽtum Saracenicũ, num sit Erisimũ Theop?	*Caput gallinaceũ Belgarũ, an Onobrychis Diosc?*
Lupini.	*Ornithopodium.*
Eorundem Varietates.	*Ferrum equinum.* Ferro Cauallo *Italorum.*
Pisum { *Maius.*	*Scorpioides leguminosa.*
Pisum { *Minus.*	*Tribulus terrestris.*
Pisum { *Spontaneum.*	*Anthyllis prior Dod. & Herbariorum.*
Pisum { *Cordatum, & Cor. Indicũ, Halicacabũ Peregrinũ Offic. an isopyrum Diosc?*	*Aphaca.*
Eruilla sylu. siue Ochrum.	*Eruum.*
Lathyris, siue Cicercula.	*Glycyrrhiza triplex.*
Lathyris syluest.	*Colutea.*
Pseudoapios, Germanorum Terræglandes.	*Colutea Scorpioides.*
Cicer { *Domesticum.*	*Sena.*
Cicer { *Arietinum.*	*Dictamnus albus Officina. an Tragium Disco?*
Cicer { *Syluestre duplex.*	

FABÆ antiquorum & recentiorum.

Germa. Boonen. *Gallis.* Feues. *Ang.* *Beanes.*

AGNOVIMVS superius triticea cum Leguminosis magis quadã vsus & partium proportione conuenire, quàm delineatione: nã vt illa spicãtur glumis & aristis, sic hæc grauidantur siliquis & vaginulis, vtraq; magno vsui tum pecori, tum homini: illa à terendo, hæc à legendo Latini dixerunt, quia non falce vti illa, sed manu vncóve auellẽdo legerentur. Græcis verò σπορία, quasi satiua aut serenda, quòd sementẽ multo fœnore pensarẽt: sunt enim legumina nõ parũ fœcũdiora triticeis, minoreq; tempore & labore, sed maiore prouẽtu colũtur: à qua quidẽ feracitatis facilitate κυάμους vocarũt, vt Galenus annotat, antiqui ferè cuncta legumina Fabas, quasi prægnantes & feraces, id enim valet verbũ κυῶ, quod prægno, vnde κύαμοι, testiculi dicti olim. Speciatim postea indicarũt legumẽ fama multò omniũ notissimũ & fami plebeiæ adeò vulgare subsidiũ, vt nõ secus atq; genera, aut diuersitates Tritici, sic fabarũ

barũ delineationem nõ tam rudem, quàm nullã reliquerint. Cùm autẽ præ Faba Theop. Diosc. & aliorum antiquorum istam vulgarem nostram, vtpote maiorem, pinguioremq;, potiorem duxisset posteritas, ea penè cõtempta, hęc nostràs sola nomen Fabæ subripuit, retinétq; etiamnum hodie: Antiquorum enim Fabulæ siue Fabellæ, pusillæ tametsi, veluti pares, Loto & Terebintho comparantur. Taxiq; bacca maior quàm faba asseritur apud Dioscoridẽ, & rotunda iuxta & æqualis asellis subter vrinis delitescentibus, κυάμῳ vocatis Galenus: Aristotel. autem pulli decimi incubitus diei oculos maiores Faba facit: tamen non illicò nostrates è Fabarum censu amouent, vt placet doctissimo & modestissimo Dodonæo: sed id nos docent, eorum Fabam fuisse minorem, quàm hodierna, nec tamen specie diuersam, sed congenerem, & potius fructu, magnitudine, figura, quàm plantæ natura temperamento, aut lineamentis distare. Nam Theoph. & *Pli.* Fabam, qualis nostras est, describunt caule recto & vnico, solamq; inter ligumina, vt plurimùm, culmo tradunt: & multis locis *Dioscorides* caulem Fabæ quadratũ dicit, & florem Fabæ Peryclimeni asserit. Sed id euenire, quia variant magnitudine, colore, effigie latiore, compressiore, tereti rotunda. Et frequentissima hodie Faba nostra maior, raro vspiam tamen nisi sata prouenit, serunt quippe in scrobillas paxillo depressas. Quare vt non est difficilè nosse istam vulgarem Fabam, maiorem, longiorem, minúsq; rotundam esse, quàm antiquorum Faba fuerit, sic eandem *Phasiolum* Dolicumúe asserere, neutiquam licet per eosdem authores.

FABA Minor.

ALtera, quæ minor est, Italis & Belgio satu frequentissima ad veterina alenda, sed nuspiam visus frequentior quàm in Anglia, vbi panes Fabaceos veterinæ potius quàm triticeos dant. Hæc non multum videtur abesse à Gręcorum, quam superius expendebamus, Faba: Est enim ea illis adhuc vsitatissima, fresa inibi vocata, ad pulmenta expetita: & Italiæ, Venetijs pręsertim, vulgo *Faua menada dicta.*

Sed syluestris, qualem sæpius in Galloprouincia & in Botoneti Ericetis sterilibúsq;, non procul Monspellio enatam legimus, tota minor est, sesquicubitalis & cubitalis: & culmi quadrati, minus rigidi surculi, communis Fabæ folijs, quasi egens adminiculi, & supernè in cirros, capreolósve *Pisi* desinentibus, flore Viciæ obscurè purpureo, & siliqua dum maturuit alioqui non discrepat: cohibent autem quaternas Fabas aut quinas, gustu Fabaceo, sed non ita grato, odore grauiusculo, magnitudine Orobi, quem Dioscorides Tithymali *Paralij* semini comparat. Plinius quasi æqualitatem hanc & parilitatem innuens, Fabę parem tradit : quæ nos adducunt, vt non inuiti credamus hanc prę cęteris delineationem Grecę explere. Quando etiam hæc non secus atq; antiquorum Fabæ sponte prodeunt, in locis Galliæ paulò antè dictis, quemadmodum illæ è Fabarijs insulis, quibus cognomine fuisse ferunt autores: tametsi malim esse illam Cherronensem in Mari Euxino, quàm in Germanio siue Arctico Oceano, vbi terra alsiosa, & minus olim nota Græcis aut Romanis fuit: nec puto in Dania insulisúe finitimis hasce reperiri, eam tamen volunt esse Cymbricam Cheronensum siue peninsulam *Plin.* autoritate. Itaq; illam vulgatissimã Fabam amissam putare, tam parũ verisimile est, quàm siligine laudatione tritico carere nos, de quo tamen fuerunt controuersiæ multæ. Sed nostrates Fabæ cùm caulem quadratũ, rectum, surrectũ, vnicum, vt plurimùm solæ leguminum habeant Theoph. & Plin. autoritate, & particulatum floreant, ipsiq; flores nigricantibus lituris (quas lituras lugubres rati Flamines Romani, non mandebant, vt tradit Varro) insigniãtur, nõ esse κυάμους siue fabas nolim assentiri. Et in ipsius fructus latiore quasi basi, qui cernit nigrum vestigium illud, quod hilum antiqui vocarunt, quasi germinis vmbilicellũ & inuolucrum, neutiquam vulgares respuet fabas, quibus penè id signi peculiare est. Ipsæ etiam in duas semisses sponte ferè & natura diuelluntur: & planè tot iisdemq; facultatibus comperiuntur, quas antiqui prodiderunt, tum cibo tum medicamento: nam flatus & tetra insomnia excitare, vulgus etiã queritur, & ad vlcera abstergenda, atq; carnem procurandã quiuis chirurgus harum farina vtitur. Quamobrem non alio dissidet à Gręca notissima illa nostrates Fabæ Germanorumúe Boonę, quàm magnitudine & oblongiore teretíve figura: quæ cùm in plerisque eiusdem speciei & naturæ pomis, nucibus, & seminibus, tum in Cicere satiuo & syluestri, discrepant, Diosc. monente: nam, inquit, à satiuo nihil differre, nisi semine tantùm.

PHA-

PHASELI à Fabis & Phasiolis discrimen.

PErpauca extant apud scriptores antiquos de Phaseolo,quem Diosc.ægrè concoqui,in flationes aluum & vomitum ciere tantùm dicit: Galenus autem à φασήολῳ Dolichonem discernit,eundemque Cicerculæ aut eiusdem speciei vult : Quod Plinius videtur innuisse, & Maro vbi canit *Seu pinguem viciam feres, vilémve Faselum* : vilis enim meritò dicitur,vt cuius tantum quasi noxij aut parum vtilis meminerunt antiqui, eoque incognitum penè reliquerunt,nisi quantum ex Cicerculæ collatione percipi potest, deq; Galeni sententia,fortè & Plinij verbis,qui Fabæ folia rotunda,Phasiolo autem Piso & Eruiliæ longiora & venosa scribit: quę accipienda esse de *Phaselo* potius quàm de Phasiolo videntur,quia Phasiolo folia sunt rotunda,nec venosa.Et apud Columellam etiam pusillum legumen vileque intelligi videtur quando Phasioli modi quatuor obruuntur à totidem operis:nec enim *Phaseolus* nisi rara & peregrina in Italia fuit. Eapropter nobis videtur sui generis legumen ignobile quoddam,Phaselus, simile tamen Eruiliæ aut Ciceri,quale est quod pictum damus,in huius operis extremo,Phaleoli facie,sed siliquis Ciceris aut Viciæ:congruis item Sparto,aut Genistæ,quales Dioscorides annotauit.Sponte hæc in Heluetia exit,folijs ab vno pediculo gracilibus,ordine positis,senis & septenis in caule geniculato,striato,cubitali & sesquicubitali,gracili,lento,flexili. Folia ipsa minimè crassa,aut carnosa,sed venulis perquàm exiguis secundũ longitudinem intexta,magnitudine ferè,sed non positu *Phaseoli*.Floribus purpureis,*Phaseoli* minoribus,in prolixioribus clauiculis:è quibus postea siliquæ fuscæ visuntur complures,magnitudine & effigie Genistæ aut Cicerculæ:semine intus pullo,Eruum æquante : radice multum fibrosa, nigra,maiore quàm cæteris leguminibus,fortè quia Syluestris est plãta, nam ruri repertam nobis dedit optimæ spei doctissimus amicus *Penius* Medicus.

Cicercula altera,an Phaseolus Diosc?

EST & quædam alia,quam nonnulli Phaseolum suspicati sunt,ea etiam in agris,& syluis occurrit,vnde hortus Morgani habuit.Cicerculæ similiter hæc folia, cauléque emittit,venosa,tenuiáque,auriculis Leporis similia: siliquis Viciæ latioribus & longioribus,flore purpureo,& quàm Pisi minore:harum vtramuis malunt Phaselum antiquorum recentiores doctiores, quàm Fabam nostram, vt quæ sit legumen neutiquam contemnendum,imò tanti faciendum hodie,vt vere & totam æstatem,multis in regionibus magnum sit annonæ supplemẽtum,& nõ parum multæ gentes panes ex Fabis depsant Veterinariæ,etiamque plebeculæ non incommodos:farina autem,aut ipla tota fresa Faba pultes sapidas,& placentas conficiant, efficiantque,vt de hac nostrate Faba dictum putemus quod antiqui scribunt, Fabæ maximum honorem habitum fuisse, vt qua panis attentatus sit.

PHASIOLVS vulgaris Turcicáve multicolor Faba,
est SMILAX hortensis Diosc.

NVLLIVS verò laboris est istud legumen trifolium,folijs hederaceis,Faba tereti,oblonga, renis effigie,multicolori, esse antiquorũ Dolichum Phaseolúmve dictum, asseuerare,hanc non perinde triuialem fuisse & longè abesse à Phaselis certum: tametsi nomenclaturam *Phaselus*, quasi minoris fructus à Phaseolo retinuerit,propter quandam similitudinem,fortè fructus & foliorum,potius quàm ob magnitudinem:Dolichũ autem & Phaseolum effigie siliquarum & fructus,qui Lintrem Lembúmve nauiculam exprimũt, vocarunt.Nusquam autem nisi sati peregrinique hortis nostris,non secus ac Romanis olim,visuntur Phaseoli,cuius enatæ frondes hederaceæ prolixissimis in viticulis deducuntur ad topiariorum ornamenta,qua de causa vocauit Dioscorides hortensem Smilacẽ, cui perquam similis esset folijs & vultu,tametsi diuersa fructu.Est autem fructus *Phaseoli* per-

perquam amæno aspectu, plerumque bicolor & tricolor, maculis atris, pullis giluis, rotundis, guttatis, oblongis, obliquis, circulatim, tæniatim aspersus, nitens: plerumque ebori concolores fabæ totæ, nonnunquam flauescunt, interdum atræ prorsum, plurimum reunli effigiē referunt, vnde notissimæ sunt vbiuis, & apud Italos teneræ integra siliqua in iusculis multum esitantur, multoque magis quam vulgares Fabæ expetuntur: tametsi parū lautus cibus nobis esitantibus fortè non assuetis, videbantur.

*P*ermultas accepimus à naucleris fabas Phasiolósve ex Americæ nouo orbe, éque Hesperia Aphrica allatas, quæ mixtæ naturæ videntur, sed propinquioris *Phasiolo*: nam earum quædam exigua, minòr multò *Phasiolo*, ex fusco purpurascit: quædam latissimā & candida, compressæ rotunditatis, ambitu fere vnciam æquat, gustu, concretione & *Phaseoli* similitudine; hanc non demptam ex arbore Phasiolifera, vt quidam putant, norunt amici quidam, qui seuerunt, legumenque non ita dissimile Phasiolo habuerunt. Sed alias perquàm raras habemus nos, munere lectissimæ, literata virtute & familia in Anglia illustri, Heroinę Catherinæ Killigreæ, quas ferunt repertas magna copia ad Cornubiæ littora, & quod non parum mirum, eo loco nullam meminit vllus nauem illisam, nullúmve naufragium factum: & tamen quotannis nouæ inueniuntur, partim fluitantes & partim effodiuntur immersæ sabulis littoreis, quasi, vt putant Cornubienses maris *A*nglici accolæ, secundis Austris, aut Zephyris è nouo mundo appulsæ fuerint.

Belgarum Bouckwey, *an* *ERYSIMVM Theophrasti?*

ETsi in segetum censu ponunt Theophrastus Plinius atque Galenus Erysimum quoddam Sesamo simile & cognatum, cibis aptum; tamen delineatio magis folia leguminosa testatur. Nulla autem planta videtur affinior eruditorum sententia, quàm illud frugum genus, quod Belgis Brabantis, Heluetiisque tanta copia seritur, vt isto vniuersa sata, quasi purpura operta eminus rutilent. Vniuersa planta, præcipue quando maturescit, purpurascit Amaranthi colore: caulis bicubitalis, striatus, folia Smilacis minora aut Atriplicis: flore candido: semine glumis contento, triquetris fuscis, quæ molendo exuūtur, *Math. pag. 573* ex Farina, lacte & butyro pinsuntur placentę, & sartagine friguntur, pueris expetitæ. Belgium, & præsertim Antuerpianus ager, huius est fœracissimum. Quòd si oculis vidisset sedulus & perpetuus Hermolai, Ruelli, Leoniceri, cæterorumque doctiorū carptor Mathiolus, veniam potius præcipitis iudicii, & paucæ inspectionis, ne dicam lectionis, ab illis doctis exorasset, quàm eorum nomen lacerasset. Vt quorum monumenta multis studiorum anxietatibus comparata, illi quasi offam præmansam in os inseruerint, amplisimáque segetem (sed immeritæ) laudis suggesserint. Intuere eius duo argumenta: Triticum Sarracenicum Tridentinis *Formentonē*, tantum caule rubet, non foliis: alterum argumentum, ab omnibus auidisimè depascitur. Respondeo, *Formentone* totum rubrum esse demptis floribus albis: rura Belgica & Gallica id affatimedere, & tuam Dialecticā hīc captionem moliri, quæ dum ab omnibus auidè vorari argutatur, viriditatem, vnde tota vis rationis pendebat, reticuit: nō enimdicit non edi Theoph; sed virentia folia non edi: misera tamen vtraque argutatio. Rubor inest palmitibus, Titymallis, Atriplicibus aliis, & similibus multis in locis, alibi nullus. Et Basileæ agnum habuimus cicutæ Helluonem; at alibi passim animantia respuunt: hic in Anglia virentes asparagos veterina non tangunt; post fœniculū in maritimis, illis aridis vescuntur.

An Officinarum SESAMI semen sit Dioscoridis?

SEmen istud perpetuo nomine & vsu Sesamum fuit, quod satum, vidimus adultum in horto Treuisani Doctoris Patauini, siliqnulis cylindriaceis, præsepiolis distinctis, semine isto flauescente, oblongo, Sesamino plenis. Caule sesquicubitum crasso, foliis Amygdali, vel Ocymi. Flores, Ruborem, & alia non meminimus, nec putabamus vllum fore, qui plantam, hanc Sesamum inficiaretur, si semen semel intueretur istud dictum.

Quare si ruborem desiderat in Sesamo Senensis, docti in illo pudorem, vt qui vnius plantulæ fortè aridę, in solo peregrino adultæ animaduersione, de Sesamo aduersus omniū iudicia statuerit, nec quidquam potioris docuerit. Quantum enim seminis istius Sesami Venetias, Pisas, Genuam, Lucam, Antuerpiam ex Alexandria Candiaque, venum venit, huius plantæ est, quam monitus fortè inuitus depinxit.

SATIVVS LVPINVS.

NEc ita procul absunt à Fabaceis & Phaseolis fructus quos θέρμους vocarunt Græci, quia calidiores cæteris leguminibus essent, aut potius quòd θερμῷ, id est, calida aqua lauarentur & macerarentur quò amarorem exuerent tristem & molestum, à quo etiam λυπαγχέμιον & Lupinus dictus, vnde Virgili. *tristisque Lupini sustuleris Calamos*, Quamplurimis in hortis præsertim Pharmacopœorum habetur satiuus, culmum edens, perinde ac Faba, rectum, & suapte natura stantem, sed rotundum, cauum, nonnihil tomentosum, è radice ferè singulari, nec multum fibrosa, à qua fere per totum caulem & ramos alterno situ exeruntur in pediculis folia sena & septena diuisura, digitata Viticis, aut Staphidis agriæ similia, aduersa, virentia, subtus incana, hirsuta: siliquę Fabaceis minores, latiores quàm Phaseoli: durus fructus, totundus, compressus, albidus foris, subluteus intus, perquàm amarus. Flos ter ęstate spectandus, nam initiò ex imo emicant albi, posteà è cauliculis affecta æstate & per Autumnum extunte. Pedemontani proferunt patentes planities satiuo, quos maceratos esitat plebecula.



Segetum SYLVESTRE *flore purpureo.*

IN satis & cultis Gramuntio luco circumiectis non procul Monspellio sępè occurrit hic, qui illicò intuenti satiuum superius descriptum refert: nisi quia gracilior multò est, caule, pedali folio quinque partito, angustiore, & flore purpureo & puniceo, Pisi minore: fructu etiam minore, guttatis, aut fortuitis asperso maculis, pullis, cinereis, & cęsiis. Inibi etiamque in hortis herbariorum visitur hic idem floribus luteis Genistæ, fructu nihilo secius amaro.

PISVM VVLGATIVS *Maius.*

Germa. Erweyssen. *Ang.* Pease.
Belgis. Stock erwitten. *Ital.* Piso.

EX quadam vrbe Pisa inter Ossam & Olympum montes sita Pisum allatum & dictum volunt: de quo nihil extare apud Dioscoridem non tam mirum fit, quàm certos nos facit, multa eius operi intercidisse, quę illi notissima fuerunt. Nam nullum legumen notius aut præstantius secundum Fabam Piso est: quod grece etiam λίκυθον dicitur, quasi dicas oui vitellum, quem colore & similitudine exprimunt, vbi per maturitatē flauent viridescúntve, sunt in siliquis cylindriaceis ipsa semina, quę vnà cum membraneis vaginulis, verè & ęstate iusculenta commendant: harum seges prolixè admodum luxuriat, humi semper caduca, nisi ridicas, pedamentáve sit nacta, prælongis, gracilibus, fistulosis caulibus, per media foliola euntibus Persoliatę ritu: supernè lentis in clauiculas exeunt, folia rotunda, oblonga, in duos ferè semicirculos oblongos diuisa: flore effigie papilionis, albicante sui medio purpureo, radice exili, quibusdam Germanię locis sponte germinante.

An Pisum angulosum Hortorum quadratum Plinii?

ALIQVA mmultæ in semine varietates visuntur Pisi non secus atque Fabarum: nam prægrande quoddam in Belgię & Anglię hortis colitur, angulosa & quadrata corpora-

tura

tura ciceris maiore, mediocrem Fabam æquante, ferrugineo aut ruffo colore: nec tamen gustu distat: sed multum longius in denos, duodenósve pedes porrigitur: videatur hæc an gulosa Plinij Pisa.

PISVM minus ex luteo virescens.
Ital. Piselli.

PRopter corticem viridantem interioremq; medullam, qui luteo concolorem, certum est vocatum fuisse ὤχρον id est, luteo pallidum, vt est terra Ochra: vnde etiam λωατὸ nomen superius dictum in maiore Piso manauit: præterea autem commendatio in iurulentis, quia illicò tenerescit, vtpote minores, pinguiores, delicatiores, facilius elixantur, facilius concoquuntur. Seruntur in agris, vbi minore cultu, nec fulcris egent.

PISVM Syluestre.

IN Heluetia & superiore Germania, non secus ac Phasellus sylu:estris, obuiam se dant peregrè eunti, etiam sponte Pisa. Figura nō absimili, sed radice multò adult:ore, fibrosiore, crassiore, & perenni, qualesillic collectos, chartis inseruit noster Penius. Quidā in suo vnius paginulæ rariorum stirpium libello, memorandum mirūq; quiddā affirmat: in saxis littoreis, nulla terra opertis, tantam tamq; portentosam segetem Pisorum sponte nulloq; satu enatam in Angliæ Suffolcia, inter Otfordum & Alburnum, etiā Autumno 1555 quantum satis, vt mill ibus hominibus suppeteret.

Pisum cordatum, sit ne potius ISOPYRVM, quàm Melanthij quædam species, aut Trifolium palustre?

QVoniam nomenclaturæ Isopyri atq; Phaseoli innuebant hāc plantam esse leguminū naturæ affinē, aut similem saltem, non abs re solertes vestigatores trifolium Fabaceum, Faseoli folium aquaticum, nobis commodiore loco memoratum, autumarunt verum Isopyrū esse. Quod valdè simile vero esset, si vocula Anisi abesset: quæ obstat quò minus hæc aquatica Germanicè faba vocata, verę designationi satisfaciat. Desideratur namq;, non tam Phasioli πέταλον (quod nonnulli etiam folium interpretantur) in hac, quàm Anisi foliū, quod quibusdam repetitum frustrà, aut luxatæ lectioni Dioscoridis additum, opinantur. Qui verò vulgarem lectionem tuentur, quandam Melāthij speciem appingūt, nulla prorsum Phaseoli siue ortus, siue lineamentis similitudine: sed muta pictura, qualis Commentatoris est, vno aut altero Anisi ramulo, ad radicem Melanthij expresso. Quare si coniecturæ indulgendum & codici assentiēdum, malim cuiusdam amici exercitatissimi amplecti sententiam, quæ Cor Indicum, ortu, summitatibus & clauiculis Phaseoli, folijs verò Anisi diuisura, Isopyrum statuit. Suffragāte ipso fructu, quem ternum Melanthij colore & sapore Pisi, aut veræ & antiquæ Fabæ siue Phaseoli Syluestris similitudine & magnitudine Halicacabi, folliculus claudit. Id Cordis aut Pyramidis effigiem media sui parte conspicuam refert, vnde Cor Indicum vulgo passim vocitatum, & notū. Officinis propter folliculum haud admodum diuersum, nisi colore, ab Halicacabo, Halicacabū peregrinum vocatur.

Ochrus syl. siue ERVILIA.

SYluestris indolis velutiq; degeneres à Pisis Ochrisq; Eruiliæ, quasi eruendæ & eijciēdæ dictæ, rarius nisi in hortis Septentrionaliū herbariorum hodie feritur: iuxta tamen sepes, vias, in Linguagotia sponte reptat imbecillioribus viticulis, membranula triplici aut duplici secundum longitudinem veluti pinnaris, ima folia oblongiora & latiora, in clauiculas desinentia ferentibus: supernè vere foliola partim in plura & minora diuidūtur, partim etiam clauiculis donantur cādidis, & interdū purpureis, flo:e & siliqua Cicerculę, cui admodum similis:

descriptionem dat paulùm diuersam, nullam tamen facit mentionem; fortè quia iam tum in Dioscoride lectio deprauata erat; vel quia ex alio scriptore verterat. Ad hæc, Galenus & Ægineta, Astragalon paruum fruticem ἔχοντα τὰς ῥίζας, astringentes, quasi plures, nec tamen Raphanum memorant. Quare, tanquam non in Dioscoridem, sed ab isto codice male acceptam animaduertamus hanc lectionis deprauationē, quippiam erit nobis audendū. Eapropter nos, vbi στρόγγυλη ὥσπερ, ῥάφανος σύμμετρος, habetur, βάλανον: vnius literulæ methatesi, & alterius caudicella sursum versus reposita, reponi vellemus: qui lubricus lapsus est amanuensibus: quum enim Glandulam, Ficum terræ & talum vocarint Romani, Astragalum, non Raphanum, sed potius veram, nec huius nostri fortè disparem effigiem intellexerunt: nec solùm talum, Ossiculum lusorium Astragalon vocarunt Græci, quale referunt hæ radices, sed etiam flagra, nodulis, aut tuberculis asperata. Sic enim Μάστιξ ἀστραγαλωτὴς, scutica talosa seu nodosa sontibus cædendis apud Lucianum vsurpatur. Hisce tamen ineptiusculis scholiis facilius quis obstrepet, quàm meliora subdet: Cæterùm candidus arbiter, minima quæque in Priscorum designationibus scit non esse seuerius exigēda: de Apio, quem quidam putarūt cùm hac eundem, manifestum fit: Eam siquidem similem dicit Asphodelo, vt idem fecerat Theophrast. cum tamen vnico sit bulbo.

Eruum Syluestre Herbariorum sitne Κατανάγκη, siue amatoria, aut necessaria, non Bulbosa vnguimilnia Dioscorid?


QVASI necessitate inconcussa & fatali adigeret ad amandum, Catananceen vocarunt, quasi amoris illicium necessarium; quia omnia vincit amor improbus. Eam autē neutiquam notam probè nostro æuo, minus mirum est, cùm etiam si stirps de facie nota, & apud nos nata foret; tamen incertum adhuc esset, num vera esset censenda; nullis enim viribus, nisi præstigiosis & Fascinatricis insaniæ, amatoriis illecebris commendatur, quas Thessalicæ tribades & lenæ pretexebant, fortè suis carminibus, vt hodie factitant impuræ fordæ Italæ, verbulis abusæ nefariis ad insanum amorem conciliandum, quas vires attribuunt herbulis vulgatis. Idcirco Plinius, eiúsq; coæui cordati viri, consultò figuras harum tacuerunt. Nec sanè eas nosse, vllius est operæpretiū: nec Dioscorides vires, sed historiam duntaxat alienam citat. Quodpiam genus leguminis fuisse hanc descriptio ostendit, cui non malè quadrat ea herbula, quæ in hortis herbariorum Iulio & Augusto, post flosculos Pisi delapsos, siliquas longiores, exiles, teretes fert, semine referta ruffascente. foliis angustis, gramineis, binos pollices longis, Lagopi angustifolii, quæ marcida, recuruata instar milui conuulsi cruris visuntur: radice exili, simplici. Visitur etiam in agris litorum maris Septentrionalis.

ALTERAM Ciceris semine, oliuam radice æquante, mali parui magnitudine, quæ vel adumbret, nullam nouimus plantā: rara namque admodum effigie oportet sit hæc: si descriptio vera est. Videtur persuasio hæc, deliri amoris conciliandi etiam nolenti volenti. à feminis pertusi mysterio hausta: quam si fas fuisset, nec nos ineptiæ piguisset, in Phyteumate, Leontopodio, & proximo Antyrrhini capite patefecissemus.

CICER satiuum, arietinum Dioscoridis.

OFFICINARVM Cicer rubrum vbique in Italia, Germania, & Gallia seritur, & adeò noscitur, vt nullus nesciat iam esse antiquorum verum Arietinum, qui modò videat in siliqua tereti, & instar marsupioli tumida, hirsuta, vnciā lōga semina, Piso maiora; caput Arietinum frontata effigie, & angulo aliquantùm mucronem æmulante: color albus quibusdam, quæ minus in medicaméta veniunt: alia obsoletè nigricant, plurima ex fusco purpurascunt, qualia efficaciora àd medica commoda habent officinæ omnes: sementem & messem faciunt Itali, apud quos esitantur magna copia: folia Lētis positu, medio neruulo hærent, tantillùm crenata: flores purpurant punicantes. Varietates.

CICER Orobæum Theoph. ab Orobo nigredine tantùm distans.



DIFICILE tamen sit statuere quodnam sit Dioscori. domesticum primum: nam nouũ quod hic damus, tantopere simile est Norbonensium Orobo, siliqua præsertim, vt certos nos reddat esse illud quod dulcissimũ & Eruo simillimũ à Plinio dicitur: sed ambigimus iã, sit ne idem istud cum Diosc. satiuo: cui eundem fecit Orobũ vulgatum & receptũ officinis doctus & perbonus scriptor Dodonæus, qui nondum, hanc nouisset. Norbonę & Galloprouinciæ plerisque satis per messes flauet hæc, culmo assurgēs sesquipedali, geniculato lateratim, quasi in obliquũ flexo, leuiter striato, fistuloso: foliolis in imo neruulo prolixo hærentibus, Lentis aut Aráci: à medio itē ramulis donatur & foliatis pediculis: & iuxta summos alarũ geniculos complures cōfertæ siliquę, vno fere exortu nixæ, sese tangũt & stipant, cylindreæ, vnciam longę, rectæ, teretes, inter transuersa pusilla interualla foras protuberantibus singulis quasi torulis, ternis & quaternis, articulatim distinctis: ipsa intus semina nulla membranula distincta, Pisum Arietinum fermè equant, obtuse triangula; Orobi duplo maiora, colore albida, pallida & subfula, non ingrati saporis, Ciceris aut Pisi.

OROBVS receptus Herbarior.

ROBVS, color rubeus antiquis fuit, qualis in ruffiis bobus, & Orobis cernitur. Hodie nihil penè ab illo dudum dicto dissidet receptus in Officinis Italicis & Norbonēsib. Orobus semine & siliqua præsertim, nisi quia huius altero tãtò minor est, cōpressior, nec vno loco, sed variis ex alarum geniculis, secundum summũ & imum caulis exorta, pendula, alioqui terna & quaterna claudit semina Cicere minora multò, tangenti hebetius angulosa, & vno latere aliquantùm acutiora, gustu lentis, folio & facie Pisi Lẽtis aut viciæ: ramosis sparsis luxuriantibus, caducis fere ramulis: minus tamen est πλαγιώκυλ⊗ hic quam superiores duo, minúsque ingratus gustanti: nec enim nostro ingenio conueuit, stirpium vel figuras, vel qualitates plumbea Lesbiáve norma ad nostrã sententiam exigere, aut flectere, vt nimis multi factitant: sanè par est alterutrum horum leguminum, verum esse Orobum, cum è tam multis nihil penitus similius occurrat, oritur hic affatim in glareosis.

CICER SYLVESTRE VERIVS.

VIRVIT hac ætate in horto Morgani quoddam Cicer parùm adhuc notum è Sabaudorum & Heluetiorum finibus huc accersitum, facie & siliqua Arietini Ciceris, quod eousque pręsefert, vt primo intuitu quilibet Cicer dicat: Siliqua quippe breuis, foliosa, compressior paulò: flores item purpurantes, non absimiles, sed semina multò minora, compressa & potius Lathyridis Cicerculæ: habitu tamen lætior tota, latiusque plures ramosos alis & firmiores spargit culmos, cubitales & sesquicubitales: folia edentes Loti syluestris fermè æqualia, Ciceris Arietini maiora, crassiora, rotũdiora, & tantillùm etiam crenata: Radice quotannis rediuiua. Quare non ab re quis coniectet istud Diosc. Syluestre esse.

CICER Syluestre herbariorum aliud, folliculis Coluteæ.

LONGIVS adhuc videtur recedere à Dioscoridis syluestri istud, quod caducis ramulis serpebat superiore anno in eodē hortulo, flexilibus gracilibus ramulis, propius Securidacam minorem aut Lentem, quàm Cicer designantibus: & quidem floribus luteis pallentibus Lycoctoni, cui folliculis penè par est, sed Coluteę figura & Arietini Ciceris ritu vnà plures collecti, hirsuti, atri, referti perpusillo semine Sesamineo, aut Genistellę, duro, compręsso, nitido, gustu Phaseoli. Mathiolus, huius suam picturam mentionémque

tionemq; ridicule inculcat in Indice, quod tamen non describit, quasi super eò nihil ambigendum esse nobis imperasset, vt alibi passim facit.

φακὸς LENS.

Gall. Lentille.
Ger. & Belg. Linsen.

NVLLVM minus ambiguæ notitiæ legumen quàm Lens, quam quòd lenes æquanimesque vescentes efficeret, Plinio authore, sic dicebatur φάκος autem Græcis ab vtre qui fuit ασκος metathesi & mutatione vnius elemẽti. Facilè de siliquula & granulo rotundo, æquabili circinatione compresso, lagenulam effigiante, quilibet eam noscitet. Calidiore solo, & sudo, siccóq; cœlo proferi gaudet, vbi lætior, lautiorque quolibet legumine habetur. Ei Ciceris syluestris siliquula compreſſior breuior, penè quadrata: vbi duę vtplurimum lentes insunt, sæpe Fuscæ & interdum albæ nigricantes. Foliola qualia hærent supernè in Piso: segete humi fusa & reptrice.

Βίκιον VICIA.

Ger. Wicken.
Bel. Vitsen.
Gall. Vesce.

A Vinciendo ducit Varro: malim tamen βίκιον esse, nempè lagenulæ effigie semẽ, quod etiam ἄρακον Attici vocabant. Nulla autem regio algidior calidiorúe Vicia satiua & Syluestri vacat. Seritur enim in subsidiũ Auenæ ad iumentorum pabulum. Siliquæ sunt Genistæ: semina compreſſa Lentis, nigra, quina aut sena, præſſe totunda, ingrata gustu, nõ dissimili Lentis aspectu, sed habitior tota: folijs maioribus Pisi Minoris aut Ciceris.

ARACVS, siue Aracca & Cracca maior. Vicia syl.

Ger. Wild Wicken.
Belg. Crock.

Aρὰς quasi pestes perniciésq; leguminosæ frugis dicunt vnde ἀράχοι & Craccæ, vecijs in satis associãtur, & valdè assimilantur: siquidem in vna quasi ῥάχις siue spinula aut dorsulo insũt veluti plumatim in alę modum foliola perquàm exigua è viticulis, multò quàm Viciæ aut Lentis exilioribus, iuxtaq;, alas Viciæ ritu & similitudine, flores purpura dilutius rubent. Siliquulæ longiusculæ Cataneæ propior est, vbi sena aut septena semina rotunda nigricant, penè Raphani: non autem compreſſa vt Viciæ & Aphacæ, qua quilibet eam discernere valeat.

ARACHVS siue Cracca minima.

NImisquàm exilis & penè capillacea hæc tum viticulis, tum foliolis ijsdem, dispositis Lẽtis modo, sed delicatioribus & angustioribus multò: perpusillæ siliquulę pediculo, non caule ipso vt superior subnixa & quaternis intus granulis nigricantibus, rotundis Rapi aut Brassicæ inclusis, florum apiculis pallidulis.

HEDISARVM, siue SECVRIDACA maior & minor.

ANcipitis Securiculæ ęmulo semini fertur accepta πέλεκῖνο siue Securidaca vox quam etiam ἡδύσαρον ob suaueolentiam vocarunt. Ea in aruis & segetibus quas rapidi torrentes ex Alpibus Taurinis pręcipiti alluuione, plerumque vastant, & ad Ceuacium via, satis multa oritur, leguminisq; modo serpit & fertilitate restibili sese reparat, foliolis Lentis vel Astragali maioribus, procurrẽtibus viticulis & floribus Ciceris purpureis: siliquæ hærẽt, humi item stratæ, compreſſę rostrellis aduncis, quãtæ Fœnugręci seminis & similitudine, sed cõpressiores vtrinq;: & angulosã aciem Securis effigiante radice liguminosa fibrosa, sapor amaricans & Lupini fermè odor fœnugræci vel Meliloti, cuius commendatione Myropolę nomen dedisse Hedisari videntur. Vtebantur fortè tunc non secus

 atq;

atq; veneti ſuffitores, quáq; Melioti ad Chyrotechas aliáq; fragrantia grata imbuēda, multum vtuntur.

Securidaca minor.

ASTRAGALus Monſpel. Legumen illud multo minoribus viticulis, folijs & floribus purpureis exiens, è peciolis quina & ſena cornicula introuerſus falcata habens, mucronibus reflexis infernè cō iuncta, & duplici intus ſerie digeſtū ſemen, ſubrotundum, ſubfuluū, eſt ſimilius Galegæ vel Araci quàm Securidacę. Idcirco præceptores noſtri Mōſpellienſes huius ſpeciem eſſe inficiabantur: Inibi quippe & cæteris Norbonæ Frontignanæq; aridis, glareoſis, maritimis totū viret annum radicéſq; complures profundè merſas, prolixo implexu ſpargit, guſtu leguminoſo, nec perinde vt Securidaca, amaro. Eapropter Aſtragalo propiorem aſtruebant, quò nos etiam referendam duxiſſemus, niſi Raphani bene magni radix illi & aſtri ctoriæ, cæterę; facultates ad vlcera deeſſent. Quare vniuerſas ſtirpium gentilitates animo voluenti, nulla quæ explendæ deſcriptioni ſatis ſit, vſpiam ſeſe dat. Non ea, quam in collibus Lugdunenſibus prope Trenon, & in horto Patauino floribus purpureis & folijs ſimilibus ciceri, ſed gracilioribus, vidimus. Radix certè diſſuadet, nam Senenſi herbariorum Dictatori, licuit pictoris opera ad quiduis lubitum fuit, alludere & nobis illudere, ideò nunc illum illius picturæ poſtremò puduit.

GLAVX vulgaris.

De colore foliorum, quæ aduerſa ſpectarentur glauca ſine pallentia, χλωρά dicit Dioſc. nomen huic aſcitum fuit. Fruticat autem ramulis, bicubitalibus vimineis, flexis, ſparſis, ſtratis, rotundis, gracilibus, lignoſis, bina crebráq; foliorū ſerie, à radice craſſioribus & duris, & intortis propaginibus precurrente, quaſi Arthemiſiæ: cernuntur folia cæſio virore ſupernè, auerſa verò pallore glauco, Cythiſi maiora multò, Fabæ, ſitu & craſſitie propiora: purpuraſcunt flores extremis ramulis Galegæ. Siliquis tamē multo maioribus, craſſioribus, quæ per meſſes maturæ dehiſcunt in binas vaginulas ſemine plenas, colore, ſapore & odore leguminoſo, cuiuſmodi tota planta: quæ tamen proceritate ſpecioſior multóq; maior eſt, quàm vt Glaux prodita videatur: multa in Belgio. Ex Angliæ nos litoreis, item mediterraneis procul mari, Londini Serendam curauimus.

GLAVCA vel Glaux, quædam leguminoſa herbariorum, floribus purpureis.

Iuxta agrorum viarúmq; margines obuiam ſeſe dat in Francia, Anglia, & Belgio hæc, caule rotundo pedali, radici exili, ſingulari uitente, à qua ſtatim folia erumpūt Ocymoidis aut halimi, albida, Glauca, oblonga: è medio autem caule aliquammulta exeunt minora & minutim Lentis modo aut Viciæ diuiſa. In ſummo caule pallido, conſpicui flauent aut punicant flores, congeſti in glomerulū, ex calyculis multis conflatum, obſidentibus ſquamoſis folliculis, acetoſiſq; veluti glumis, vbi ſemen. Tota plāta læto aſpectu.

Caput Gallinaceum Belgarum, an Onobrychis Dioſc?

Quaſi ſurſum vnà cum ſcaturiginibus erumperet ἀνὰ βρύχειν ὀνοβρυχις dicta, circa nam que fontes oritur. Non labor, non herbæ defuere complures, quæ ſe nobis obtruderent, quaſi legitimæ forent: quas tamen omnes reſpuimus, propter vnam aut alteram quę propius Dioſc. deſcriptionē, tametſi valde ieiunam & parum ſignatā, accedere viſæ ſunt. Harum notior Galega riparum & vliginoſi ſoli alumna, nō perperam putaretur, ni folia multo maiora eſſent, lentis, procerioreſq; caules, quē exceſſum, (nam tota facies leguminoſa, flos & vires perbellè ſuffragantur) ſi quis obijciat, ſimilia collata in Cappare cū malo Cytonio, & cætera componat. Et interim, dum ille noſq; melius quid veſtigamus, hanc iam deſcribendam habeat, vt rariorē ita minorem & multo figuræ propiorem: quam in hortis Belgicis colunt herbarij, è radice parua fibroſa, cauliculos pedales, exiles habet, & folia lentis anguſtiora, aliquantò longiora, ſine capreolis: in cymis, teneris, Galegæ floſculos, purpureos, dilutos, albedine mixta geſtant. Quibus per æſtatem marceſcentibus, quibus

quibus siliquulam pro semine,casside,cristata insignitam,spinulis muricatam,quadantenus Tribuli terrestris,ostentat. Eruditus Coldenbergius nos semine primus donauit,atq; in Hollandiæ & Zelandiæ aggeribus & littoreis aduersu m maris alluuiones & procursus erectis repagulis, nasci sponte monuit. Monspellij in hortis enatam habuimus.

ORNITOPODIVM, siue Pes auis.

Perpusillum Ornitopodium.



SCitam vocem aptarunt isti legumini Docti recentiores,ad huius herbulæ siliquas,pedem auis effigiantes describendum: constant quippe vni pediculo nixæ,qua ternæ aut quinę,expansæ mucronatæ,quasi stillis aduncis,articulatis,curuatis,in pedis auis æmulationē: palmares & sesquipalmares sūt viticuli,sparsi hnmi foliolis Araci minoris: flosculi melini Coronatæ Meliloti.

Varietas.

Quàm elegans hæc varietas quam pictam damus: Oritur in marginosis herbidis Grinwicij Regię,ad Tamesim flumē, nō procul Lōdino: vix tota binos aut ternos superat pollices: ramulis in terram sparsis,exilioribus & crebrioribus, venustius ordine positis quàm superiori quæ non alijs ab ista natalibus gaudet.

SFERRO Cauallo, Ferrum Equinum.

PLanta etiam leguminosæ familiæ est hęc,cuius siliqua multū mirationis excitauit istis nomenclatoribus,qui *Sferro Cauallo*,id est soleam equorum refringentem fabulati sūt. Nam nobis experiu ndi auidis,magna copia reperta propè Massileam, frustra sæpius factum fuit periculum: etiam via quæ ad prædium Rondeletij mareq; ducit,ad dexteram, propè rusculum in squallidis dumetis & marginibus plurima gliscebat,æstate minus torrida. Siliqua affabrè plantam hanc à tribulo terrestri,Scorpioide leguminosa, & Ornitopodio,quibus alioquin foliolis albidis,& comptis similis est,discernit. Flores item pusilli,lutei: intrò nonnihil compressæ siliquæ. veluti securiculata,vndosa & semicirculis sinuata acie,ternis aut quaternis equinæ soleæ vestigijs continua & distincta spectantur,seminulis soleam'equinam effigiantibus,aut dimidiatam lunam,vnde illi quidam nomen Lunariæ affinxerunt: gustu leguminosa,radice Londini hortis viuaci.

SCORPIOIDES leguminosa.



EST & alia nec minus venusta aut rara,segetū Norbonēsium alumna: Radice nititur fibrillis multis, cauliculos rectos,graciles,binos aut ternos,pedales & sesquipalmares erigente: quorum in summo, admodū incuruis mucronibus adunca cornicula, Fœnugræci rotundiora,graciliora insunt,introflexas Scorpionum caudicellas,transuersis articulis & argutulis liris imitata. Flosculi pusilli lutei,alterius Scorpioidis: Foliola Ornitopodij,aut Tribuli exiliora, ab imo statim cespite,in neruulis vtrinq; ordine sita.

TRIBVLVS terrestris.

SOliti erãt proijcere hoſti murices infeſtis aculeis armatos: quos quia protererẽtur τριβόλους nominabant: vnde huic ſiliquæ plantæq; muricatæ Tribuli nomen. Videas pratenſes puluerulentas & ſabuloſas planities maritimas Adriatici, Thyreni & Gallici Mediterranei, iſto terreſtri & minori Tribulo itineranti, exutis pręſertim calceis, infeſtas & propemodum inperuias. Mõſpelij etiam aridis & oliuetis ſerpit, aſpectu liguminoſo Ciceris, ramulis compluribus exilibus, gemino foliorum verſu refertis, nõ Portulacę, ſed Lentis vel Araci: eoque labeculam in Adrachne ſuſpicamur, & legere Arachi ὅμοια aptius rei veritati ducimus, id eſt Viciæ, vt indicio ipſamet eſt plãta. Puſillos floſculos luteolos, in pediculis ex alis exeuntibus, vbi emergunt infeſtis aculeis rigidiuſculis, ſexanguli, quinquangulive murices, medullam & ſemen oſtẽtantes, per maturitatem & æſtatem dehiſcentes, radice parua, fibroſa nec altè depacta, nullius hodie fermẽ commodi, niſi Aſinis, quibus pabulum illic eſt. Commentatoris Senenſis ſolitam ſedulitatem duo teſtãtur Tribuli: alter qui iam nobis dictus. Hunc Doct. à Guino Piſano dono acceptũ quaſi in Italia præſertim Venetijs, rarum foret, dicit: alterum Dioſcoridis folijs portulacæ ſibi in D. Nicolai ædis Veneto littore viſum, quam eius ſanè non vulgarem cognitionem & in ſtirpiũ inquiſitione operam poſitam, quidam peritus locorum illorum & herbarũ Italus facetus ſic nobis exponebat: Commentatorem inquiens nunquam niſi aridum aut pictum vidiſſe vulgatiſſimum Tribulum, eóq; deſcribere neſciuiſſe: deinde Crithmum ſeu portulacam marinam illic frequentem, pro Tribulo Portulacæ folijs accepiſſe non tamẽ deſcribere auſum: forſan quia nullus extabat author a quo deſcriptionem ſubriperet. Poſtremũ eſſe in Lio Venetæ inſulæ ſabuletis, cuiuis Pharmacopœorum notiſſimum terreſtrem, eóq; minimè Piſis accerſendum.

ASTRAGALI *perſimilis palmaris puſilla planta.*



DVm peregre eſſemus in collibus quibuſdam Galloprouinciæ, hanc ſublegimus elegantia nentiquam ſpectatu indignam: radicibus namque prorepit lignoſis, implexis, corticoſis, denſo exortu, numeroſos cauliculos, fruticãtes, duros, ſed breues, vix binas aut ternas vncias excedentes, & foliola emittentes puſilla Lentis, Aſtragali, aut potius Tragacanthæ, quam tota refert rigidiuſcula, incana hirſutie: floſculis, luteolis, aut albidis, Ornitopodij: guſtu pręſicco & æquè duro.

POLYGONIVM *Herniariæ folijs & facie, perampla radice Aſtragaliti.*



NEc hęc deſpectui futura erit diſcendi cupidis: Eſt enim perquàm parum nota, perpuſilla quidẽ herbula, & humi accumbens ceſpiti ſemimerſa, ramulis creberrimè geniculatis: foliolis & ſeminulis albidis, prorſum Herniariæ: tota incana, quàm exiguo, muſcoſo flore. Radice ampliore quàm pro plantę modo, dura, ſurculoſa, implexa, & in ſe reticulatim conuoluta, auulſu difficilis: guſtu præſicco, callidiuſcula. In ſuſſiſſima Cretę ſalonenſis Galloprouinciæ planitie, media via inter Aralatẽ, & Solonam ad diuerſorium D. Martini.

HELIANTHES species rara, figura leguminosa, floribus aureis.



NON perinde formosam icone hanc, atque natiua facie dono misit nobis hanc noster industrius & peritus Pharmacopœus Iacobus Raynaudet, quam è iugis arduis montis D. Bonauenturę, non procul Aquisextiis eruerat: Radice lignosæ fruticulæ, ceruicem paulum inflexam habente, supernè & infernè nodosam, e qua emergunt viticuli palmares iuncei, recti, flexiles albidi, foliolis Lentis aut Coluteę Scorpioidis ex glauco virentibus, ab imo summo tenus stipati: floribus aureis & calycu lis Helianthes vulgaris: semine item non dispari, pusillo Cisti Ledi, amaro gustu.

GLYCYRRHIZA Echinata & siliquosa.

SI qua est sterilis Glycyrrhiza, vt Math. sibi re vera certũ esse auditione postremis cõmentariis prodit, tres forent Glycyrrhizæ species, nobis tamẽ quot de facie notę, tot frugiferæ sunt. Ac primum Dios. dulcis radix nota & culta variis locis, etiã horridioribus, vti Germaniæ & Belgię, fructũ fert vaginulis muricatis Caucalidis ęmulis, denis aut quindenis, vno imo apice hærentib. & in orbẽ sese explicãtibus, eminus intuẽti quadantenus Platani Echinum ementientib. proceritatẽ interdũ assequũtur, quanta proceri est hominis. Radix, nõ vt alterius numerosa passim & fusè humi sparsa, sed recta, altè depacta, adeò vt quãtùm humo mergitur radix, tantùm solo extent caules: singlis vaginulis vnũ dũtaxat semẽ ruffum lentis effigie inest. Huius vsus officinis rarior hodie; quippe, seu arida seu recens, vti nos periculũ sępe fecimus, lõge vulgata dulcedine & gratia vincitur, eóq; tantũ voluptatis causa colitur.

Communis verò nulli nõ nota, quę ex Hispaniis Londinum, Antuerpiam & Lugdunum defertur, & vili vbiq; locorũ distrahitur, non paucis Galliæ Norbonensis locis multùm sponte oritur, etiam prope Latera oppidũ, cuius meminit Plinius, Mõspellio leuca. I. dissitum: radicibus, flexilibus, multis implexis, caule & foliis pinguibus, & dum eam euelleremus manũ glutine inficientibus, floribus purpureis albicantibus; mense Iunio & Iulio siliquas fert paruas Cicerculę magnitudine. Cuius radix nuper ex Hispaniis aduecta & hortis Pharmacopeorum depacta, facilè succrescit & reuiuiscit.

COLVTEÆ Scorpioides.



SOLERTIS ingenii præceptor Rondelletius nõ raro ratus fuit Glycyrrhizam minorem nuncupandam esse plantam locis multis nemorosis inter buxos erumpẽtem, Iunio & Iulio: floribus Coluteæ, vel genistę, minoribus: folio itidem Coluteæ paulo minore: caulis similis est, gracilior: radix buxea minus dulcis, aut potius dulciamara dicenda, & minus grata: siliquę Math. Scorpioidi vsqueqaq; similes, vnde vocatur nonnullis Colutea Scorpioides. Norbonæ copiosa in valena sylua & prope fluminis crepidines cis Lanum.

VALE-

Glycyrrhiza spinosa Antiochena.

VALERANDVS *Donrez* Pharmacopœus Lugdunensis plantarum rariorum vt quis alius studiosus & peritus, cui certò fidimus, siliquas paruas genistæ, aut acatiæ, sed minores, secundæ nobis dedit, semine exiguo Genistellæ: hanc Antiochenam à loco, Glycyrrhizam à similitudine & spinis, quibus donata erat, faciebat. Sed nihil nisi siliquas vidimus, eóque nihildum asserimus.

Arabum & Actuarii SENA *satiua & syluest.*

SERO & magno ægrotantium incommodo innotuit Græcis Sena, quam vnà & appellationem Arabibus debemus: Albasemer vocant illi, vnde detortum Sena. *Ha*c autem hodie nullum purgans frequentius, tutius, aut præstantius est. Ea herba, æstiua & parua est, vultu, leguminoso Securidacæ, Glycyrrhizæ, aut Coluteæ: In Liguriæ, Thusciæ, Romani agri & Appuliæ variis locis, legitur Autũno, nec seritur ante Maiũ, quia frigoris impatiens; eóq; hortis Septentrionũ vix trimestre viuit, nec promit, nec maturat flores vel siliquas. Quare Officinæ potius è fundo vernaculo, nempe Orientis emporiis, petunt, plurisq; faciũt, quàm istam aut Italicam: duas enim foliorum differentias, aut varietates habent institores è diuersis plantis Senæ: probatius folium & laudatius ad purgationes (finum vocant) est oblõgius, acutius, Myrthi maioris effigie: alterum rotũdius, breuius, quod vilius habetur: quare non secus atque Myrthus maior & minor, foliis videntur hæc duo inter se distare, vt præstantius folium sit Domesticæ, alterum syluestris *Senæ*: duas itidem *Mesuæ* agnoscit: & ad persuadendum alterutram earum esse syluestrem, multùm spirilli pilulæúe stercoris caprini aut ouini faciunt, quæ frequens inter Senæ Orientalis, folia, folliculos & quisquilias passim apud nos allata reperiuntur, vbi empturis prostant; seritur namque & adolescit probatior in fimeto ouillo inibi: alioquin vtrique siliqua est effigie Coluteæ, compressa, vt Arboris Iudæ, sed falculæ in modum conuexa, fusca aliquot serie digesta semina, Gygartis simillima, compressiora, claudens. Flores ex pallido lutei sunt, rubellis vestigiis venosi: graciles caules Meliloti. pedem & sesquipedem alti: ingratiuscula tota gustanti, tantillùm amara, calida & sicca: tametsi veluti fænugræco affinia, muccaginosum reddunt mandendo sputuma: folia, quibus ad purgandum consultius semper, quę flatum discutient & nonnihil lubricent, adduntur, quàm si per se, puluere infuso aut decocto, dentur: Sic enim turbarum multum ciere, & intestina, stomachúmque torquere, vel plebecula conqueritur. Eapropter qui aduersum Mesuem tuetur non esse corrigenda, imò siccitate sua atque quadam astrictione vẽtriculum iuuare, nescit quid commentetur: nã sic Brassicæ marinę, Thymeleæ & Chamæleæ siccitas, stomachum iuuaret, quem tamen lædunt illo viroso odore, & purgatrice qualitate, à qua non longè absunt folia Senæ, vt dum virent adhuc, aut macerantur, odoramur. Proinde ritè Mesuæ folliculos tutius purgare monet: nẽpe mẽbranei sunt, minúsq; flatulẽta semina, quàm folia: sed hæc plùs mouent, præsertim infusa, quàm decocta; quia ebulliendo nonnihil virium absumitur & flatus dissipatur: vt vsus ipse castigare valeat illum Commẽtatorem, qui nihil addendum ad eius noxam corrigendam autumat. Sed hæc explicatius in remediis.

COLVTEA Gallis, Baguenaudrier.

PVTATVR Colutea dicta, quód mutilati effractíve eius stipites aut virgulta (nõ præscisa) intereant, vt Theoph. autor. Tanta autẽ inest foliorum & siliquarum parilitas Coluteæ cum Sena, vt plerique non ineruditi Senam syluestrem hanc esse vulgo persuaserint: at Colutea cùm Theophrasto arborescat, nobis autem frutescat, Rhamno penè par; nec herba vt Sena sit, iam quilibet potest à Sena eam discernere & discere: quippe folia colore, situ, magnitudine, & superficie *Senæ*, Hedisari, aut superioris Coluteæ Scorpioidis, paulò antè dictæ sunt, floribus item luteis, nec disparibus: Folliculi veluti membraneæ vesiculæ, teretes: quæ flatu turgent, & tactæ, strepitum edendo crepant: semine intus hærente Lẽtis (nõ Gygarti) minore gustu, leguminoso. Augusto siliquam maturat, vbi spontaneus arbustus est, in Linguagotiæ iisdem saxosis sterilibus ad Frontignanam, quibus Chamæiridem oriri monebamus: sed ea etiam vulgatior hortis Gallię, Germanię, Italiæ, & Angliæ: nuspiam tamen arbor magna futura: eapropter apud Theophrastum satius legeretur, δένδρον μὲν μεγέθες non εὐμεγεθὲς, nempe arbor non ita magna, siue arbuscula: quod ex consequutione

paulò pòst inferunt verba Theophrasti: σχίζεται καὶ ἀποδενδροῦται id est, finditur, siue diuaricatur in ramos, et arborescit: non igitur initiò arborem esse, sed arborescere dicit, qui ortus & adolescentia planè conuenit nostrati Coluteæ.

Spartium, Genista scoparia vulgi.
Genistella infectoria, an Lutea Pli?
Hippospartium, vulgo Rapum Genistæ
Spartium Dioscorideum Hispanicum
Spartium minus, vulgo Elpho Hispanica
Genistella Graminea montana,

Spartion fruticosum aphyllon, iunceis aculeis lanatū
Genistella aculeata.
Genista Spartium spinosum maius
Acatia secunda.
Acatia Ægyptia.
Fraxinella siue Dictamnus albus Offici: an Tragium Diosc. facie & foliis Lentisci?

SPARTIVM. *Genista sceparia vulgi.*

VVLGATISSIMÆ notitiæ & vtilitatis Spartium vbiuis gentium fermè antiquis *Gall.* Geneft.
semper fuit, vt etiamnum est. Sic vocatum, quia vinciendo, nectendo, adeoque tex- *Ang. Broome.*
endo, fili, lorive vices expleret: sonat enim Spartium funiculum vel lorulum: Genistam *Bel.* Brome & Brem.
indidem à genuū flexilitate deducunt nōnulli, quæ duntaxat species Sparti dici potest. Est autem hæc omnium notissima tum apud Boreos tum Meridionales, sterilibus præsertim, arenosis, montosis, frigidioribus. Vargis fruticat densè pullulātibus, hominis proceritatē interdū superantibus, rectis, gracilibus, striatis, duris, sed flexilibus per interualla foliola numerosa promēs, Hyperici, nigriora, minora, abundeq; luteorum florum suauè olentium Pisi, post quos falcata effigie, siliquas Iunio & Iulio maturat, seminis atri lucidi plenas, Lenticulæ similes, quo vomitum, non secus ac Spartio Dioscoridis, sæpius duarum viciarum decocto propinato, citra magnam contentionem mouimus. Verùm flores recens decerptos sæpissimè quàmplurimos, & per se acetariis inditos vorat Plebecula Auerniæ & Aquitaniæ, maxima copia, innocuos non modò, sed etiam admodùm gustu suaues: necquicquam vomitionis nauseæve vllius aut cōmotionis mouere solitos. Quin apud Brabantios gēmantes condiuntur sale & aceto flores, mensisque inferuntur, capparum olearumve pari commendatione: credūtur etenim non modò cordi vires, stomacho appetitum alere, sed etiam obstructiones reserare, calculum frangere. Id circo falluntur, fallunturq;, qui hosce flores vomitioni mouendæ officinis siccandos præcipiunt, rati istam genistam, esse *D*ioscoridis Ellebori subpar deiectorium Spartium. Quantumuis enim seminis incoxeris, vix aliusmodi vomitionem moueris, quàm quæ communibus emeticis Raphano, ficu vel oleo cientur: nec enim deiectione insigni, sed tantùm leuiore conatu excludant, qui hauserunt.

Vulgi GENISTELLA *infectoria, an Lutea Pli?*

VEgeto & perquàm hilari florum luteo, micantium thyrsulis crebribus editiora prata *Ang. Dieweed.*
ornat copiosissima hæc, instar Lini segetis æstiuæ: nec vspiam frequentior quàm Tau- *Bel.* Aker bien
rinis, *P*edemontanis, & Angliç occiduæ. Virgultis rectis, pedalibus & sesquipedalibus *Ger.* Ferben
densè fruticat Lynariæ folio, & flore concolori, sed Genistæ similiore, minore siliqua & se- smuck.
mine, amaricante gustu tota: Lanarum infectoribus expetita, sed vt proceritate, sic virium efficacia Sparti superatur.

Herbariorum RAPVM *Genistæ, siue Hippospartium, ἄφυλλον, floribus galeatis Tragorchidis.*

RAdicibus Genistæ & Genistellæ adnascitur quasi soboles spuria, sed specie visenda & raritate, excrementum Rapum Genistæ vocatū, non absimile ortu, concretu, incremento, caule, & effigie Hyppochistidi vel Orobanchę. Quod magnis votis & peregrinationibus Chymistæ Maio mense venantur ad vtriusq; Genistæ radices, subiectos teneriores asparagos, cum radicibus siue appendicibus à Genista auellendis alembico indūt. Indeq; igne oleum eliciūt ad calculosos perquàm celebre. Id auulsimus in Flādrię, Gallię, & Anglię locis maiore Genista scatentibus, alioqui frustrà quęsitū & diu alibi. *A*t Sabaudiæ

&

& Pedemontanis colles,paruæ Geniſtæ feraciſſimi,etiam iſtud copioſum fundunt.

SPARTIVM Dioſcorideum, Hiſpanicum & Norbonenſe, vimineum maius.

Iam adductis moxq; adducendis Spartio congeneribus plantis,nulla propius explet Dioſcoridei notionem,paucifolio frutice,ſiliqua & ſemine,quàm iſta. Quæ Hiſpanijs & Norbonenſibus,præſertim maritimis, vel nō procul à litoribus,vt in Grammuntia Sylua Monſpellij,& vicinis collibus,paſſim obuia fit. Etiam Taurino finitimis,& in Prouincia nobis viſam monuimus. Stipite eadem maiore & lignoſiore adoleſcit in Angliæ,Belgiæ, & Galliæ hortis,ramorum propagine arboreſcens, virgas multas fundentes,rectas,glabras,iūceas,nec ſtriatas,vt Geniſtæ,ſed vimineas,flexiles,& ſequaces: quibus foliola inſunt adeò exilia, vt iam marcida facta in ſuis natalitijs æſtuoſis, nulla prorſum extitiſſe videantur,maxima anni vertentis parte: Quod illic obſeruauimus vſu venire *Sferro Canallo* dictæ folijs,& ei nouæ plantæ, quam Iuncum aſperorum eliuorum vocat illic Aphyllon Scola Mõſpelliaca. Quò factum,vt Dioſcoridi tantilla res aut non fuerit curæ,aut non animaduerſa. Siliqua,ſemē,& flores,prorſum ſunt Geniſtæ,ſed maiora,& efficatiora: cuiuſ modi vult Dioſcorides & Meſuæ,qui à duabus ad 5. drach. florū,dandas vomituris impe rat: ſeminis verò,à duabus ad quatuor. Quum tamē Geniſtæ vulgaris flores plenos diſcos multi in acetarijs ex multo oleo vorent,nec quicquam nauſe ēt: & ſeminis tripla aut qua drupla doſi,opus ſit vomituro etiam puero. Vnde liquet nō Geniſtæ,ſed huius ſemina & flores in officinis habenda,vtpōte legitimi Sparthi,cuius ne pictam quidem effigiem,nedum viuam ſtirpem,videtur intuitus Commentator inſulſus balbutor , quem miſeræ ſi puduit recantationis,cur non piguit etiam calumniæ Meſuę iniuſtæ,qui Lentis ſemē dixerit eſſe Geniſtę , ſequutus Dioſcoridem. Hunc tamen ſe nunc poſtremò antequam ſua alia agnoſceret errata,ſibi ſedulò perlectum profitetur iſte Senenſis,qui vitio præ ambitionis caligans, non reſpexit ad Viciæ, Erui, & Geniſtæ ſemina,lippis & tonſoribus nota.

SPARTIVM vulgo Elpho Hiſpanica Iuncea,nautica,vulgi Funiſpartion, an Linoſpartion Antiquorum?

Litoribus Mediterranei maris vtriſque Africæ & Hiſpanicæ hæc non minus frequens quā nota,ac ingenti copia deuehi ſolita Antuerpiam,Maſſileā,Genuamq;, ad corbes, ſtragula,atq; triremium nauiumq; rudentes peraccōmoda. Virgultis iunceis,gracilioribus,durioribus,glabris,ex viridi pullis,multis,rectis,flexilitate Lini duriore,radice ſimplici,exili,exit: ſemen & flores eiuſdē Antuerpiæ ſatæ in viridario optimi Pharmacopœi Gulielmi Drieſch non meminimus: certum tamen habemus,nōnulla,ſed tantilla habu iſſe foliola,delicatiora,vt tota planta fuerit iuncea,cubitalis,& fermè textrinæ apta ſportularum, quas adhuc vocant *Sportels*,nempe ab Spartio dictas , quò minus dubitamus eſſe ſpeciem veri Sparti.


GENISTELLA Graminea Montana.



Spartea & hęc herbula eſt,& paucis duntaxat montium celſiorum conuallibus aridis obuia, vt Calcari montis Norbonenſis,propter Cœnobium: in Germanię etiam arduis multò longiore ſpargens culmos vtplu rimum ſeſquipalmares, graciles, ſpartos, enodes quibus ſummis ſingulis ſpica mollicella,tomētoſa,Lagopij quadantenus,ſed minor flauer: aliquot fibrillis radicatur: indidem erumpentibus gracilibus foliolis,palmum altis & ſeſquipalmū articulatim veluti geniculatis, per ſpati-

ſpatiola & commiſſuras inſecti, ea videre eſt vireutia et iamnum Londini.

SPARTIVM aphyllon fruticoſum, Iunceis aculeis, lanatis capitulis.



ET inuenta minus frequẽs hic aſperioribus præruptiſque decliuibus Alpium Magdalenę in Galloprouincia fruticellus, latiuſculè in latera, aliquot ſparteos ſtriatos, ex pullo buxeos è radice Tragacanthæ prolixiore, lignoſos, & ſeſquipedales ſurculos ſpargit; nullis foliis, ſed multis ſenticoſis, rigidis ſtilis pungẽtibus, iunceis, aduncis in ſummo tantùm: quibus ſingulis aduoluũtur faſtigiola, tomentaceæue gemmulę Vitis, minores, ſed concolores, partim longiuſculæ & incuruæ, partim breuiuſculæ: nullum ſolium, florémve vidimus; guſtus perparum amaricantis, exſiccantis, aſtringentis.

GENISTELLA aculeata.

EX VCTI colles, ſqualidáque Angliæ & Belgiæ ericeta hanc plantam abundè dant: E radice exigua, virgas graciles, rectas, complures, ſpinulis infeſtas ſubmittentem; quibus foliola Thymi vel Ericæ, flores luteo pallentes, Geniſtæ minores: etiamque breuiore rotundioréque ſiliqua, & ſemine Erui ſubruffo: Hac penè carere videtur adhuc Italia & Norbona. Et hortis negligitur.

GENISTA, SPARTIVM ſpinoſum maius.
Belgis. Gaſpeldoren. *Ang. Brike Browme.*

PRORSVM cognata Geniſtæ hæc, ſed admodùm aſpectu horrida, ſentibus præduris, innumeris, cancellatim armata, ſemper virẽtibus, ſtriatis, lignoſis virgultis, ſparteis, ſpinis penè folia occulentibus. Quare Doctiorum nonnullis placuit Nepam eſſe aut Scorpion: ſed obſtant ſiliquæ geniſtæ aliquantùm breuiores, & flores non abſimiles, concolores, & eiuſdẽ ſaporis, qui particulatim emicant aurei tota æſtate, etiámque hyeme in Anglia, vbi frequentiſsima in ſterilibus & ericetis, in Prouincia item Norbonenſi penè par proceritate. Sed Monſpellii ad Lanum, in ſaxoſis collibus triplò minor, rigidior, & ſqualidior eſt, adeò vt parum Geniſtam repręſentet, foliis ternis Rutæ. Illic Spalathum vulgo opinabantur & vocabant plerique omnes, tametſi inodora & funis inſtar pertinax frangendo ſit: floribus quidam lubentes ad icterum viridem vtuntur, & toto cremio calfaciunt furnos.

Monſpellienſi; & Anguic. Aſpalathus ſecundus.

Spina ACATIÆ Dioſcorid. prima, frutex arboreſcens, leguminoſus Lentiſcifolius, Siliqua torulis Lupini effigie diſtinctis, plurimum bigrana, aut trigrana, cuius GVMMI ARABICVM.

FRVTICI huic arboreſcenti Ægyptiæ nomẽ Græcum additũ ab ἀκάζω verbo, id eſt, acuo, vnde Acatia, quaſi acuta. Septimus iam agitur annus cùm huius Venetos, Patauinos, noſq; certiores fecit Medicus & peritus Pharmacopœus Sequinus Martinellus, miſsis è Syria ſiliquarum ſaccis plenis Alberto Martinello frati ſuo, perquàm ſedulo & erudito Pharmacopœo, ad Angeli ſymbolum: ex quo ſemine in horto Patauino aliiſque quàmplurimis Venetorum locis ſato, orta eſt iſta Acatia, cuius ſiliqua penes nos eſt, accepitq; noſter Morganus plantam nuper ex maris Occidui Inſulis Peruuianis, ne quis putet peculiarem Ægypto aut Arabię. In neruulis prælongis foliola ſunt Scorpioidis leguminoſæ, aut SferroCauallo, in toto virgulto gracili, aliquot rigidis ſpinis in ſurculis exertis. Seminis tota ſiliqua non maior vno alterôve Lupino ſimul iunctis, ſed ſuis alueolis diſtincta. Quare ridiculam nobis

SPINA ARAbica Æginetæ.

SPINA ARAbica Dioſcor. id Caranis.

dedit Acatiam Senenſis,cui ſi ſpinas demas,arborem Iudę iudices, & meritò ſuſpicere ſpinas non naturę,ſed pictoris aut Cômentatoris commentum fuiſſe: nec huius ſiliquæ,ſiue Lobi ſunt Lupini ſimiles, ſed Geniſtæ duplò latiores, vt Senæ compreſſæ. Et Plinio cuiuſlibet Acatiæ ſemen lenticulæ eſt,equidem minore grano & folliculo. Quamobrem noſtra hęc propior, illa verò Cercecis arbor erit,quam ille, nec cogitans relatu Oratoris exquiſitius delineat.

ACATIA ALTERA Dioſco. notior Europæa, folio Cytiſi facie & ſiliquis Geniſtæ ſparti ſpinoſi.

CONFIRMAT etiam ſuperiorem ſpinam Acatiam altera hæc quam illi aſsimilat Dioſcori. foliis Rutæ aut Cytiſi ternis: ſiliqua Geniſtellæ,aut vulgaris Glycyrrhizę nouaculam effigiat dorſo obtuſiore,& altero latere,quaſi acie acutiore,tria aut quatuor Geniſtellę etiam ſemina dura claudit: quæ nondum matura flauent,poſtea nigricant, ſimiliter Spartio effigie & parilitate magnæ ſpinoſæ Geniſtæ,non arboris, vbi quidã deceperunt Mathiolũ, qui æquè incertus vt in ſuperiore, illam quam candidus ſcriptor Anguillara dat, & tamen fidem illi abnegat, eandem ipſe ridiculè aſſerit. Quippe altera Dioſcori. ſpecie,vniuerſum Tirrhenum,Liguſticum, atque mediterraneum littus ſcatet, vti pleraque Italiæ loca.

FRAXINELLA, ſiue Dictamnus Albus Officinarum an ſit τράγιον. Dioſco. Lentiſci facie.

HIRCINVM odorúmve putorem monet Tragii huius appellatio: Quare docti quidam Barbari,qui huius delineationem,natales,& vires compares Dictamo Cretenſi, præſertim ad euellenda ſpicula capris infixa,legiſſent,eidemque noſtrã fraxinellam contuliſſent, putarunt eam Dictamnum album eſſe vocandam: recentiorum autem quidam exercitatiores,Tragium iſtud Lentiſci facie à Dioſcoride deſcriptũ,huic planè quadrare aſſeuerarunt. Quippe ſcapos edit plures,ſeſquicubitales & bicubitales,ramulis & foliis Lentiſci Glycyrrhizæ aut Fraxini, vnde Fraxinellã herbarii vocãt: flores Iunio & Iulio admodùm ſpecioſos & numeroſos promit, Thyrſum ſeſquipalmi, lõgioremve obſidẽtes, Aſphodeli quadãtenus ſimilitudine,ſed ex cãdore purpurantes,è quorũ medio ſtaminula quędã pendula porriguntur: radices albidę,multiplices,mutuo amplexu hęrẽtes,minimum digitũ craſſæ; quas eruebamus turgidas & fœtentes, ſucco luteo,viſcido,digitis pertinacius hęrẽte: quod Gũmi videntur ſuggere,aut ſectari muſcæ luridę,cluniúmque & alarum virore conſpicuę,cuiuſmodi ferè cantharides in Fraxino,vt nos ſtudioſè obſeruabamus,in quodam pago trans Rhenum,altero à Baſilea fere miliari,prope rupes quaſdam apricas, vbi maxima copia ſponte fruticabat. Semina penè Lentiſcinis paria, nigra,lurida, in folliculis Helleboraſtri aut Napelli. Quamobrem non peſsimè videntur arbitrati eſſe Tragium: Nam quòd obiiciunt de Creta Inſula, cuius vnius hæc ſit alumna,non officit aſſertioni noſtræ: cùm multæ hodie in noſtris tractibus: & plurimæ ex inſulis, nõ aliis admodùm,& fortè nũquam priſcæ gẽti notis,afferãtur æquè raræ,& eædem etiam metipſæ,quæ ſolius Cretæ putabãtur indigenæ. Ceterùm, μικρότερα πάντα, id eſt, minora cuncta, ſanè potius intelligendum de vniuerſa Fraxinella, quàm de eius foliis,quæ minora ſunt,cóque à Plinio Terebintho ſcitè collata: ne nunc ad toties iteratam literulæ in μάκρον & μίκρον voce,commutationem prouocemus, vt triuiali argumento Senenſis,ne ſit locus. Huius ad venenata non temerè vſi ſunt practici radicibus, quæ etiamnum in officinis multi commodi ſunt: foris admotæ opis epiſpaſticæ, intrò verò ſumptę,non modò venenatos ſuccos, ſed etiam putridos & fœtentem illuuiem foras exigunt, decantato Agyrtarum & quotidiano in pueris experimento, lumbricos funditus omnes interimunt.

FRVTI-

FRVTICVM, SVBFRVTICVM, CREmiorum & Arborum aduersaria, concisæque recensiones.



POsteaquã cœpta via prolixissima simul & operosissima, herbarum necessitudines & gentilitates in suas classes redegimus, ac penè iam opinionum salebras emensi, Herbariorum tenebras discussimus: reliquum est, vt quoad eius fieri poterit, fruticum, arborum, & vtriusq; ancipitis constitutionis plantarum comparationes, ad easdem Philosophiæ leges exigamus. Orsi quippe sensuum indagine à simplicioris minusq; operosæ naturæ plantis notissimis, decet nos, vti fecimus, per notas similitudinis & cognationis, ad perfectiora, quasi cõpositiora gradum facere: quibus tandem perceptis, euehamur ad ideas principiorum: vnde fontes scaturiunt certæ & solidæ cognitionis facultatum & vsus. Est enim hæc particularis plantarum enarratio, quasi quædam aurium pictura: quam nisi accuratè intuitus fueris, frustra cognitionem earum profiteris. Sed cùm herbarum, fruticum, suffruticum & arborum natura, non videatur forma generica distare à se ipsa, quando easdem plantas videas herbas primulùm, deinde in frutices, demùm in arbores abire: & è contrà, hasce in herbarũ modulũ penè desicere, nec mutata effigie totius vel partium: huic cognitioni melius consultum putauimus, si interdum nonnullos perquàm similes frutices aut arbusculas incrementi ancipitis inter herbas adduceremus, & alibi fruticãtes herbas cognatas, arborum explicationi relinqueremus. Iam verò plurimæ fruticum parti, cui maximè cũ arboribus necessitudo & similitudo est, non erit opus multa designatione, tantò minus arboribus, vt quas occursus frequens, diuturnitas, magnitudo, & omnium stirpium iam pregressarũ comparatio, cuilibet manifestas reddit.

Lentiscus.	Iasminum { vulgare, / luteum, Cæruleum.
Terebinthus { maior Latifolia Norbo. / minor Lentiscifolia.	Balsamum, Carpobalsamum, Xylobalsamum,
Rhus { Obsoniorum. / Coriariorum. / Plinij. / Plinij alterum, Cotinot Theoph. & Coccigria.	Sorbus { domestica / Syluestris } Alpina.
Pistachia.	Fraxinus.
Glans Vnguentaria.	Nux inglans.
Lilac.	Nux peregrina Indica.
Staphylodendrum Pli.	Zizipha candida Monspel. perperam Venetorum Sycomorus, an ASARADARACHI Auic?
Siliquæ, siue Carobæ.	Vaccinia rubra & nigra, an Idæa radix?
Cassia Solutiua.	Vaccinia palustra.
	Gagel Germanorum. Gold Angl.
	Chistus omnis.
	Chistus Ledi species, folio Punicæ.

LENTISCVS.

LEntorem foliorum attrectatu quilibet percipit, vnde Lentiscum dicunt, partim etiam è Græcis mutuati, qui σχῖνον quasi σχιστὸν, aut fissile vocarunt, quòd facilè & frequens finderetur in dentiscalpia, ad nitillam alboremq; dentium, vt etiamnum fit hodie. Fruticat & arborescit stolonibus & caudice concolor & similis Therebintho minori, sed botris & vtris initiò ex fuluo purpurantibus, maturescẽdo nigricantibus acinis, nitidis, Sumachij Phylereæ, & Sambuci: vtriculis folliculisúe oblongis, rotũdis, aut incuruis, teretibus, quibus insũt culices & effigies itẽ Terebinthi, adeóq; flores similes, racemosi, muscosi, quos primo vere Aprili mẽse promit, non particulatim, vt putarũt ex Arati & Ciceronis versu, *Lentiscus triplici solita grandescere fætu*, quod Theophra. meritò Scillę attribuit, hi autem vocis affinitate decepti, Lentisco. Quare non esse contemptui habendam nomenclationum perpensionem, alibi iure asseuerebamus. Sempervirẽtes autem Lẽtisci feracissima vniuersa Norbonensis ora maritima, quæ ad Taurinorum iuga, quæq; ad montes

 Pyreneos

Pyreneos protéditur. Illic namq; Lentiſci, Roſmarini & Lauendulæ virgultis ac cremijs, quàm quouis ligno magis ad calfacienda clibana vtuntur. Nec præterquam vnam norũt ſpeciem, quam *Reſtincle* vocant. Ideóq; fallitur & fallit Senenſis, quòd pumillas reſecẽs Lẽtiſcos, alias à procerioribus ſpecie facit: ſit enim tantùm reſectis cymis ad vſum, ne in arboris æmulationem aſſurgant. Et hunc errorem cumulauit inſcitia, cùm vniuerſã plãtam grauiter olere ait: at nobis aliiſq; ſtudioſis ſaltus & colles aridos Norbonæ peragrantibus, inſerta in os folia, non modo ſuauiter ſpirabant: ſed etiam, quod fortè neſcit Cõmentator, ſitim arcebant, & fauces humidas tuebantur. Itaq; nobis ſilẽtibus, qui norunt Maſtichen, & ſciunt Lentiſci ſurculos, vt Xylobalſami ſuccedaneum in Officinis vſurpari Lẽtiſciniſq; dentiſcalpijs poſt epulas dentes emundari, illius refellent & ridebunt cõmentatinẽ. Porro quomodo & quamnam ementiãtur Caphuram hodie Veneti mangones, in ſuccis Medicatis docent.

TEREBINTHVS *Lentiſcifolia minor.* TEREBINT. *maior Piſtachiæ folio.*



Terebinthi latifoliæ ſpecies.

Volucellæ ſiue Culices è folliculo.

Folium Terebinthi minoris.

COccinæ racemorum bacculæ aut acini rubelli ſimiles & concolores quadantenus Ciceri, nomen Terebintho potuerunt feciſſe: nam ἐρέβινθος Græce Cicer eſt. Huius autem ſempervirentis & perpetuifoliæ, nullus collis aut deuexus paulò apricior Norbonæ aut Galloprouinciæ non feraciſſimus: vbi duas folio renus diſcernendas meminimus. Frequentior quippe eſt anguſtiore Lentiſci poſitu (non Fraxini vt Senenſis) colore & habitu, folio duplò maiore.

Alteri autem folia multò latiora, rotũdiora, vicina Lauro & Piſtachiæ, adeò vt eminus intuentem fallat. Vuæ vtriuſq; ædem, acinulis quàm Lentiſci maioribus, coccineis, purpurantibus: demùm ex viridi in cærulenm matureſcentibus, non per initia (vt putauit radiatus Apollo) flore Lẽtiſci aut Sumachi racemoſi: folliculi cartilaginei, teretes, aut conici, anguloſi, vel ſphærici: vnde culices è fuliginoſo excremento euolant, ſucco ſalinari ad Balſama laudato, effluente. Vbi lætiores, & adultiores ſunt arboream proceritatem affectant: & ferro vulnuſculis factis in Valena Sylua Monſpellienſium, ſæpius nobis non paucam Terebinthinam extillarunt lucidam.

RHVS *Obſoniorum & Coriariorum quid.*

COlor item coccineus flãmeúſve acinulorũ in racemulis nomen huic fecerunt: ῥοῦς autem ἐρυθρὸν interpretantur vnde Ruſſus vox Latina, & *roux* vulgo Gallorum, Aciduli antem racemi olim, & etiamnum hodie ad condimenta, multus in culinis vſus: eoq; culinarius ſiue obſonarius vocabatur. Cortex autem & folia alutarijs ad pelles dẽſandas cõquiſitus, vnde Coriarius dictus. Quare non ſunt vt falſò produnt duarum plantarum, ſed vnius arbuſculæ partes: hanc multò proceriorem quàm Dioſcoridis ſit, penè Sambuci maioris magnitudine, ferunt Monſpellio & Caſtronouo contermina Olíueta quædam glareoſa & macilentiora. Sorbo vulgari adeò ſimilia ſunt folio ſuperficie & poſitu, vt vix ſit internoſcere, niſi attentius perpendenti. Locis Galloprouinciæ aridioribus & ruderoſis, deſitis incultis pumilla, & quanta qualiſque apud Dioſc. deſcripta bicubitalis arbuſcula, viſitur.

RHVS

RHVS Plinii Myrtifolia Monſpellienſium.



EODEM ex vſu ad coria firmanda, nō de ſemine, duo frutices apud Plinium Rhus dicuntur: horum notiſsimus & vſitatiſsimus cunctæ Norbonę, pręſertim Monſpellienſibus, apud quos vbei è ad Lani amnis crepidines fruticat, virgultis ramuliſque quadratis, frequentibus, viridātibus, folio Ruſci, *Myrti*, aut Iuiubæ. Seminula intra anguloſam tuniceam thecā incluſa ſunt cochleata, Calimodo multo minora.

COCCIGRIA Theoph. Cotinus Pli: & Theoph. Rhus alterum.



Κότινοι ſunt cirreíve flocci, quales in galeis, aut galligallinacei vertice viſuntur, qua de ſimilitudine floris, dictus fuit hic frutex, qui è ſummis virgultis, quinûm cubitorum altis, pulcherrimum lanitiū tollit, Sericeo vellere & contextu calamiſtratum. Quod criſpatur & explicatur in latam cæſariem, crinibus puniceis, fuſcis, tortilibus, ſemine Lētis minore, ex nigro ruffeſcente; caudice & virgultis fuſcis, vimineis: foliis circinatis, denſis, rigidis, Caſparis, Piſtachiam aut Terebinthum redolentibns, & concoloribus. Auraico agro quatuor miliaribus Auinione, qua Inſulas & Aqu aſſextias itur, magnus prouentus eſt: Vidimus etiā in agro Veroēnſi, Venetiis, ex locis Hiſtrię alpinis. Quò magis miramur, tantę venuſtatis ſtirpem frequēti vſu & mercatu ad coria curanda expetitā, indictam fuiſſe Cōmentatori.

Terebinthus Indica Theop. eſt Piſtachia Dioſ.



Anuculis Piceæ ſtrobilos imitantibus πιςακιαι dictæ, Hodie ſunt Officinis notiſsimæ, & edi ſolitę: non ſecus atq; Pineæ veſcæ ſunt: porraceo colore intus, mēbranula extima & cortice amictę Auellanæ: Arborem qualē in hortis Italicis vidimus, etiamque in horto Graii ſeduli Pharmacopœi & ſtirpium percupidi, ad Londini mœnia, prorſum dicas Terebinthum, ramorum & foliorum ortu, habitu, magnitudine: flores item racemoſos purpurantes Terebinthi edunt in Italia, & Galloprouincia, vbi ſeruntur, ſed maturitatem non aſſequuntur.

PERQVAM vtilem arborem istam Ægyptiis Arabibusque debemus, à quibus, aut ab illa odorata, est nomenclatio profecta. nisi sit κασυς Græcè, quod coriaceum vocant, quasi sit coriacea ipsa siliqua insignis, quam nullus non nouit, cuiusque si semina lata, quæ intus transuersis membraneis alu colis dissepiuntur, feras, prius macerata in aqua frigida, & terræ infodias, videbis planè ortu totoq; ipso habitu Carrobiam imitari. Flores lutei sunt, Chelidonii minoris, odori, plusculi, vno exortu, senis aut septenis foliolis radiati, quales multasque perquàm raras vidit & attulit ex Insulis Americis & D. Dominici, exercitatissimę cognitionis peritissimus D. Ionnes Brion Hoppeuilleus Northmanus.

GELSEMINVM *vulgatius, flore albo.*

CONCINNIOREM quàm certiorem asciuit sibi appellationem de sententia quorundam doctorum, quibus Iasme dictum putatur, quasi viola odora, quia oleū apud Persas olim solitum esset istius floribus imbui: quod tamen grauius spirat Dioscoridi, eòque arguit non esse nostrum Gelseminum. Et violæ vox, laxior multò est, quàm vt certā quampiam plantam designare valeat, nedum hanc quam Mauritani Zambac & Gelseminum dicunt: vbiuis in hortorum angulis apricis, & pro prædiorum cauædiis surculo pangitur, adque ornamenta pergularum, industria & pedamentis erigitur ad fornices. Folia sunt in imo latiora, lateribus vtrinque reducta, acutiora supernè quàm Lentisci: flores albi vt plurimùm, Polemonii, in flexilibus prolixissimis virgultis octo & decem cubitorum, Clematidis alteræ ritu. Patauina & quædam Gallica vireta luteum habent. Sunt qui cœruleos flores fundere dicant. Luteum semen habet, Polemonii minus, rubrum, aut nigrum, ni labat memoria. *Luteum & cæruleum.*

BALSAMVM.

PVTO Dioscoridem vires melius quàm stirpem notam habuisse: de viribus namq; multa, de figura nihil. Hanc sic amici nostri oratione referunt: Humilis est frutex, aspectu deformis, cineracei coloris, flore pusilli Iasmini lutei simili, minore, perpetuis virgis, folia horna exuit Decembri, quibus nonnisi mense Maio noua sufficiuntur. Cari atq; Babilone satā vigèt. Decembri mense ramuli præsciduntur, quibus cera oblitæ appenduntur amphoræ, excipiendo aureo liquori, qui moschum sapit. Hunc nosse non difficile, sed vbi noueris longè difficilimum habere. Opera danda accuratissima, quò eius vires quàm exploratissimas habeamus, vt quando non licet illo frui, saltem bonitate proximis & simili facultate præditis vtamur. Tribus huius plantæ partibus tria succedanea est meditata posteritas; Liquoris namque loco sua Balsama vnguináque vulneraria nostri Barbari in Thesauris habuêre, quorum mirificas vires literis & experimentis proditæ sunt. Lignum verò, quod Xylobalsamum dicunt officinæ, Lentisci sunt surculi, plerumque cariosi, tamen neutiquam contemnendi, modo recentes sint, nec odorem amiserint; gratissimus namque puluis intus & foris, stomacho, propter naturæ amicum temperamentum: cuius argumentum faciunt dentiscalpia, quæ aromatica & moderata astrictione & calefactione dentes, gingiuásque perpurgant, roborant, & mulcent. Idcircoque eorū multę myriades parantur à miseris mancipiis, qui in triremibus Lygurum sub neruo vitam degunt. Pseudoxylobalsami huius magna copia pauco ære parari potest ex Italia & Gallia Norbonensi. Sic semen, id est, Carpobalsamum officinarum, cum neutiquam fructus Balsami sit, imò cuiusnam plantæ, incertum sit, rancidum, vietum, exoletū, inodorum, minimè Carpobalsami loco vsurpari debet: quin potius huius penuria, semen Terebinthii, vel Lentisci immaturi eximiæ vires, omnes Carpobalsami facultates, & dote, vt si quod aliud, explere mihi videtur. Quin Terebinthii è pullulantibus botris atque flagellis tempore verno laticem limpidissimum, odoratissimum, non parum tenacem emunximus, qui digerendo, glutinando, doloremque mulcendo, omnia quæ Opobalsamo Insunt, conferre videtur. Quod non modò doctiorum antiquorum, sed etiam Barbarorum Barbitonsorum consensus sequutus est. Nullum enim videre est ex illis vnguinibus, quod viriū præstantia nomen Balsami meruerit, cui non sit admixta Terebinthina vulgata: Quid putas futurum, si genuinum Terebinthii liquorem admiscuissent, qualem descripsimus Capite de Terebinthio? Ea de causa nullum præstantius succedaneum arbitramur, cuius omnes partes omnibus respondent

Opobalsami succedaneum. *Pseudoxylobalsamum.* *Carpobalsamum* *Terebinthi liquor.*

partibus, ligno, liquori, semini respondeant, quàm Terebinthum genuinum. Mathiolus & qui suum Garyophyllorum, nucis myristicæ, aut Cinamomi oleum, huic liquori præferunt, suauitati & sapori plus quàm optatis facultatibus deferunt. Hæc namque tametsi eximios fundant liquores: tamen nec Dioscoridi nota, nec venenis aut Theriacis comparara fuêre. Er præterquàm quòd plerumque vel fœtent vel feruent ignis empyreumate; etiamsi fint optimè parata, tamen sæpius acriora sunt quàm par sit, & intemperiem feruidam imprimere nata: Oculorum verò hebeti aciei si quis admouere ausit, ne ille hominem ex lusciosо cęcum faciet: corrugat enim pupillam, nec penetrat: sed viam sibi intercludit, & dolore vexat: Myristicum verò oleum, laxando & inquinando, nec foris vulneribus glutinandis, nec stomachi vires colligendo idoneum est, nec quidquam Balsamo simile habet.

SORBUS domestica & Sylvest. Alpina.

SORBUS hodie notissima in Gallia, Germania, & Italia, arbor magna est, foliis & facie fraxini, Sumach, aut Sycomori Venetorum: colore partim ex luteo pallescente, partim punicante, fructu rotundo, aut Pyri parui effigie, perquàm astringente: floribus albidis, racematim cohęrentibus.

Fraxinus bubula Dod. HUIC prorsum simili montibus oriunda frigidioribus, floribus iisdem, sed vmbellatim candidis. Fructu multò minore, copioso, maiore Oxyacanthæ vulgaris, concolore, acerbo gustu, auibus potius quàm homini, vbi vidimus, expetito.

FRAXINUS.

EX superioribus Sorbis facilè innotescet Fraxinus; cuius semen Officinis Lingua auis vocatur, quòd auium lingulas imitetur, gustu acre, amarum.

NUX IUGLANS.

NEc infrequens puerisque notissima Iuglans, foliis prægrandis, neruosis, Terebintho, aut Fraxino multò maioribus, Centaureo magno paribus. Cuius nuces condiuntur die vna albę, hoc modo: Teneræ nucis cortex putaménve antequàm lignescant, deglubuntur illicò cultro, testa albida & teneriuscula tenus, è vestigioque ne nigrescāt, in aquam puram proiiciuntur, & vsque dum mollescant coquuntur, Cinamomi & Garyophyllis traiectæ, saccharo in Syrupum perfectè cocto bulliunt tribus quatuórve ebullitionibus: tumque quò saccharum ebibant, tridno, aut quatriduo inibi sinuntur. Et quia Saccharum recrudescit, propter humorem quem imbiberat, illud idem saccharum per se denuò, coquitur, & sic bis térve repetitur.

NUX peregrina Indica, non biforis.

ADVEHITUR quidam fructus ex occiduis, adeò nuci Iuglandi similis, vt nondum introspectum, sępius putauerimus nucem Iuglandem esse: sed effractū, caro fuit vesca, intus albida, Castaneæ sapore, nullis distincta nucleis: putamine, & testa vtraque crassiore, quàm nucis Iuglandis. Hunc Rocellæ nobis dono dedit eruditissimus Doct. Launæus Medicus.

ZIZIPHA candida Monspel. quæ perperàm Venetorum Sycomorus, an ASARA Darachi Auicennæ?

HANC à fructus & totius arboris figura Monspellienses candidam Zizipham dixerunt, quamuis facultatibus sit prorsum absimilis, vtpote gustu admodùm ingrata, virosa, amaricante, sed Ziziphám satis referente, carne & nucleo; colore tamen buxeo, pallido. Flore stellato, Flammulæ, aut potius Circeæ concolori, folia Fraxini, Staphyllodendri, aut Sorbi, atrovirentia. Venetiis & Norbonæ frequens. Belgis colitur in hortis.

VACCINIA nigra & Rubra, an Idea Radix Myrtillus.

Non

Herbariorũ VACCINIVM *nigrũ aut Rubrũ, an Idea Radix.*

NON PERPERAM quadrat huic Idçæ plantæ vtcuis horum fruticum aſpectu Myrtum aut Ruſcum illicò referentium, vnde Pharmacopœi cum plebecula quaſi Myrtillos vocarunt & vſurparunt, aſtringunt etenim & exſiccant ambo, nonnihil refrigerando, quæ omnia appoſitè quadrant Ideæ radici, cuius fuit potiſſimum vſus, cuiq; nomen inditum à monte, quia non niſi montoſis: locis & accliuibus arduis calidarum regionum, quibus ſaltus & nemora frigidiorum plagarum reſpondent vtplurimũ. In Anglia, Belgio Gallia & Germania, Seuenæ inacceſſis Tridentiq; alpibus vtrumq; fructum eſitauimus. Sed virent initio, deinde rubent tandem nigræ baccæ ſuauiores maturitatem aſſequutæ vineo ſucco turgent, prædulci guſtu. Proxime ſolia lignoſis ſurculis crebribus ſarmentoſis multi hærent: floribus Ericæ aut Vuedonis minoribus, pallentibus. Radix lignoſa multa edit virgulta, pede altiora. Folia virent obſcurè, effigie Myrti aut Ruſci, rotundiora, molliora, ſed Hyeme decidua. *Mirtilli Offic*

VACCINIA rubra.

IIſdem natalibus Rubræ frutex lætiore & habitiore aſpectu ſemperviret: non perindè vt nigra, frequens, nec tamen nigræ diſſimilia folia, ſed paulo maiora, & ad Myrtum albam ſiue maiorem & Rhus Plinianum accedentia rotundiora. Baeculæ non minores nec diſſimiles ſed rubræ, aſtringentes magis, nec perindè ſucculentæ. Radix æque lignoſa fibris ſerpit Ericæ ritu. Flores oblongis caliculis paruulis ſubpurpureis apiculos è medio exerunt.

Paluſtria VACCINIA.

SVnt etiam parum frequentia alibi quàm in Germania & Batauiæ paludoſis & maritimis hæc Vaccinia, quæ Iohannes Cruthmanus Mechliniënſis, vocatus de Vroede, illinc Antuerpiam nobis primùm adferebat non diſſimilia colore, longiore tamen & nõnihil turbinata figura, paruã lachrymam Iob effigiante, in viticulis ſarmentoſis exilibus quamplurimis humilibus breuibus, foliolis Serpilli minoris, vel Herniariæ. Interdũ baccæ quę rubræ ſunt maculoſæ punctis viſuntur, acerbi aſtringentisq; guſtus. Hanc cur Commentator Ericam bacciferam indigitet, neq; cauſam dicit, neq; ratio ſubeſt, neq; quidquã Ericæ illi ineſt. Exilitatem quippe foliorum, eſſe vagam notam quàmplurimarum plantarum Ericæ valdè diſſimilium, & hanc refrigerare & humectare qui aiebãt Seuenſem meritò ſubſanabant: calida enim, valdeq; ſicca Erica eſt.

Gagel *Germanorum vel Gold Anglorum Myrtus Brabantia quibuſdam.*



IN Ericetis vmbroſis, nemoroſiſq; ſaltibus fruticat multis ramulis ab imò, alterno exortu ab radice lignea flexilibus, duris fuſcis Vaccinij ſuperioris. Folia punici Chamçleæ paulò latiora. Seminum crebri racemuli conferti & conflati quaſi ſpicis poſt puſillorũ, luteorum florum pallentium Lapſũ apparẽt: in quibus ſemen pingue odorũ Stæchadis citrinæ vehementius, & trifolij odorati quadãtenus ſimile. Iunio & Iulio Anglæ mulierculę vęnũ adferunt ramos florentes ad concinnãda ædiũ, conclauia & triclinia ſuaui odore quem halant flores, imbuenda. Adduntur etiã idẽ flores potioribus cõſuetis Septentrionalium, penuriam Lupulorum interdũ reſarcturi. Interdum ad hylaritatem bene potis conciliandam: ferit namque caput lætiore temulentia Gagel

ad

Glycyrrhiza siliquosa Antiochena.

VALERANDVS Donrez Pharmacopœus Lugdunensis plantarum rariorum vt quis alius studiosus & peritus,cui certò fidimus,siliquas paruas genistæ,aut acatiæ,sed minores,secundæ nobis dedit,semine exiguo Genistellæ: hanc Antiochenam à loco, Glycyrrhizam à similitudine & spinis,quibus donata erat,faciebat. Sed nihil nisi siliquas vidimus , eóque nihildum assetimus.

Arabum & Actuarii SENA *satiua & syluest.*

SERO & magno ægrotantium incommodo innotuit Græcis Sena,quam vnà & appellationem Arabibus debemus. Albasemer vocant illi,vnde detortum Sena. *Hæc* autem hodie nullum purgans frequentius,tutius,aut prętantius est. Ea herba,æstiua & parua est,vultu,leguminoso Securidacæ,Glycyrrhizæ,aut Coluteæ: In Liguriæ, Thusciæ, Romani agri & Appuliç variis locis,legitur Autūno, nec seritur ante Maiū,quia frigoris impatiens;eóq; hortis Septentrionū vix trimestre viuit,nec promit,nec maturat flores vel siliquas. Quare Officinæ potius è fundo vernaculo,nempe Orientis emporiis,petunt,plurisq; faciūt, quàm istam aut Italicam: duas enim foliorum differentias,aut varietates habent institores è diuersis plantis Senæ: probatius folium & laudatius ad purgationes (finum vocant)est oblōgius,acutius, Myrthi maioris effigie: alterum rotūdius, breuius,quod vilius habetur: quare non secus atque Myrthus maior & minor,foliis videntur hæc duo inter se distare, vt præstantius folium fit Domesticæ;alterum syluestris Senæ: duas itidem *Mesuæ* agnoscit: & ad persuadendum alterutram earum esse syluestrem,multùm spirilli pilulæúe stercoriscaprini aut ouini faciunt, quæ frequens inter Senæ Orientalis,folia,folliculos & quisquilias passim apud nos allata reperiuntur,vbi empturis prostant;seritur namque & adolescit probatior in fimeto ouillo inibi: alioquin vtrique siliqua est effigie Coluteæ, compressa,vt Arboris Iudæ,sed falculæ in modum conuexa,fusca aliquot serie digesta semina,Gygartis simillima, compressiora,claudens. Flores ex pallido lutei sunt,rubellis vestigiis venosi : graciles caules Meliloti. pedem & sesquipedem alti: ingratiuscula tota gustanti,tantillùm amara,calida & sicca: tametsi veluti fænugræco affinia,muccaginosum reddunt mandendo sputuma: folia,quibus ad purgandum consultius semper,quę flatum discutient & nonnihil lubricent, adduntur,quàm si per se, puluere infuso aut decocto,dentur: Sic enim turbarum multum ciere,& intestina,stomachúmque torquere,vel plebecula conqueritur. Eapropter qui aduersum Mesuem tuetur non esse corrigenda,imò siccitate sua atque quadam astrictione vētriculum iuuare , nescit quid commentetur: nā sic Brassicæ marinę, Thymeleæ & Chamælex siccitas,stomachum iuuaret , quem tamen lædunt illo viroso odore,& purgatrice qualitate, à qua non longè absunt folia Senæ,vt dum virent adhuc,aut macerantur,odoramur. Proinde ritè Mesuæ folliculos tutius purgare monet: nępe mēbranei sunt,minúsq; flatulēta semina,quàm folia: sed hæc plus mouent,præsertim infusa,quàm decocta; quia ebulliendo nonnihil virium absumitur & flatus dissipatur: vt vsus ipse castigare valeat illum Commētatorem,qui nihil addendum ad eius noxam corrigendam autumat. Sed hæc explicatius in remediis.

COLVTEA *Gallis*, Baguenaudrier.

PVTATVR Colutea dicta,quòd mutilati effractiue eius stipites aut virgulta(nō præscisa) intereant,vt Theoph. autor. Tanta autē inest foliorum & siliquarum parilitas Coluteæ cum Sena,vt plerique non ineruditi Senam syluestrem hanc esse vulgo persuaserint: at Colutea cùm Theophrasto arborescat,nobis autem frutescat,Rhamno penè par; nec herba vt Sena sit,iam quilibet potest à Sena eam discernere & discere: quippe folia colore, situ , magnitudine,& superficie Senæ, Hedisari, aut superioris Coluteæ Scorpioidis,paulò antè dictæ sunt,floribus item luteis,nec disparibus : Folliculi veluti membraneæ vesiculæ,teretes: quæ flatu turgent,& tactæ,strepitum edendo crepant: semine intus hærente Lētis(nō Gygarti)minore gustu,leguminoso. Augusto siliquam maturat,vbi spontaneus arbustus est, in Linguagotiæ iisdem saxosis sterilibus ad Frontignanam, quibus Chamæiridem oriri monebamus: sed ea etiam vulgatior hortis Galliç,Germaniç,Italiæ,& Angliæ: nusquam tamen arbor magna futura: eapropter apud Theophrastum satius legeretur , δένδρον μεγα μέγεθες non ευμεγεθές, nempe arbor non ita magna , siue arbuscula : quod ex consequutione

paulò pôst inferunt verba Theophrasti: σχίζεται καὶ ἀποδένδρεται id est, finditur, siue diuaricatur in ramos, et arborescit: non igitur initiò arborem esse, sed arborescere dicit, qui ortus & adolescentia planè conuenit nostrati Coluteæ.

Spartium, Genista scoparia vulgi.	*Spartion fruticosum aphyllon, iunceis aculeis lanatis*
Genistella infectoria, an Lutea Pli?	*Genistella aculeata.*
Hippospartium, vulgo Rapum Genistæ	*Genista Spartium spinosum maius*
Spartium Dioscorideum Hispanicum	*Acatia secunda.*
Spartium minus, vulgo Elpho Hispanica	*Acatia Ægyptia.*
Genistella Graminea montana.	*Fraxinella siuè Dictamnus albus Offici: an Tragium Diosc. facie & folius Lentisci?*

SPARTIVM. Genista sceparia vulgi.

VVLGATISSIMÆ notitiæ & vtilitatis Spartium vbiuis gentium fermè antiquis semper fuit, vt etiamnum est. Sic vocatum, quia vinciendo, nectendo, adeoque texendo, fili, loriue vices expleret: sonat enim Spartium funiculum vel lorulum. Genistam indidem à genuũ flexilitate deducunt nõnulli, quæ duntaxat species Sparti dici potest. Est autem hæc omnium notissima tum apud Boreos tum Meridionales, sterilibus præsertim, arenosis, montosis, frigidioribus. Vargis fruticat densè pullulãtibus, hominis proceritatẽ interdũ superantibus, rectis, gracilibus, striatis, duris, sed flexilibus per interualla foliola numerosa promẽs, Hyperici, nigriora, minora, abundeq; luteorum florum suauè olentium Pisi, post quos falcata effigie, siliquas Iunio & Iulio maturat, seminis atri lucidi plenas, Lenticulæ similes, quo vomitum, non secus ac Spartio Dioscoridis, sæpius duarum vnciarum decocto ptopinato, citra magnam contentionem mouimus. Verùm flores recens decerptos sæpissimè quàmplurimos, & per se acetariis inditos vorat Plebecula Auerniæ & Aquitaniæ, maxima copia, innocuos non modò, sed etiam admodùm gustu suaues: necquicquam vomitionis nauseæve vlliusaut cõmotionis mouere solitos. Quin apud Brabantios gẽmantes condiuntur sale & aceto flores, mensisque infetuntur, capparum olearumve pari commendatione: credũtur etenim non modò cordi vires, stomacho appetitum alere, sed etiam obstructiones reserare, calculum frangere. Id circo falluntur, falluntq;, qui hosce flores vomitioni mouendæ officinis siccandos præcipiunt, rati istam genistam, esse Dioscotidis Ellebori subpar deiectorium Spartium. Quantumuis enim seminis incoxeris, vix aliusmodi vomitionem moueris, quàm quæ communibus emeticis Raphano, ficu vel oleo cientur: nec enim deiectione insigni, sed tantùm leuiore conatu excludant, qui hauserunt.
Gall. Genest. *Ang.* Broome. *Bel.* Brome / Brem.

Vulgi GENISTELLA infectoria, an Lutea Pli?

VEgeto & perquàm hilari florum luteo, micantium thyrsulis crebribus editiora prata ornat copiosissima hæc, instar Lini segetis æstiuæ: nec vspiam frequentior quàm Taurinis, Pedemontanis, & Angliç occiduæ. Virgultis rectis, pedalibus & sesquipedalibus densè fruticat Lynariæ folio, & flore concolori, sed Genistæ similiore, minore siliqua & semine, amaricante gustu tota: Lanarum infectoribus expetita, sed vt proceritate, sic virium efficacia Sparti superatur.
Ang. Dieweed. *Bel.* Aker bren *Ger.* Leyden smuck.

Herbariorum RAPVM Genistæ, siue Hipposparium, ἄφυλλον, floribus galeatis Tragorchulis.

RAdicibus Genistæ & Genistellæ adnascitur quasi soboles spuria, sed specie visenda & raritate, excrementum Rapum Genistæ vocatũ, non absimile ortu, concretu, incremento, caule, & effigie Hyppochistidi vel Otobanchę. Quod magnis votis & peregrinationibus Chymistæ Maio mense venantur ad vtriusq; Genistæ radices, sublectos tenerio res asparagos, cum radicibus siue appendicibus à Genista auellendis alembico indũt. Indeq; igne oleum eliciũt ad calculosos perquàm celebre. Id auulsimus in Flãdriç, Galliç, & Angliç locis maiore Genista scatentibus, alioqui frustrà quęsitũ & diu alibi. At Sabaudiæ

&

& Pedemontanis colles, paruæ Genistæ feracissimi, etiam istud copiosum fundunt.

SPARTIVM Dioscorideum, Hispanicum & Norbonense, vimineum matus.

EIam adductis moxq; adducendis Spartio congeneribus plantis, nulla propius explet Dioscoridei notionem, paucifolio frutice, siliqua & semine, quàm ista. Quæ Hispanijs & Norbonensibus, præsertim maritimis, vel nõ procul à litoribus, vt in Grammuntia Sylua Monspellij, & vicinis collibus, passim obuia fit. Etiam Taurino finitimis, & in Prouincia nobis visam monuimus. Stipite eadem maiore & lignosiore adolescit in Angliæ, Belgiæ, & Galliæ hortis, ramorum propagine arborescens, virgas multas fundentes, rectas, glabras, iũceas, nec striatas, vt Genistæ, sed vimineas, flexiles, & sequaces: quibus foliola insunt adeò exilia, vt iam marcida facta in suis natalitijs æstuosis, nulla prorsum extitisse videantur, maxima anni vertentis parte: Quod illic obseruauimus vsu venire *Sferro Cauallo* dictæ folijs, & ei nouæ plantæ, quam Iuncum asperorum cliuorum vocat illic Aphyllon Scola Mõspelliaca. Quò factum, vt Dioscoridi tantilla res aut non fuerit curæ, aut non animaduersa. Siliqua, semẽ, & flores, prorsum sunt Genistæ, sed maiora, & efficatiora: cuius modi vult Dioscorides & Mesuæ, qui à duabus ad 5. drach. florũ, dandas vomituris imperat: seminis verò, à duabus ad quatuor. Quum tamẽ Genistæ vulgaris flores plenos discos multi in acerarijs ex multo oleo vorent, nec quicquam nauseẽt: & seminis tripla aut quadrupla dosi, opus sit vomituro etiam puero. Vnde liquet nõ Genistæ, sed huius semina & flores in officinis habenda, vtpóte legitimi Sparthi, cuius ne pictam quidem effigiem, nedum viuam stirpem, videtur intuitus Commentator insulsus balbutor, quem miseræ si puduit recantationis, cur non piguit etiam calumniæ Mesuę iniustæ, qui Lentis semẽ dixerit esse Genistę, sequutus Dioscoridem. Hunc tamen se nunc postremò antequam sua alia agnosceret errata, sibi sedulò perlectum profitetur iste Senensis, qui vitio præ ambitionis caligans, non respexit ad Viciæ, Erui, & Genistæ semina, lippis & tonsoribus nota.

SPARTIVM vulgo Elpho Hispanica Iuncèa, nautica, vulgi Funispartion, an Linospartion Antiquorum?

LItoribus Mediterranei maris vtrisque Africæ & Hispanicæ hæc non minus frequens quã nota, ac ingenti copia deuehi solita Antuerpiam, Massileã, Genuamq;, ad corbes, stragula, atq; triremium nauiumq; rudentes peraccómoda. Virgultis iunceis, gracilioribus, durioribus, glabris, ex viridi pullis, multis, rectis, flexilitate Lini duriore, radice simplici, exili, exit: semen & flores eiusdẽ Antuerpiæ satæ in viridario optimi Pharmacopœi Gulielmi Driesch non meminimus: certum tamen habemus, nonnulla, sed tantilla habuisse foliola, delicatiora, vt tota planta fuerit iuncea, cubitalis, & fermè textrinæ apta sportularum, quas adhuc vocant *Sportols*, nempe ab Spartio dictas, quò minus dubitamus esse speciem veri Sparti.


GENISTELLA Graminea Montana.



SPartea & hęc herbula est, & paucis duntaxat montium celsiorum conuallibus aridis obuia, vt Calcari montis Norbonensis, propter Cœnobium: in Germanię etiam arduis multò longiore spargens culmos vtplurimum sesquipalmares, graciles, spartos, enodes quibus summis singulis spica mollicella, tomẽtosa, Lagopij quadantenus, sed minor flauet: aliquot fibrillis radicatur: indidem erumpentibus gracilibus foliolis, palmum altis & sesquipalmũ articulatim veluti geniculatis, per spati-

ſpatiola & commiſſuras inſecti, ea videre eſt virentia et iamnum Londini.

SPARTIVM aphyllon fruticoſum, Iunceis aculeis, lanatis capitulis.



ETinuentu minus frequẽs hic aſperioribus prȩruptiſque decliuibus Alpium Magdalenȩ in Galloprouincia fruticellus, latiuſculè in latera, aliquot ſparteos ſtriatos, ex pullo buxeos è radice Tragacanthæ prolixiore, lignoſos, & ſeſquipedales ſurculos ſpargit; nullis foliis, ſed multis ſenticoſis, rigidis ſtilis pungẽtibus, iunceis, aduncis in ſummo tantùm: quibus ſingulis aduoluũtur faſtigiola, tomentaceæue gemmulȩ Vitis, minores, ſed concolores, partim longiuſculæ & incuruæ, partim breuiuſculæ: nullum folium, florémve vidimus; guſtus perparum amaricantis, exſiccantis, aſtringentis.

GENISTELLA aculeata.

EXVCTI colles, ſqualidáque Angliæ & Belgiæ ericeta hanc plantam abundè dant: E radice exigua, virgas graciles, rectas, complures, ſpinulis infeſtas ſubmittentem; quibus foliola Thymi vel Ericæ, flores luteo pallentes, Geniſtæ minores: etiamque breuiore rotundioréque ſiliqua, & ſemine Erui ſubruffo: Hac penè carere videtur adhuc Italia & Norbona. Et hortis negligitur.

GENISTA, SPARTIVM ſpinoſum maius.
Belgis. Gaſpeldoren. *Ang. Brike Browme.*

PRORSVM cognata Geniſtæ hæc, ſed admodùm aſpectu horrida, ſentibus prȩduris, innumeris, cancellatim armata, ſemper virẽtibus, ſtriatis; lignoſis virgultis, ſparteis, ſpinis penè folia occulentibus. Quare Doctiorum nonnullis placuit Nepam eſſe aut Scorpion: ſed obſtant ſiliquæ geniſtæ aliquantùm breuiores, & flores non abſimiles, concolores, & eiuſdẽ ſaporis, qui particulatim emicant aurei tota æſtate, etiámque hyeme in Anglia, vbi frequentiſsima in ſterilibus & ericetis, in Prouincia item Norbonenſi penè par proceritate. Sed Monſpellii ad Lanum, in ſaxoſis collibus triplò minor, rigidior, & ſqualidior eſt, adeò vt parum Geniſtam reprȩſentet, foliis ternis Rutæ. Illic Spalathum vulgò opinabantur & vocabant plerique omnes, tametſi inodora & funis inſtar pertinax frangendo ſit: floribus quidam lubentes ad icterum viridem vtuntur, & toto cremio calfaciunt furnos. *Monſpellienſi, & Anglic. Aſpalathus ſecundus.*

Spina ACATIÆ Dioſcorid. prima, frutex arboreſcens, leguminoſus Lentiſfolius, Siliqua torulis Lupini effigie diſtinctis, plurimum bigrana, aut trigrana, cuius GVMMI ARABICVM.

FRVTICI huic arboreſcenti Ægyptiæ nomẽ Græcum additũ ab ἀκάζω verbo, id eſt, acuo, vnde Acatia, quaſi acuta. Septimus iam agitur annus cùm huius Venetos, Patauinos, noſq; certiores fecit Medicus & peritus Pharmacopœus Sequinus Martinellus, miſsis è Syria ſiliquarum faccis plenis Alberto Martinello frati ſuo, perquàm ſedulo & erudito Pharmacopœo, ad Angeli ſymbolum: ex quo ſemine in horto Patauino aliiſque quàmplurimis Venetorum locis ſato, orta eſt iſta Acatia, cuius ſiliqua penes nos eſt, accepitq; noſter Morganus plantam nuper ex maris Occidui Inſulis Perunianis, ne quis putet peculiarem Ægypto aut Arabię. In neruulis prælongis foliola ſunt Scorpioidis leguminoſæ, aut SferroCauallo, in toto virgulto gracili, aliquot rigidis ſpinis in ſurculis exertis. Seminis tota ſiliqua non maior vno alteróve Lupino ſimul iunctis, ſed ſuis alueolis diſtincta. Quare ridiculam nobis *SPINA ARAbica Æginetæ. SPINA ARAbica Dioſcor. ut Caranus.*

dedit Acatiam Senensis, cui si spinas demas, arborem Iudę iudices, & meritò suspicère spinas non naturę, sed pictoris aut Cōmentatoris commentum fuisse: nec huius siliquæ, siue Lobi sunt Lupini similes, sed Genistæ duplò latiores, vt Senæ compressæ. Et Plinio cuiuslibet Acatiæ semen lenticulæ est, eqnidem minore grano & folliculo. Quamotbrem nostra hęc propior, illa verò Cerecis arbor erit, quam ille, nec cogitans relatu Oratoris exquisitius delineat.

ACATIA ALTERA Diosco. notior Europæa, folio Cytisi, facie & siliquis Genistæ sparti spinosi.

CONFIRMAT etiam superiorem spinam Acatiam altera hæc quam illi assimilat Dioscori. foliis Rutæ aut Cytisi ternis: siliqua Genistellæ, aut vulgaris Glycyrrhizę nouaculam effigiat dorso obtusiore, & altero latere, quasi acie acutiore, tria aut quatuor Genistellę etiam semina dura claudit: quæ nondum matura flauent, postea nigricant, similiter Spartio effigie & parilitate magnæ spinosæ Genistæ, non arboris, vbi quidā deceperunt Mathiolū, qui æquè incertus vt in superiore, illam quam candidus scriptor Anguillara dat, & tamen fidem illi abnegat, eandem ipse ridiculè asserit. Quippe altera Dioscori. specie, vniuersum Tirrhenum, Ligusticum, atque mediterraneum littus scatet, vti plei aque Italiæ loca.

FRAXINELLA, siue Dictamnus Albus Officinarum an sit Τράγιος, Diosco. Lentisci facie.

HIRCINVM odorúmve putotem monet Tragii huius appellatio: Quare docti quidam Barbari, qni huius delineationem, natales, & vites compares Dictamo Cretensi, præsertim ad euellenda spicula capris infixa, legissent, eidemque nostrā fraxinellam contulissent, purarunt eam Dictamnum album esse vocandam: recentiorum autem quidam exercitatiores, Tragium istud Lentisci facie à Dioscoride descriptū, huic planè quadrare asseuerarunt. Quippe scapos edit plures, sesquicubitales & bicubitales, ramulis & foliis Lentisci Glycyrrhizæ aut Fraxini, vnde Fraxinellā herbarii vocāt: flores Iunio & Iulio admodùm speciosos & numerosos promit, Thyrsum sesquipalmi, lōgiorémve obsidētes, Asphodeli quadātenus similitndine, sed ex cādote purpurantes, è quorū medio staminula quędā pendula porrigun tur: radices albidę, multiplices, mutuo amplexu hęrētes, minimum digitū crassæ; quas eruebamus turgidas & fœtentes, succo lnteo, viscido, digitis pertinacius hęrēte: quod Gūmi videntur suggere, aut sectari muscæ luridę, cluniúmque & alarnm virore conspicuę, cuiusmodi ferè cantharides in Fraxino, vt nos studiosè obseruabamus, in quodam pago trans Rhennm, altero à Basilea fere miliari, prope rupes quasdam apricas, vbi maxima copia sponte fruticabat. Semina penè Lentiscinis paria, nigra, lurida, in folliculis Helleborastri aut Napelli. Qnamobrem non pessimè videntur arbitrati esse Tragium: Nam quòd obiiciunt de Creta Insula, cuius vnius hæc sit alumna, non officit assertioni nostræ: cùm multæ hodie in nostris tractibus: & plurimæ ex insulis, nō aliis admodùm, & fortè nūquam priscæ gēti notis, afferātur æquè rare, & eædem etiam metipsæ, quæ solius Cretæ putabātur indigenæ. Ceterùm, μικρότερα πάντα, id est, minora cuncta, sanè potius intelligendum de vniuersa Fraxinella, qnām de eius foliis, quæ minora sunt, eóque à Plinio Terebintho scitè collata: ne nunc ad toties iteratam literulæ in μάκρον & μίκρον voce, commutationem pronocemus, vt triuiali argumento Senensis, ne sit locus. Huius ad venenata non temere vsi sunt practici radicibus, quæ etiamnnm in officinis multi commodi sunt: foris admotæ opis epispasticæ, intrò verò sumptę, non modò venenatos succos, sed etiam putridos & fœtentem illuuiem foras exigunt, decantato Agyrtarum & quotidiano in pueris experimento, lumbricos funditus omnes interimunt.

FRVTI-

FRVTICVM, SVBFRVTICVM, CREmiorum & Arborum aduersaria, concisæque recensiones.



POsteaquã cœpta via prolixissima simul & operosissima, *herbarum necessitudines & gentilitates in suas clases redegimus, ac penè iam opinionum salebras emensi, Herbariorum tenebras discussimus: reliquum est, vt quoad eius fieri poterit. fruticum, arborum, & vtriusq; ancipitis constitutionis plantarum comparationes, ad easdem Philosophia leges exigamus. Orsi quippe sensuum indagine à simplicioris minusq; operosæ natura plantis notissimis, decet nos, vti fecimus, per notas similitudinis & cognationis, ad perfectiora, quasi cõpositiora gradum facere: quibus tandem perceptis, euehamur ad ideas principiorum: vnde fontes scaturiunt certæ & solidæ cognitionis facultatum & vsus. Est enim hæc particularis plantarum enarratio, quasi quædam aurium pictura: quam nisi accuratè intuitus fueris, frustra cognitionem earum profiteris. Sed cùm herbarum, fruticum, suffruticum & arborum natura, non videatur forma generica distare à se ipsa, quando easdem plantas videas herbas primulùm, deinde in frutices, demùm in arbores abire: & è contrà, hasce in herbarũ modulũ penè deficere, nec mutata effigie totius vel partium: huic cognitioni melius consultum putauimus. si interdum nonnullos perquàm similes frutices aut arbusculas incrementi ancipitis inter herbas adduceremus, & alibi fruticãtes herbas cognatas, arborum explicationi relinqueremus. Iam verò plurimæ fruticum parti, cui maxima cũ arboribus necessitudo & similitudo est, non erit opus multa designatione, tantò minus arboribus, vt quas occursus frequens, diuturnitas, magnitudo, & omnium stirpium iam prægressarũ comparatio, cuilibet manifestas reddit.*

- *Lentiscus.*
- *Terebinthus* { *maior Latifolia Norbo.* / *minor Lentiscifolia.* }
- *Rhus* { *Obsoniorum.* / *Coriariorum.* / *Plinij.* / *Plinij alterum, Cotinos Theoph. & Coccigria.* }
- *Pistachia.*
- *Glans Vnguentaria.*
- *Lilac.*
- *Staphylodendrum Pli.*
- *Siliqua, siue Caroba.*
- *Cassia Solutiua.*
- *Iasminum* { *vulgare,* / *luteum, Caruleum.* }
- *Balsamum, Carpobalsamum, Xylobalsamum.*
- *Sorbus* { *domestica* / *Syluestris* } *Alpina.*
- *Fraxinus.*
- *Nux iuglans.*
- *Nux peregrina Indica.*
- *Ziziphа candida Monspel. perperam Venetorum Sycomorus, an* ASARADARACHI *Auic?*
- *Vaccinia rubra & nigra, an Idæa radix?*
- *Vaccinia palustra.*
- Gagel *Germanorum. Gold Angl.*
- *Chistus omnis.*
- *Chistus Ledi species, folio Punica.*

LENTISCVS.

LEntorem foliorum attrectatu quilibet percipit, vnde Lentiscum dicunt, partim etiam è Græcis mutuati, qui σχῖνον quasi σχίσον, aut fissile vocarunt, quòd facilè & frequens finderetur in dentiscalpia, ad nitillam alboremq; dentium, vt etiamnum fit hodie. Fruticat & arborescit stolonibus & caudice concolor & similis Therebintho minori, sed botris & vtris initiò ex fuluo purpurantibus, maturescẽdo nigricantibus acinis, nitidis, Sumachij Phylereæ, & Sambuci: vtriculis folliculisúe oblongis, rotũdis, aut incuruis, teretibus, quibus insũt culices & effigies itẽ Terebinthi, adeòq; flores similes, racemosi, muscosi, quos primo vere Aprili mẽse promit, non particulatim, vt putarũt ex Arati & Ciceronis versu, *Lentiscus triplici solita grandescere fœtu*, quod Theophra. meritò Scillę attribuit, hi autem vocis affinitate decepti, Lentisco. Quare non esse contemptui habendam nomenclationum perpensionem, alibi iure asseuerebamus. Sempervirẽtes autem Lẽtisci feracissima vniuersa Norbonensis ora maritima, quæ ad Taurinorum iuga, quæq; ad montes

Pyreneos protéditur. Illic namq; Lentisci, Rosmarini & Lauendulæ virgultis ac cremijs, quàm quouis ligno magis ad calfacienda clibana vtuntur. Nec præterquam vnam norût speciem, quam *Restincle* vocant. Ideóq; fallitur & fallit Senensis, quòd pumillas reseces Lẽtiscos, alias à procerioribus specie facit: sit enim tantùm resectis cymis ad vsum, ne in arboris æmulationem assurgant. Et hunc errorem cumulauit inscitia, cùm vniuersã plãtam grauiter olere ait: at nobis alijsq; studiosis saltus & colles aridos Norbonæ peragrantibus, inserta in os folia, non modo suauiter spirabant: sed etiam, quod fortè nescit Cõmentator, sitim arcebant, & fauces humidas tuebantur. Itaq; nobis silẽtibus, qui norunt Mastichen, & sciunt Lentisci surculos, vt Xylobalsami succedaneum in Officinis vsurpari Lẽtisciniísq; dentiscalpijs post epulas dentes emundari, illius refellent & ridebunt cõmentatiuẽ. Porro quomodo & quamnam ementiãtur Caphuram hodie Veneti mangones, in succis Medicatis docent.

TEREBINTHVS *Lentiscifolia minor.* TEREBINT. *maior Pistachiæ folio.*



Terebinthi latifoliæ species.

COccinæ racemorum bacculæ aut acini rubelli similes & concolores quadantenus Ciceri, nomen Terebintho potuerunt fecisse: nam τερέβινθος Græce Cicer est. Huius autem sempervirentis & perpetuifoliæ, nullus collis aut deuexus paulò apricior Norbonæ aut Galloprouinciæ non feracissimus: vbi duas folio tenus discernendas meminimus. Frequentior quippe est angustiore Lentisci positu (non Fraxini vt Senensis) colore & habitu, folio duplò maiore.

Volucellæ siue Culices è folliculo.

Alteri autem folia multò latiora, rotũdiora, vicina Lauro & Pistachiæ, adeò vt eminus intuentem fallat. Vuæ vtriúsq; ædem, acinulis quàm Lentisci maioribus, coccineis, purpurantibus: demùm ex viridi in cæruleum maturescentibus, non per initia (vt putauit radiatus Apollo) flore Lẽtisci aut Sumachi racemosi: folliculi cartilaginei, teretes, aut conici, angulosi, vel sphærici: vnde culices è fuliginoso excremento euolant, succo salinari ad Balsama laudato, effluente. Vbi lætiores, & adultiores sunt arboream proceritatem affectant: & ferro vulnusculis factis in Valena Sylua Monspelliensium, sæpius nobis non paucam Terebinthinam exstillarunt lucidam.

Folium Terebinthi minoris.

RHVS *Obsoniorum & Coriariorum quid.*

COlor item coccineus flãmeúsve acinulorũ in racemulis nomen huic fecerunt: ῥοῦς autem ἐρυθρὸς interpretantur vnde Russus vox Latina, & *roux* vulgo Gallorum. Aciduli autem racemi olim, & etiamnum hodie ad condimenta, multus in culinis vsus: eoq; culinarius siue obsonarius vocabatur. Cortex autem & folia alutarijs ad pelles defendas cõquisitus, vnde Coriarius dictus. Quare non sunt vt falsò produnt duarum plantarum, sed vnius arbusculæ partes: hanc multò prociorem quàm Dioscoridis sit, penè Sambuci maioris magnitudine, ferunt Monspellio & Castronouo contermina Oliueta quædam glareosa & macilentiora. Sorbo vulgari adeò similia sunt folio superficie & positu, vt vix sit internoscere, nisi attentius perpendenti. Locis Galloprouinciæ aridioribus & ruderosis, desitis incultis pumilla, & quanta qualisque apud Diosc. descripta bicubitalis arbuscula, visitur.

RHUS Plinii Myrtifolia Monſpellienſium.



EODEM ex vſu ad coria firmanda, nō de ſemine, duo frutices apud Plinium Rhus dicuntur: horum notiſsimus & vſitatiſsimus cunctæ Norbonę, præſertim Monſpellienſibus, apud quos vberè ad Lani amnis crepidines fruticat, virgultis ramuliſque quadratis, frequentibus, viridātibus, folio Ruſci, *Myrti*, aut Iuiubæ. Seminula intra anguloſam tuniceam thecā incluſa ſunt cochleata, Calimodo multo minora.

COCCIGRIA Theoph. Cotinus Pli: & Theoph. Rhus alterum.



Κότινοι ſunt cirreíve flocci, quales in galeis, aut galligallinacei vertice viſuntur, qua de ſimilitudine floris, dictus fuit hic frutex, qui è ſummis virgultis, quinûm cubitorum altis, pulcherrimum lanitiū tollit, Sericeo vellere & contextu calamiſtratum. Quod criſpatur & explicatur in latam cæſariem, crinibus puniceis, fuſcis, tortilibus, ſemine Lētis minore, ex nigro ruffeſcente; caudice & virgultis fuſcis, vimineis: folijs circinatis, denſis, rigidis, Capparis, Piſtachiam aut Terebinthum redolentibus, & concoloribus. Auraico agro quatuor milliaribus Auinione, qua Inſulas & Aquas ſextias itur, magnus prouentus eſt: Vidimus etiā in agro Veroēnſi, Venetiis, ex locis Hiſtrię alpinis. Quò magis miramur, tantę venuſtatis ſtirpem frequēti vſu & mercatu ad coria curanda expetitā, indictam fuiſſe Cōmentatori.

Terebinthus Indica Theop. eſt Piſtachia Dioſ.



Anuculis Piceæ ſtrobilos imitantibus πιςακιαι dictæ, hodie ſunt Officinis notiſsimæ, & edi ſolitę: non ſecus atq; Pineæ veſcæ ſunt: porraceo colore intus, mēbranula extima & cortice amictę Auellanæ: Arborem qualē in hortis Italicis vidimus, etiamque in horto Graii ſeduli Pharmacopœi & ſtirpium percupidi, ad Londini mœnia, prorſum dicas Terebinthum, ramorum & foliorum ortu, habitu, magnitudine: flores item racemoſos purpurantes Terebinthi edunt in Italia, & Galloprouincia, vbi ſeruntur, ſed maturitatem non aſſequuntur.

PERQVAM vtilem arborem istam Ægyptiis Arabibusque debemus, à quibus, aut ab illa odorata, est nomenclatio profecta. nisi sit κασυς Græcè, qnod coriaceum vocant, quasi sit coriacea ipsa siliqua insignis, quam nullus non nouit, cuiusque si semina lata, quæ intus transuersis membraneis alueolis disseptiuntur, feras, prius macerata in aqua frigida, & terræ infodias, videbis planè ortu totoq; ipso habitu Carrobiam imitari. Flores lutei sunt, Chelidonii minoris, odori, plusculi, vno exortu, senis aut septenis foliolis radiati, quales multasque perquàm raras vidit & attulit ex Insulis Americis & D. Dominici, exercitatissimę cognitionis peritissimus D. Ionnes Brion Hoppeuilleus Northmanus.

GELSEMINVM vulgatius, flore albo.

CONCINNIOREM quàm certiorem asciuit sibi appellationem de sententia quorundam doctorum, quibus Iasme dictum putatur, quasi viola odora, quia oleū apud Persas olim solitum esset istins floribus imbui: quod tamen grauius spirat Dioscoridi, eòque arguit non esse nostrum Gelseminum. Et violæ vox, laxior multò est, quàm vt certā quampiam plantam designare valeat, nedum hanc quam Mauritani Zambac & Gelseminum dicunt: vbiuis in hortorum angulis apricis, & pro prædiorum cauædiis surculo pangitut, adque ornamenta pergularum, industria & pedamentis erigitur ad fornices. Folia sunt in imo latiora, lateribus vtrinque reducta, acutiora supernè quàm Lentisci: flores albi vt plurimùm, Polemonii, in flexilibus prolixissimis virgultis octo & decem cubitorum, Clematidis alteræ ritu. Patauina & quædam Gallica vireta luteum habent. Sunt qui cœruleos flores fundere dicant. Luteum semen habet, Polemonii minus, rubrum, aut nigrum, ni labat memoria. *Luteum & cæruleum.*

BALSAMVM.

PVTO Dioscoridem vires melius quàm stirpem notam habuisse: de viribus namq; multa, de figura nihil. Hanc sic amici nostri oratione referunt: Humilis est frutex, aspectu deformis, cineracei coloris, flore pusilli Iasmini lutei simili, minore, perpetuis virgis, folia horna exuit Decembri, quibus nonnisi mense Maio noua sufficiuntur. Cari atq; Babilone satā vigèt. Decembri mense ramuli præsciduntur, quibus ceta oblitæ appenduntur amphoræ, excipiendo aureo liquori, qui moschum sapit. Hunc nosse non difficile, sed vbi noueris longè difficilimum habere. Opera danda accuratissima, quò eius vires quàm exploratissimas habeamus, vt quando non licet illo frui, saltem bonitate proximis & simili facultate præditis vtamur. Tribus huius plantæ partibus tria succedanea est meditata posteritas; Liquoris namque loco sua Balsama vnguináque vulneraria nostri Barbari in Thesauris habuêre, quorum mirificas vires literis & experimentis proditæ sunt. Lignum verò, quod Xylobalsamum dicunt officinæ, Lentisci sunt surculi, plerumque cariosi, tamen neutiquam contemnendi, modo recentes sint, nec odorem amiserint; gratissimus namque puluis intus & foris, stomacho, propter naturæ amicum temperamentum: cuius argumentum faciunt dentiscalpia, quæ aromatica & moderata astrictione & calefactione dentes, gingiuásque perpurgant, roborant, & mulcent. Idcircoque eorū multę myriades parantur à miseris mancipiis, qui in triremibus Lygurum sub netuo vitam degunt. Pseudoxylobalsami huius magna copia pauco ære parari potest ex Italia & Gallia Norbonensi. Sic semen, id est, Carpobalsamum officinarum, cum neutiquam fructus Balsami sit, imò cuiusnam plantæ, incertum sit, rancidum, vietum, exoletū, inodorum, minimè Carpobalsami loco vsurpari debet: quin potius huius penuria, semen Terebinthii, vel Lentisci immaturi eximiæ vires, omnes Carpobalsami facultates, & dote, vt si quod aliud, explere mihi videtur. Quin Terebinthii è pullulantibus botris atque flagellis tempore verno laticem limpidissimum, odoratissimum, non parum tenacem emunximus, qui digerendo, glutinando, doloremque mulcendo, omnia quæ Opobalsamo insunt, conferre videtur. Quod non modò doctiorum antiquorum, sed etiam Barbarorum Barbitonsorum consensus sequutus est. Nullum enim videre est ex illis vnguinibus, quód viriū præstantia nomen Balsami meruerit, cui non sit admixta Terebinthina vulgata. Quid putas futurum, si genuinum Terebinthii liquorem admiscuissent, qualem descripsimus Capite de Terebinthio? Ea de causa nullum præstantius succedaneum arbitramur, cuius omnes partes omnibus respondent

Opobalsami succedaneum. *Pseudoxylobalsamum.* *Carpobalsamum.* *Terebinthi liquor.*

Herbariorũ VACCINIVM nigrũ aut Rubrũ, an Idea Radix.

NON PERPERAM quadrat huic Idææ plantæ vteruis horum fruticum aſpectu Myrtum aut Ruſcum illicò referentium, vnde Pharmacopœi cum plebecula quaſi Myrtillos vocarunt & vſurparunt, aſtringunt etenim & exſiccant ambo, nonnihil refrigetando, quæ omnia appoſitè quadrant Ideæ radici, cuius fuit potiſſimum vſus, cuiq; nomen inditum à monte, quia non niſi montoſis: locis & acchuibus arduis calidarum regionum, quibus ſaltus & nemora frigidiorum plagarum reſpondent vtplurimũ. In Anglia, Belgio Gallia & Germania, Seuenæ inacceſſis Tridentiq; alpibus vtrumq; fructum eſitauimus. Sed virent initio, deinde rubent tandem nigræ baccæ ſuauiores maturitatem aſſequutæ vineo ſucco turgent, prædulci guſtu. Proxime folia lignoſis ſurculis crebribus ſarmentoſis multi hærent: floribus Ericæ aut Vuedonis minoribus, pallentibus. Radix lignoſa multa edit virgulta, pede altiora. Folia virent obſcurè, effigie Myrti aut Ruſci, rotundiora, molliora, ſed Hyeme decidua. *Mirtilli Offic*

VACCINIA rubra.

IIſdem natalibus Rubræ frutex lætiore & habitiore aſpectu ſempervitet: non perindè vt nigra, frequens, nec tamen nigræ diſſimilia folia, ſed paulo maiora, & ad Myrtum albam ſiue maiorem & Rhus Plinianum accedentia rotundiora. Bacculæ non minores nec diſſimiles ſed rubræ, aſtringentes magis, nec perindè ſucculentæ. Radix æque lignoſa fibris ſerpit Ericæ ritu, Flores oblongis caliculis paruulis ſubpurpureis apiculos è mediu exerunt.

Paluſtria VACCINIA.

SVnt etiam parum frequentia alibi quàm in Germania & Batauiæ paludoſis & maritimis hæc Vaccinia, quæ Iohannes Cruthmanus Mechlinienſis, vocatus de Vroede, illinc Antuerpiam nobis primùm adferebat non diſſimilia colore, longiore tamen & nònihil turbinata figura, paruã lachrymam Iob effigiante, in viticulis ſarmentoſis exilibus quamplurimis humilibus breuibus, foliolis Serpilli minoris, vel Herniariæ. Interdũ baccæ quę rubræ ſunt maculoſæ punctis viſuntur, acerbi aſtringentiſq; guſtus. Hanc cur Commentator Ericam bacciferam indigitet, neq; cauſam dicit, neq; ratio ſubeſt, neq; quidquã Ericæ illi ineſt. Exilitatem quippe foliorum, eſſe vagam notam quàmplurimarum plantarum Ericæ valdè diſſimilium, & hanc refrigerare & humectare qui aiebãt Seuenſem meritò ſubſanabant: calida enim, valdeq; ſicca Erica eſt.

Gagel *Germanorum vel Gold Anglorum Myrtus Brabantia quibuſdam.*



IN Ericetis vmbroſis, nemoroſiſq; ſaltibus fruticat multis ramulis ab imò, alterno exortu ab radice lignea flexilibus, duris fuſcis Vaccinij ſuperioris. Folia punici Chamęleæ paulò latiora. Seminum crebri racemuli conferti & conflati quaſi ſpicis poſt puſillorũ, luteorum florum pallentium Lapſũ appatẽt: in quibus ſemen pingue odorũ Stæchadis citrinæ vehementius, & trifolij odorati quadãtenus ſimile. Iunio & Iulio Angiæ mulierculę vęnũ adferunt ramos florentes ad concinnãda ædiũ, conclauia & triclinia ſuaui odore quem halant flores, imbuenda. Adduntur etiã idẽ flores potioribus cõſuetis Septentrionalium, penuriam Lupulorum interdũ reſarcturi. Interdum ad hylaritatem bene potis conciliandam: ferit namque caput lætiore temulentia Gagel

ad


ad eueri ficandam animalcula, quæ eius odore fugantur sufficiuntur quædam loca & suffulciuntur summitatis vestes.

CISTVS *mas, Fœmina, & Cistus Ledon.*

VEluti hederaceus folijs circinatis atq; rotundis κίσος videtur vocatus, & quia non erāt læua, nitida, sed potius squabra & pannosa λῆδον dicta. Vniuersa plaga quæ ab Eridano amænissimo ad Rauenam, qnæq; ab Hetruria ad Massiliam, frequenti ornatur Cisto Mari vocato, Fœmina & Ledo, quę importuno penè prouentu in collibus macilētioribus, exuctis Norbonæ lasciuit. Vtrisque eadem facies, sed fœminæ rotundius folium & minus nec adeò squabrum aut lanuginosum: flos etiam roseus, sed decolor & obsoletior minore frutice tota, sesquicubitali & cubitali. Mari verò longius, maius, hirsutieq; caua pubens folium, quadantium Saluiæ, roseus Cynorhodi flos.

Ledon. Sedenim Ledon cui frequentior Hippocystis adnascitur, folia admodùm angusta, tangenti glutinosa & squabra, nigriora Rosmari culti, paulò latiora: flores candidi fœminę Cisti minores omnibus, semen in triquetro & tricocco pericarpio, pusillum Hyocyami.

CHISTVS LEDON *latifolium.*



PRæter hasce tres semper virentes, rarior species, est quædam Ladanifera, virgis surculis. folijs multo crassioribus, latioribus, longioribus: Sumachi Plinij aut Rusci modo fruticās, femineitem tricocco: multa lasciuit quopiam in mōte celsissimo agri sterilis Sauenæ, cui nomen S. Colūbæ. Alioqui gustu Cisti Ledi, & fragrantia grauiuscula.

Hanc demum monuit nos se habere florentem Coldenbergius. Semine & flore alterius Cisti.

Hyppocistus. Caudici ad radicem Ledi adnascitur Hypocistus, frequens Galloprouinciæ & Norbonæ, sobole fungosa, ex luteo in puniceum Granati bicoloris gemmante, cętero Hypo sparti & Orobanche æmula.

Myrtus maior baccis nigris, oblongis, teretibus.	*Bourgespine Monspelliensium.*
Myrtus maior baccis albis.	*Olea.*
Myrtus minor.	*Olea syl.*
Buxus.	*Salix* { *Oleafolia.* / *Latifolia.* / *Amerina.* }
Lycium siue Pixacantha Norbonensium.	*Salix humilis repens.*
Malum punicum.	*Persica malus.*
Ligustrum.	*Nux Myristica.*
Phylerea maior Oleastri facie } *Norbonensium.*	*Arbutus.*
Phylerea minor angustifolia } *Norbonensium.*	
Phylerea arbor an Macaleb Arabum?	

Laurus vulgatior duplex.
Laurus Tinus.
Arantia mala.
Limones.
Citreum malum.
Poncire, Adami poma.
Limes,
Canellæ folium.
Cinamomum. *Macer Græcorum.*

MYRTVS minor.

VOLVNT sic vocatam propter *Myrrhæ* quandam æmulam odore gratiam, qua pollent semperuirentis Myrti bacculæ. Est autem minor, Officinis notior suis baccis, adeoq; tota hortis Septentrionalium delitię & ornamentum est. Fruticat virgis tonsilibus, rectis, flexilib⁹, nigricãtibus, effigie Buxi, folio minore, sed Rusci mucronato, baccis nigris Hęderæ, vineum succum pressu remittentibus: eis post vindemias saginantur aues, tamque suaues edẽdo fiunt, vt integras, nõ exenteratas esitent, eóq; prouerbio feratur, stercus earũ pręstare carnibus, in Galloprouincia maritima, vbi ficcaneus collis nullus, cui arrideat paulò placidior aura, vbi non multa vernet hęc myrtus. *MYRTVS Maior.*

VBERIVS illic etiam fruticat hæc, propter baccas, lagenulas effigiantes, maior dicta: folia item maiora *Phylereæ* aut granati minora: floribus item albidis & superioris similibus. Alterius modi ex hortis Franciscanorum Venerorum habuimus foliis albidioribus, & fructu albo, pari, & simili, nec alioqui ita diuerso, illic alba Myrtus vocata. *Varietates.*

BVXVS.

PERPETVI folia etiam buxus, siue πύξος Græcis vocata, vt ex qua tabulæ ad scribendum fiebant, πύξια dictæ, vnde & pyxides. Nulla autem magis quàm hac gliscunt montes & colles in Delphinatu & Galloprouincia. Quibusuis etiam alsiosis ad Septentriones, cliuosis, incultis frutescit & arborescit, prædensis rigidis virgultis & ramis admodùm foliosis, graueolentia & ad myrtum similitudine cognitu facilibus; luteus siue buxeus ligni perquàm solidi color: bacculæ tripodes, coronula denticulata insigniuntur, Myrto alioqui non absimiles.

LYCIVM, siue PYXACANTHA Norbonensium.

SOLITVM fuerat aduehi Lycium ex Lycia, vnde nomen illi: verùm quid sit hodie norũt perpauci; nec tamen pigebit (quod nos vsus docuit & coniecturę adeò vero similes, vt verisimiles credamus) hic addere. Est in Prouinciæ Norbonæ plerisque locis arbuscula Oleæ syluestri similis, Arbuti magnitudine, foliis *Oleæ*, sed breuioribus, rigidioribus, rotundioribus, minoribus, caudicis foliorúmque viridi, obscuro, saturiore colore, subfulno, spinis crassis, atque rigidis, præduris. Baccæ sunt vt *Phylereæ* maioris, sed rotundiores quàm Oleæ, succo subrubro, Oleaginoso, vti *Phylereæ*: qui succus amarus, ingratissimus, accensus, cum strepitu quodam flagrat, extinctus rubet. Hanc tametsi præ se vndique ferat Lycium, tamen non auderemus asserere eandem esse: Id tamen audeo dicere, vix maiore posse vsurpari commodo Lycium, quàm istud nostrum: & posse longè propius, aptiusque subdi illi quàm Amurcã: habet namque vires digerendi, quadam cum astrictione. Quod si non sit Lycium; fuerit sanè species Oleæ syluestris, cuius Amurca omnium præstantissima, vice Lycii est; nam quò minus pinguis est & oleaginosa, eò melior: Nocet enim oculis, pręsertim olei pinguedo, vti docet ratio *Physica*. Valde putamus Senensem exercitatum apud declamationes, aut latrationes oratorias Quintiliani: nam vt illic Methrodorus vtitur imaginibus, pro locis; sic is non modò iconibus abutitur, sed etiam Anguillaræ & aliis doctioribus vera monentibus conuiciatur. *Ger.* Grenat oepffel.

MALVM PVNICVM. *Gal.* Pommes de Grenades & Mygraines.

LVBENTER coniectamur ῥόαν dictam ab acinorum colore Cytiniq; & Banlausti aspectu roseo: etiamque ad Rhus, de quo superius egimus, quadam similitudine, & vsu, in culinis, ad coria edensanda, non diuerso. Sponte arboream magnitudinem assequitur sylnestris in Italia *H*ispania & præsertim Mauritania, vnde pulcherrimæ feruntur allatæ, Punico item cognomine: Septẽtrionis cęlũ non fert, nisi ægrè & in hortis: horto Regio *Wastmestri* floret quotannis, Belgio & Francia, gigartis ipsis terræ mandatis, germinare in arbusculam vidimus, *Myrti* rotundiore fronde. Pomum vbique esitatur, anguloso acinulo, dulcis acidi, mixti vinosique saporis, deliciis & medicamentis expetenda. *Ital. Melagrano pomo Granato.*

LIGVSTRVM Dioscorid nostrãs.

DE florum speciosa fœtura Cyperus dictus Græcis videtur, κυπαρίζω enim floreo est, quò allusisse visus est *Maro* vbi *Alba Ligustra cadũt*, canit. Nulli a utem calidiorum aut frigidiorum regionum hęc hodie deest, semperuirente frõde Oleæ, atriore, latiore, molliore, hortorum septis & areis accommoda, & tonsilis: flores muscaceos, candidos, odoros, ceu vuæ oblongę rudimentum edit Aprili & Maio in lętioribus Galloprouinciæ conuallibus, aut collibus Angliæ non perinde strigosis, Septembri: racemuli Lentisci, aut montanæ Sambuci, quos Auicenna esu sanguineum lotium, aut potius colore cruentum ciere dicit: quod præstitisset quibusdã refractariis experiri, quàm istud Ligustrũ verum esse inficiari: gustu autẽ & facultate astringit. Quę tamẽ nomine Alkanæ afferuntur assulæ, vel bacilli, ex transmarinis Africę emporiis, luteo sunt intus ligno, eóq; si crinem (vt videtur Auicenna ex Dioscoride velle) ruffant, sunt sanè aut melioris notę Ligustri, aut diuersæ plantæ.

PHYLEREÆ duæ Narbonensis Galloprouinciæ.

FRONDOSAM illam ramis patulam Theoph. φυλλυρέαν, ex qua Phyllurae, siue assulę finduntur, Tiliam esse, non hanc, certum est. Sed germanitas vocis imposuit doctißimo interpreti Dioscoridis. malim tamẽ legere φιλλυρέαν, siue Oleæ amasiam istam, quam Diosrid. describit, & nos pingendam curauimus, percongruam descriptioni, & Oleæ non modò similem, sed etiam sociam, vt ab oleastris, quibuscũ frequẽs reperitur, nihil ferè discrepet.



Huius autem duo modi arborescunt in Galloprouincię viarũ marginibus & oliuetis Massiliæ vicinis: & quæ maior, rarior, persimilis pumillæ oleæ, candice ramísq; nigrioribus, longioribus quàm oleæ Agrestis, & folio magis Ligustrum accedentibus: bacculæ multę in ramis, etiam oliua agresti minores, non amaræ (vt oliuæ) sed subdulces, nucleo intus Cerasi.


PHYL. Minor. MINOR multò frequentior iisdẽ in natalibus & Mõspellii collibus glareosis: folio ęquè longo, sed angustiore duplò: duploque minor tota planta. similes acini Lentiscinis, & similiter racematim proximè hęrentes admodùm curto pediculo, quæ item maturæ subdulces sunt, aliquantùm acres, sed neutiquam ingratæ, vt sunt Oliuæ satiuæ & agrestes

Senensis

Senenſis infarcit plauſtra verboſarum autoritatum, nec tamen quam dat deſcribit.

PHYLEREA ARBOR Galloprouinciæ, verior MACALEB Serapionis.

Expreſſam de viua arbore hanc iconem, prorſum refert prior maiorque dicta *Philerea*: reperitur in Galloprouincia prope Tholonam, æquat ſcapo & ſparſis ſtellonibus Prunum aut Ceraſum, folio planè Phylereæ, aliquantum latiore: flos Ilicis muſcoſus, albidus & pluſculis vnà aceruatis baccis Terebinthi maioribus, nigricantibus, herbidis, dulciculis nucleoli intus craſſi: quales prorſus proſtant hodie in Officinis nomine Machaleb. Et certe ſi Liguſtrũ Serapionis ſit Machaleb, erit hæc illius Liguſtrum, non illa quam Matholeus dat nec deſcribit.



Deſiderantur hic multò plures congeſtæ baccula, quas pictor omiſit.

Vulgo Monſpelienſium BOVRGESPINE perpetuò virens, an APHARCA Theoph?

Frontignanæ Linguagotiæ Iliceta iſtam arbuſculam frequentem pariunt: cui facies & habitus ſuperioris Phileree, ſed Ilicis adoleſcentis folia: rigida, rotũdiora, latiore quàm Olea ambitu, tantillùm denticulis aſpero: muſcoſis, numeroſis, racemoſis, Lentiſci floſculis, ſubter folia aggeſtis: Bacculæ ſunt Lauri Tynni didimæ, bino veluti gigarto vuæ cõflatæ: ſurculis ramiſq́; magnitudo & habitudo etiam Ilicis: guſtu amaricãt folia, & tantillùm aſtringunt.



OLEA.

HElladi Atheniſque Græca accepta ferenda appellatio: ἐλλὰν enim primùm vocauit Minerua, quæ arbore Oleæ, præſtantiſſimo quàm potuit munere Atticā ditauit. Huius lucos perennes denſiſſimos & amœniſſimos alunt apricæ tepidiores conualles Hiſpaniæ, Galloprouinciæ, & Norbonæ, vbi in Monſpellij vinetis duplicem perquàm nobilem fundunt laticem: nimirum oleum, baccæ callo: & mel, ſiue Elæomeli, quod mirum dictu, ſed veriſſimum, caudice vulnerato: de quibus cum lachryma oleæ Æthiopicæ, in ſuccis dicendum. Eleonidi iam memorauimus in Manna. Baccæ caro calluſúe immaturæ vireſcit: nigricat autem nitiore cuticula maturæ: elegātiores ad Frontignanam via, ex purpureo punicant, rariores hę alibi: Fronde exit flaccidiore, latiore, & ferè Saligna, in ſolo & cœlo Septentrionali, vbi nihiloſecius perennis viroris eſt, Londini in vireto operis & ſtirpium nouitate viſendo, Cæcilij regni florentiſſimi Anglię incomparabilis tum ſapientiæ, tum eruditionis Neſtoris. Amurcæ ſiue fæcis, quæ oliuæ effractæ atq; expreſſæ fraces ſūt, efficaciam eôdem relegamus: hac autem non lubenter carerent Medici, ſi quot & quanta ad morbos quàmdifficillimos curandos præſtet remedia, ſcirent: nec enim vel Lycio vel Acciæ cedit, quin potius quibuſdam viribus excellit.

Varietates.

Amurca.

OLEA *Syluestris ſiue Oleaſter.*



QVos vnquam meminimus ſpontè arboreſcentes olearū frutices, duntaxat magnitudine & habitiore corporatura vidētur diſtare à ſatiua, quā hęc prorſū oſtendit, nō ſecus atq; Prunella Prunum ſatiuā, altera quippe in alteram, trāſmotione aut inoculatione, aut neglectu abit, rigidiuſcula enim fit Oliua, impexo atq; horridiore aſpectu: interdum ſenticoſa, quando in ſaxoſis deſitis, eius radix paſtinatione non difflatur, aut nocitura pullulatio, & ſēticoſa ad caudicem ſoboles, non interlucatur. Quare huius non effigiem, quæ alioquin eadem ſuperiori eſt, ſed vires, vtpotè in ſicciore adultæ loco, vt magis aſtringētes, terreſtres, vegetiores dicit Dioſc: folia duplò minora, Phylereę, ſed ſubtus glauca: fructus numeroſior, ſimilis & par Myrto maiori: floſculi racemoſi, candidi, odori, Lambruſcæ foliati.

SALIX.

GLISCIT OMNIBVS VDIS AQVARVM POTRIX ET AMATRIX ſalix, à ſaliendo Latinis, veluti Græcis παρὰ τὸ ἰτεα ἴτεα, quia ocyſſime quaſi ſaliendo in incrementum eat: Oleæ fronde latiore, glauca, auerſa, amara, ſupernè virente, floris

floris vice lanitium amenti sesquiunciam oblongum & teres propendet, nec seminiperda semper est, vt Homerus vult, quia alicubi semen excipitur & satum oritur.

Platiphyllos. Plerisque non adeò depresis lubentius oritur quæ vocatur Platiphyllos, ea cinerea est magis, folio latiore, iulo siue catulo hirsutiore, breuiore, Salicis amerinæ vimeneis virgis, cereę flexilitatis & coloris, aptissimis ad quasillos texendos; fronde longiore Lysimachiæ purpureæ.

SALIX *humilis, repens.*



PRÆTER vulgatas Salices est quædam humilis, serpens humi, pedem & sesquipalmum alta: foliis paruulis, Myrti minoribus; flores amento Muscoso in pubem auolante, cani. Montibus Sabaudiæ, Lugdunensibus & Veganiis multa, aspectu decora.

ἐλαίαγνος THEOPHRAS. *siue Agnus Castus.*

VELVTI Salicem frugiperdam, sic ἄγνον, siue castum hanc vocarunt: quòd vtraque, frigiditate quapiam Venereos prolificosque feminis spiritus videtur enecare, aut eneruare. Hortensis est Europæis, Italis, Gallis, & Anglis; tametsi amantior sit agri calidioris. Expandit in pediculis frondes digitatas, plurimùm foliis septem, Salignas, Lupini, aut Ricini positu: in ramulis summis Lauendulæ concolores flores, & alicubi albicantes, vt in Cœnobiis Italorum funecinctorum, qui virgarum cinctu ad Venereos frenandos insultus, quasi Amuleto, hac freti erant: tametsi semen Coriandro par, nonnullis esitatum libidinis inciet impetum, non secus atque Ruthæ semen, nonnullis adimit.

ONAGRA, siue Mulcibrata. BELLVARVM, cùm fera rabie corda tument, domitricem hanc & demultricem in Apenninis iugis & plerisq; Alpinis, ac in ipso Veronēsi Bado sciscitati sumus, num inibi vspiam comperissent: sed id responsi tulimus, nullam repertam plantam, quę quadret Onagræ, præterquam Rhododendrum, Sambucum montanam & Lautum Thynum. Se facilè dephrehensuros si ea occurrisset, ex radicis odore, foliorũ florũ luculenta magnitudine. Et certè non ea fuit negligentia Guinus eruditissimus & strenuissimus herbarum venator, vt si veram inuenisset, tam raram, tamque expetendam, non & cultu in hortis, & literis posteritati propagasset. Aiunt amici eruditiores, hanc esse Lysimachiæ speciem quandam circa Lugdunum oriundam: at ea herba, non arbor est.

PERSICA Malus. Germ. Pferſichbaum. *Bel.* Perſeboõ. *Ang. Perchetre.* VVLGARIS Persica solo mutato & venenata vi, patrio nomine notissima hodie est arbuscula, qua consita sunt pleraq; omnia Europæ vineta: fronde Salicis est, aut Persicariæ, Amygdali item flore. Poma succos oblita priores venenatos, iucundi odoris & saporis, nec insalubria sunt. Carne foris succulenta, pube albida obducta, sublutea quadã, albam pulpam habent. Lutea tota alia præstantissima: non pauca sanguineo cruore madent: omnibus Labyrinteis alueolis sculptis; amaro intus nucleo.

AMYGDALVS. Germ. Amandelbaum *Gal.* Amãdier. *Belgis.* Amandelboom. VOCANT Amychas Græcè putaminis Amygdali maturæ rimulas, hiulcásq; fissuras, quales autumno vbiq; cernere est in Galloprouincia, Delphinatu, vbi consitę sunt planities

patentissimæ Amygdalo arbore, cui facie, fronde similis, & par Persico, procetior tamen & frondosior. Ægrè floret Aquilonio cœlo; tametsi in Anglia maturat interdum nuces. Hę interdum peramaræ natura, cultu dulcescunt, esculentæq; Theop. & nostro tempore.

Moscata NVX, siue Myristica Macis Arabum & Officin.

AFFINEM fronde & fructu Persico esse arborem nucis Myristicę, quam frequentem habent insulę Orientis è Moluscis, vnà referebant, qui attulerunt easdem nuces decerptas suis manibus amici, & triplici cortice protectas, quales conditæ prostant in Officinis, & posse nostro cęlo assuescere negabant. Tota vescendo est condita: nam callosum extimum putamen est, cui proximè subest Macis Officinis notissimus; Cutaceus deinceps liber interiacet Macerem ipsum & nucem, quæ est lignosa, odora & perpinguis, dum recens est, & matura.

De Macere in Cinnamomo.

ARBVTVS, siue VNEDO d'Arboux.

FRONDES Citri & Lauri, nō tenues, vt perperam legitur apud Dioscoridē huic sunt Arbuto, quæ secus montosas & Maritimas vias Galloprouinciæ Norbonæ, æstate numerosa Fraga edit, Coccineo hilaris purpuræ aspectu micantia, & quasi superbiētia, acerosis compactis partibus, comosis intus, edendoque guttur asperantibus conflata; vnde fortè κέμαρος dicta. Berberidi concolor flos calyculis luteolis.

Galeno perperā Epimelis.

Vulgatior LAVRVS baccifera Laurier.

FATIDICÆ Lauro flauescit flos, nigrescunt baccæ maturæ: frondes autem sempiterno nitent virore; iniectę igni fragorē edūt salis strepitu, vnde Daphne quasi Duophne dicta. Sponte multa calido solo, non nisi satu in Anglia & Belgio. Alia Gigartifera surculo, non semine oritur, hyeme in Belgio emoritur, & arbusculam tantùm æquat.

Laurus humilis virgultacea, non Baccata.

Laurus regia Italorum.



Laurus TYNNVS cærula bacca.

VTRANQVE earū prorsum vultu ęmulatur Laurus Tynnus, valdequàm elegās & noua, assurgitque in arboris æmulationem. Fert Corymbaceam vmbellam multis conflatam Terebinthi seminibus, aut Gigartis vuarū similibus, sed ex argenteo in cœruleum luridis: Flore ex albo purpurascente. In Valenę nemore Norbonę plurima, & plerisque locis Ceti montis, inter Coccíferas Ilices, frequens. Premitur oleum ex bacculis, quibus valdequàm lubenter vescuntur sturiones, turmatimque ad illas conuolant.

CEDRUS *Theoph. cuius Diosc.* MEDICA MALUS, *siue Cidromela.* ARANTIA, LIMONIA, CITRIA, LIMÆ, *& Pomum* ASSYRIUM.

HAnc antiqui à solo Medo Medicum, ab odoris diuina fragrantia Cedrum & Citriū dixerūtquasi Cithyō odoramentū Diuis libandū: tametsi hęc in Africa sit syluestris, & Olbiæ Galloprouinciæ adeò familiaris in afflatu oræ maritimæ, vt sempervirentium Lucorum amœnitate & Pomorum fœtura perenni, neutiquam inquilina videatur. Si quis horum Pomorum duo summa statuat quasi fastigia Arancij & Citrij, vno intuitu cunctas varietates discernet: Nam Arantio folium non planè Lauri, sed veluti geminum, nempe vnum in petiolo quasi pinnatim inest, maiori; subest, quod nonnihil angustius supernè videtur quàm Laurinum. Ipsa autem mala Arantia etiam cortice sunt reliquis flauiore: nā ex aureo vel herbaceo Charātiæ fiunt concoloria, minus medicati saporis, succo gratiore & magis culinis familiaria, interdū dulcia, interdum acida. Cætero Citrij generi frondes sunt Arbuti aut Lauri, sed latiores, nec pinnatæ, multis itē intercursantibus secundū ramos sentibus: flores niuei Ornithogali aut Styracis, qui condiūtur & miscētur cardiacis: aut stillatitiam dant multò suauissimæ fragrantiæ. *Aqua Napha.*

Hac autem Citri tribu poma *Limonia* vocata frequentiora sunt, eoq; minoris fiūt: oblōga, succo acidiore, acerbiore, frigidiore. Cortice & carne magis esculentis, nec perinde vt Aranciorum amaris, maioris ad incidendum efficacitatis. *Limones.*

Deinde *Medicum* Diosc. malum, tres amplexum est varietates. Vulgatius est similius Limonio, oblonga oui effigie: Sed maiore, cute rugosiore, magisq; caperata, odoratius est medicatius, antidotis commendatius: Pulpa & succo in acetarijs multò gratius. *Citrum.*

Limæ autem quæ dicuntur, illis duplò ferè maiores fiūt, calloso carnoso corio, pollicem interdum crasso, oblonga Cucumeris aut Melonis effigie, superficie concolore Limonio aut Citrio: puluillis & torulis rugosis papillatim extuberante, vt Citri sapore condito, & crudo grato. *Limæ.*

Pomum *Assyrium* Adami vocatum, è latiore basi in obtusiorem conum rotundius turbinatur, vertice circulatim obtuso & quasi vmbone depresso.

CINAMOMUM & CASSIA *Græcorum* XYLOCASSIA *Offic.*

DIcta sit fortè Græcis κάσυ, quòd corticem coriaceúmve operimentum designat, cuiusmodi Cassiæ tubuli erant: istius autem Cinamomi, puta folia, corticem, & surculos, quæ vidimus, quæ partim audiuimus à peregrinatoribus, partim & legimus, testantur esse arborem assimilem Oleæ magnitudine: adeò similitudine Lauri & Arbuti, vt quidā recentiores minus consideratè hanc fecerint cum nostra Lauro eādem, sed duntaxat solo diuersā. Iam non ambigitur, an vera extet Cassia, sed disceptatur, quid ab hac Cinamomum distet. Istud autem hodiernum Cinamomnm, neq; idem Cassiæ, neq; tamen multò diuersū esse, certū est. Nam si vtriusq; ex Dioscoride notas perpendas, videbis fermè easdem esse vires, non item disparem vsum. Si recentioribus assentiaris, & exploratioribns, eiusdem arboris non ita diuersas partes esse disces. Quod etiam percipitur de Galeno & Plinio. Nam quod vterque suspicatus est, adeo verisimile est, vt verissimum videatur: nēpe, esse variæ arboris, aut eiusdē diuersas partes. Descriptioni Diosc. nō magnoperè attendendum: nam cum dicit varias species esse, intelligit gradus potius & varietates, etiam vnius speciei. Locus est Arabia, nempe Emporium, quemadmodum hodie Veneta vocatur Terebintha iris & alia multa. Planta ipsa stolones ῥαβδὶ, id est, rami, παχύφλοιος, id est, Crassi corticis : igitur non arborem, nec quidem ramum, sed potius eius corticem describit, colorisque notam apponit κοραλλίζουσα, id est, Coralli æmulam, nempe nondum perpoliti aut nitentis στενὴ, id est, angustam valde: Nam si crasso sunt cortice, tubum non valde latum relinquunt. Ideoque crassam & latam addit. Quibus è coniecturis

quid inter Cinamomum & Cassiam sit differentiæ percipi potest. Nos verò meminimus duodecim annis fermè elapsis, Cassiam ad Cinamomum veru in ptoximè accedentē uos vidisse in officina Gulielmi Dries Pharmacopœi Antuerpiensis, in hac parte valde exercitati. Erat verò multorum iudicio surculus ille Cinamomi, baccillo solido, fractu facili, Cinamomæo cortice obtecto, cui etiamdum cuticella pallo colore obducta fuit. Folium verò seu pictum, seu siccum multis in locis videre est.

XYLOCASSIA Dvm hæc meditaremur, quidā Veneti institores, qui Londini negotiantur Morgano nostro, corticem, fermè pollicem crassū, scabrum, calosum, & foris Ilici aut Oleæ concolorem, interius verò connexum mollius superficie: odore, sapore & colore quadantenus Canellæ vulgaris, quam prorsum gustando præfefert nostra: idcirco & quorundam consultiorum medicorum sententia fert esse Cassiæ arboris extimum & crassissimum corticē, vt iam vnius arboris duos cottices habuerimus, quorum hic sit crassior, alter delicatior, odoratior, multoq; ad vtendum commodior. Est hic gustu astringenti, sicco, adq; sistendū fluorem, vt putarim non parùm oportuno. Eius interior superficies videtut à caudice arboris Canellæ auulsa, odoris præsentia nares feriens, & os mansu, complens gustu Cinamomeo. Quare non modò non deest nobis Cinamomum verum, quod conqueruntur ex Galeni descriptione, sed etiam adsunt plura quàm ille memorat: nempe illud graciliore fistula, colore fusco, sapore & odore vegetissimis, quod plurimi, hodie fit Venetus, & Theriacis vt verum additur Cinamomū: deinde nostra Canella vulgatiot; postremo iste cortex iam dictus, qui neutiquam est contemnendus, oleæ caudici concolor extima superficies, quod magis fulcit coniecturam.

Cortex XYLOCASSIÆ facie, an sit Diosc. & Pli. MACER.

INter superioris corticis magna fragmēta, etiam repertus est alius qui ex cuiusdam arbusculę stipitis imo exēptus: interiori sui parte valde, similis & concolor superiori est, sed minus crassus, ferè inodorus, aut quiddam iuglandis & Lauri redolens, gustu: perparū caloris glutinisve mixti astrictioui habeus, cum autem Diosc. & Galeni astringens sit & calfaciat, arboris cortex hic videtur.

Piper { *album,* *nigrum,* *longum.*	*Cotonea malus.*
Cubebe Offici.	*Ilex humilis coccifera.*
Caryophylli.	*Aquifolia.*
Asphalatus { *Rhodius.* *Roseus.*	*Ilex arbor.*
Agalochus.	*Suber Olbiæ Galloprouinciæ folio rotundiore.*
Lacca.	*Suber angustiore folio.*
Myrrha.	*Phellodris.*
Bdellium.	*Querquus.*
Thus.	*Cerris Plinij echynata.*
Thus Lympidum.	*Glandes Guineæ.*
Styrax.	*Galla.*
	Fagus.
	Castanea.
	Castanea equina.

PIPERIS ROTVNDI duplicis frutex, longè diuersus à Pipere longo.

MInus veram antiquis Piperis plantā, minusq; notā fuisse putamus, aut cōfusis proditā notis, quando etiamnum hodie ab istis naucleris qui magnā Piperis nigri vim ad Septentriones asportarunt, rite teferatur effigies: Eam dicebat quidam eorum non imperitus esse arborem, plutimi iam fruticem aduolui solitam Periclymeni modo, ramis crebri bus

bus, tripedalibus. Citrij folio, magis exucto, minus nitido, ima parte perquàm venoso. In prælongis racemosisq; gracilibus pediculis gemina ferie racematimq; acini condũtut, vocãtur hi nigrij: Rugosi sunt læuiores & sæpissime vieti.

Albi verò rotundi, tametsi scansilis planta sit, simillima nigræ: tamen calidioris esse naturæ indicio est feruor, qui maior multò in albo Pipere percipitur, & carius habetur, paucioteq; copia mittitur ex Orientis, sub Æquatore, Insulis Molucis.

Piper autem Longum, longe alia planta, alia loco dicenda.

CVBEBE *Offic. non est Carpesium.*

Estius Bacculæ, quæ Officinis notissima est Cubebæ nomenclatura planta, iisdem pene in locis oritur, & paritet Hederaceus frutex describitur, folijs Myrto latioribus, angusti oribus Mali Granati: acinuli in singulis pediculis singuli propendẽt: fieri potest vt sit Nigro Piperi congener quando rugosum & euanidum videmus.

CARIOPHYLLI.

Non nisi recenti otibus Græcis innotuere Cariophylli, vtpote ex maximè dissitis oris Indiæ meridionalis Orientis adferri soliti. Eius folia quæ habuimus, fuerũt Arantij magnitudine minus virentia: alia latiora & rotundiora ostendebant Doctissimi Comascus & Anguillara, hic Ferrariæ, ille Venetijs: spirabat istud Cariophyllum. Flores conditi cum petiolis & ramulis teneris, nonnullis Emporijs celebrioribus, vt Antuerpiæ, Venetijs, & Genuæ sæpe visũtur. Alioquin floridi ipsi claui denticellis stellatim decussãtibus cristati, noti sunt omnibus, notamq; arborem facile tedderẽt: Eius Gummi quod eximij odoris est, glebæ Ammoniaci cõcretione & colore, seruamus hic musarũ thesauris.

ASPALATHVS.

Haud dispar Aspalathi difficultas, sed non perinde magna necessitas fuit hactenus. Verùm, tecentiorum sedula vestigatione factũ est, vt tres lignorũ differentiæ nobis innotuerint, quarum quælibet Aspalathi nomine digna est. Prima nobis visa Veronæ & muneri data ab eximijs Pharmacopœis Francisco Cocleario & Andrea Bellicoco, qui suis Theriacis mysticis, de Doctorum Veronensium consilio, miscuerunt. Frustrum quod habemus densum solidũ & compactum fuit, quasi cuiusdã fruticis imæ parti resectũ, radiatis fibris, ponderosum, colore buxeo sed saturiore, suauissimo odore & pertinaci. Eũ esse verum Aspalathum tum persuasi fuimus. Sapor non ita amarus nec gustu insuauis.

Altera species Venetias aduecta Rhodo missa fuit Nicolao Comasco Medico imprimis erudito, apud quem tum maximum trũcum vidimus, cortice exutum, rubentẽ, taxo concolorem, odore adeò fragrantem, vt quam latè patebat cænaculum eximio imbueret odore. Eiusdem nos adhuc frustulum seruamus dono missum à peritissimo Pharmacopœo Valerando Donrez, qui ab eodem accepit. *Aspalathus.*

Superest tertia, albida foris, intus torulo subflauo aut citreo, sandali albi & Citrini simillima albam Rosam sapit, nullam gustanti manifestam exhibet qualitatem, nisi tantillum calidi, quòd vix gustu discerni potest. Hanc primùm nobis dono dedit optimus vir Pharmacopœus Londinensis Morganus & nomẽ id indicauit. Alioqui Oliuastri Rhodiensis aut Sandali speciem arbitrantibus



Aspalathus Roseus.

AGALLOCHVS.

QVot ſunt paulò inſtructiores Officinæ, tot ſunt fermè Agallochi ſpecies. Quædam e-nim Ebenum, Aſpalathum. Aliæ nonnullæ Sandalum, Citrinum aliæ autumant. Sed chariſſimum & vſu probatiſſimum hodie magna copia Venetijs habēt inſtitores, guſtu aſtringenti, præſicco, non multùm amaro, ſuffitu ſuauiſſimum reddit odorem, & ſuccū aut liquorem pinguem, odorem, qualem in Ebeno vel Guaiaco videas, cui concolor, & fortè congener.

Arabū Lacca & offi. an ſit Dioſc. CANCAMON.

LAccam arborem & nomenclaturam Arabicam eſſe quadantenus arbuto & pruno ſimilem multi referunt, cuius ſint fruſtula & ſurculi, quos vulgari Lacca obductos in officinis habent: quam nullis rationibus ſeueriores veri exactores, Laccam Arabum Dioſcoridis Cancamū eſſe inficiantur: hinc perſpicuum, quòd alius alio vergit, omnes diuerſi abeunt. Cenſet Anguillara à docto Montano perſuaſus, Benzoin potius eſſe Cancamon. Quia, inquit Montanus, Cancamum odoratiſſimum eſt: Lacca non odorata: ſed neutrum verum. Quia nec Dioſcorides odoratiſſimam dixit, ſed tantùm odoratam: & ſanè eius odor ſuauis & gratus ſuffitu, quomodo Dioſcorides vſus fuit. Addit vir doctus: Itaq; Benzoin putarim, cuj congruunt ea quæ de Cancamo antiqui dixerunt. Neq; iſtud quidem compertum, nam adeò non magni fuit apud antiquos Cancamū, vt Theoph. Galeno atq; Ætio, magno medicaminum recenſori, ſilentio præteritum ſit, qui tamē toties Balſamū, Laſerpitium ſuccum, Cyrenaicū, Myrrham, Aſpalathum, cæteraq; id genus, inculcāt. Deinde aliunde deuehitur Benzoin quàm Cancamū, ſiquidē hoc Arabicæ plantæ Lachryma eſt, illud nō Arboris lōgè alius ſolo, effigie, & viribus. Iam ſi propterea quia odore fragrat vegetiſſimo, & adeò myrrhā æmulatur, vt nō rarò imponat (ſic inquit Mōtanus) nōidcirco illicò probatum eſt, nam non ſimilimum, ſed quadantenus ſimile Myrrhæ dixit Dioſcorides. Et etiā ſi dixiſſet, parū Montano id argumentū fauiſſet. Quippe Styrax, Bdellium, Thus Limpidū, Album animæ, multęq; aliæ Lachrymæ, Myrrhæ ſimiles ſunt, & proinde huic Laccæ: non tamen ſunt idem, non eſt igitur Benzoin, Cancamum Dioſc.

An verò ſit Chermes, curuſuis eſt ſciſcitari, at non niſi eruditi ſtatuere. Excrementum namq; Ilicis illud infectoriū quēadmodū cętera quercna, quę in vermiū excrementū etiā faciſcūt, vnde vermillō, craſſarū eſt partiū, aſtringit nō inciditq;, odore nullo, & incerto ex ratione euentus eſt. Nā quòd ſua experimēta quaſi argumēta certa venditāt recentiores, ſtatua meraq; eſt inſcitia: nō enim per ſe dant neq; certi ſunt, illiuſúe, an aliorū ſudorificorū viribus & merito proliciātur ſudores. Hic tamē cum anxij animi quid tanta de re ſtatuēdū foret alternaremur, Oraculū, id eſt, Appolinis ſpecioſū illud delubrū, quod illi glorioſo Vercellenſi hiatori in honoris æde erectū ſperabamus, conſultū rogatūq; ſententiam ire viſum fuit. at ille illuſit nobis, nec dubiū exemit, ſed turbellæ Pharmacariorū riſum iocóſq; mouit.

Cęterùm, ſi cui minus placeat iſta valde bona, & iā inde ab vſq; Arabū primis tēporibus vſurpari cœpta ad omnes illas affectiones, quas Dioſcorides cōmendat, potius, quàm illa incerta & inerti vtatur, Myrrham vel Bdellium optimum per nos vſurpare liceat. Quid verò cui magis quadret, in antiballomenis latius.

Myrrha aut Bdellium ſuo trūco & ſurculo ſpinoſo hærens.



Myrrha.

MYrrha, quaſi ſuauiter & odore fluentis vnguētariæq; dictæ, nomen indicat Lachrymæ, ſed cùm tam multa ſit affinitas huic cū Bdellio, Styrace, Cācamo Benzoino, Albo animæ, facit illa arcta ſimilitudo, vt neq; penitus nullā, neq; planè optatā nanciſcamur. Mirrha tamē nō carere nos certū, vt neq; Bdellio, ſed quia vtriq; tanta neceſſitudo, vt nō tam ſpecie quā accidētib⁹ diſtare videātur. Vtrū Bdelliū præferēdum ſit, meritò ambigimus. Etenim quod Bdelliū putatur, quia certò ſcimus

&

& à Rondelletio experimentis perſuaſi ſumus optimè viribus Myrrhæ reſpondere, putamus illud Myrrhæ ſpeciem eſſe,nec vulgare rationis momentum iſtud. Londinum ſuperiore anno allatæ multæ peregrinæ merces fuêre,inter quas quàmplurimos huiuſce ligni ſurculos expiſcati ſumus,ſolida ſubſtantia,cortice duro,nigricante,ſpinis multis & rigidis,craſsiuſculis,horrentes,quibus multa copia Bdellii erat aggeſta,intus foriſque valde quàm amari; Cætera deſcriptioni Diſcoridis perquam ſimilia. Cæterùm fruſtra vellitant ſcriptores iſti,& de colore refragantur herbariorum Senenſi:nam vidimus nos in Officina Guillielmi Drieſch periti Pharmacopœi Antuerpienſis, fuluam,albeſcentem,adeóque viridem *Myrrham*. Itaque illud χλωρόν, vt eſt vagum ſignificatione , ita congruit rei facilè varianti colore.Siquis namque expiſcetur ſedulò, videbit interdum fruſtula viridantia,cuiuſmodi nos vnum habuimus,quod multis oſtendimus.

BDELLIVM.

BDELLIVM quaſi olidum putridúmve dictum. Quia autem à nemine proditum eſt, qua planta Myrrha manaret, eaque adeò ſimilis proditur Bdellio, vt ferè indiſcretæ ſimilitudinis ſint, valde veriſimile eſt eiuſdem eſſe ſimilitudinis ſpinoſas arbores. Nam & nobis compertum eſt crebro vſu , vtráuis ciere menſes,mollire admotu, illitu, ſuffitu , ac quouis alio modo,tametſi maioris,minoris virium momento quadantenus , vti cætera omnia , differant,colores, varietates, ſapores,fermè eaſdem.Nam ſi qui de odore vellitêt, ſciant ſuauitatem in odore,non ſemper ab ſpecie,ſed gradu mixtionis manare. Etenim eiuſdem generis plantę fœtent quædam,aliæ ſuauiter olent. Itaque ſic accipiendum, Bdellium ſuffitu εὐώδη ſiue odoratum dici à Dioſcorid. quemadmodum Vnguis odoratus, Caſtoreum, Muſcus, Styrax liquida, Caphura, aliaq; multa, quæ præ vehementia fœtent , aut ingrata ſunt. Quare cum vtraque proximè alterâ ſpinoſa arbor deſcribatur, & Gummi adeò ſimile effigie fundat , voluerunt quidam , non niſi tanquam ſylueſtrem à ſatiuâ Myrrha diſtare Bdellium. Porrò Myrrhæ deſcriptio, quam dant , non eſt ita diuerſa ab eâ quam Plinius Bdellii ſcripto reliquit, Bdellium nominatiſsimam arborem, nigram , magnitudine Oleæ,folio Roboris, fructu Caprifici, naturáque. Quem Caprifici quadantenus effigie fructum induſtria peritiſsimi exoticarum plantarum Caroli Cluſii in verſionibus è Garcia habemus.

STYRAX.



QVOD ex hac emanaret liquor,ac veluti ſtiriatim ex tillaret, Styrax dicta videtur. Eius feraciſsimus ille tractus Galloprouincię,qui à trium Marię Sororum fano antiquiſsimo, ad forum Iulium vſque porrigitur: eſt namque prope oppidum Solarium collis lætiſſimus & opertus frequenti Styrace,nullidū illic cognita,quam primi nos iuueniſque multi tum Pharmacopœis & ſtudioſis,tum Monſpeſſuli Profeſſoribus oſtendimus: nam iamdiu videramus Venetiis in Franciſcanorum horto: truncus ipſe ſimilis betulę ligno,aut mali cotoneæ: folia vtrauis minora,& quàm Cotoneæ minus rigida, minúſque auerſa parte cana : flos albidus, Arantiæ magnitudine,nō odore. Baccæ aliquàm multę Staphylodendri magnitudine, rotundiores tamen,quas excipiunt vngulæ ternæ atque amplectuntur,quæ pediculo longo hæreut. Inibi tametſi tanta copia eſt,nihil tamen liquoris effluit,ſed Lacrima Styracis Venetias defertur puriſsimâ perquàm odora,inque grana & glebas hammoniaci modò coactas, quibus ineſt quidam melligeni ſimilis liquor, qualis è facis defluit.

CYDONIA MALA.

Po-

DE POMI orbiculata circinnatione turbinati Cytonium vocarunt ipsam arborem, quæ vbiuis valde ferax est, sed præcipuè in apricis & viretis calidiorum regionum, vbi malo speciosiore, aureo, melino, fœta visitur, lanugine tomentacea obducto, ipsa sit odore grato, perutili stomacho carne.

THVS.

THVS παρὰ τὸ θύειν dictum, quòd Diuis faciebant & adolebant thuris glebam, vti etiamnum vulgò fit. Est itidem & Thus Lacryma Arabicæ arboris, quæ multis iamdiu sæculis cognita & vsu recepta, vera genuinaque est: Verùm ipsa planta vixdum cognita planè est, nisi de paucis notis, quia pusilla est arbor, foliis Lentiscinis, Arabiæ indigena. Eius sunt vires mirificę, intus & foris aduersus morbos perquàm graues magnę & conspicuæ vtilitatis, quas recensere longum foret.


THVRIS *Limpidi folium auunt.*

THVRIS Limpidi, pellucidi & resinæ Cedrię æmuli nitorem puritatémque Succini assequuti, nobis & visendi & habendi fuit copia multis in locis, quod non perperam Dioscorid. notis quadrat, si notas, vsúmque perpendas: nam & dùm adoletur suauissimum halat odorem, & vulneribus, tumoribus, discutiendi vi, nonnulla relicta astrictione, ad robur partis opem certam fert. Rupellę occidui maris quadrienniū fermè est cùm doctus medicus Launaius nos gummi istius glebis, arboris fructu & folio, donauit. Asserebat nihil tamen, sed sibi relatum à nautis vtrúque, trunci Pino similis sobolé esse. At folium, quia valdequàm rarum, nequedum ab vllo depictum, hìc dedimus, magis sciscitaturi, sitne Resiniferæ plantę, quàm asserturi. Est namque, quod rarò contingit aliis, ab imo pediculo ad summum vsque cuculæ verticem, duplicatum, quasi ex geminis conflatum tenuibus tunicis, vagina, sesquipalmum longa, instar infundibuli, hiantis histrionis speciem præ se ferentis; supernè Galeata videtur, quod de floribus Napelli & Lonchitide, non de foliis vllis, memorant autores.

COCCVS *infectoria, seu Ilex Coccifera, an Aquifolia Pli.*

INFECTORIVM granum cruore miniato & muricato pannos imbuens, nomen Arbusculæ fuit. Si, quam sępè meritò & profusè laudat, suam Italiam Senensis Commentator tam diligenter lustrasset, neutiquam dubitasset, an huius arbuscula, vt vocat, reperiatur in Italia, ac multò minus Bizantio Cocciferam Ilicem hanc accersiuisset. Siquidem frequentissima hæc humillima Ilex, cùm plerisq; Italię locis, tum pręsertim in Hetrusco, Romano & Senensi finitimo agro, locis montosis, glareosis, sterilibus, inter varias Ilices, Smilaces asperas, Terebinthos, Lentiscos vbi etiam, tametsi paucæ & parum, nec quotannis, tamen nonnullæ Coccum ferunt. Sed quia minus Coccinum & paucum, citóque euanescens, partim ignoratur, partim negligitur. At in Galloprouinciæ Aralatensi planitie patētissima, solibus ęstiuis retorrida, squalida, glareosa, lapillis silicibúsque constrata, & Frontignanę Norbonęque maritimis hanc legunt mense Maio, annis adeò æstuosis, vt totum semestre nihil penitus pluat. Plebecula tunc turmatim & vicatim confluit illuc Coccum lectum, quem Vermilionem voce vernacula vocitat, atque venundat in mercatu singulam libram 12. & interdum vicenis assibus Gallicis. Perelegans naturæ opus & visendum, non tamen fructus aut semen, sed excrementum nobile tantillę Ilicis, quę à cæteris Ilicibus exilitate tantùm differt, horridiore aspectu, & rigidis spinulis, densis, crispísque foliis ac sinuosis, angulosis, minoribus, semper virentibus, sed Agrifolium præ se fert. Coccum autem ferunt copiosum, & amplexantur folii imi introflexæ spinæ, atq; furculi

culi prædurí copiosiorem, nitidum, Agrifolij aut Asparagi hortẽsis planè similem, concolorem. Fusciore tamen & obscuriore foris, intus verò sanguineo cruore lucido gliscit, quẽ pressu excipiũt recẽtem ad medicatas cordiq; amicas, Alkermes præsertim confectiones, Pharmacopœi Mõspellienses, Aquisextienses, Massilienses, & Arelatenses, crudo, candido, vel fuluo serico, illic etiam à Sericis vermibus neto & glomerato. Verùm infectores, qui magnam vim cocci emunt, non premũt: sed aceto aut albo vino irrorant, ne in vermiculos, aut vinifugas exiles muscas abeat cruor, penè vacuis relictis runicis. Sicq; in puluerem rubellũ miniatum redactũ seruãt, vnde Scoletium antiquis dictum, seu vermiculosũ istud esse, satis liquet: & cõpertissimum non esse fructum, sed excrementũ Ilicis: cui in surculis sunt glandes longiores, nitidiores, nigriores Quernis, sed Echinato acetabulo, non bullato ima parte, incluse. Flores verò Martio illic promit muscosos, subluteos aut herbaceos Oleę Ilicis, aut Querquus. Cuius etiam medijs folijs & trũco non rarò animaduertimus excremẽta rotunda, rubella, & interdum flaua, maioraq; istis, in varijs locis Galliæ, Italiæ, Germaniæ, quercetis prope Basileam in Heluetia plurima. Quæ non alia videtur ab ea, quam mulierculæ, Dioscoride dicente, legebant ore, & vocabant Coccum, fortassis quadam, vt verisimilius sit, similitudine. Sed cùm nostrati Norbonensi & Hispano nullus hodie notior aut potior habeatur, viréśq; eidem omnes congruãt, quas meminerint sctiptores, frustra istum improbat, & alium expetit, qui neutrum probè nouit Senensis Commẽtator.

Septentrionis AQVIFOLIVM, *siue* AGRIFOLIVM, *non est Ilex, neque Crataegon, neque Aphricana Palyurus.*

Lubens hæc & perquàm frequens arbor crescit in frigidis regionibus, vt Anglia, Germania, & Francia: calidorum autem duntaxat montosis aliosis rarò & ægrè frutescit: quare nequit esse Palyurus Aphricana, cùm sit etiã eius iniucundi saporis bacca. Neq; esse Ilicis speciem certum: non enim glandifera est, & natales Ilicum feraces, adeoque æstuosos odit. Quare indicta fuit Diosc. nec fortè valdè nota Græcis. Est tamẽ persimilis Cocco, infectoriæ folio, quod perpetuò viret, sed lætius hyeme, spinis horrido, in margine multilatero, leniter sinuato: bacca Oxyacanthæ, Kermes, aut Asparago cõcolor, sed ingrati saporis: cortice ad gluten aucupatorium conficiendum apto.

Vtrauis superiorum adeò huic similis est, vt non sit discernere illicò facilè, à Cocco præsertim: huius tamen glandosus Echinatus fructus oblongior est, dactylum æquãs, nuspiam coccum ferẽs, etiam vbi inter Cocciferas Ilices frutescit, prociore maioreque trũco, ramis & frondibus perennibus. *ILEX mediaCocciferæ Ilici planè suppar, folio Aquifolio.*

Dicta πρῖνο;, quia serra propter duritiem fuit secanda: sylux quædam in Galloprouincia & Norbona, quantæ quantæ sunt, Iliceta sũt, cuiusmodi est Garanotius lucus ad Mõspelium, vbi proceras & querna elegantia quàmplurimas videas, sed oblongo Arbuti folio, tantillùm dẽticulis per ambitũ asperato, perpetuò atrovirente, oblongiore, graciliore superne: Querquus glande propendẽte, nucamento muscoso, luteolo, non diuerso. *Ilex arbor aut arborea.* SVBERIFERA *huc accersa.*

Eadem illic variat stipite humiliore, albidiote foris, & Oleæ similiore: itemque glande, altero tantò minore. *Varietas.*

Est ἀγῶ, erumpo, pullulo, vnde vox ἀγῶς, qua designarũt potissimùm glãdiferũ genus, & præsertim Quercũ, quam tum dictæ iam arbores, tum frequentissimus occursus, ipsaq; celsior & ramosior arboris species, frondis grandioribus anfractibus sinuatæ, quauis notatione notiorem faciũt, tum frigidis, tum calidis plagis. De cuius adnata, excrementitiáque multiplici sobole, plantis, fungis, fructuum rudimentis, musco & vellere nouitate spectando, iam quædam diximus, & multò plura in Agaricis dicemus. De Quercu marina inter Algas, de esu & vsu Medico omniũ partium & fructuum, deq; Querno sale cõficiendo ad corporis humani & metallorum medicamenta, inter remedia. QVERQVVS *Cerris.*

Querquus ἀγιλὼπς siue præcelsa dicta CERRIS *Th. tristi prægrandi Echinato glandes.*

QVã itur Pesaro Romam publica via, visuntur celsissimæ, alibi minus peruiæ, nec valdè notæ hodie: cuius glandes prægrandes capulum habent Echinatum, ambitu squãmis præduris sibi mutuò incumbentibus, horridum, magnitudinem fere Echini marini aut semiconi laricis æquans, cuius nonnullam similitudinem retinet: valde crassus est, interiore sui parte lenis: glans, quam claudit, nonnisi magnitudine differt, folia maiora multò: eadem alioquin Quercui.

Ex

Suberifer latifolia Ilex glande echinato.

EX vnaqualibet superius narratarum primo quoq; intuitu quiuis suberiferã noscitet Ilicē, φελλὸν à cortice dictā quia semper altipetus & immersabilis vndis manet quē si exeris, omnino eandem cum arborea Ilice dixeris. Ei tamē folia & glandes rotundiora, breuiora, item dētata: cortex geminus stipitem amicit, alter interior qui perpetuò hæret: alter crassior duos pollices, rimosus rugosus, perquàm leuis, qui deglubitur, & quolibet gētium desertur ad crepidarum soleas suffulciēdas, aliáq; multa necessaria. Multa Galloprouinciæ maritimis Tholonę, Olbię & alijs adiectis, & in Tuscaniæ Lucę prętura.



Suberifera angustifolia Ilex.

SED ad Apēnini radices & Anconēsis agri nemorosis collib⁹ multò frequentissima, quæ angustiore, lōgiore, minusq; crenato folio est, ad arboream Ilicem accedēte: glādoso semine, cupulo foris pungenti, asperedine squabro.

Phellodris.

QVasi è cōfusis Ilicis & querquus in hác principijs, nomenclaturam Theophra. φελλόδρυν, siue Suberiquerquum cōflauit. Etenim de facie & folijs Ilicem quampiam dicas: ipsũ autem lignum mollius & laxius Ilice, sed folij incisura serrata Castaneæ, non Querquus: reliqua effigies Ilicis, minor tamen Quercus: maior Ilignis, non glandes, sed ἀκυλα exiliora & oblongiora.

Citimus hic ramulus Phellodris Arcadum est apud Theop. & Ilex fæmina lib. 3. cap. 16

Salsi cortex Robur.

EX hac tribu eam meritò quis putet apud Theophrastum dictam Salsicorticem ἁλίφλοιον, quam hodie robur vel *Roure* vulgus nostrâs vocitat, vt quæ sit perquàm solido cōpacto trunco, multúm cinerisvrendo relinquente, qualem etiam è vulgari Querno trunco nos parandum curauimus.

An Theoph. Fagus.

QVæ autem Gallas dat Quercus, duplex videtur: Earũ vulgatissima nemorum & saltuũ Pedemontium Delphinatus aliarumq; regionum temperatiorum est alumna, minore stipite, brachijs & fronde. Huius quædam varietas aut differentia videtur Fagus Theophra. dicta vocis argumēto Latinis Esculus, cuius esculenta glans & post Quernã dulcissima celebratur, famemq; explebat primis mortalibus: hodie *Fargni* & *Farguo* Italice: *Hargni* Gallice: lignum istius firmius proditur, quam vrbanæ Quercus.

At

AT Fagus vulgaris, glande diuerſa à Querna eſt, triquetra, puſilla, vtrinque acuminata, vnde ὀξύα Theophra. videtur vocata. Ligno etiam eſt minus compacto & rôbuſto, fronde Populnea, aut Alni: longiuſculéque videtur abeſſe à Quercu; tametſi & hæc potuit Fagus ab edendo dici; cuius glandis nucleus eſca pauperculæ plebi & vrſis quæſita, regionibus frigidis & calidis. FAGVS.

CASTANEÆ ſyluæ ſunt Allobrogum & in Aluernis, quamplurimíſque nemoroſis, alſioſis, regionum tamen non frigidiorum; nam cœlum Aquilonium non ferunt: prægrãdes, ſtilis muricatas, echinoſas glandes edunt: medulla omnium glandiferarum ſuauiſsima, & ad panificium aptiſsima: frondibus longioribus Canabinis, aut Ilicis grandioribus, ſimiliter Fago aut Ilici, ſed anguloſis plicis. CASTANEÆ.

MIXTÆ quaſi naturę ex Fago & Caſtanea eſt ea quam naucleri vocant Equinã: frondibus digitatis Hellebori aut Ricini, Caſtaneę alioquin fimbriis donata: in qua Echinus octennium aut decennium Caſtaneã, eiúſq; nucleum claudit & tuetur ſaporis perboni; vt nõnullas incorruptas prędulces guſtabamus in Muſeolo Pręceptoris Rõdelletii; & etiamnum habemus dono cuiuſdam Pictaui, qui multa rara ex Barutho & Ægypto nobis cõmunicauit. Affabrè viſitur expreſſa, vt quàmplurima, in Commentariis Mathioli. CASTANEA equina.

Sambucus vulgaris corymbacea.
Ebulus, ſiue pumilla Sambucus.
Malus.
Pyrus, Pyraſter.
Meſpilus.
Aria Theoph.
Alpina arbuſcula, bacca Oxyacantha, recentiorum Chamæmeſpilum.
Euonymos Theoph.
Cornus arbor & frutex.
Cornus fœmina, ſiue virga ſanguinea.
Ceraſa & varietates.
Ceraſa racemoſa.
Chamæceraſus.
Prunus ſyl. { *Vtraque.* / *Domeſtica.* / *Varietates.* }
Prunoperſicum.
Armeniaca malus { *Maior.* / *Minor* }
Sebeſten.
Iuiube vtraque
Paliurus
Paliurus altera Theophra.
Paliurus altera peregrina.
Pyracantha.
Berberis.
Myrobalani Arabum.
Thamarindi.
Lotus arbor Diosco.
Lotus arbor Theoph.
Guaiacum Patauium.
Guaiacum Officinarum.
Palma ſancta, ſiue Palum ſanctum.

Ebenum.
Tilia { *Fœmina* / *Mas* } *Theoph.*
Vlmus.
Carpinus.
Betula.
Alnus.
Alnus nigra, ſiue Frangula herbariorum.
Nuces auellanæ.
Populus { *Alba* / *Nigra* / *Lybica* }
Arbor Iudæ.
Populus Noui Orbis arboris Iudæ folio.
Morus omnis.
Sycomorus.
Ficus omnis.
Platanus.
Acer.
Sorbus torminalis.
Oxyacantha.
Meſpilus Aronia.
Sambucus { *Aquatica.* / *Varietas.* / *Montana.* }
Piper longum.
Ribes vulgaris & nigra.
Vua criſpa, ſiue Vitis precia.
Amomi & Cardami differentia.
Roſa ſatiua, ſylueſtris, cærulea, lutea, & varietates.
Eſglentine.
Rubus omnis.
Cynoſbatos.

SAMBVCVS VVLGARIS *corymbacea.*

QVIA EST LITTORVM CREPIDINVMQVE opacarũ amans, Ac̃tea, siue ἀκτή quasi littoralis dic̃ta videtur: Sambucus etiam Latinis vocata, aut potius Sabucus, Sereno monente, à Sabucæ instrumenti similitudine, quę illi cum cauis virgis tubisve medulla exenteratis, quibus nulli non è plebe notisſima Sambucus est: fraxinea facie, & fronde, sed latiore, nonnihil ambitu crenato: vmbellis candidis, Drabæ, latioribus, circinatis, magisque speciosis, & corymbacea fœtura acinulorum sanguineorum, nigricantium per maturitatem, luxuriante, ad Vuæ æmulationem, Augusto; quando decerpuntur transmittunturque cribris ad pultes, & condimenta, pręsertim apud Germanos & Helvetios, vbi pueruli cruorem esculentum farina densatum auidè sorbent. Acetum Gallia è floribus & racemorum succo admodùm laudatum & rubrum parat.

Aldermoost Helvetiorum.

ANNOSÆ arboris, apud Boreales pręsertim, ramis accrescit excrementum corticosum coriaceúmve multis dotibus cognitu dignisſimum, plebique Anglę & Germanæ, Iudæ aures vocatum, propter effigiem auris, quam cartilagineo concretu rugosóque complexu multis plicis & mandris æmulatur: sed colore pullo, prædurum, aquis mersum mollescens, spongiæque ritu tumens: anginis certisſimo experimento vtilisſimum, & tumoribus intus forisque nunquam satis laudatum: gustu penè insipido, cutis elixæ, aut corii.

Auricula Iudæ.

EBVLVS, *siue pumilla Sambucus.*

SCITE admodùm hanc pumillam humilémve Sambucum Dioscorides dixit, quippe tanta vtriusq; inter se cognatio, vt primo ineunte Vere, nisi quis radicem & surculos huius minores tenerioresq; perpendat, non sit cuiuslibet discernere: verùm hæc annua herba est: Sambucus autem annosa fit arbor: & Ebulo fronde, facieque minor fit; scapi duûm cubitorum, odor tetrior, & purgandi vis vegetior. Vmbellę corymbaceæ perquàm similes, sed vescendo vix ferendæ. Radix flexuosa, tenerior, humi latè sparsa, Vrticæ modo: purgando serum efficax; primo Vere colligi solita.

MALI.

MALI, MALA.

MALVM arborem, eiúsque tum diuersitates, tum fruc̃tuum varietates, accuratius explicare, vt prolixioris esset instituti, ita nullius ferè operæpretii; quando Malus vrbana est arbor prædiis & paradisis perquàm familiaris & nota, cuiuslibet cœli admodùm patiens: sed amant, or tamen humidioris, sapidior fruc̃tus siccioribus, primę hodie commendationis *Curtipendula* ad nobilem Alkermes confec̃tionem.

Alia quàmplurima Mala, cultu mangonio, transplantatione diuersa, in Anglia, Belgio, & Northmania, quæ foris intúsque coccinio succo & aspec̃tu micant.

PYRA.

ETIAM *Pyra*, à turbinata effigie pyramidis in modum dic̃ta, frustrà quis vel discernat à superiore, vel literis mandet: cùm perpetua consuetudine videndi in viretis, & esitandi in mensis, nihil frequentius Gallię, Germaniæ, & præsertim Septentrionis plagis, Belgio, Northmanniæ, Angliæ. vbi *Cidre*, & *Pere* admodùm suaues potiones vini vicarias factitant. Lubens quàmplurimas differentias & nomenclaturas satiuæ & syluestris, tum fruc̃tus, tum arboris tacemus, rariora simplicia hîc tantùm exequi polliciti.

MESPILVS.

EST MESPILVS arbuscula congener & similis Syluestri *Pyro*, non solùm folio, quod tamen longius & angustius est, sed etiam pomo, quod item pusillum fert, *Sorbo* domestico aut *Pyro* syluestri par magnitudine, gustu, & effigie; vmbilicello tamen supernè extâte, aliquot diuisuris & vnguiculis foliosis redimito. De isto politisſimus *Politianus* cecinit: *Regum imitata Coronas Mespila*: nam de prima MESPILO, in Oxyacantha.

ARIA



ARIA Theoph. effigie Alni.

NEc ita diſpari aut effigie aut facultate, ſed longe rarior, amãtiorque Alpini cœli, Aria vocata Theophra, quam in Angliæ frigidioribus ſyluoſis frequentem videas: rarius calidioribus, necniſi Alpium iugis Norbonenſis Sauenæ & Sabaudiæ. Folio Pyri, Fagi, aut Alni, auerſo, glauco, ſupernè atrovirente: floribus pluſculis, in vmbella candidis Pyracanthæ, aut Oxyacanthæ: exiguo pomo, rotundo & guſtu Aroniæ Meſpili, aut Cynorhodi alabaſtriculum æquante: ſapore nõ ingrato, nec perinde aſtringente, auiculis expetito.

Arbuſcula frutéxve Alpinus folio Mali, Bacca Oxyacanthæ aut Pyracanthæ.

ET hæc Alpini ſoli indigena in aſperis Mindenis Norbonæ, & ſaxoſis ad Baldum Veronenſem: Flagellis exit vimineis nigricantibus duos treſúe cubitos ſurrectis: folia item ſubtus glauca, ſupernè virentia, propiora nano Pomo, cui nõ abſimilis tota plãta præterquàm fructu, qui bacca Ariæ ſimilis, æqualis Pyracãthæ aut Oxyacãthæ. Quidam apprimè docti Chamæmeſpilium nobis ſuadebant: alij Euonymum Alpinam faciebant. *Præ*ſicco guſtu nonnihil tamen calido, acri & aſtringente.

Chamæmeſpilum.



SEd vt verior, ita & frequẽtior infœlix Euonymos: nulli enim regioni calidę aut frigidę iuxta ſæpes & margines deeſt, aut ignota eſt de ſiliquula quadrangula, quadricoccoúe folliculo, quaternis loculis carinato, quæ totidẽ claudũt ſemina: extinius colos ex puniceo flauet: folia, rami, reliquaq; facies illi Mali Punicæ, ſed pallidę ex luteo virgæ, qua nulla materia commodior veruncul is culinarijs aptandis, ad carnes laridis ligulis tranſfigendas, ideò Lardariam vocant: tota quiddam ſpirat ingrati: flores luteoli. ΕΥΩΝΥΜΟΣ *Theoph.*

VIVRNA vulgi Gallorum & Ruellij, an Viburnū Virgilij?

IN Italiæ, Angliæ, & Galliæ Burgūdæ fenticetis & syluosis passim fruticat hęc, cuius Ruellius nomē, quū accepisset *Vurnam* dici à suis popularibus & colonis, Viburnū esse Virgilianum coniectauit, è quo prędatus Senensis, & vt sorex suo iudicio captus, Fluidā prodidit. Sedenim neq; Viburnum potest hæc asseri: non enim lenta est, neq; vllum indicium nisi nomen vagum, ex antiquis monumentis superest. Fluida autem Rhus, quasi fluentis, Gazæ interpretatio est, vt prius monuerat Ruellius. Alioquin cognatior est folio & flore Ariç & Mespili, pariter acino in vmbella condito, sed compresso, oblongo, nondum maturo rubro, maturo autē nigro, non (vt doctus Ruel. scripsit) rubro: folia Alni pubent canitie, & totus frutex albicat, ternûm & quinûm cubitorum.

Vide Sen. Cerbereas latrationes in Guillād. epist. pag. 385.

CORNVS arbor.

ILli consimilis aspectu ligni & foliorum Cornus, sed plusquàm cornea stipitis duritie, interdum iusti modi arboris, interdum tantùm fruticis. Floribus luteolis, muscosis, ipsum ver ortu antevertentibus: fructu Cerasi oblongi, cōcoloris, oliuę effigie, Gallis & Germanis nota & frequens inter dumeta minus arida, aut iuxta fluenta: gustu perquàm austero, acore non ingrato.

FOEMINA Cornus. Pseudocrania Cordi. Virga sanguinea

ALtera, autē quæ vocatur fœmina, foliorum & ramulorum effigiatura adeò appropinquat huic Euonymo, vt Cornū dixerint. Licet ea nō sit soliditate ligni aut baccæ venustate; fert enim pusillas baccas nigricantes Hederæ aut Polemonij, & edendo ingratas, non acidas: flores albos Ligustri, in virgis cortice amictis, ex viridi in fuscum purpurantibus, vnde Virgæ sanguineę dictæ.

CERASA.

TRiuialis etiam cognitionis Cerasus, & multiplicis est differētiæ, quæ magnitudine arboris, fructus sapore discernenda est, aut ex vulgatis libris holitorijs percipienda. Flos Persici candidior: & rotundiori folio satiuæ quàm syl. quę passim arborescit fructu acido mixto, aut dulci. Suauissima omnium Cerasa acidula, quę *Agrettes* vocantur, veniuntq; in culinas & Officinas.

RACEMOSA.

HÆc non differt nisi quia minor tota est, congestimque in racemulis Cerasa fert, flores pariter albos, quales nobis ostendebat ex Sabaudis Alpibus delatos Valerādus noster.

CHAMÆCERASVS.

PErquàm rara & Alpigena humilis Cerasus, cubitum pedéue ęquans, folijs, ramis & stipite Cornus, albidis, squallidis nodosis. Floribus albidis, pallētibus, aut luteolis Fructus binos maturat in pediculis longioribus, pendulis, Cerasi ritu, sed in imo duo foraminula albida, quoddam rudimentum pupillarum aut oculorum adumbrantia: Gigarta quina, aut sena, albida, lucida, Oxyacanthæ paria.

BRVNVS syl.

VBique viarum agros sepit, aut sepes fulcit inter arbusta vitæ contumacis Syluestris Prunus: iam lætiora edens, iamq; & vt plurimùm, pusilla pruna: quarum frutices gemina in differentia sūt, altera horridior, minor, spinis rigidior, fructu minore, acerbiore, ex quo fit Prunellorum Acatia. Lætior autem syluestris transplātatione, insertione, & cultu, in grandē, proceram, & domesticam abit: mitiore pomo, succulentiore, suauiore. Cūctas differentias nec otiū, nec animus est persequi, cùm liceat bene longas paginas multorum scriptorum de istis consulere: Damascenis omniū olim præstātissimis, Brignoliensia hodie in Galloprouincia palmam præripuerunt bonitate, salubritate, & sapiditate.

Varietates.

PRVNEPES.

POmaria quędam cultiora Gallica quandam Prunopersicum colūt, cuius fructus caro, Pruni est: cute subviridi Pruni, sed nucleo Persici.

ARMENIACA malus {maior / minor.

Gal. Apricos. Pracotia.

SEd innumeram ferè turbā Prunorū, Malorum, Cerasorum, & eiusmodi fructuū, paradisis nimisquàm notorum, nec lubet, nec licet per angustiā temporis & paginæ prosequi, quando ea possunt ex varijs & prolixis Rei Rustic. scriptoribus peti, vti & arborum quàmplurimarum, quæ communione principiorum, cultu mangonio, & insertione quāpiam diuersam vel figuram, vel speciem obtinuerunt: vt sunt Prunopersica fortè, & Mala Armeniaca, Præcocia dicta, quæ figura & folio referunt Pyrum, pomo autem ipso Malum Persicum.

PER.

PERSEAM aliam esse à Persica & temperamento vario, vel de Dioscoride discas, ne-dum ex Galeno: Id alioqui folia astringentia produnt, & is nullas tota ditione Romana, sed duntaxat Alexandriæ fuisse dicit Perseas ex Perside allatas, quum indidem allatis Persicis vniuersa Italia abundaret, non relinquit id controuersum. Eapropter ea non nisi paucis nota hodie, quia, vti tunc, rara est. Facie est apud Theophrastum præcocis Mali, aut Pyri, cuius magnitudinem æmulatur: astrictione & magnitudine Pyro similior, fructu autem Persico. PERSEA. DE PERSICA *ex malo superius & de Persica* *ince.*


ISTA Pruna quæ voce Maura ex Serapione notissima sunt Officinis. Nec nisi Græcorum recentioribus memorata, propterque muccosum succum Mixaria vocata, sunt arboris Pruno congeneris & consimilis facultate, quę ægrè solo Italico, vel Norbonico assuescit: tametsi Plinii memoria in Italia creuerit, & nostra ætate in Monspelliensis agri vrbecula vernaculè *Masillarges* nominata, quidam amicus aluerit: sed neglecta, non diu illic superfuit, & tantùm arbuscula fuit, facie Pruni & folio, sed latiore: fructu Iuiubæ cognato, atro & magis viscido. *Æginetæ* MYXA *& Officinis Sebesten.*

HAC vix vllam reperias quæ ramis foliis totóque sentícoso occursu magis ęmuletur Paliurum (quem Rhamnum tertium faciunt) in aridis & glareosis strigosis Norbonæ arboris alicubi, alibi duntaxat fruticis magnitudinem, vt Monspellii & Anconensi agro in Italia, assequitur: surculis prædurís, foliosis Lentisci, aut Rhamni, multis aduncis spinis, intercalantibus, præacutis: flos muscosus Oleæ aut Rhus Plinianę, luteolus fructus, dulcis, Pruni cute Phœnicea, vel Rubella. *Iuiube.*

CVM sint tam laxæ descriptiones vtriusuis, & ex facultatibus valdè imbecilles coniecturæ, nullum puto posse statuere quænam cui sit præferenda. Quæ huic Dioscoridis descriptioni valdequàm accedit, est Rhamnus tertius, nam frutex quantus est, prædurus est stipes, aculeatus, semine pingui, lineoque non fuliginoso, sed satis duro, vt lini: vires huic congruunt: nam lapillos exerit potentissimè: diureticus est: ac proinde haud abs re doctus Anguillara ambigebat essétne Rhamnus Paliurus alio nomine (vt sæpè fit) nota Africanis transmarinísque regionibus, vel Dioscoridis fuerit vitiatus codex. Quod ad semen attinet, huic sunt terna ossicula, vti Theophrastus vult, semine Lini æmulo, non fuliginoso, vti corruptè legitur, læue, non lentum tangenti, & in siliqua lata follicularí specie, terna, quaternáve habet, vt sanè hæc ipsissima videatur. *Paliurus & Rhamnus.*


QVAM verò lib. 4. & capite Theoph. meminit Paliurum, si quis expendat, comperiet alterum esse Iuiubam Syluestrem: nam fructus rotundus est, ruber, quantus Cedro, cui nucleus inest esui non ineptus: vino immersus fractus, an concilies suauitatem, non tam scio, quàm facilè credo. PALIVRVS *altera Theophr. an sit Iuiuba Syluestr.*

PALIVRVS alter peregrinus.



SVNT & alia nõnulla, quas si ausi essemus hîc addere, potuissemus pro Paliuro subdere: nam satis cógruunt. præsertim quædam quæ Mõspelliensi agro oritur, spinis horrida, foliis Oleæ, minoribus, baccis nigris, tricoccis, Smilacis, grauidis, succo fuluo, tincturę apto, prægrandibus, Berberidis modo, granis ternis, sed minoribus, oblongis, gustu subacri, cuius hîc picturam damus, non procul Monspellio, qua itur ad scaturiginem Lani amnis, secus ripam & prope viam multa.

RHAMNVS primus Dioſco. PRIMVS Rhamnus Italiæ, Galliç, & Hollandiç maritimis pluribus in locis, ramoſus ab imo ſummo tenus frutex, aculeatus, ſurculis albidis, foliis anguſtioribus, multis, hęrentibus, Chamæleæ longioribus: iuxta alas fructu denſo, racematim aggeſto, Aſparagi, aut Agrifolii, minore, ſucco flauo, turgido.



RHAMNVS Secundus Monſpellienſium.

SECVNDA ſpecies Cōmentatoris minus exquiſitè reſpondere Dioſcoridi notis videbitur, illis qui ſecundam ſpeciem Rhamni Monſpelliū ſepibus muniendis aptiſsimā viderunt: nam tota planta alba & minoribus floribus, foliis Oleæ, ſed candidioribus Ieſamini pubet, at herbacei coloris: corticeex viridi palleſcente: vtriuſque rarus vſus: Monſpellienſes hunc Rhamnum ſecundum vocant.

SPINA INFECTORIA, Rhamnus Catharticus, Recentiorum folio & flore Mali ſylue. Bacca Alni nigra ſiue Frāgula.

SPINÆ infectoriæ plus eſt ſimilitudinis facie cum Pruno ſylueſtri, quàm cum Rhamno, cui ſpiniſtenus tantùm nonnihil aſsimilat; & vis eſt purgatoria illi, vnde Syrupus paratur, quo noſtri pręceptores iam multis ab hinc annis Lutetię vſi ſunt; certiores viriū quàm Senenſis: vt qui non ad pituitam craſſam & viſcidam, ſed potius tenuem educendam, & impetum eius in articulos citatum auertendum & cohibēdum prudētius vtuntur: Nam ſine calfactione purgat, & nōnulla aſtrictiuncula partibus robur conciliat: neq; liquefacit humores, vnde maior fluxus ſubſequatur.



PYRACANTHA.

EST & in Galloprouincia & Italia arbuſcula ſepibus non ita frequens, cui facies & folium Pyraſtri; aſpectu ſqualida: eius baccæ rubrę eſitantur pueris. Semina oblonga habent, quaſi Pyri aut Berberidis. In vmbella flores racematim candidos & fructus Oxyacanthæ pares edit, quem, propter foliorum ſimilitudinem, nonnulli Pyracantham vocant. valde eſt ſpinoſis ramis, non foliis: vſus hodie nullus aut neglectus.

ALGIDIORIS soli aut Montani Berberis est indigena: fruticat & arborescit senticosa tota, rectis, præduris virgis quinum aut senum cubitorũ; folia numerosa, rigida, crassiuscula, *Pyracanthæ* aut *Myrti*, crenata, gustu acidula edentibus floribus muscosis, emicantibus, Ribes, aut Cornus: perpusillis acinis, racematim in pediculis conditis, oblongis, Cori item effigie, colore & penè sapore: cortice cinereo, libro subtus luteo; quem Officinę *Bugiam* vocant. BERBERIS

HI Syriaci fructus vulgatius quàm verius Myrobalani vocantur: neque enim glandes sunt, neque odori, vnguentísve apti, potius *Persicis* aut Prunis accensendi: Quorum etsi complures oriantur differentiæ in Syriacis, *Arabicis*, & Calecutiis regionibus, quibus debentur à Græcis & à nobis: tamẽ quatuor quinquéve duntaxat hodie prostant in Officinis differentię è totidem arboribus. Nam Cepuliferæ & Citriniferæ eadem videtur arbor, proditurque à nuperis naulgatoribus, Persici aut Amygdali folio. Bellericiferę autem latiores Laureæ sunt frondes; sed Indiciferæ *Salicis*, cuiusmodi etiam Emblici videntur: alioquin inter se congeneres arbores promunt ipsi fructus; mediam quandam naturam inter Oleam & Prunum sortitæ. Horum plurimùm duo genera condiuntur, aut huc condita adferuntur: pluris institores faciunt alterum horum, qui Kebulus, aut Cebulus vocatur, omnium maximus: is oblonga pusilli Limoni, aut *Persici* effigie, compacta callosa nigraque carne, sapore iuglandis cõditę. Alter minor est, rotundior, tenerior edendo, Bellericus vocatur. Kebulo sunt Citrini similiores facie, cute, nucleo oblongo, & pulpa, sed fulua, vnde nomen. Indi nigri dicti & notissimi de colore: nuclei expertes, callo pene lapideo, quos concolorem melancholicum humorẽ, vt cæteros, quemlibet suum aptius educere putant. Vltimò Emblici potius fragmenta, quàm integra Pruna, quadantenus triangula, Bellericis minora. MYROBALANI *Arabum, de Græco Myrobalano superius.* *Kebuli.* *Bellerici.* *Citrini.* *Nigri.* *Emblici.*

NEC magis Græcis olim, nec minus nobis noti hodie fructus quos Thamarindos, quasi Palmulas, aut Dactylos minus aptè vocarunt. Non enim Indi Orientales, vnde aduehuntur, *Palmæ* similis arboris tradunt esse, sed Prunis, folio Saligno, vt Fraxini, minutim inciso, magnitudine Querci, tametsi effigies fructus Dactylon, siue digitum inflexum pręferat, cute, pulpa, fibris neruosis, fuscis, & atris intertextum, qui cohibet semina terna aut quaterna, Cassię, compressa, & angulosa: gustu quouis *Pruno* acidiore. THAMARINDI

LOTI multæ arbores in Gallia Norbonensi miræ & spectãdæ proceritatis occurrunt: superant namque magnitudinẽ quamlibet maximam, vel querquum, vel iuglandem, præsertim loco non procul Monspellio, cui *Boutonnet* nomẽ: foliis est *Populi* nigræ, vel Betulæ, sed aliquantò angustioribus: baccis nigris, Piperis maioribus, aut Myrthi, rotundis, prius Æstate virentibus, Autumno nigris, maturis, nusquam rubris, vt meminit quidam: intus Iubebarum nucleolo, fructus suauis esui: vulgò pueris expetitus, dulcis namque, neque astringens est, & tamen dysenterię prodest, hæc Dioscoridea vulgatissima. LOTVS ARBOR

QVÆ verò in horto Patauino elegantissima visitur, & digentissimè colitur, iamdiu à Docto. Fallopio sata, & Guaiacum credita, videtur esse vera Theophrasti: nam magnitudo & folium *Pyri*, Lauri, aut Ilicis maioris, niger fructus, magnitudine Cerasi, qui per initia viret, sine pediculo; vel admodùm exiguo, deinde fuscescit maturus, dulcis valde siccatus, id testantur: & hæc Theophrasti *Pliniique* Lotus. Quam cùm turbulentus Commentator nescit distinguere, nihil aliud quàm ineptè congesta verborum mole onerat lectorem discendi auidum. Namque quam sibi Constantinopoli missam iactat, non alia est certò, tametsi ille non depinxerit, quàm *Patauina*. Sed quia illa sicca missa fuit, paulò arctior strigosiórve erat, alioqui foliorũ & vniuersæ stirpis idem modus: quod nobis certò licet aspectu ipso & doctissimorum fide asserere, nempe Bauhini nostri Medici Lugdunensis, omnium stirpium consultissimi, atque Valerandi *Donrez* peritissimi inibi *Pharmacopœi*, qui eandem in *Syluis* Lugdunensibus copiosam colligit. Itaque duæ sunt omnino cognitæ species: altera Dioscoridis, altera *Plinii* & Theop. nam istius corticẽ scarificabamus adacto scalpello nos, intus libro luteo, foris fusco colore tum fructu. GVAIACVM *Fallopii Patauinum*

ISTVD lignum ex Orientis Calecutii Indiis, eque Occiduis insulis & continenti noui orbis maxima copia minimo pretio cõparatum, vel Barbitonsores & Mulomedici non norunt, nedum eruditi artifices, qui lubente Deo, huius ligni & artis ope, diram Indicam luem, quæ longè lateque per vniuersam Europam sæuiter serpsisset, eódem vnde irrepserat, GVAIACVM.

rat, penè iam repulerunt, tamen nondum plenè innotuit arboris ipsius figura natiua, quam exactè delineatam dabimus nos breui, modò amicos nostros frustrata non fuerit nauis & spes: aiunt hi procetam speciosam arborem esse: folia quidam Maligranati, alii Ilicis, aut Arbuti modo, firma, minora, nitida, frondes dicunt: caudici corticem albidum, quadam nigritie viridante, maculosum: flores luteos plerique omnes faciunt: fructum naucleri nesciunt delineare, sed rotundum, nec ita magnum dicunt. Hispalenses scriptores luteum itē cùm maturuerit dicunt, geminis quasi Lupinis conflatum: Lignum præstantissimum quod nigerrimum & pinguissimum: de cuius immensa vtilitate & oleo, quod sine Alembico elicitur, dicendum postea.

India Occidua Palma sancta

PALMÆ SANCTÆ *similis arbor.*

EX eiusdem classis Naucleris, qui indidem superiore æstate in Angliam remearunt, habuit *M*organus & nos ab illo surculos, quos per sculptorum paucitatem non licuit hic appingere; ita nec alia quamplurima, quæ in operis calce cernentur. Rami sunt arboris grandioris, recti, cortice arboris Indę, folio Citri, carnoso, nudo, Lauri latiore, breuiore, neruoso, horum in summis hærent folliculi pallidi, coriacei, circinatæ rotunditatis admodùm compresi, numo coronæ Gallicæ ferè pares, quorum medio insunt semina Lentis effigie & colore, compressiora, gustu amaricante.

Palum Sanctū Indiæ Occiduæ.

HANC quidem arbitrabantur *P*almam, aut *P*alum Sanctum, quę species diuersa à Guaiaco est, quamuis similis designetur: nempe nō vasta, vt Fraxinus, sed minor, & eī cōcolor cortice: folia cuiusmodi Plantago, sed crassiora, minora, pinguiora, breuiora: fructus Iuglandis magnitudine, aluo subducendæ idonei.

Hebenum, siue Xylebos Officin.

OFFICINARVM Hebenū quin sit species Guaiaci nihil obstat: nā prædurae assulæ, grauissimæ, quę in officinis visuntur, & aquæ mersæ sidunt, tum pinguedo, quę exudat igni, perinde atque è Guaiaco, tum aspectus ipse, & vires, ac sapor, videntur testari: nam odor etiam ei inest Guaiaci, vires ad eadem quę Guaiacum cōmendantur. Ne porrò quis obiiciat, solam Indiam nigrum ferre Hebenum ex *P*oëta; dicimus, Hebeno idem euenire posse vt Guaiaco, quod non modò in Traprobanię finitimis ad Orientem Austrum, sed etiam in India occidua longissimè dissita, syluestris frondet.

TILIA *fœmina Theophr.*

ALIA est hæc à Dioscoridis Phylerea, & per y scribenda, quòd in tenues assulas & phyluras discerpatur. Frequentior multò Septentrionis frigidioribus Germaniæ, Belgię, & Gallię, quàm Italiæ, vel Norbonæ: pulcherrima Basileæ Heluetiorū in Diui Petri area, patulis ramis, sparsis, inque vastæ magnitudinis ambitum fornicatum propagata, folio latiore, *P*opulneo aut Betulę, serrato ambitu Loti: ramis item frondosis, & Amentis per initia Coryli aut Iuglandis.

TILIA MAS.

MAS autem non perinde effigie tota atque folio differt, tametsi exiguum sit discrimen: folia Vlmi scabra rugosave sunt: flosculos, non baccas, vti fœmina, fert, sed semen & flores in folliculis Carpini modo.

VLMVS.

VLMVS multò vulgatissima notatuque facillima est: folio non adeò illi dissimili, aut Alni. Folliculis vermium volucellorum & fuliginis refertis, saliuaris limo aut liquori manantibus. Buxi color ligno.

CARPINVS.

VOLVNT recentiores hanc esse Carpinum Theophra. tametsi Vlmo congener sit: foliis quippe iisdem, sed follicosa sobole seminis, cuiusmodi fauagines in caudatis floribus Lupuli.

BETVLA.

ET Betula perinde pueris nota, vt de virgis infesta, folio Alni aut Fagi: virgis flexilibus, rectis, gracilibus, ad scopas nectendas idoneis: nucamento Coryli.

Alnus nigra. Germano. Faulbom an Colycea Theo. Frangula.

VDOS salicum natales crepidinésque riuulorum sequitur hęc, ad infectoriam quęsita, & valde nota de Coryli figura consimili: cuius corticis potissimus vsus: russescit is ex fusco.

Nux Auellana

OBVIA paucioribus locis hęc, nisi ad Septentriones, vt Angliæ, Germaniæ, & Northmanniæ syluosis vdis, folio Alni aut Cerasi, aut Cotnus, fusco: flores albi, nec dissimiles. Baccæ exiguæ, quantæ *P*iperis grana, quæ primùm virent, deinde rubent, demùm maturæ atræ fiunt, insuaui gustu: virgultis frangēdo teneris, ideo Frangula nōnullis dicta: cortice nigro, sed glaucis maculis asperso, libro subtus flauo, vomitum ciente, & aquas secessu deturbantur.

VIx vllus locus paulò aſperior montanæ Galloprouinciæ eſt cui deſit huius fruticis prouētus. Surrigit autem quāplurima virgulta recta, læuia, polita, prædura; cortice obducta nigro, & folijs oblongis, Berberidis, maioribus, firmis, inter quæ crebra fœtura baccæ rotundæ admodùm nigræ & plenæ erumpit, magnitudine Myrti, ſapore planè melleo, & pergrato plebeculæ, quas ideo vocat Amelāchos, quaſimellea. Virgis ſurrigitur virentibus & ramoſis, omnium rigidiſſimis & duriſſimis, quaternos aut quinos cubitos longis: quibus in ſcopas vinctis, vtuntur ad areas verrēdas. Scatent hac loca aſpeta prope Diuiani Moſterias & Siſteronem illic vrbeculas. *Amelācher Galloprouinciæ mōtane, an eadem Aliſier Gallorū?*

Corylus perſimilis Alno.


RAmis & fronde Colurnus ſuperiori Alno ſimilis admodū ſed catulis pendulis hyeme, Vitimoris betulæ quàm Alni: nuces ipſæ piſtachijs pares, tū ſatiuæ, tum ſylueſtres: vel pueris eſu notiſſimæ. *NVX Auellana.*

EST fluentorū riguorumúe vtraq; populus aſſecla, ſed nigra frequentior, folio rotundo, oblongo, ſupernè acuto, initio atrovirente, hederaceo, in cuius pediculis oblōgis racematim hærent acinuli, Piperis rotundi ritu. Quæ verò alba vocatur, frōdibus eſt perpetuò tremulis, ſupernè virentibus, ſubtus incanis, Tuſſilaginis, interdū in angulos exeuntibus: catulos ante foliorum exortum, latifolio Salici modo edit. POPVLVS *nigra* *Alba.*

Lybica ex vtrauis earū facilè noſcitur, ſed magis nigrę aſſimilatur, rotūdiore, minore, & breuiore folio, duriore, albiore, obtuſiore, ſed crebrò criſtato, aut ſinuato, adhuc magis tremulo: vnde Gallis *Trēbl* dicta. *Lybica.*

Arbor IVDÆ Mouſpellienſiū ſiue CERCIS Theoph.

CErcis Theoph. ob ſiliquam ſemenq; lentis effigie indicatur pervenuſta arbor hæc: quæ itidem ptopter riuos aut lætiores margines interdum & in collibus Veronæ amœnis & Norbonę, Hetrurię etiā nō procul Sienas, quò min⁹ decuit hāc ignotam fuiſſe Senenſi, nam ſi nouiſſet, qui alioqui ſolitus eſt vel triuiales quaſdam Conſtātinopoli acceſſere, & occaſionē dicendi parū tempeſtiuam deplantis arripere, exq; alijs Cōmētarijs in ſuos rapere, iſtā ſuā popularem tacuiſſe. Venuſtas hanc ilicò oculis commēdat & notam facit. Flos copioſus cōfertim pullulātibus aut nondū exortis folijs, purpureus punicās, hilaris, Ciceculæ aut Piſi. Siliquæ per Auguſtū maturāt, ſemē Lentis effigie, cōpreſſum, Geniſtæúe: ipſæ fotis Xirāpelino ſiliquæ aut ſpadiceo fulgore micāt cōpteſſæ, digito latiores & longiores, quadantenus Senæ ſed rectæ: folio exactè rotundo, Aſari, neruoſo & venoſo, Cyclaminis, craſſo nitido.



E Nouo orbe nō ita dudū nec min⁹ elegātes nec parum ſimilis arboris ramos prægrādes Angli mercatores illinc reuerſi attulerūt, quorū Morgani dono iconē exhibem⁹ inferius: virgulta ſūt aliquātùm flexuoſa, & per ſemipalmū palmūq; crebra, geniculata, veluti inſertione cōmiſſuraq; partiū nodoſa vnde exeūt è ſingulo pediculo ſingula folia, ora exquiſitè rotūda, nec vſpiā niſi qua pediculis hęret, intercīſa craſſa, rigida, latiora Arboris Iudę: cui Populi alternatim exeūt pręlōgi loruli, ſtipati acinulis multis exiguis, planè Populi *Prægrandi folio rotundo noui orbis populus.*

ritu

ritu, qua re & hanc Populum Perunianam vocare visum fuit: gustu perquam astringente, aliquãtùm calfaciente, subsalso.

MORVS omnis IVVAT morum temperies cœli moderatior, cuiusmodi est agri Veronensis, Auinionensis in Galloprouincia, & plerisq; locis, vbi ex viui radice panguntur ad solertis vermis Serici pastionem: vulgatior morus serotinos flores edit, catulos hirsutos & folia Alni oblongiora, maiora, rotundiora, nigriora, squabra, læuiter crenata mora, maturescẽtia cocci nis conflata primùm acinulis matura cruentatis, & suauissima in delicijs. ALBA.

Pumilla quam vocant Chamæmorum nonnisi modo magnitudine pro totius rata parte distat. Nec itidem Chamæficus, siue humilis Ficus.

SED enim albæ minora imbecilliora sunt folia, tenuiora, sinuata ambitu, albæ pomuli, aut Sambuci montanę albida flacida gratiora, sed mora multò insipidiora, candida nitent, ad nauseam potius quàm alendum nata, caduca fatuè dulcia, tota arbore minore: quam tamen pluris faciunt coloni ad velleris opus. SYCOMORVS.

EX Syria & Ægypto Sycomorum aut potius Morosicum (vt Celsus diceret) quidam frustrà sunt cõati Italiæ Hispaniæq; tum Europeæ, tum Indicæ inquilinam facere: nam ne germinauit quidem: tametsi in syluis Syriacis perfamiliarem esse, vel Propheta testatur Amos, qui se Opilionẽ dicebat & legere solitũ Sycomora illic aut locis vicinis: nec pauci sunt hodie qui eãdem inibi illuc peregrinati viderunt, Amicisq; nostris & nobis quidã studiosiores ambulones Monachi, Veronę & Bononiæ ita oratione rapresentabãt, similiorem multò moro quàm Ficui: fronde Apoci aut Mori, & cognitu facillimã de fructu, qui caudici, aut imis ramis propè alas hæret, media inter Ficũ & morum constitutione & figura, pusillam Ficum æquante, granulorum tamen intus experte.

FICVS. EST magno subsidio fructus ficus Hispaniæ, Italiæ, & Galloprouinciæ, vbi syluulas verna & Autumnali fœtura biferæ Ficus, perelegantes videas: fronde prægrandi, lacinijs anfractuosis quinquepartitò sinuata, asperâ, glauca Mori albi & spondyli: fructu suauiore pleniore, recenti, sicco solito, cuiusmodi vbiq; esitantur.

PLATANVS PErquàm familiaris Macedonio & Peloponeso Platanus, quæ alibi rarò oritur, & vastam magnitudinem ad vmbracula comparatam adipiscitur: Italiæ multis in locis colitur, & speciosa visitur, nec minus annosa Florẽtiæ prope pomęria, & in suburbio quodã, nõ procul mœnijs vrbis, vbi hosce ramos & surculos defregimus augusto, cum penè echini maturuissent: penduli hærent hi pediculis singulis longioribus & breuioribus, non æqualibus, aut vno exortu innẽxis (vt pingunt qui non viderant) parillitate vuedonis ferè, Bardanæ concolores, apiculis acerosis asperati, Sphærophali in modum, quę sunt semina ipsa



ipsa scabiosæ montanæ non dissimilia, tomento leni subruffo intexta: fronde perquàm lata (vnde Platanus dicta) Vitis aut Aceris, sed altioribus sinuũ diuisuris, & laciniis porrectioribus, dentatis: ligno non valde compacto.

ACER. Galli. Errable.

ACVTIE foliorum cognitu facilis Aceris species illa, quam antiqui vocarũt κλινότροχον, tãta quippe folia similitudine sunt cum Platano, vt Panepistemos Cardanus ille sibi visas Platanos frequentes in Scotia literis mãdarit, & nõ nulli prope Oxoniã easdẽ oriri sponte nobis asseruerint, etiamq; ostẽderint hanc rati esse Platanũ: est quippe ambitu & diuisura Platani aut Sorbi Torminalis vocatę, nõ tamẽ adeò profundè acta; angustius folium est, nec ita cõpleta circinatione, vt ex ramuli huius cum cõmuni Aceris intuitu pictura hîc monet. Foliacea siliqua cõpressa, bipennem expãsam, & inuersam, aut Papillionis alas imitata, vno vtrinque semine donata: muscosi flores, luteoli, Corni, aut Asaræ Barac.



HVIVS congeneres duæ sunt: vnius folia (quæ Theophra. Sphendamnos est) angulis Hederaceis, ternis & quinis, superiorem æmulantur, sunt minora tamen, & minore folliculo. Hæc vbiuis præruptis & syluosis frequentior. Infrequentior altera Septentrioni, quæ fortè apud Theophra. Zygia sit: tametsi & frigidis proficiat, folio & fuctu minus lacinioso, minore: flauente intus ligno. *Varietates.*

SORBVS TORMINALIS.

CALIDARVM & frigidarum, Angliæ, & Norbonæ Valena sylua familiaris hæc Sorbus, flore, fructu, & nucleis Atriæ vel Mespili Aroniæ. Folio Aceris, Vitis, aut Populi albæ.

RECEPTA iã vsu & nomine Oxyacantha verã est illa, quam Galli *Aubespin*, Angli *May* dicunt: folio est *Mespili Aroniæ*, Apii incisura: ramis duris & mucronibus feptis: floribus cãdidis vel rubentibus, odoratis, fructibus baccisve rubris, gustu subausteris. *OXYACANTHA.*

HVIC est perquàm similis arbuscula in sylua Valena, tribus à Monspellio leucis spontè orta, folia edens similima, sed latiora, fructum rubrũ, quadruplò, triplóve maiorẽ, Auellanæ parem, suauem gustanti: nucleis ternis, duriusculis, Septembris initio maturis. *MESPILVS aronia. Vulgò Monspe. Pometz. Ita. Asaides.*

MON-

MONTANA *Sambucus racemoſa.*

MONTIVM & Nemorum amaſia Sambucus, ſuperioribus perquam ſimilis, facie, cortice & ligno concolor eſt, ſed fronde minore: flore autem non in vmbella, ſed racematim Liguſtri in morem ex luteo albicante, racemóſque multis acinis congeſtos, odoratis, Coccineis & puniceis, vuã integrã exprimentibus relinquẽte, nõ inſuaues per Auguſtum eſui, vti ceruis, frondes, quas depaſci dicuntur auidiſsimè, præſertim dum prægnantes ſunt fœminæ. Frigidi eſt temperamenti ſomnúmque conciliare potis, adeóq; veternum, præſertim baccarum eſu: qui ſi nimius, admodùm noxius proditur.

SAMBVCVS *Montana racemoſa.* AQVATICA. ROSEA.



AQVATICA

NIHILO ſecius & hęc ſibi nomẽ Actæ vindicat, vtpote vmbroſarum amœnarúmq; riparum, quas rblandè igant aquæ, alumna, in Germaniæ, Gallię, Anglię, Italiæ, Pedemontiúmque pratenſibus, vdis, conuallíúmq; marginibus: verùm fronde potius propiúſque Aceri, quàm Ribes nigræ, vel quàm Sãbuco accedit; virgis gracilioribus, geniculatis, politis, fractu facilibus, *S*anguineæ, frutici ſiue cornui fœminę concoloribus, nec medulla pluri: florum foliolis Thlaſpi Candiæ, latioribus quàm Sambuci, ſed effigie & odore ſimilibus, vti & ſemine ruberrimo, compreſſo, Viburni, dictę fluidę Theoph. guſtu nauſeam faciente: Gallinis & auibus in cibum cedit.

ROSEA.

ELEGANTIOR, hilarior aſpectu, & rarior Roſea SAMBVCVS hæc, herbarum ſtudioſis in hortis alitur: Folio, ſtipite, toto habitu aquaticã Sambucum præfert, flore tantùm viſu iucundo, multiplo, glomeratim cõgeſto, Roſam candidam ęquante & effigiante, diſcernitur.

Bryonia folio Amomũ Græcorum & Plinij. Alterũ apud Plinium Punicæ folia.

NON parum affinitatis Amomo eſſe cum Cardamomo, præter ipſam nomenclaturã & vires aromaticas, in antidota addi ſolitas, itemque ſoninificas, tum Theophraſti & Plinii autoritas nos certiores reddunt: vt enim Dioſco. poſterior vixit Plinius, ita certiorem collationem reliquit; vbi inquit; *Simile eſt Amomum Cardamomo nomine, frutice, ſemine oblongo: metitur eodẽ modo & in Arabia.* Dixerat idem paulò ſuperius: *Amomi vua in vſu eſt, Indica vite Labruſca*, quare quam Labruſcã Indicã vocat hic, videtur cum Amomo Dioſcor. folio vitis albæ, eademique cùm doctos diu exercuiſſet, & eos peregrina planta defecis-

defecisset, nostram Ribes nigram opinati sunt: quæ vt vera non sit, saltem monumento *Ribes nigra & Rubra.*
esse poterit ad veram vestigandam. Et alioqui non indigna cognitu, folio viticeo, aut Bryoniæ, virgultis odoris, interfindendum vireutibus, nigræ vuæ modo racemosa, flosculis herbidis, luteolis: locis syluosis Alpinis frequens, & in hortis culta, vt Hypris, & alibi, in Occidua Flandria.

Est alia Ribes longe simillima folio, facie & surculis, baccis non nigris, sed rubris, pellucidis, suauioribus multò, & notioribus, tum officinis ad Rob. de Ribes, tum hortis.

VErum, & alterum describit Amomum Plinius, quasi excribens aliorum sententia, qui *Amomum apud Pli. Punicæ folio*
existimauerūt esse fruticem Myrtuosum, Palmi altitudine: laudabatur quàm maximè Punici mali folijs simile, nec rugosis, colore ruffo. Preciū vuæ in libras x. & xl. Adulterabatur autem folijs Punicis. Hinc item factum, vt accuratiores expensores arbitrati fuerint, illum fruticem acini Alkekengi, & folio Punicæ aut Persicæ, qualem in Solonis descripsimus. Et quàmuis autores consulturo, in promptu erit nosse nos hodie vtroq; vero Amomo carere: tamen hasce plantas huc adductas esse par fuit, ad veras, quando sese offerent, certius dignoscendas.

QVi verò ignauiorem huius vuam ducerent, aliam peregrinam plantā, vt multò Amomo aptiorem, adducunt: quæquidem ipsis acinis, aut granulis Piperis minoribus, *Piper caudatū.*
Cubebæ rotundioribus, pedicellis extantibus ipsóq; demum gustu, illam Amomi vuam adumbrat. Sunt tamen ea quolibet Pipere feruidiora, acriora, nec aromatica. Eóq; *Pimento del rabo* vocāt Lusitani, quorū cōmercio ex Indijs habemus: sed iam desitū adferri in Septentrionem, ne vulgatum Piper vilesceret. Peper met steerten vocabant Belgæ, id est, caudatum Piper: folia produntur vitis Anguillaræ.

EAdem delineatione persuasi, non paucis placuit Rosa Hiericontea vocata pro Amomo: quod tamen minimè decuit eos asserere, incertos foliorum, quæ meminimus vidisse, & creuisse Doct. Treuisano Patauij. Crescit enim haud ita difficile ex semine recenti: hærent autem seminula complura, racematim vnà stipata, glumosa, Sorgi minora; & intra fruticis, cancellatim, reticulatimque implexi glomum contenta, Folia verò non succurrunt. *Rosa Hiericōtis*

IAm autem qui nouit Amomum Dioscoridis & Plinij, illicò noscet eorundem Cardamomum, vtpote Amomo simile nomine, frutice, semine oblongo: & idem discet nostrum siliquosum, Cardamomum Officinarū, aut Græcorum non esse, aut descriptiones prorsus depravatas esse: nam Galeni locus adductus de exenterato fructu Cardamomi, potest intelligi de glumis mundato: nec vllus locus aduersatur ex Dioscoride, Neutiquā tamen contemnendi vsus hasce siliquas putamus: tum quia tacito consensu, & prærogatiua vsus receptæ sunt: & fortè Arabum sunt. Earum quæ maxima, Melegetta, aut *Millegetta* dicta à semine crebro, farcto, occluso in folliculo membraneo, Ficum foris effigians nomine *Grani Paradisi* notissima est, & ex Occidua Aphrica frequens allata. E quatuor alijs siliquis, quæ inter se perquàm similes sunt: ea quæ Officinis, maius Cardamomum vocarur, oblonga triquetra, lapidi dactyli concolor & par, semen condit angulosū, Millegettæ minus. Triquetra item siliqua, sed breuior est media vocata, nec dispari semine, quā veriùs putant Cardamomum, propter amarorem & acrimoniam non exiguam. Minima pariter triquetra, sed vix nucleum Pruni æquat. Perelegantem aliam habemus à Morgano quandam, recens allatam ex Indijs Occiduis, pusillæ Melegettæ penè parem: sed triplici carina triquetra graciliorem, & admodum Xyridis siliquæ accedentem: sed corticoso capillitio obductam, albidam, intus oppletam semine pari, albido, lucido Melegettæ sed albo, mansu facili, & gustu multò gratiore, Gingiber prorsum testante: subtus etiam, quà siliqua hæsit scapo, arguit Gingiberis stipitem: quare istas omnes siliquas Cardamomi, esse plantarum consimilium, nec Gingiberi absimilium, non abs re quidam peregrinator narrabat. *Cardamomum.* *Millegetta.*

CVm è superiùs dicto Pipere nigro, tum è fructus nucamento Officinis notissimo, satis constat diuersam hanc esse plantam, quam recentiores folio Mori delineanr. *Piper Longum.*

BOrealium hortis, vt Angliæ & Belgij, loco Vitis viniferæ est hæc: eóq; vuā crispam vocant hebarij, viticea item fronde, aut Ribes, sed incana totis virgis, & spinis horridis, acinuli *Vua crispa siue Vitis precia.*

acinuli crebri,singuli,in virgis tamé sunt pellucidi,pallidiores,intrò maturi,subsului,cul
tu multò suauiores & maiores.

Satiuæ ROSÆ. *Rubra Prouins.* *Candida.* *Pallida.*

ORbis deliciæ,florum princeps & honos Rosa,Angliæ florétissimi Sceptri,petinde au-
spicatissima,ac meritissima tessera, vt in quo regno hunc fruticem, non modò ipsa
bruma virenté,& interdum penè perpetuifolium,sed etiam mirè feracem,biferum sæpe,
quádoq; tristorum videas.Triplex est vulgatiorisè colore differétia:nam aut purpura san-
guinea,saturè punicant:vel aspectu niueo micant:aut candore & rubore confusis, flam-
meo rutilant,virgineis genis,& malis concolores,quas plebecula pallidas vocat.Tres hæ
insigniores satiuæ differentiæ sunt,quæ,quòd sexcentis ferè lenocinijs, colores,odores,
sapores, magnitudinem,numerumq; foliorum,& vires demutare queant & soleant fi-
eri præproperę,serotinę,brumales,non sunt huius instituti.

Cinamomea.

SYluestris tamen natiuæ sunt varietates,& notatu perquàm dignæ:eius præsertim quã
boreales Canel roose,siue Cinamomeam appellant:hæ foliolis,sunt omnium florum
minimæ:Franciæ,Belgio,Angliæ,ruri sponte crebræ,ipso odore notissimæ.

Moschata.

MOschatæ videntur syluestrem exuisse animum,mangonio,& hortenses duplę factę:v-
bi fragrãtiæ comendatione coluntur,condiunturq;,& esitantur passim in Italia,Ve-
netijs præsertim:aluũ iucundius,sed vehementius cient:& animi deliquia,stomachi,cor-
disq; lancinationes accersunt.

Lutea. *Cærulea.*

PArcs & cognatiores illis Luteas,cùm aliàs sæpe vidimus Argiera Affricæ ex Numidia,
Galliæ inquilinas factas:tum in Anglia consimiles,solerti manu in Genistæ scapũ in-
litas,vnde colorem,odorem,viresque mutuantur nouas. Est & iamdiu videre Cærule-
as in hortis Italicis.

Esglentine ou Esglentier.

SPecies est altera folijs minoribus Myrtinis,sed latioribus,flore & elegãtia Rosæ Mos
chatæ:fructum similem cæteris fert,& æqualem:tota planta multò odoratior, vulgò
Esglentine. Angliæ & Flandriæ hortis,ad odoris gratiam colitur.

Spongia Bedeguaris.

RAmis omnium,sed præcipuè huius villosum,coloriumq;,muscidum excrementũ hæ-
rere solitum floccis,velleris Sericei,instar,Bedeguard vocatur.

Dunen Rosem. *Pomifera.* *Morifera.* *Baccifera.*

INter Syluestres non postremæ venustatis alia Angliæ perquàm familiaris,& Esglanti-
næ cognatior:fruticat pumilla,bicubito non altior,sed inodora:folio minore,& pere
leganti:Mespilo Aroniæ non dispari: pomo donata minore multò,colore viuidiore, ru-
bello subpuniceo,per Augustum maturo:flos Rosæ syluestris est.

BATIS *Rubus moraq;* *Batina.*

SVnt Rosis perinde facie,vt viribus & nomine affines Rubi Batis,vt sint vbiuis perinde
noti& inuisi,importuna,nocuaq; feracitate:duplicé in eis differentiã facile percipias:
vnus namq; vulgatissimus, quo intextæ vinciũtur sæpes:inter dumeta & lumeta nihil isto
frequẽtius:virgulta crassa,quadrangula,sentibus infesta promit:folia spinosa,serrata,ter
na,& mora edit planè Fragræ similitudine:ad Diamorum confectionem Officinis vsita-
tissimæ,floris Esglantinæ.

Reptans.

ALter Rubus nullum latere quit,in aruis passim restibili, seque progignente rediuiua
sobolc gramineis seminibus sparsim pulullãte, in satis plurimùm triticeis:prorsum si
milis,sed tantùm minor reptansq; est·minorem minusq; succulentum maturat fructum.

Rubus IDEA.

HVc item spectat *Framboysier*,quasi Fragra lignea aut syluosa Gallis dicta,& admodum
nota Septentrioni:vbi nullus saltus vmbrosioris syluæ,isto Moro caret, duplò maio-
ribus acinulis conflato,cærula purpura nitentibus:condiuntur mora & esitantur,ad vo-
luptatem & sitim quæsita,aspectu amœniore.Minus horridus spinis frutex,folio terno,
non dispari Fragranæ,crenato.

Cynosbaton.

NEscio qua sui fiducia nos inuitos nihil scire docere vult doctis.Math. qui iãdiu nó no
uit,nequidé postremò monitus agnouit Cynosbaton.Cuius duo frutices,vt nomen-
claturæ,sic effigiaturæ ex antiqua descriptione persimiles,certos nos faciũt,aut saltem ea
nó carere nos hodie.Est aũt frequẽtissim⁹ Cynosbatos Rubi persimilis valde quã spinosus
sępe arborescit,& amplexu arborũ accrescit,floré & fruticé Rosæ syluestris promẽs : eius
baccas cornui aut ceraso pares & cócolores,intus lanugine farctas,pueri esitabamus.

Cupressus proxime Sabinas reddenda.

IVgiter virétis Cupressi lucus est perquã amœnus & venustus propè Burdegalam,alibi-
que hortis ad Septentrioné pulchre adolescit,vt in Anglia,Ramis & folijs Sabinæ bac
ciferæ,sed nucula oblonga,pusilia,sculpta aut rimosa, ouo columbino pari,intus semine
compresso,perpusillo,

Quod.

QVODLIBET solum æstuosum & alsiosum modò macilentius sit & sterilius, tam abundè Ericā fundit, vt ea neminē latere queat: vulgatior bif'ora purpureis flocellis Tamarisci Norbonensis, cui vsquaq; similis est & cognata facultatibus, ad splenem atque calculi affectus. Saxosis tamen montibus Angliæ occiduæ ad Bristoiam exilior, tota fesquipalmaris, sed densior fruticat: flore calyculato, longiore & Vnedonis ferè, hilarius purpurante, nec cæterò diuersa. *Vulgatior Erica folio Myrica. Pumila calcula to Vnedonis flore Minor Erica*

SEd quasi gaudeat aridis & squalidis, speciosior fruticosiorq; euadit in Romano, Thusco, & Norbonensi agro: ramis folijsq; prolixioribus, caudatis, comosis, Chamæpitis effigie, flores edentibus calyculatos, venustè purpurantes, similitudine Vnedonis, apiculis fibrarū. Et hanc, si, vti nos floridam pedibus triuisset in Italia Mathiolus, neutiquam Fallopio, seu plantam peregrinam acceptam tulisset. *Iuniperi folia scoparia. Maior Norbonensium Chamæpyteos folio.*

NOn eosdē hæc nacta natales, sed sabuleta maritima Veneta: eandē studiosiores videbāt Mōspellij secus patibulū Castri noui: humilis reptat humi, sesquipalmaris, folijs pusilli Germanici Thamarisci, Lini pericarpijs aut Cysti: semine, flocellis luteolis, item Cysti aut Helianthes: quare Cystum quintum opinatus fuit Doctor & Præceptor Assatius, *Chrysanthemis Erica minima.*



VVlgatiorem prorsum, facieque Ericæ prioris videas, præcipuè in riguis & maritimis Galloprouinciæ & Lio Venetorum in Cotonæi magnitudinem caudicemque abire, è quo ad splenes detornantur pocula. At quam hic Mediterraneæ proximam appinximus, ad Rheni ripas in Germania spōte frutescit: sed exilior humiliorq; multò, nec arbor fit. imò plerumq; in hortis Angliæ Brumā interit. Et flores huic tomentosi, papposiq; diffluunt vnà cum semine, maioresq; sunt ferè pares & similes vulgaris Lampsanę, sed purpurei. Norbonensi autem ramosi exigui flosculi, nec papposi, sed rotundi Oleæ, ex albo punicantes sunt, & acinulis, quos interdum totum triduum Soli obiectos obseruanimns subsilientes & tripudiantes, vermicello intus orto agitante, & tripudij autore, qui pertusis aut desilientibus tandē granis, foras prodibat.


Sabina baccifera.

BOreales Meridianiq; horti, præsertim in claustris Vestalium, Sabinam vulgatiorem alunt longè notissimā de Thamarisci folijs, sed rigidioribus, pungentibus, tetrū que odorem halantibus, perpetuō virentibus, baccarum expertibus. *Sabina vulgatior.*

CAlidioribus autem Lygurię gaudet, mōtosisq;, vt Norbonæ Ceto monte, hæc, baccas oxycedri maturās subpuniceas, resinosas, minus fœtente tota plāta, quàm superior: odore tamen non absimili, folijs vt plurimùm Cupressi: sed interdū in Galloprouincia folia ima sunt Iuniperi, superi *Sabina baccata*

ora Cupressi minus aspera aut pungentia.

Sabina Aegyptia, QVandã ægyptiam Sabinam Bononienses professores faciebant, quæ à nobis inter Abrotanum relata est, caule pedali et sesquipedali, in summitates caudatas, comosas exeunte, pullo pallentéve colore.

IVNIPERVS *vulgatior,* GLareosis tum Meridiani, tum Borealis soli sterilis, inter Ericeta, fruticosa sobole sempervirente, fruticat minor: folio & facie Ericeæ aut Sabinæ, fructu Piperis, grano subdulci, odoro, vti lignum totum.

OXYARCEVTIS, *siue acuta Iuniperus* VVlgatissima est etiã in Galloprouincia Iuniperus maior hæc, inibi CADE vocata: folio Iuniperino maiore, acuto, mordaci, pungente bacca triplò maiore, Sabinæ persimili, & concolori, resinosa tota: spirat suaueolentiam lignum, funditq; liquorem, quem illic Oleum de Cadde vocant.

EX Istria quasdam habuimus plantas, non dispares fronde & figura, sed fructus erat teres, oblongior, mediocris Oliuæ par.

CEDRVS Phœnicea Eadem Norbouensi agro visitur bacca, buxea, tripode, quæ quidem non pessimè quadrat Cedro *Phœniceæ*.

Cedrus Lycia LYciam Cedrum iamdiu vidimus Lutetiæ in quibusdam hortis, folio Iuniperi multò minore, ad Sabinam accedente: bacca Phœniceæ minor est.

CEDRVS Libania & Palestina præcelsa.



ALiæ sũt Cedri Græcorum, quarum nonnullæ in Citrijs dictæ: hæc autem illis indicta, Palestinorum in Libano Alpigena, ex sacra pagina admodum celebris & nota fuit: Eius autem pusilla cupressi femina, sed cõpressiora, in Figulinis sata, nobis arbusculas tres aut quatuor pepererunt: quæ perquàm venustum arboris cõmensum, & indolem, iam tum per initia præferebant. Patauij semen habuimus, vbi industrius & generosus vir Cortusius etiam seuerat, & colebat: vt mirum sit tantillum semen alio cœlo & solo, tam celeriter & eleganter in arbusculam sesquipalmarem aut cubitalem erumpere: hic pictas ex conis & icone has plãtas exhibemus: & facilè deprehẽdere fit, min⁹ verè in Mathiol. delineatas. Sempervirent folia Abietina: aut Pino breuiora: Ligni autem materies & assulæ, hilari sunt & nitido aspectu, ex Phœniceo purpurãtes, non valde duræ, odorem roseum, quàm Sandali suauiorem aut Cupressi habentes, præsertim dum pruni adolentur: Galliæ, Northmanæ, Lõdini, & Belgio, iam valde nota materies: hãc fortè innuit *Poeta*, cum de Circe canit, Vrit odoratam nocturna in lumina Cedrum.

E duabus

EDVABVS quas veluti summas coniferarum differentias statuit Dioscorides, vulgatissimam *Pinum* multis hortis cultam in Belgio & Anglia, Italiæ & Norbonæ ad aquas Marianas sponte natam in promptu nosse est: quippe arbor euadit celsa, prægrandis, foliorum prolixioribus longioribusque, quasi comosa, pilis & cono ampliore, crassiore, breuiore, pressius Cedrinum conum exprimente: nucleis compactis, esculentis, item habitioribus, quos officinæ vocant Pineas. PINVS. RESINIFERA *& conifera.*

HVIVS autem syluestris videntur esse plures varietates è conis, foliis, totiúsque magnitudine ductis: duę namque in Lyguriæ, Galloprouinciæ, & Norbonēsis, ora maritima passim syluescunt: foliorum prælongo rectóq; capillititio illi persimiles, sed vna brachiata est, cui folia manipulatim erumpūt è mediis glabris ramis, æquabili plurimùm exortu, cæparum instar. *Pinus syluestris & Varietates.*

ALTERA persimilis vndequaque stipite ramorum, foliorum, & capilata facie, vtriusque earum conus oblongior, minor & angustior supernè, quàm *Pineæ.*

EA autem, quam vocant quidam Cembronem, vndique item foliorum comosa densaq; sobole stipatur, conis obtusioribus, breuioribus donata, per maturitatē facilè hiulcis.

*S*VNT adhuc syuestres duæ, quæ breuiore foliorum fœtura, magis circa ramos reducta, pressius Piceam prēferunt, aut Abietem. Quarum quæ ampliore cono & longiore folio donatur, Mugo vocatur. MVGO.

ALTERA exilius viliusque comatur, donaturque nuce multò minore, & ferè Larigna. *LARIX.*



Agaricum Larignum.

LARICIS ne nomen quidem Grecię olim innotuisse certū est: quippe quæ oblectetur frigidiore & Boreali cœlo. Ac tametsi Diosco. alicubi huius resinæ meminit quasi pełgrinæ & ex subalpinis Galliæ & Germaniæ in Græciā aduehi solitæ: tamen arborē minus nouisse indicio est Agaricū: quod ille radicem esse dicit, & ex Armenia peti. Iam verò perquàm nota, & nobilitata triplici extremēto & præsidio Larix, Manna nempe, Agarico, & resina Larigna, quæ *Lagrimo* hodie Venetis dicitur & falsò *Septentrion.* & Trāsalpinis indicatura Terebitinę venū mittitur: folia plurima, sed delicatiore pube frondet, nobis etiam Bruma sæuiente & niuibus Alpes insternente: In Germaniæ Alpinis Montes Nicolai & Allobrogum Sabaudiis, per exortus quosdam eadem folia manipulatim & penicilli in morem promit.

Picea, & Abies.
Sapin Gall. eſt Phteropios Theo. hæc multorum theda dat.

PICEÆ autem & Abietis vaſtiſsima nemora tranſmittunt, qui ex Germania, Tridentũ, Veronã, Venetiáſve petũt: cognata vtriq; facies eſt, & plumatim ramos pinnatímque folia veſtiunt breuiora ferè Taxi, pungentia, rigidiora; ſed PICEÆ, in extremis, rectis flexilibus ramis Coni grandiores, ventroſioreſque, & aſpectu iucundiore: Abieti autem præcelſa proceritas, erecti, craſsíque caudices, adq́ue nauium malos ſuccindi ſoliti, nõ modò antiquitus, vt in Nemore Pelio, cuius execratur abiegnas trabes, Poëta ſed hodie ad Aquilonem in Noruegia & Ruſsia. Et huic vni ſummis in ramis, & in cœlum obuerſi mucionibus ſunt coni.

σμίλαξ Taxus μίλος Theop.

QVAMVIS prorſum feralis & pernecabilis credita Taxus, & ſic vocata ſit apud Paulum origine Græca, à ſagittis inficiendis, venenóque armandis (cuius etiam ſtolones curuantur in arcus, vt canit Virgilius) eius tamen baccas rubentes, Coccinas, teretes, perſimiles & ſubpares Smilacis aſperæ, vel Aſparagi granis, innoxiè pueruli eſitant in Anglia, noſque guſtauimus ſub hyemem, non ingrato ſapore, ſed fatuo, vel amaricante, vbi porci paſsim eas, quaſi glandes paſcuntur. Nulli ſanè Angliæ angulo deeſt hæc, vbi ſemperuirente vmbroſa, denſáque ramorum iuba latiſsima, ſimiliter Abieti, plumatim longis quaſi pectinum radiis atrovirentibus comatur, inq; ſepulcretis & areis pro templorum foribus pangitur, ad arcendos Solis æſtus à concione, plebéq;, ſub tegmine Taxi vmbroſæ & annoſæ conuentus religioſos agere ſæpius ſolita, nullo percepto inde vel tantillo incommodo.

PALMAPINVS, ſiue Conifera.





VVLGARIS palmę congeneres eſſe multas ſylueſtres in Sinu Guineæ Oceani occidui, quæ ſteriles ſunt, nec niſi exilitate à ſatiuis abſunt, narrabant nobis mercatores induſtrii Gallobritones, qui illuc quotãnis fermè cõmercii cauſa adeunt. Inter quas & alii Angli inſtitores non parũ venuſtam & miram hanc, icone hîc expreſſam, inibi oriri affirmant; cuius ramos luculenta conorum fœtura onuſtos dono iidem attulerunt ſtirpiũ cultiorisq; artis peritiſsimo Pharmacopœo & Ciui Londinenſi Iohan. Riccio, qui nos donauit iſto palmite, aut potius Pinopalmę termite: cuius arborem, quaſi quandam ex Palma & Pino hybridam natura ludibunda videtur conflaſſe: eſt quippe lignum ipſum fungoſa Palmæ prorſum textura, in villos tota dehiſcens, & ſquamoſa cute loricatum, faſtigiato termitis

mitis numerosis,& in orbem exortis surculosis ligulis quadraginta, aut quinquaginta, compactili vertibulorum & squamarum serie pyxidatim articulatis, pedem longis,rotundis,parum compressis. Quarum singulis cõmissuris,singuli, numerosi coni altius inseruntur triceni,aut quadrageni,qui mediocrem conum Cedri ementiuntur,pululliis in quinquũcem digestis, reticulatóq; & imbricatim extuberãte vetrioso nucis cortice,fusco,nitido, polito,crassitie & concretione nucis Indicę: intus nucleum glandémve oblongam,sesquiunciam aut duas vncias longam,prædurο,inque farinam ægrè friatili,gustu glandis & castaneę: quæ sunt ei genti panis supplementum.

PERMVLTÆ sunt Palmæ species,non parum inter se fructu, pręsertim & fronde diuersæ,& omnes orbi nostro peregrinæ,ægréque assuefactæ. Nam nostrãs quæ Norbonæ & Lygurię maritimis,& præsertim ad Olbiam Galloprouinciæ frequenter & fœliciter enata visitur,fructum non maturat; eóque potius voluptatis, quàm vtilitatis causa alitur. Seruntur autẽ non in iucundo spectaculo & Naturæ ostento Dactylorũ tria ossicula,vnáque iuncta panguntur: tres inde oriuntur exiles stipites, sed in vnum conflati: foliorum tamen pusillorum & harundinaceorum trina pullulatione distincti,cuiusmodi in Francia, etiámque in Anglia facile proueniunt: adultæ, sunt squamatim imbricatímve tecto caudice,crasso, harundinacea cultrata fronde Xyphii,vnde Spathę vocantur,quas, vt & flores,& fructus & ramos è cacumine ferè promunt. *PALMÆ*

CHAMÆRIPHES,siue reptatrices & humiles apud Theophrastum palmulę, notissimæ sunt Hispaniæ,Galloprouinciæ, & Italiæ maritimis,tum ad scoparum vsum quæsitæ, tum ob encephalum illud,siue cerebellum gulæ blandimentum, antiquis in primis commendatum: scapus enim propè radicem ventriosior protuberat,crúsq; humanum æquat,fistulosus claudit hanc medullam,qualem esitauimus suaui Carduorum gustu: tota minor est, foliis angustioribus, baccis alterius Palmæ crebrioribus,minoribus. *Chameriphes.* *Encephalus Theo. Cephaloni Italicè.*

HVC etiam Musa reddenda est,quæ ex Orientali in Occiduas Indicas insulas,adeóque in Portogalliam trãslata iamdiu multis innotuit: & indidem folia portentosæ magnitudinis nos habuimus: eius effigies,fructus,florésque affabrè delineata extant in ditissimis Commentariis famigeratissimi Mathioli. *Cunophoron, an nux Indica.*

INTER Palmas pręstantia obtinet palmã & famam Nucis Indicę arbor, Calecutiis Indæ sabuletis maritimis vastissima & vtilissima: foliis vulgaris Palmæ maioribus: flore Glandis aut Ilicis fructu, quem nucem vocat & Auicenna, qualem passim pro foribus Officinarum videmus luculentæ Melonis magnitudinis Serunt hunc & transmouent indigenæ,quò lætiores exeant arbores: sunt hæ laxiore molliore que ligno. *Nux Indica.*

HANC admodùm fructu variam,fortéque syluestrem esse suadẽt nuculæ, quas ex finibus Trogloditicæ Guineæ habemus: hæ vix magnam æquant Oliuam: Corticoso illi nucleo,oleaginoso,sapido,protſus Smilis,sed huic testa ossea,duriore,nigra. *Nucula Indica.*

NOVITATE & vtilitate visenda altera ex rei argumento Palmalimum à nobis vocata & ex Percinianis Insulis cum multis rarissimis allata: hastę ferinè procentate recta edit virgulta, digitum & pollicem crassa, altera sui parte semirotunda,polita,costæ prælongæ effigie: anterius gemino sulco profundo quàm longa est veluti carinata,in quas cauas strias sese induunt & stipant multa densa folia, quadantenus Palmea, aut arundinacea, sed angustiora,& in villos canabini corticis planè similes, perquàm tenaces & funibus totquendis aptissimos diuulsa,ea per exortus summotenus in sinu striarum velant & occulũt penitus iuncellos complures Sparteos, Elphæ pares: præterquàm in summo,vbi comatur scapus, sparsa sobole in thyrsi elegantis effigiem. *ACATIÆ congnata planta.*

LVBVIT etiam permultarum arborum & fruticum peregrinarum aliquot descriptiones & Icones addere,quarum inspectione Philosophiæ verę candidati oblectentur, & quasi specimine vel verbis,vel literis indicare plãtas naucleris & mercatoribus queant certius consequi. Quædã earum Acatiæ congener est foliis & spinis: surculi tortiles,Iuiubę cõcoloribus sitem per crebra internalla geminis aculeis donãtur, cornua Limacis exerta referentibus,interque cirri exiles foliola Acatiæ primæ positu & similitudine gerunt. *Hasce sub finem operis pictas habes.*

EST & alia,quæ non foliolis dissimilis, in viminibus sesquipedalibus,spinulis aduncis donatur concoloribus vuæ crispæ; sed exilioribus.

Cyſti folio arbor. HVius arboris extrema virgulta lignoſa ſunt, Cyſto cōcoloria & ſimilia; folia itē rugoſa, oblōga, Saluię aut Mēthę: ſed in ſūmis ramulis, villoſos, exactè ſphæricos floccos oſtentant, ſiue lanoſa capitula Platani.

PALMACEA, *aut Arundinacea pinnata Spinoſa.*

Rubi facie ſenticoſa planta.



SVNT huius plantæ indidem aduecti rami folioſi, illis affines, nec minùs intuenti effigie peregrina: quippe Sābucini, aut ferulacei ſunt, fiſtuloſi, & medullæ pleni, recti, rotundi, octonûm aut denûm cubitorum: ſed per longitudinem triplici cartilagine, digitū lata, pinnati, aut alati, inſtar teli: & oris extremis modicè fimbriis ſinuatę ſunt cartilagines, ſtellulisq́; ſpinoſis ornatę, ſolertis opificis ſapiētiā arguētes.

ALTERIVS illic natæ arboris truncum aut bacillū hic proximè exprimendum curauimus, qualē vnà accepimus. Quod carpi craſsitie eſt, longam haſtā æquās, & cortice nigro, dēſo veſtitur: tuberculis craſsis, ſenticoſis, creberrimis, in clauę modum muricato, ſolido, & graui, prædurо ligno.

NIRII FACIE *Arbor.* ET huius plantę operæprecium eſt intueri paucis hactenus notas ſiliquas, perquàm pulcras. Propēdent hæ de ramis & ſurculis Sābuci paluſtris, medulloſis, pallidis, pullis, nodoſis, ſeſquipalmum & pedem longis vaginis, cutaceis, vno cohęſu ſeptenis aut nouenis, ſingulis gracilem Lampetrā effigiantibus: intus farciūtur pelliculis cepaceis & tomētoſis, adeò exuuium ſerpentis ementientibus, & quiddam cadaueruli anguini ſimile innoluentibus, vt pueris horrori ſit & illudat: cōſimili florū exortu oblōgi exeunt calliculi, herbæ ſanctæ, aut Strammoniæ, quales quàm potuimus ſcitè delineatos ad calcē operis vide.

VISCVM INdicum. EX iiſdem plagis accepimus hanc, nuſpiam niſi in ramis & truncis arborum enaſci ſolitam, ritu Viſci, quod, quia multùm adūbrat, Indicū Viſcū vocauimus: ſeſsili, ſed tranſuerſim excurrēte eſt radicis ceſpite; gramineis geniculis & Polypodii quadātenus; ſed albicantibus: culmis item ex pallido virentibus, à medio ſummotenus craſsioribus, fungoſis, ſtriatis, ſeſquipedem longis: in quibus folia ſemper virentia Viſci effigie, ſed duplò maiora, craſsiora, fungoſiora, & ſecundum neruum, medium folium intercurrentem, circulis vtrinque ſenis, non parum admirationis mouentibus, veluti ſcalpro impreſſa. Eidem cœlo & natalibus ramorum arborum, Indicarum debemus hanc, vnde auulſerunt, qui Morgano miſerunt, ceſpite latiore, ſeſsilis caudicibus iucumbit, fibrillis cepaceis radicata: vnde proximè ſurgunt folia inuicem conuoluta, tunicea, inferius fermè palmum

lata

lata, numerosa, quadátenus Aloes aut Scyllæ: & supernè in ligulas prætenues, mucronatas desinentia: purpureum, striatum, concauum, alis donatum Scapum Hastulæ Regiæ aut Aloes duorum & trium cubitorum ambientia, quæ multis glumosis siliquulis spicātur, Auenæ situ: magnitudine verò, & sericeo tomento candido, Apocinum vel Asclepiadem representant, & semine, sed Conisæ exili, gustu falsò ingrato, nitroso: fortè, quia in aura maritima adoleuit, vt Aloes illic in Sabuletis.

Coniecerunt iidem Naucleri in easdem sportulas, surculos effractos arboris, Alno quidem similis, fronde & ligno: sed tamē diuersos, racemoso, muscoso flore, glomerulos cōflante: forte duntaxat cœlo & agro variat.

Sed hæc, tametsi Petasitidem adumbret, ortu & ambitu exactè circinato vegrādis, folij galerum fere æquātis: est nihilominus cespite radicis implexo, multa sobole lateratim repullulāte, & caules fundēte aut potius foliorū pediculos bicubitales, culmosos, medullosos, singulis singulo folio hærente: nec anfractuosum, lunatum sinum, pediculus fulcit, vti in Bardana. Fungoso, strumoso cespite, carioso: & supernè densè, circùm caules vti Meum, comante, maximam Osmundam æquante, lorulis vimineis, subtus late fusis, gustu sicco astringente, auulsam hanc ex annosa arbore, ni fallat memoria, dicebant. *Petasites Indica.*

CEREVS.

HVIVS penè portentosa elegantia, Naturæ Genius omnem prouocauit in nostratibus plātis admirationē: nam mirabilitatis opplet spectantis animum & oculos, huius tā rissimæ venustatis plantæ spectaculum. Eam plebecula effigiei argumento, Cereum vernaculè vocauit: hastas enim surrigit quaternas & quinas, nouemdecim & vicenûm cubitorum, virgatis & ad normā directis strijs, canulatas: in externis extantibus striarum angulis obtusis exeruntur stellulæ, corneis stilis radiatim è suo centro quoquouersum minacibus, vno duntaxat prominulo horsum, eque directo longiùs: tota quandam effigiaturam, & concolorem superficiem Echinomelocacti præfert, sed brachium æquabili ductu æquāte: Columellæ, aut Cerei Funalis prælongi instar. Eius è medio & striarū dorsis,



ansatim, angustiore ceruice, cucumeris ventre, surriguntur brachia terna, quasi folia teretia crassa eundē, cōmensum proportionis & figuram sortita. Intus torulus ligneus, prædurus, carpi crassitie obductus est, callosa carne, & succo Aloes: gummeo enim turget perquàm amaro lentore: flores in fastigio summo promit, referēte qui attulit, Digitalis purpureæ: fructus hilari purpura miniata rubet, ficus ferè effigie, gustu non insipido.

¶ Iisdem maris Perunlani insulis, Hispaniola, & alijs, mirificū & cognatæ faciei istud spinosum foliū, ruri, ac sponte, abundè arborescit perbella foliorū annuorū succretione, & connexu: sed inde permultis in locis flores Hispaniæ Galliç & Italiç fatum nec fructus *Indorum TVNE Ficifera.*

pro-

promit, quos ideo hic appinximus, quales Massileæ, in amœnissimo ad portus litora vireto strenui ducis maritimæ militiæ Petri Boni decerpsimus, & permaturas esitauimus. In monachorum etiã Paradisis multis & suburbanis ad Monspellium, non modò elegantes cultæ, sed etiã neglectæ plantæ multos annos viruerũt: adeo namq; sũt viuaces, vt tũ folio semidefosso humi, tum vel seminulo sato proueniat illic: etiãq; in Belgio quibusdam Pharmacopœis foliũ peperit. Vnà mox cum ficuum rudimẽtis supernè in vmbillicello emicãt flores calathi Balaustij quadãtenus effigie, luculentiore magnitudine & luteo colore: fructus maturi ficum magnam æquãt



spinulis ambitu horridæ, cute miniata purpurascente: intus succo cruento, granis, & pulpa ficulneis, sed gustu insuauiore. Esu multo lotium cruentum cieri pleriq; asserunt.

Indorum ferruminatrix.

PRoximè hanc appingendum curauimus arbusculam, inibi etiam sponte enatam & huic admodum cognatam, vocant Indi ferruminatricem, artuum fracturis & luxationibus peramicam: perpetuò viret etiam hæc, & foliorum sobole successiua arboreã magnitudinem adipiscitur: ijsdem planè folijs sed fructu minore & spinosiore, purpureum viscidum succum remittente, adq; imbuendos pannos infecturæ tenacissimæ.

Rorida siue solis ros & Δρόσιον recentiorum, alia Alchimilla ab Drosio. Post capillares omissa fuit.

MIrifica hæc herbula & efficacitate neutiquam post habenda, plerisq; plantis apud antiquos decantatissimis, quibus fortè non nota fuit: ac ne quidem hodie admodũ Italiæ, Norbonæ, Austrinęúe plagæ herbarijs. Est quippe vernacula Borealium, qui Rorẽ solis vocant siue Son dau vt cuius folia aspergine limpida & torulenta æstate madeant, quàm non modo solis feruor non exhaurit, sed etiam augere & porro fouere videtur. In Franciæ & Brabantiæ sabulosis acudis scrobibus interdum obuia fit: Angliæ Cantiæ & Somerseti prefecturæ hac adeo scatent, vt non procul illustri Cœnobio & mõte Glassemberio vocatis, quantũ sat fit Equo onerãdo suppetat, fibrosa radice, senis octonisúe in candicellis flexilibus rubellis sesquiunciã lõgis foli-



ola

ola oblonga,concaua,puſillum cochlear,vel auriſcalpium imitata,hirſutie purpurea pubēt:ambitu crenata,ſubter verò glabra & polita, rorulētis guttulis aſperſa, viticoſis cauliculis ternos quatuorúe digitos longis,rubellis & inflexis,albidos floſculos gerētibus: & rotunda ſeīa in glumis pericarpio Anagalidis quadātenus ſimilia claudūt: totius acris guſtus,ſubaſtringens,nonnihil acidus & acerbus,admodum exſiccans. Ad ſalſæ pituitæ decubitus in pulmones(quorum vlcera & tabem ſanat) nulli ſecūda:tuſa vnà cum ſalis nigri grumis cutē rumpit admota.Fuluus aureuſq; limpidus ros, qui deſtillatur ex folijs & floſculis, bibitur ad eadem.


Viſcum Indicum ſuperius pag.452.




Peruuiana alia Aloes facie arboribus item innaſcens pag.eadem.



POPVLVS noui orbis. 441.



NVCVLA Indica. Pag. 451.



PALMÆ sanctæ similis arbor. 440




PHASELVS à Phasiolo diuersus. 394



NERII facie arbor. 452.



Pregrande folium, Palmæ filamentis & textura.



DEbemus etiam Occiduis Indijs istud coriaceum foliũ, cui simile aut par latitudine aut crassitie nullum nouimus. E Palmæ congenere arbore euulsum videtur, quin ipsa tota textura asserem bicubitum latum, aut potius tegetem, quaternos aut quinos cubitos longum refert, tegulæ modo fornicatum, & media secundum longitudinem costa semidigitum crassa carinatum, superna ora quasi præsectum esset, margine digitali tenuiore duriore, clauditur. Vniuersum folium à summo ad imum in villos, ijs quadantenus similes qui obducunt Nucem Indicam aut capillitiũ texendis funibus aptum discerpitur, quemadmodum totũ est tectorijs ædiũ & storeis accommodum.

Sesquipaginæ alioqui vacaturæ, spatium explere visum fuit, aliquot mirabilium Naturæ rarissimis descriptionibus, ex nostris rerum Britannicarum ancipitis Naturæ obseruationibus, quas multo plures in nostris Stirpium vniuersis Illustrationibus daturi sumus.

IN Angliæ littore meridiano, Insulæ Portlandiæ vocatæ, ex aduerso Normaniæ, inter fluitantes Algas reperimus plantæ quoddam rudimentum, cuius si spectes & attrectes surculos palmares & sesquipalmeres, pustulosos, molles, flexiles, Spongiam prorsus dicas, cui etiam concolor est, & vixisse putes: sin habitum & ortum ramis brachiatum, Corallinis affiniorem dicas, vnde quidam apud Plinium Plocamon Isidos Coralio similem, sine folijs, præcissum mutato colore in nigrum durescere, cùm cadat frangi solitum, coniectarunt. Ea tamen videtur Antipathes Dioscoridis, cuius etiamnum ramulum habemus è Massiliensium piscationibus.

BRITANNICÆ concha Anatifera credita.

FAcit specimen istud Naturæ quippiam boni vel è sordibus meditantis, vt iam multa lubeat credere, quæ alioquin risissemus, si legissemus apud rerum Septentrionalium Historicos, quanquam paulò secus hi narrant, duntaxat in Scotia aut Orcadibus maris Caledonij Arctici, olim à Romana classe deuictis, compertum. Nos verò non solum ex Scotia, sed etiam ad Tamesim amnem, quà Londinum præterfluit primum, conchas pediculo rugoso cassiore è nauis annosæ carina auulsas habuimus; Deinde Medio-Castri Matuacorum è vetustioribus onerariarum Nauium aluis ex Hispanicis & remotissimis opulentissimè renauigationibus, abundè erasimus. Sunt eæ pusillæ conchæ; foris albidæ, lucidæ, læues, tenuitatemque testę ouaceæ fragilem, bisorem, Mituli modo referentes, nuci Amigdalæ compressæ pares; pendulæ autem erant hæ foris ad imum ventriosæ nauium carinæ, cui musco & limo semiputridæ innati erant quasi Fungi dedicelli, quos ferè Ouraeum vmbilicelli dixisses, cuius extremum fructuum ritu inserebatur latiusculæ conchæ basi, quasi vitam alimoniamque inde sugerent auiculæ, quarum rudimenta è summa parte conchæ hiulcæ, conspiciuntur. Pediculos istos ferunt Historici primùm è vermicellis concreari, quod non potuimus scire, neque dum credere: tametsi scimus has easdem conchulas elegantissimè efformatas in surculis arborum quà maris æstus alluit temerè proiectorum, aut depactorum sobolem esse. Earum autem quæ humi, in sicco labuntur mori tradunt: quæ verò alluuionibus maris rapiuntur concha excludi, & in Anatem, aut e i congenerem auem adolescere. Has volunt esse *Barnacles*, Anglo-Britanni & Gallo Britanni: *Clakis* vocat Scotia; vbi abundant & capiuntur dum per brumam concreuerunt gelu paludes. Sapiebant nobis esitantibus Bristoliæ anatem aut Anserem syluestrem.

Effig: iconẽ nostrarũ 357.257.

Hanc communem receptam vulgi sententiam meritò refutat doctiss. vir sabinus Colomna dum ait has conchas Anatiferas putatas, nihil aliud esse quam Glandes marinos descriptos à *Rondelletio* cui ascentiendum videtur: sed de transmutatione huius auis in Anseris syluestris minorem speciem aut anatis aut congeneris volueris, exclusæ aut emissæ è concha, nihil re vera asseretre ausim, donec exactius & diligentius expiscari & perscrutari boreas tractus, Deo vitæ largitore, liceat. In litore Britanniæ Gallicæ scimus huiusmodi alitum genus quoque reperiri & *Sapinettes*, vernaculo idiomate, vocari, quia in malis, antennis, aut lignis Abiegnis, naufragio facto, frequentissimus eius ortus. Aptissima siquidem fretis Abies, ex qua Mali & atennæ fabricantur: Gallis *Sapin* vocatur, vnde *Sapinettes*, Abiegnas alites sonat. Adde quod elapsis annis ex Scotia Londinum ad me misit frusti secari, effracto nauigiolo, partem antennæ Abiegnæ, conchis istis vndique cinctam, amiciss. v. I. Cleue, Iacobi. I. Magnæ Britannię Regis Sapientiss. Pharmacopœus, artis suæ & Materiæ Medicæ callentissimus.

Aquilegiam pro Isopyro Diosc: & aliaresp͂nimus, vt in Plantarum Illustrationibus dicetur.

LITOXYLA, *lignauè lapidea* BRITANNICA *&* BELGICA.

COmpertum nobis est esse amnes & riuulos, vbi mersi pali lignei, ridicæ, aut conti, aliquot mensibus lapidescunt: imo ferè, vt sic dicam, ferrescunt, eadem perstante superficie, situ striarum & fibrarũ ductu pristino: vt eminus, quas assulas ligni diceres, attrectando & lapidi illidendo dicas esse lapidem ferri mineræ immixtum, soliditate, grauitate, duritie & duratione lapidea flammis obnoxiâ: cuiusmodi magna frusta videre est in illo monticello affrabrè multiplici lapidum mineralium structura planè visenda, conflato, ad tubulos & elices transmittendos fontis peramœni, qui scaturit in horto eximiæ literaturæ & prudentiæ incomparabilis Cæcilij Angliæ meritissimi Thesaurarij. Mirificas hasce aquas è montibus præfecturæ Bedfordiæ & in Cambria siue Britannia Occidua, quam Walliam vocant, emanare multi asserunt. Huiusmodi palos petrificatos annos 10. post vidimus & habuimus effosos Antuerpiæ inter Imperatoriam siue Georgij *Portam* & **Ribbozp** è submœnianis Lacustribus fossis.

Alni palos sub aquis nunquam cariem senectute sentire asserunt, sed in petram conuerti. Plinius ait in flumine Silari, non virgulta modo immersa, verùm & folia lapidescere. Lib. 5. *Cap.* 103.

FINIS.



LONDINI.
Excudebat prælum Thomæ Purfootij. 1605.
Idibus Aprilis.

TVEATVR VNITA DEVS.

I.  R.

Suauissimâ Concordiâ dissotiationem coniunxit.

MATTHIÆ DE LOBEL

Medicj Insulanj,

SERENISS. & INVICTISS. IACOBI. I. MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE, & HYBERNIAE REGIS BOTANOGRAPHI,

ADVERSARIORVM ALTERA PARS,

cum prioris ILLVSTRATIONIBVS, CASTIGATIONIBVS, AVCTARIIS, &

RARIORVM aliquot STIRPIVM, cum Britanniæ indigenarum & inquilinarum, tum exoticarum delineationibus, & ambigui Simplicis Medicamenti, leuiter & pernimium *concisè in Plantarum Aduersarijs perstricti aut mutilati, enodationibus;*

Cereuisiæ siue Bieræ Teutonicæ & Britannicæ omnium suauissimæ obseruationibus, & Merlini *Cambriæ Prophetæ potus METEGLIN vocati preparationibus varijs;*

BALSAMI, OPO-BALSAMI, & XYLO-BALSAMI cum suo cortice.

CINNAMOMI, CASSIÆ, XYLO-CASSIÆ, *eorumq́ generum, explanationibus;*

SVCCIS aliquot MEDICATIS & METALLICIS, Medicinæ Thesauris, introdu*ctionibusq́, ad Nobilissimorum Priscorum & Nuperorum Pharmacorum concinnitates, necessarijs;*

OPIj, Meconij, OPIATI Antidoti, decantatissimiq; Chymistarum, Germanorumque *LAVDANI OPIATI Formulis, eorumq́ vsibus, techuisq́ varijs;*

SOLVTIONIBVS AVRI, Margaritarum, Corallioru & congenerum, eorumq́ Tincturis & MAGISTERIIS Chymicis,

Nec non

Commentariolis aliquot RONDELLETIANIS nunquam antehac in lucem editis.

Qq 2



De Rondeleto & L'Obelio.

Mille dedit Medicos ægris mortalibus vnus,
   Dum reserat Panaces abdita Rondeletus.
Culturâ ingenij magno produxit in horto
   Multa Dioscoridum millia L'Obelius.
Materiam hic Medicis, vsum dedit ille Magistrum,
   Accendens lumen lumine vterque suo:
Sic animat chalybem innumerum magnetica virtus,
   Ignes sic reliqui Solis ab igne calent.

Rapha. Thorius Med. Doct.



MATT. de L'OBEL.
Rariorum aliquot Stirpium APPENDIX.

Beneuolo lectori.

IN studiosorum & Rei Herbariæ vtilitatem & voluptatem, Rariores aliquot stirpes, hortorum delicias, herbarum mangonibus & institoribus nonnullis, nummi & nouitatis auidis expectatissimas, in hac nostra iamdiu pollicita Aduersariorum altera parte, siue Stirpium Appendice, tanquam in commodiorem locum, quia tumultuariè, sine ordine congestæ sunt, annectere lubuit; vt suo loco posthac reponi, aut suo generi, tanquam sub vexillo in nostris Stirpium, seu Plantarum [illegible] Illustrationibus, methodo exquisitissimâ à notioribus, summisque classium generibus ad [illegible]timas [illegible]sque congeneres [illegible] ac sibi mutuo affines, vt maxime [illegible], ita ad Materiæ Medicæ cognitionem solidam expeditissima digestis aggregari queant: quarum speciminis ergo, sectionis primæ in Elencum Graminis omnigeneris apposuimus, paucis additis hisque rarioribus & in hunc diem [illegible]que indictis reconditisque Graminum descriptionibus & iconibus; dum in vniuersam Plantarum Illustrationem nostram innumerarum Iconum solœcismi deformitatésue emendantur, emodulatæque earum proportiones restaurantur, (quam turpe enim est, vncialem, sesquiuncialem, aut palmaris altitudinis herbulam æquare arboribus) quibus item Illustrationibus passim accedent nouarum Iconum accuratæ delineationes, præter illas Teutonicæ editionis nostræ, ipsasque nudas Plantarum seu Stirpium Icones bis terue prælis Plantinianis proditas: constanti autem labore, pertinaci diuturnaque [illegible]entia nostra, minime sumptibus facultate meis paribus parcens, [illegible] quam præstari potuit, vt [illegible]o eodemque tempore tanta Iconum copia è viuis Naturæ typis delinearentur & sculperentur: earum enim quamplurimarum semina aut flores, etiam per diuersas æstates in hisce regionibus nancisci operosum est: & reuera nisi immodicæ impensæ me remoratæ essent; eoque magis quod totius superioris editionis sumptus solus sustinere, & ne[illegible]ragorum institorum foro cedentium [illegible]das ebibere compulsus fuerim iam pridem hæc diuulgata prodiissent in lucem. Omnes tamen rogatos velim qui in hoc studium incumbunt, vt si quid præter hæc nouarum Plantarum, aut quidpiam aliud nouo Naturæ fœtu exoticum reperiant, nobiscum successoribusque nostris conferant; cum omnes homines adniti debeant, vt Rempublicam literariam pro sui ingenij facultate & viribus iuuent & exornent. [illegible] interim sit ingenij gloriâ [illegible]os fraudatum iri sibi persuadeant [illegible] nobis semper fuit propositum, vt qui aliquid [illegible] nobiscum communicant, beneficium agnoscere, laboris præmium impertiri, & ingenue profiteri per quos profecimus.



PROLOGVS in ELENCVM & omne genus GRAMINIS ILLVSTRATIONVM vniuersalis Historiæ Botanicæ L'Obelij.



GRamen a gradiendo, quod veluti gradatim progrediendo, sese que propagando vniuersam tellurem sponte sine cultu aut satione peramœno virore decorando & amiciendo, oculorum visusque solamini & vtilitati, Diuinæ Prudentiæ munere, nomen sibi vendicasse videtur. Ἀγρωστις quasi agrestis Græcis scite vocatum, vbique quippe in agris [illegible] prouentu luxurians. Quod quidem, quia omnium herbarum notissimum & vulgatissimum, Triticeoque generi vt cognatum & simile; sic perinde varium, immensa vtilitate & nobilitate proximum, a Graminum familia ad Tritici genera, tanquam a notioribus ad ignotiora remotioraque, clarioris doctrinæ gratia, exordium explicemus. Differentiæ aut dissimilitudines multiplicientissimæ Naturæ luxu & lusu vario solo & cœlo quamplurimæ Priscis & Nuperis indictæ, prætermissæ aut neglectæ: Radice, folio, culmo spicata coma, iuba & pannicula; maioribus, minoribus, latioribus, angustioribus, quæ quia varias segetum species æmulantur iisdem assimilare, vt aptius & fœlicius discernantur & memoriæ tradantur, consentaneum fuit) Gramineis, Triticeis, Miliaceis, Loliaceis, Auenaceis, Hordeaceis, Sorgiatis, Phalaroideis, Alopecuroideis, Typhinis, Secalinis, Cyperoideis, Iunceis, Caryophylleis, Paniceis. & Ischœmi modo digitatim sparsis exilibus spicatis propaginibus: eisdem aut pratensibus, aut satis planis agris, agrestibus [illegible] montosis item, cliuosis, nemorosis; palustribus, lacustribus, aquaticis & maritimis, duntaxat discretæ: Quas differentias & [illegible] perspicuæ; paucioribus tamen præcisisque prosequendas operæpretium duximus, prolixitatis hostis perennis, loquacitatis fugiendæ studio, vel ne [illegible] es aut apparatus farragone verborum, lectori inutila, studiosique noxia; vt quorum sæpe aes aut crumena neutiquam potis magna plausibilia volumina ferre fastidium moueat. in herbis enim vel abiectissimis, si quis bene nouerit vti, medela neutiquam despicabilis, aut contemnendæ vtilitatis etiamque viro Philosopho digna. Dominus autem creauit ex terra Medicamenta quæ vir prudens non fastidit. [illegible] cura [illegible] Medicus, eorumque dolores [illegible]. Supremus iussit terra [illegible] herbas [illegible] & arbores fructiferas, quas Protoplasto, hominum [illegible] creato [illegible] Ad [illegible] tradidit colendas ad alimoniam, at omnibus terræ be[illegible] & [illegible] volucribus, omnibusque reptantibus in qui[illegible] herbarum viriditatem ad pastum dedit.

Gramen multifarium.

Eccles. 38.

GRAMINVM ELENCVS ET DIVISIO.
Sectio prima.

GRAMEN

- *Vulgatius pratense.*
  - *Maius,*
  - *Eiusq; varietates,*
  - *Minus agri inculti aut deserti,*
  - *Minus xerampelinum sericeo vellere paniculatum, eiusque varietates.*
- *Segetum & arvorum.*
  - *Segetum speciosâ, comosâ, latiore paniculâ,*
  - *alterum, comosa, speciosa, sed arctiore panicula minusue sparsa,*
  - *alterum paniculâ tenui, mollicellâ latiore, grano minutissimo.*
  - *Agrorum Venti spica,*
  - *Miliaceum,*
  - *Miliaceum album,*
  - *Paniculatum odoratum C. Bauhini.*
  - *Paniculatum molle C. Bauh. & Dalechampij.*
  - *Panicula aurea pendula C. Bauch. Dalechampij.*
-
  - *Aquaticum maximum,*
  - *Sulcatum, striatum album.*
- *Avenaceum.*
  - *Longâ comosâ paniculâ leni & veluti cassâ multigranum,*
  - *Maximum latâ paniculâ, longissimâ glumâ,*
  - *Spicatum,*
  - *Panciiranum, parua Auenacea glumæ simile,*
  - *Alterum exile pinnatum,*
  - *Alterum minus de[illegible]anatum,*
  - *Ne[illegible]orcas,*
  - *Danicum grano rariore, nemorense,*
  - *Danicum alterum lucidum, xerampelinum nemorale,*
  - *Exile Anglicum Danico simile, aut idem.*
  - *Tenui copiosâ villosâ [illegible]lumа,*
  - *Lanuginosum montanum Clusij,*
  - *Montanum non lanuginosum C. Bauhini*
  - *Cuspidata latiore paniculâ, proximè Ph[illegible]oids,*
- *Frumentarium Segetaleue.*
  - *Secalinum,*
  - *Triticeum, siue Triticeâ spicâ C. Bauhini.*
  - *Sor[illegible] effigie siue Sorgiatum.*
- *Arundinaceum*
  - *Calamogrostis*
    - *nostras,*
    - *Noruegica,*
    - *Anglo-Britannica,*
  - *Torosis & acerosis paniculis*
  - *Alterum C. Bauhini,*
  - *Spicatum C. Bauh.*
  - *Montanum C. Bauhini, Scirpus Tragi,*
-
  - *Acerosum tomentosum,*
  - *Acerosum alterum, Schœno-grostis,*
  - *Geniculatum siue nodosum vtrumque Taberna-Montani.*

- GRAMEN
  - Exile durius,
    - Durius,
    - Longiusculum, rarè spicatum auenacea tenui gluma & geniculatum.
    - Maritimum Anglicum etiamque Belgicum a va radice,
    - Nortuedicum aut Danicum densius spicatum,
    - Auenacea aculeata gluma.
    - Molicellis folijs,
    - Minimum Dalechampij,
  - Phalaroides,
    - Paniculosum, amabile
    - Paniculosum alterum,
    - Longioribus angustis spicatis torulis paniculosum,
    - Alterum angustissimis spicatis & squamosis auenaceis glumis,
    - Exile supinum Danicum,
    - Alterum Auenaceo cognatum.
  - Alopecuroides,
    - Alopecurinum, siue Alopecuroides,
    - Minus,
    - Minus alterum siue tertium mucronatum,
    - Auenaceum cuspidatum
      - maius,
      - minus,
    - Asperâ spicâ C. Bauh. & Gramen echinatum Dalechampio.
  - (untitled group)
    - Cristatum C. Bauhini,
    - Longifolium C. Bauh,
    - Longifolium nemorense Danicum.
  - Typhinum,
    - Medium siue vulgare, passim obuium,
    - Maius,
    - Minus,
    - Danicum,
    - Alterum, nodosum Gramen alterum spica parua C. Bauch.
    - Spicâ multiplici,
  - Caryophylleum,
    - Spicatum Cyperoides folijs Vetonica Caryophyllata, Latifolium C. Bauhino,
    - Rubinum
    - Cyperoides folijs Vetonica Caryophyllata,
    - Cyperoides folijs Vetonica Caryophyllata glabrum Danicum,
    - Echynatum palustre,
    - Exile hirsutum Cyperoides.
  - Pratenue, lanuginosum iuxta exilem caulem imâ foliorum basi Nortuedicum.
  - Cyperoides,
    - Pratenue Nortuedicum alterum triangulari caule,
    - Cyperoides minimum paniculâ subflauâ C. Bauh
    - Cyperoides minimum nigricante paniculâ,
    - Cyperoides spicatum,
    - Palustre maius caule triangulari,
    - P[illegible]lustre [illegible]sperum,
    - Palustr[illegible] paruum,
    - A[illegible]naticum vulgatius,

H[illegible]num,

GRAMEN

- *Hirsutum,*
  - *Nemorosum vtrumq;,*
  - *Hirsutum maius Angustifolium C. Bauh.*
  - *Hirsutum paniculis alois C. Bauh. cum Leucanthemo Gramine Dalechami: idem*
- *Spicatum,*
  - *Spicatum maritimum,*
  - *Maritimum alterum,*
  - *Marit. alterum Clusij.*
- *Iunceum,*
  - *Maritimum dense Stipatum,*
  - *Maritimum,*
  - *Aquaticum, Iunceis sparsis paniculis,*
  - *Alterum duplex*
    - *Bufonis Gramen Flandorum, &*
    - *Holosteum Matthioli.*
- *Natatile,*
  - *Aquis innatans, siue Natatile,*
  - *Aquaticum album, aquis fluitans, dulce;*
- *Panici effigie,*
  - *Simplici spicâ,*
  - *Villosa spica,*
  - *Tertium.*
- *Caninum Medicatum,*
  - *Canarium Medicatum, Canaria Plinij, eiusque è latiore panicula varietates duæ*
  - *Canar: marinum*
  - *Supinum,*
  - *Geniculatum maritimorum sabulosorumque aggerum Zelandiæ,*
  - *Maritimorum alterum aggerum longius radicatum.*
  - *Oxy-agrostis maritima Dalechampij,*
  - *Marinum spica echinata C. Bauh.*
  - *Nodosum,*
  - *Ischæmi paniculis,*
-
  - *Ischæmum vulgare siue Dactylon,*
  - *Dactylum tertium spicis villosis C. Bauh.*
  - *Dactylum Ægyptium,*
  - *Manna esculentum,*
  - *Scoparium. Ischæmi paniculis.*

OMnis, 130. numero, & complurium Graminis generis elenchum, diuisionem et discriptionē in Plantarū Illustrationibus nostris damus, quibus in promptu vniuersæ Stirpiū præscriptiones & protocola continentur. In hoc opere ingenuus et liberalis alter Plantinus nobis deest. Omnia hodie in deterius ruunt, et ad occasum aut exitum vergunt infœlicem, insaturabili nummi sordidi auiditate.


De Lolio, Phœnice, Phalaride, Melampyro & nonnullis alijs inter Cereales fruges, & earum degenerationes.

Plura dabo, si D. opt: Max: vitam largire dignetur.

AVINACEA GRAMINA.

NOn diuersi generis, ijsdem pratensibus locis, deuexisque collibus, segetibus, siluis, ericetis & glareosis varia Auenacea Gramina, quemadmodum pleraque alia, caule, flore & radicibus vix discernenda, proueniunt; sed Auenacea acerosis tunicis euanido semine fere cassis, comosæ Sterilis Auenæ; longioribus, breuioribus; acutis, obtusis; maioribus, minoribus; densioribus, rarioribus; staminibus, piculisq; exilioribus crassioribusque, dissimilibus.

GRAMEN



GRAMEN Auenaceum, rariore grano, nemorense, Danicum.

FAgineis filuis montosis, non procul à Cronenburgo munitissimo et magnificentissimo castro Regio Selandiæ Danorum vuido solo hæc elegantissima Gramina, dum Nobilissimum Baronē Eduardum Zouche, potentissimi Magnæ Britanniæ Regis Iacobi primi à sanctoribus consilijs & totius principatus Cambriæ summum præsidē, in sua ad Regem Daniæ Christianū Frederici filiū legatione, comitarer, collegi. Sesquipedali & bipedali, gracili, nitido, lucido & tremulo culmo, supernè breuiore, rarioreque Auenacea gluma ornato. Radix summo cespite, Graminis Canini quadantenus, sparsa; sed villis longioribus annexis: folij; superiorisS. luarum Auenacej Graminis descripti in Stirpium Illustrationibus nostris, exilioribus, vti tota planta.



GRAMEN nemorale Auenaceum alterum, ex fusco xeramplinum & lucidum Danicum.

IIsdem syluigeris Daniæ collibus & montibus perelegans exileque Gramen oriundum foliolis creberrimis, rigidis cirratisq; vncialis & binum vnciarū altitudinis radicibus. Pedales & sesquipedales exiles, lucidi & nitidi aspectu iucundi culmi ex fusco xerampelini, in quibus è longiusculis paniculis auenacea semina.

Varietas à loco.

HOc idem Gramen aridis collibus therotrophio Regiæ *Grynwicht* Anglo-britanniæ vicinis elapsis annis collegi, Danico foliorum exilitate & cirratis radicibus, quæ Graminis Canini modo propagantur, pene par, sed caule minùs; à loci macie.

Gramen

GRAMEN exile durius Nortugicum aut Danicum, Scopario Graminicognatum.



SAxorum interuenijs leui terrâ Stecilis Petrææ Nortuegiæ, imisq; marcidis, rimosis caudicibus syluarum Daniæ hoc Gramen viget, densissimo sparsoque rigidorum, iunceorum, sesquj vncialis altitudinis tenuissimorum foliorum stipatum: sesqui palmaribus numerosis, cirratis, geniculatis, stamineis calamulis, quorum summa folia latiuscula, vaginulæ instar spicatas, vnciales paniculas claudunt aũt amplectuntnr. Iubata cincinnataque dodrantalis radix, *Buxei* pallida coloris, totaque planta prolixior, vti Graminis Scoparij, cuius cognata videtur.

GRAMEN Phalarioides exile supinum humi sparsum, Danicum.



SIc videas prope Croneburgum arcem Regiam munitissimam Selandiæ Danorum, é regione equilis & horti Regij, sabuloso solo ad la us maritimũ, pone rusticas lares Gramen pusillum, humile humique sparsum, innumeris duarum ternum vnciarum culmis, torulis spicatis effusè fastigiatis, exilibusque apiculis præditis. Foliolis vncialis longitudinis & latiusculis, crassioribusque culmis pro plantulæ magnitudine. Radix fusca, cirrosa. Tota albicat herba per fœniscecium.

Gramen



Gramen Cristatum Ch. Bauhini.

Cirratarum radicum, foliorum; subicalium, bicubitalium aut sesquipedalium culmorum á cristatis palmaribus, dum eruuantur, spicis cristam Gallinateá æmulantibus hoc cristatum *Gramen* scité à clarissimo *C. Bauhino* vocatum, Alopecuroideis *Graminibus* in Stirpium Illustrationibus nostris annectere libuit; quo nihil frequentius varijs editis pratis Londinensis agri, iuxta Hackneum (alibique multis in locis transmarinis) vbi à rusticis, vti nonnulla Gramina, storeis, pergulis, transennis, topiarijs, coronarijsque operibus arte manuq; factis, elegantissimé inuicem annexis, concinnandis, æstiuo tempore aulis & caminis ornandis aptum. Vernaculé etiam **Bent** vocatur.

G R A: Canarium longius &c.



G R A M E N *Canarium longius radicatum latiore paniculâ.*

Huius Canini *Graminis* huad á vulgato *Gramine* medicato dispar natura, quod eruitur ex amœnissimis glareósis sabulosisque ambulacris vicinisque locis iuxta nouum Medicum hortum nobilissimi *Baronis Eduardi Zoucha*: habitioribus corpulentioribusque dulcioribus radicibus; latioribus sparsisq; acerosis paniculis: cætera haud absimilia.

Gramen Canarium latiore paniculâ minus.

Latiore item paniculâ glareosis, obsoleto & inculto agro hoc Canarium Gramen minus quandoq; occurrit; reptantibus, cirratis, geniculatis, prætenuibus radicibus, *Graminis* Canarij vulgaris gustu non dissimilibus & efficacitate paribus; coloris ex fusco albidis; folijs verò sesquivnciaIibus, iuxta radicem pluribus, paruis & angustis: in spithamæis autem tenuibus cauliculis iuxta genicula tribus, rarò pluribus. *Gramen.*

GRAMEN Scoparium Ischæmi panicalis Gallicum.



SPeciosius istud, Ischœmo Gramini cognatum videtur; é cuius prælongisprætenuibus rigidisque cubitalibus & longioribus radicum cirris concinnantur scopulæ illæ vulgarissimæ nitentis comæ conciliatrices, frictionibus capitis accommodissimæ & vsitatissimæ. Figura ei graminea, Ischœmi vulgaris, gracilis culmus, rigidus, geniculatus, cubitalis; in quaternas, quinas, vt plurimum senas & plures elegantissimas lucidas spicatas caudicellas Ischœmo Gramini similes fastigiatus. Folijs item non dissimilibus, gustu Graminis, dulcioribus. Copiosé prouenit in Gallia, sabulosis vicinis Castri Insulani locis vocati, (vulgò *Chasteau de L'Isle.*) propé Aurelian, vbi collegit amicissimus vir *Georgius le Seigneur*, Pharmaceutices, & Rej herbariæ callentissimus, quo Gramine me donauit Londini, Anno. 1 6 0 2. quique quotannis Angliam nouis & rarissimis ditat Plantis.

Sedulis herbarum, Naturæq; diuitiarum inuestigatoribus varia gramina, vario solo & cælo occurrent, quæ suo quælibet loco, aggregari & reponi poterunt.

Graminis Canini medicati Vires ex Dioscoride, Galeno, Plinio, Priscis & Neotericis.

DIosc.] Graminis radix *a.* trita, Illitu vulnera glutinat. Decoctum eius in potu tormentibus *b.* medetur & vrinæ difficultatibus. Calculosa etiam *Vesicæ* excrementa comminuit, & ab inflammationibus placat. *c.* Decocto adijcitur *Vinum*, ac Mel ab aliquibus, & Thuris & Myrrhæ & Piperis tertiæ portiones; rursusque coquitur in æreo vase ad dentium dolores & epiphoras. Semen vehementius vrinam impellit; aluum vomitionesque sistit.

a. Galenus eadem. *b.* Et vulneribus *Vesicæ* decocta in vino Plinius addit. *e.* Gramini Parnasio hæc tribuuntur Plin: qui plura lib. 24. capite vltimo, quorum vsus exoleuit.

Gal.] Radix modicé frigida & sicca; mordacitatem quandam exiguam & partium tennitatem obtinens. At herba ipsa primo quidem excessu refrigerat; in humiditate veró & siccitate moderata. Porrò semen alibi quidem excessu refrigerat; in humiditate veró desiccatorium & tenuium partium & subacerbum.

Canarij Graminis radix dulcis est & subacerba; moderatę, tenuis & exigué incidentis substantiæ, quâ citra calfactionem farctus viscerum reserat, colluuiem propellit & deterget. Radix vulnera glutinat Apuleio.

Nodosum bulbosum Gramen ijsdem temperamento & viribus, quibus Caninum Officinarum pollet.

*N*otissimi & vulgatissimi pratensis Graminis folia armenta & iumenta depascunt, vti Graminis Dioscoridej radice dulci articulis præcincta, viridiq; prato senescunt. Iumentis gratissimam herbam dixit Plinius, siue viridem, siue in Fœno siccatam.

*R*adices dulces articulis præcinctas & facultates ascriptas Dioscorideo Gramini; melius & fœlicius cum Gramine medicato Officinarum conuenire certissimum; vulgatissimi namq; Pratensis Graminis radices admodum exiles sunt enodes. Graminis autem Canini medicati radices articulis distinctæ etiam asinis & mulis in agro Monspeliensi gratissimæ; vsibus medicis vbique expetitæ & gustanti dulces, & à Medicis Pratensis Graminis radicibus longè præferuntur, quamuis non adeo infœlici euentu Pratensis Graminis facultates cum medicato Gramine confundantur ab istis sciolis rapsodis triuialibus & popularibus herbarum collectoribus, vernaculis Doctoribus, laborum alienorum & nostrorum transcriptoribus putidulis rizotomis, quorum meminimus in Balsami & Opobalsami explanatione.

Graminis autem Pratensis semine, quamuis Canini ignauiore viribus & ignobiliore, vulgus Medicorum hodie vtitur ad viscerum obstructiones, imitatione Apulej; qui herba Gramen decoquit, & cum ea florem terit, & in panno lenit, & imposita splenis dolores finit.

*V*eternæ saginandæ & lactis copiæ longè præcellit dulce: improbatur contra acidum, vulgò *Saur & aigre.*

Fœni, siue Graminis dum aruit, decocto vtili, insessu probatoque balneo pudenda fouent, suffireque iubent ad nephriticorum vrinas eliciendas hodierni Medici. Seminis & radicis decoctum ad eadem potandum ægris suis, & ad vesicæ calculos comminuendos, & eliciendos, longo vsu freti, fœliciqúe successu, ministrant: efficacius tamen Graminis Canini decoctum, siue radicis, seu seminis.

Alopecuros altera maxima Anglica paludosa.
Siue Gramen Alopecuroides maximum.

GRamineo generi cognata hæc paludosa maritima Alopecuros: Riguls herbidis Comitatus Zout-hamptoniæ proximé salinas & antiquas ædes Drayton vocatas D. *Richardi Garth* perpiæ memoriæ, in Diplomatica Curia Angliæ Clerico seniore, Historię Plantarum, cum Indicarum, tum inquilinarum studiosissimi, cis mare, duobus miliaribus Anglicis à Portmouth, ex aduerso vectis Insulæ plurima. Radix, culmus cubitalis, sesquicubitalis, bipedalis & quandoq; procerior geniculatus, & folia illi Graminis aut Tritici; sed quinque vncialis sæpe speciosissima, habitior, sericea, spicata caudataq; panicula; Monspeliensium Pseudo-Schænanthi. Hanc quoque Vdis fossis lacustribus'q; Essexiensis comitatus legi, iuxta Thamesis amœnissima fluenta; sed paulo minorem, cum tenderemus ad ædes Clarissimi & pijsissimi generosi viri D. *I. Coys* huius amœnissimi studij amantissimi & vt si quis alius Anglo-britanorum peritissimi, herbidos campos perlustratur.

HORDEVM, Græcis *Crithon.*

Germanis Osthlandis & Belgis	*Gherste*	Gallis. *Orge.* Hisp. *Cenada.* Italis. Orzo. Auglo-Britannis, *Barly.*

HORDEVM *Polysthichon autumnale.*

Germanis & Belgis, *Grosse* siue *Groote Gherste.*

Gallobelgis, Arthesijs & Picardis, *Soucbrion.*

Anglo-Britannis *Wintter Barly.* Borealibus Britannis Scotis. *Bier.*

Reddenda hæc sunt Hordej familiæ Aduersaiorum pag.7. Effigies Iconum nostrarum, pag.29. & Teutonicæ editionis pag.33.

HORDEI *differentiæ*

Geminum Hordeum Septentrioni notissimum Picardis, Artesijs, cæterisq; Gallobelgis polystichon *Sucrion* vernaculè, Germanis **Grosse gerst** dicitur & Britannis borealibus **Bier.** Autumno ad Malti siue **Malt** Britannorum, & Germanorum **Mauth** & **Bremauth** confectionem seritur. Radice fibrosa, exili, folijs gramineis, stipulâ binum cubitorum, spica in plerosque versus aristis rigidis & scabris vallata, æstare matura.

Distichon Gallobelgis *Pamelle*, Germ. **kleyn gerst**,id est, minus Hordeum, siue Britannis Borealibus **common barly** Martio, Aprili, & initio Maij duntaxat seritur, hyemis quippe & frigoris impatientissimum: vniuersa sui parte gracilius, cubitum & sesqui cubitum rarò superans aristis exilioribus, delicatioribus, mollicellis, minusque rigidis gemino situ spicatum.

Polystichon item

Diuiditur in { Autumnale & Vernum.

Verni spica mollioribus aristis vallata est, vti Distichi.

Hordeum Spica mutica, Borealibus Britannis **Barly** simpliciter vocatum, nondum vidi.

Vniuersa Britannia ad Hordei præparationem quam **Mauth** siue **Malt** vocant, hoc solo ferè hordeo vtitur, idque polysticho ad Ceruisias Britannicas suauissimas & optimas præfert, quæ quaslibet septentrionales bonitate longè superant.

Mauth autem inibi paratur, hoc qui sequitur modo. Hordeum maceratur aqua biduo & tribus noctibus: deinde effusa aqua in horreum aceruatur loco ventis minus peruio, quoad germen, perpusillosque radicum cirros & pullulationes (quæ hyeme tardius, vere et æstate biduo aut triduo emiserit. Mox priusquam incalescat sulcatim dispersum, sesquipalmari densitate, ter quaterue die & nocte subuertitur aperto aere: octo vel nouem dies continuos iterando, perficitur. Tandem in tabulato pertuso, igne subdito vel aptato fornaci viminco texto calatho acuminato, & superstrato hordeo; igne lento è palea, cremijs vel arido ligno admoto fornacis ostiolo, sesquipalmari interuallo ab imo interposito, exiccatur, quoad molis frangi queat; sicque extostum **Mauth** in fornacis capacitatem deijcitur: quod ex qualibet hordei mensura ad quartam partem accrescit; & antiquum bonitate, in Zytho componendo, nouum præcellit.

Bieræ siue Cereuisiæ compositio.

Nortmannis & Gallobelgis Bietre & Cervoise. *Anglo-Britannis & Germanis & Belgis* **Bier.**

Rec. Malti mollis leuiter contriti modios Britannicos octo; cui superfunde aquæ fluuialis limpidioris feruentis, in qua aliquot manipuli furfuris Tritici incocti fuerint, quantum satis sit implendo dolio *Aureliano* aut Aquitanico & semisse. Exactè mixta, infusa calidè persistent tres horas: deinde foraminulo palea aut duplicato fundo apto subterfluant. Id quod transmissum est (Belgis & *Anglo*-Brit. **wort** vocatum) recoquitur sem horam, sesquihoram vel aliquot horas vt melius conferuetur, adiectis vnc. 1 ʒ. florum Lupuli salactarij: mox longo latoque lacu vel depressis labris vix pedem altis persrigerantur. Et huius decocti frigefacti libris octo vel decem, fermenti siue fæcis Bieræ vel Alæ potentioris libra aut sesquilibra addantur, exactè agitando, loco tepediore permiscentur, stragulis operiendo, sensimque reliquum liquorem vt commodius fermentescant, affundendo. Quibus absolutis transcolantur: vasa adimplentur: demumque fermentatione absoluta, exactissimè occluduntur.

Eidem Malto nouam affundunt feruidam, transcolant, eoque Cereuisiam tenuem concinnant.

Varijs è frugibus, tritico, hordeo, zea, auena fit Maltum, quod ratione conficiendi, Bieræ colores immutat. Triticeum & polystichum, supra coctum & excoctum potissimum, rubicundam & subfuscam cereuisiam efficit. Hordeo disticho, auena, zea, tritico, commixtis quinis vel senis libris farinæ fabaceæ, albida & limpida redditur. Maltihordacei partes duæ aut tres; auenæ & triticei ana. pars vna, sumuntur: farinæ fabarum quantum tritici quarta pars; aquæ quantum satis, pro tenuitate, & efficacia Bieræ futuræ.

Cereuisiæ, à Cerere dictæ, siue Bieræ Teutonicæ & Anglo-Britannicæ omnium suauissimæ & saluberrimæ, calidioribus regionibus vtilissimæ & conuenientissimæ, in parandi ratione exactissimæ & largissimæ obseruationes, Anglo-Britanno vernaculo, à C.D.I.Coys *Plantarum peritissimo accepta.*

Rec. *a.* Aquæ fluuialis *b. Galones* 40. feruescuat, sine tamen ebullitione, *c.* pars eius tertia, *d.* in qua infunde & macera modium vnum optimi Malthi, molis vtut triti: sine conferuescere per horam integram in cupa aut paulo plus: tempore hoc exacto, liquor, **woꝛt**, Britannicè & Belgicè vocatus, percoletur in vas commodum, foraminis Cupæ fundi *e* vice, vt mox dicetur, reserato. Et inter colandum, feruefac alteram tertiam aquæ partem, modo supradicto, & percolato liquore horæ spatio, affundatur. Si autem maiorem Cereuisiæ quantitatem parare velis, eamque potentiorem; primam colaturam feruefac (affusa Maltho percolato secunda feruida aquâ) additis vncijs quatuor florum *Lupi salictarij*, per totum tempus iteratæ infusionis secundæ Malthi, hoc est, horæ aut sesquihoræ spatio. Colantur deinde per setaceum & in lacu refrigerantur. **woꝛt** non excedat pedis altitudinem in lacu æstate potissimum; hyeme superare licet: quo refrigerato æstiuo tempore, (hyeme tepidulo) sume huius colati **woꝛt** sufficientem bonam quantitatem in vas conueniens, prędictæ pedalis aut sesquipedalis altitudinis exceptam, cui lib.ſ. aut vnc.8. optimæ Spumæ, siue fermenti Cereuisiæ, Britannicè **yeaſt**, Belgicè **Gyſt**, & Gallicè Gy, diluti & permixti in alio vase siue vrceo, triplici aut quadruplici mensura prædictæ colaturæ **woꝛt**: fermentescere finito, donec ebullitione & effluentiâ vrceum superet, effundaturq; in vas colati **woꝛt** vocati liquoris. Post Spumarum fermenti in vrceo permixti effusionem in prædictum colatum liquorem, in quo vrceus conditus est, ebullitione & fermentatione totum colamen spumis vndantibus operiens, affunde sensim, ne ebullitio interpellatur, reliquum colatum liquorem & permisceantur. His peractis, sine iterum conferuescere, donec sublimé plus satis efferantur spumæ, (eleuantur siquidem pedali sæpe mensurâ) & potus saporem similem colati liquoris acquirat; nullo tamen modo acrem, quia Cereuisia citiùs acorem saperet. Vasis demum impletis & post sublimationem occlusis, conseruetur Cereuisia.

Cereuisia tenuis.

SI tenuem cupis Cereuisiam, (quâ vulgò æstiuo tempore delectamur) vtrumque, primum & vltimum commisce colatum liquorem siue liquamentum: feruefac, addita ſ.q. florum Lupi salictarij, ex arbitrio: & omnia perage, vt dictum prius.

Tertiam & vltimam aquæ feruentis partem superfundito Maltho, ad omnium tenuissimam Cereuisiam: maceretur per duas horas: & eadem vt prius præsta.

Obseruationes.

a. *Aquæ fluuial.*] Densiores, pinguiores stagnantes aut puteales aquæ ex terræ argillosæ venis manantes; limpidis putealibus scaturiginosisque ad pinguiores concinnandas Cereuisias longè vulgi opinione, præferuntur. Fontanas tamen ex scatebris emicantes, & fluuiales fluentes mihi eligerem, sanitati tuendæ, auctâ frugum dosi.

b. *Feruefac sine ebullitione tamen*] In quibusdam regionibus ebulliunt aquam ante Malthi infusionem & macerationem; superaffusa Galloni mensurâ vnâ aut altera frigidæ, ne illico Malthum excoquatur aut supra modum conferuescar, excandescatué, crustulasque retorridas contrahat.

c. Hæc obseruantur quoties Malthum retorrescit. Conuenientissima est alioqui feruidior aqua, Maltho minus arido, aut humidiore.

d. *In qua infunde & macera.*] Experientiâ constat Malthum commodius immitti aquæ, quâ aquam Maltho affundere.

e. Doliare vas in quo Malthum infunditur, capacitatis sit dolij Aureliani, plus minus, pro ratione quantitatis Bieræ futuræ, duplici fundo donatum, vtroque maiusculo foramine pertuso. Longior & validior fustis stramine aut Fœno tortili circumuallatus foramina permeet; sed imum fundi foramen arctius, obicis vicem supplens, reserans & claudens, ad liquamentum (**woꝛt** vocatum) percolandum & in alia vasa traijciendum. Superior autem fundus sit multis foraminibus peruius.

Vimineis cistis longioribus, cilicij loco Malthi liquamen separant Belgæ.

CEREVISSIA

CEREVISIA MARTIA *vegetans, maximéue alens, perdiuturna, in annum & diutius perdurans.*

Rec. Malthi recentis molis; vt diximus ante, triti Modios 12.
Auenæ Modium semissem, Pisorum aut fabarum & Tritici tritorum, ana, tantundem, *A*quæ q:s.implendis tribus dolijs *A*quitannicis aut *B*urdegalensibus: duobus vegetante Cereuisia, & vno viribus tenuiore.

Feruefac tertiam Aquæ partem modo supradicto: infundantur donec aquæ pars secundæ tertia efferbuerit, & infusioni sit parata. Tum primo Malthi liquamento percolato, & in aliud vas & refrigeratorio lacu traiecto, exactè simul percoctis sine defæcatione ex lib. 4. Lupi Salictarij: optiméque tandem per semihoram despumando percoctis & in refrigeratorio lacu traiectis, iterum affundatur Malthor secundus liquor siue Liquamen woort vocatum, quoad tertia altera pars Aquæ efferbuerit, quod horæ aut circiter spatio perficitur. Hac ratione æqué efficax erit illud secundum woort ac primum: Deniq; vltimâ aquæ tertia parte feruefactâ, detracto liquore, affundatur Maltho tertiâ & vltima vice ad ignauioris Cerevisiæ præparationem. Martia efficacissima Cereuisia ante sex menses non est potionibus apta.

Persrigerato primo liquamine woort, permisceatur lib. duabus Spumæ Cereuisiæ, & vnci. 1. pul. Caryophillorum: Exactissimaq; fiat fermentatio citato modo.

Primæ nobilitatis Anglorum ALA *suauis & vinet sapotis potio.*

Rec. Liquamenti Malti (vernaculè woort) libras ducentas, florum Lupi salictarij M. 2. quò Malti dulcem & insipidum saporem exuant. Percoctis & transmissis sensim commisceantur (vt suprá monuimus) fæcis Bieræ vel Alæ libræ tres, & Graut Angloru. (*B*elgæ Haerbier vocant) libræ sex vel octo.

Graut enim fit hoc qui sequitur modo.

Rec. Farinæ Malti lib. 6. vel octo: aquæ feruefactæ lib. 12. vel 13. quæ agitata & probe sexies die remixta tepente camino, stragulis operto & palea condito nitido vase tamdiu macerantur, donec Serapij lentorem assequantur. Tunc igne, sedulò versando ne vrantur, ad pultis solidioris crassitiem percoquuntur. Reconditur etiam hodie, per ebullitionem siue fermentationem adhuc spumans in lapideis Phyalis, oris angustioris, Suberino operculo exactissimé occlusis, & decussatim funiculo, ne exiliet, vt sæpe fit arctissimé ligatis. Sapore admodum vinoso, gratissimoque, palatum & nares feriente: Non desunt qui Cereuisiam, eadem, lege & ratione vini instar asseruant.

ζυθὲ & Curmi Dioscor.

DIOSCOR. *Ex hordeo potus fit, cui Zytho nomen est: is vrinam cit, renes & neruos tentat, membranas præsertim cerebrum vestientibus, efficit: inflationem parit, vitiosum succum creat, elephantiasim gignit.*

CVRMI.

Fit & ex hordeo potus quem Curmi nominant; eoq; sapé pro potu vtuntur. Verùm capitis dolorem mouet, malum succum gignit, neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex tritico fieri solent in Iberia quæ Occidentem spectat, & Britannia.

Zythum & Cereuisia Plin.

EX frugibus fiunt & potus, Zythum in *Æ*gypto; Cælia & Cærea, in * Hispania: Cereuisia & plura genera in Gallia, alijsque prouincijs; quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. ** Ante Vini incrementum.*

Quantum ex priscis Plinio & Dioscoride coniecturam facimus de Zytho & Curmi, potiones Cereuisijs nostris proximas, nec dubiè designasse videntur: præsertim Alam, quæ vini vicem antiquitus supplebat *B*ritannis; quorum ipse Dioscorides meminit, referens malum succum gignere & neruos tentare: quibus idem, quod nobis, euenisse potuit, potissimum plebi & Anglo-*B*ritannicæ rusticæ turbæ, cui ad gulæ delectamenta potentiorem Alam è cauponarijs expetenti, inexaturabilis quæstus gratia illà ex Malto lixiuio aquæ vice macerato, imponitur, sic enim magis compositam & grano potiorem ementitur; caput ferit, læramque opilionibus, coilonis & naucleris stultitiam conciliat. Nec desunt nonnusquam inexplebiles nummorum vafri homines qui *Bieræ* pro lupuli floribus camini fuliginem substituant, aqua salsa Maltum macerantes,

rantes, vt eo plus sitiantur bieræ, quo plus sint potæ, Harum potionum & consimilium assiduo vsu incommoda Dioscoridi memorata percipiuntur: quæ non possunt sine hepatis & viscerum summo dispendio assumi. Cerebro & neruis inde affectis & sanguine exusto, fit tuberculorū in facie & naso, vti elephanticorum, eruptio, inde apud Anglo-Britannos in hunc vsque diem Jocus protrito elogio, Asciuit sibi faciem & nasum rubrum, tuberosum, commendatioris Alæ. Maxima igitur in Cereuisia varietas; pro ratione, quantitate frugum, mixtione, compositione varias qualitates sortita. Germanis & Belgis Gentiana, Baccæ Lauri, Zeduaria, Gaghel, Helenium, Lauendula, Saluia, Hormini flores, Cuculus siue Cucubalus Indianus, (quem insanum seu furiosum Solanum faciunt) Chamæpitys, Coriandrum & consimilia vnà cum Lupulo incoquuntur.

Lupidior vegetior, bene defæcata Biera, cuius quidem faciendæ ratione̅ docuimus, vt calidioribus innotescat regionibus, & penuriā vini, eius vicem supplere possit; suauis & salubris est potio, alimentum bonum præbet; modò brobè & ex optimis frugibus paretur & percoquatur.

Tenuis autem quæ grani minus, plus aquæ, recipit; humectando refrigeat, minusque alit.

Acida malum succum gignit: renes, neruos & caput tentat: tormina, inflationes intestinorum, quemadmodum & recentior epota, stillicidium vrinæ, crassum succum, calculum renum & vesicæ parit. Luteriana crassa, dum recens, pessima.

Additur Lupulus Bieræ vel Alæ duplici ratione: cum ob saporem & conseruationem, tum quia crassum succum Zythum procreare literis prodatur, cuius errarum & noxam emendaret, apperiendo abstergeret, per venas crassa pituitosaque excrementa, venarum, renum, vesicæ, citra magnam calfactionem educeret: docemur enim à Mesueo in Syrupo è succo Lupuli & Byzantino, alijsque neotericorum compositionibus Lupulum, non secus ac Fumariam, sanguinem purgare & defæcare, eiusque ebullitiones compescere: iecoris intemperiem calidam, internosque feruores, febresque biliosas & pituitosas arcere: Quem eundem effectum præstant turiones siue Asparagi verè erumpentes, cibo & acetarijs.

Floribus tamen, quia temperatè calidi, secus euenit, vti de Coriandro monuimus Aduersariorum pagina 314. Quod caput feriant, è Cereuisia non reijciendi; neque illis causa rheumatismarum & articulorum destuxionum, vt nonnullis doctis Anglo-Britannis perplacet, attribuenda: sed potius ingluuiei, crapulæ, mollitiei, blanditijs & gulæ oblectamentis, quibus sunt dediti, ascribere debent: quia Ala ipsa potentior, sine eis, aut Lupulo pauxillo concinnata, non secus ac vinum, abditissimas permeat cerebri membranas, eademque inferr incommoda. Lupuli flores non nocent qualitate, sed quantitate, quemadmodum vinum & optima quæuis temeta.

METEGLIN

Cambrici potus illius celebris & saluberrimi, METEGLIN *patrio nomine, aut Merlini Cambriæ Prophetæ potionis vocatæ, vini Passi gratiam ementitæ, parandi rationes & formulæ, acceptæ à generosa & honestissima matrona* Ioanna Busher, *vidua C.V.D.* Richardi Garth; *confuso ordine Anglo-Britannico* sermone conscriptæ, quas Latinè in aliarum regionum gratiam, hoc qui sequitur modo restitui.

Meteglin potum siluarum siue siluestrum Herbarum quidam interpretantur, Cambrice tamen siue Vernacule, veterique Britannico Eglen dulcem sonat.

Antecedandis hic potus Meteglin Aduersariorum pag. 22. & 23.

Rec. *Radicum Saxifragiæ, Selini, Fœniculi,* } *ana. lib. 1.*

Herbarum Agrimonie,
Vtriusque Buglossi,
Betonicæ,
Scabiosæ,
Hyssopi,
Origani,
Thymi,
} *ana. fasciculos quatuor.*

Herbarum proportio, aquæ quantitati respondeat.

Simul efferueant quoad vini Passi siue Maluatici earum decoctum assequatur colorem.

Colamen linteo panno coopetiatur: mane sequenti tepenti adhuc liquori, Mel ea proportione commisceto, donec ouum recens supernatet eminentiâ latitudinis assis Gallici, aut tertiæ partis solidi Anglici, (vulgò à Grote.) Deinde lento igne despumentur, & à ceragine siue cerea excrementitia mundetur substantia: postea leuiter coquatur, parùm quiescant.

Prædictus decoctus liquor nitido, suaui vasi, vino aut alio liquore imbuto indatur, vt fermentescat: quiescat tamen viginti quatuor horis priusquam affundatur & permisceatur spumæ siue fermenti Cereuisiæ, vel potius Anglo-Britanniæ potentioris Alæ catillus mediocris. Copioso excrescête & rarefacto liquore, supernatantes omnes sordes & spumæ nitidâ allatâ pennâ despumentur: sed fermentum album haud quaquam demendum.

Potionis Meteglin suauissimæ doliji impletio, conseruatioq́; & nouissima vltimaue purificatio.

SAtis superque iam defæcatâ Meteglin, impletisque vasis eorumque osculis argillâ figlinâ aut massa panis obductis iterum defæcanda, affuso aliquoties nouo liquore, repletis, vt fieri solet in Omphacij, à fæcis spumosæ purgatione vltima. Occludantur denique vasa vt decet & cellis vinarijs reponantur. Maturè tandem, & exactè clarificato liquore ante vsum, suauissima erit potio.

METEGLIN *hæc formula apud equitem D. Andream Corbeth in præfectura Shropsheere Cambriæ componitur.*

PAratorus Meteglin, modum & demensum seruare debet Cereuisiæ concinnandæ.

Decocti præparatio.

Rec. Radicum Fæniculi, & Petroselini, } *ana. quantitatem magnam sufficientem.*
Glycyrrhizæ mundæ lib. ʃ.
Radicum Mei,
Rad. Caryophyllatæ,
Saxifragiæ, Phu, } *ana. M. 1.*
Rad. Helenij, M. ʃ.
Serpilli,
Maiorana,
Hyssopi,
Menthæ,
Saluiæ, } *ana. gremiale siue ventrale plenum.*
Fl. Chamæmeli tantundem,
Fl. Centaurei minoris, } *ana. M. 1.*
Marrubij,
Seminis Anisi,
Fæniculi, } *ana. lib. ʃ.*

Ebulliant ad radicum mollitiem ex artis præceptis. Omnia indantur postea aut transfundantur in dolium siue vas in quo Meteglin denique conditurus. Colentur, defæcentur, & clarificentur.

Deinde è fauis Mel recens ea proportione, vt ouum eminentiâ bona exertum supernatet: diu multum agitando versandoque commisceantur. Simul deinde in hoc vase persistent priusquam

in cados conditurae futurae idoneos diffundantur, addendo ad fermentationem commodiorem, fermenti panis cibarij quantitatem mediocris mali Punici, & fermenti recentis Blerae, aut Alae fortis, si non satis fermentatur.

Doliolo cupacitatis cadi, id est, Centum & octo librarum medicarum, siue circiter decem *Gallonum* Anglorum, quae continent 106. lib. & s. & vnci. 2. haec aromata sequentia contusa, nodulo excepta mergantur, appenso lapillo; nec tamen faeces aut fundum attingant.

Nuces Myristicas duodecim aut sexdecim,
Cinnamomi duas aut tres fistulas,
Caryophyllorum, vnci. 4.
Zingiberis, M. 1.

Quidā sumunt Galangam, Spicam Nardi, Phu, Helenium siccum, Caryophyllos, Nuces moschatas & semen foeniculi contusa & suspensa, vt dictum est. Nullus esto cadorum obturamentis vsus ante exactam defaecationem, fermentationem, & ebullitionem. Et occlusis tandem cadis, noli recentem Meteglin bibere ante septimanas decem, cuius conditurae primas tenet vinarius cadus.

Alia Meteglin parandi ratio, a D. Throckmorton, accepta.
cuius descriptionem ordine sequenti redintegrare libuit.

IN primis collige radices & herbas sequentes à prima die Augusti ad Michaelis diem.

Rec. Radicum Imperatoria,
Foeniculi,
Consolida minoris siue Bellidis, ana. *M.* 2. (Primo vere, potius legendas censerem.)
Tormentilla,
Helenij,
Radic. Petrosel.
Caryophyllata,
Angelica, ana. *M.* 1.
Saxifragia,
Valeriana hortensis,
Galanga tenuis,
Foliorum Lauri,
Graminis Leucanthemi Dodo: ana. *M.* 4.
Rosa syl. odorata,
Fumaria,
Fl. Anthos,
Saluia agrestis,
Hyssopi,
Mentha fusca,
Agrimonia,
Thymi, ana. *M.* 2.
Fl. Hyperici,
Borraginis,
Scabiosa,
Betonica,
Lingua Bubula Anglor.
Auricula muris,
Eruca murialis (syluestrem puto:
Plantaginis Quinqueneruia,
Phyllitidis,
Saluia,
Florum Chamameli,
Calendula.
Alleluya,
Florum Caprifolij,
Maiorana,
Origani, ana. *M.* 1.
Cardui Benedicti,
Veronica.
Scordij,
Absinthij, M. s.

Radices

Radices, herbæ, flores bulliant m. f.q.aquæ tres horas.

Tribus iterum horis maceratis, & deinde expreffis, Mel congruâ proportione addatur, exempli gratia,

Duobus congijs aut Gallonibus Anglicis & quartarijs tribus liquoris, adde Congium aut Gallonem Mellis. Iterum fimul efferueant affiduò defpumando. Condito poftea dolijs liquore per duos dies aut plures perftent. Cætera vt fupra diximus, facienda.

Meteglin Theriacale, Cephaticum, Bechicum, Hepaticum, Splenaticum, *& Diureticum, defcrip. noftra: febricitantibus interdictum.*

Rec. Rad. Helenij, recent. fucco pragnantium, Graminis Canarij ana. lib. 1. f.
Glycyrrhizæ rafa, lib. 1.
Rad. Rufci, Afparagi, Petrofelini, Ononidis, ana. vnci. 10.
Rad. Filipendulæ, Pæoniæ maris, ana. vnci. 5.
Eryfimi flore & femine prægnantis, Botryos herba, Betonica ficca cum flore, Melyffophylli, Agrimoniæ, Eupatorij Cannabini, Chamædrys, Chamæpiteos, Herniariæ, Tuffilaginis recentis cum rad. ana. M. 6.
Cardui Sancti, Scabiofæ, Marrubij, ana. M. 4.
Anifi, vnci. 6.
Carui vnci. 2.
Paffnl. mund. vel Corynthiarum, vnci. 12.
Saluiæ. & Maioranæ nobilis cum floribus, Florum Anthos, Geniftæ, vel Sambuci, Thamarifci cum floribus, Thymi, Serpilli, Hyffopi, Adianthi vel Pollytrici, ana. M. 5.
Decoquantur omnia ex arte: Radices prius, deinde herba: Poftremo flores & odorata aromatica ex f. q. Aqua.
Demi Mel candidum demenfum parilitate fupradicta addatur. & idem modus faciendi in religiosè obferuetur.
Aliqui Soli exponunt per Caniculæ æftus, nodulo exceptis fequentibus aromatibus & in cados demiffis additis filicibus aut lapillis vt degrauatus ponduſculo nodulus fidat; fundum tamen ne tangat.

Rec. Macis, Caryophyl. Nucis Myrifticæ, ana. drach. 6.
Cinnamomi, vnci. 1. drach. 2.
Seminis Synapi albi vnci. 2.
Rad. Acori, & f. Coriandri preparati, ana. drach. 2. excipiantur nodulo.

Potus Merlini, fiue Meda minus compofita, Cambricis magnatibus *vifitata borealibus Anglo-Britannis.*

Rec. Aquæ menfuras tres,
Mellis menfuram vnam.

Efferueant igne lento, affiduò defæcando, ad tertias. Singulis Gallonibus Anglicis affunde fpumantis fermenti Alæ commendatiffimæ vnci. 30. vel 32.

Subfequenti die transfundatur liquor in aliud vas, omiffis in fundo fæcibus; nouoque affufo Alæ fermento, iterum refideant. Annum aut duos perdurat. Potabilis futura octauo aut decimo die à fermentatione exactiffima, vfus neceffitate vrgente.

Meda Mofcouitarum parandi ratio in Rufcia.

PRoportio Mellis refpondeat aquæ quantitati, & fermenti, vt fupra monuimus. Rufci addunt Cerafa & Rubi Idæi fructus.

Adduntur que libræ duodecim florum Lupi falictarij, pari portione vt fit in concinnanda Cereuifia, ex modijs duobus Malti & conuenienti aqua maceratis.

Obſeruatio.

ET ſi herbæ flores, ſemina & radices contra leges artis, vti in Aduerſarijs diximus diutiſsimè, vt ſaporis & herbacei viroris faſtidium exuant, vtque magis alant, diutiuſque perennent, percoctæ & excoctæ fuerint, ſuaderem tamen, odoratiores & aromaticas ſub finem ebullitionis addendas, aut ſaltem mediam earum alteram quantitatem, vt earum pars ſuauior, potior & efficacior conſeruetur.

Quotidiano potui ſenio & annis obſitis vtiliſsimam hanc potionem diximus: nec adeo temulentiam vertiginoſam gignere, aptiorem multò & vtiliorem cerebro neruoſoque generi futuram, minimè nocuam, viniquè vicem ſuppleturam, ſi periti Medici instituto & induſtrij operarij aut Pharmacarij operâ, artis legibus inuiolatis, cuius naturæ accommodè præparetur.

Omnibus & egregijs, quibus Mel, pollet auxilijs? etiam hepate calidioribus minùs nocitura Metheglin, ſi Cichorio, Soncho, Seridiſque ſpeciebus, Lichene & ſimilibus herbis calor retundatur, & moderetur; & vt paucis dicam varijs affectibus, magno mortalium auxilio, ad capitis, pectoris, carnis, cutis et cuticulæ, viſcerum, inteſtinorum, dyſenteriarum, adſtrictoriarum alvorum, vterinorum morborum, ruptorum & vulſorum, venarum obſtructionum, farctuum humorum putrilaginum, omnium inflammationum, febrium, calidorum, frigidorum, humidorum et ſiccorum affectuum, quamplurimorum cæterorum, ex quamplurimis diuerſis aromatibus, odoramentis, plantis et herbis, radicibuſque Dioſcoridis exemplo, de Aromatite vino, Ceſtrite Stœchadite, Hyſſopite, Abſinthite, Rhæte, Rhodite, Myrtite, Cydonite & alijs innumeris factitijs vinis et chyliſmatibus, quorum diuturnus et longus vſus varios et immedicabiles creditos morbos mirabiliter ſanabit.

Panaceum Vinum Dioſc. Panaceum ir- tumſcronenſi in memoriam reuocat: Ex Panace item vinum commendatur à Dioſcoride. Fœlicius autem ſine fuco et dolo morbos profligabunt huiuſmodi medicamentoſæ potiones quam illa *Aurea* ementita Circulatorum et impoſtorum Germanorum aliorumque *Pannacea* ex *Antimonio* parata, etſi inficiantur, ſoloque auro conſtare aiunt (*Auri* quidem ſacra fames mondanos ad Auernales aquas prorita,) Baſim verò illius decantatiſsimæ *Panacea Stibium* eſſe certò aſſererem, perſancto etiam teſtimonio optimorum, doctiſsimorum fidiſsimorumq; Philoſophorum in hoc ſtudio excellentium D. *Petri Seuerini* Regis Daniæ Medici clariſsimi, et aliorum Chymicæ artis peritiſsimorum virorum, qui horum technas, callentiſsimis verboſis mellitiſque lenocinijs ornatas *Aurum* captantium congerronū, dulcemelos modulantiū, inſtar dulcè ſonantis aucupis fiſtulæ volucrē decipientis, nobis recluſerunt. Fallacijs quibus mundus immundus falli vult et fallitur, deſcribendis, quamplurimæ paginæ non ſufficerent.

Calamus odoratus Libani. Calamus myrepſicus Hippocratis.

CAlamus Odoratus.] Odorato Iunco Calamum Odoratum, quod cùm eodem in loco naſcantur, tum corporaturæ, craſis, conſimiliſque efficaciæ, & materiei inſpiſandorum vnguentorum ſint, ſubiunxit Dioſcorides. Calamus vocatur, quia vt fiſtula vacuus eſt, & internodijs Arundinum modo geniculatus. Aromaticus verò, ad differentiam aliarum Arundinum, quæ odoratæ non ſunt. Calamorum autem ſiue Cannarum vel Arundinum multifariæ differentiæ. Quod Calamus aromaticus ſit ex Harundinum familia, teſtis eſt Plinius, qui inter Harundines Calamum aromaticum enumerat; verumq; in India naſci tradit, odoribus vnguentiſque inſpiſſandis vtilem dixit Plinius, qui Calamo odorato eaſdem vires tribuit quas Dioſcorides. Plinij autem verba ſubdere clarioris doctrinæ & authoritatis gratia viſum fuit. *Vt quoniam, inquit, genera plura fecimus, illa quæ in India Syriaq, naſcitur odorum vnguentorumq, cauſſi, vrinam monet cum Gramine aut Apij ſemine decocta. Ciet menſtrua ad mota: Medetur conuulſis, duobus obolis pota, locineri, renibus, hydropi, tuſſi etiam ſiſſitu, magiſq, cum Reſina. Furfuribus vlcerumq, manantibus, cum Myrrha decocta: exceipitur & ſuccus eius, fitq, Elaterio ſimilis: Efficaciſſima autem in omni Harundine qua proxima radici; efficacia & genicula.*

Dioſcorides.) Calamus odoratus in India naſcitur.

MEmini me vidiſſe Venetijs ad Angeli ſymbolum Calamum aromaticum, quem Alepdi Syriæ Sequinus Mattinellus doctus & induſtrius Pharmacopœus, fortè delatum ex lacu

inter

inter Libanum & illum ignobilem montem Plinio lib. 12. cap. 22, memoratum miserat. Arundo erat geniculata, nitida, crassitudine paruum digitum æquans, color fuluus, ni labat memoria, saturior: odoratus, parum lentus in mandendo, subacris & amarus.

Iacobus Vtenhouius generosus Gandauensis, stirpium & artis medicæ peritissimus, Calami aromatici dodrantalis longitudinis cannularum frustulla aranearum telis plena, fulua, geniculata, digiti minimi crassitudine, gustu planè aromatico, amaricante, Schœnantho præstantiore, *Balneolis* vulgo *Baignolz* Galliæ Narbonensis nactus est inter Schœnanthi festucas, quæ Massiliam aducta ex lacu Plinio memorato asserebant.

Multò maiora habuit præclarus vir augerius D. de Bousbeke Flandet Insulanus, Cæsareæ maiestatis Constantinopoli legatus, Stirpium exoticarum peritissimus.

Dioscorid.] b *Melior est fuluus, dense geniculatus,* c *& qui assulosè frangitur, plena araneorum fistula,* d *albicans, lentus in mandendo, & adstringens, ac* e *cum quadam acrimonia amarus.* f *Vrinam potu ciet, quare cum Graminis aut Apij semine coctus, in aqua subter cutem fusa morbo renum vitiis, stillicidio vrinæ, ruptisque commode bibitur.* g *Menses & potu & appositu pellit.* h *Tussi suffitu medetur per se, aut ex resina* i *Terebinthina, hausto per arundinem fumo: ad* k *muliebres insessus decoquitur, & clysteribus imponitur.* l *Suffitionibus, malagmatisque odoris gratia commiscetur.*

b Melior est fuluus.] Colorem valdè tuffum vel fuluum χιῤῥὸν Græci dixere. Hic color, & lentor in mandendo Calamo, non eius radici assignandus, vt Cornarius opinatus est; araneas & genicula ad Calamum referens. Calamum re vera intellexit Dioscorides, non radicem, dum ait, plenam araneorum fistulam.

c Et qui assulosè frangitur.] id est, in multas assulas, siue in multa segmenta, quod Arundinibus proprium est. Distinguuntur autem assulosè, siue secundum longitudinem diuiduntur. Eodem modo plerunque ossa franguntur. Plinius dixit; melior qui minus fragilis est, & qui assulosè potius, quam Raphani modo frangitur.

d Albicans,] quia fuluum prius dixit Diosc. videtur referendum ad araneosam illam substantiam, qualem in alijs arundinibus cernere est, nisi velit ex fuluo albicantem significare: alij radici tribuunt.

e Cum quadam acrimonia amarus.] Gustanti subacris & subamarus percipitur, eoque subamarum legendum: solus Oribasius amarum dixit: cæteri nullam amaroris fecere mentionem.

f Vrinam potu ciet, quare cum Graminis, aut Apij semine coctus.] Semina diuretica addit, vt medicamenti actio iuuetur, & sit magis destinatum hydropicis & nephriticis: quando lotium ob affectos renes vel vesicam supprimitur, stillicidiumque fit quod stranguriam appellant.

g Menses & potu & appositu.] quia aliqua sunt quæ pota menses, non apposita mouent: vel quia nonnulla imposita menses elicere possunt; quæ non intro assumuntur; quæ ichores absumendo menses retinent, potius quàm mouent; aut quæ sunt amara, aut odore ingrata imponuntur, nec nisi vrgenti & maximo affectu propinantur: Cuiusmodi sunt Lachrymæ fœtidæ, Sabina, Bitumen, Assa fœtida, Galbanum & consimilia attrahentia medicamenta simplicia vel composita; quæ intro sumpta ventrem laxarent: pessarij autem modo subdita sanguinem attrahunt, quem etiam medicamenti acrimonia expultrix facultas irritata expellere cogitur.

h Tussi medetur per se, aut ex Resina Terebinth: hausto per Arundinem fumo.] Fumus aerem inficit, quem quia pulmonesque hauriunt, siccando, humores absumendo & defluxiones sistendo egregie* curat: quod commodius vt fiat, scite Dioscorides Terebinthinæ Resinam addit, quo plus vaporosæ fuliginis reddat, quæ potentissimè catarrhos & pulmonum vlcera siccat: Farctis tamen pulmonibus difficilimè spirantibus, affatim per fistulam aut infundibulũ hi vapores non intromittendi; nisi prius medicamento purgante imminuta excrementorum copia, in cubiculo vel lectica cadureo occlusa, fumum sensim hauriant, & assuescant. ** Vti Tabacum.*

i Tussi medetur.] Tussi mederi Calamum Aromaticum ait Dioscorides quasi suffitu aut hausto per Arundinem fumo. Quædam namque medicamenta Eclegmatis modo sumpta, qualia dulcia sunt, tussi medentur: Alia verò vncta, vt olea & axungiæ pectori illita; Nonnulla sensum partis obtundendo & materiam incrassando; vt pilulæ è Cynoglosso, Diacodium & similia. Tabaci fumus haustus membranas Cerebri hilari quadam voluptate & suaui amentiâ, quo quidam minimè carere possunt, opplet & reficere videtur, vt Hyoscyamus & Opium Turchias vini vicem supplens; hebetat tamen & stupefacit & tandem noxius; vti Zythi siue Bieræ præstantioris spuma, quæ opiliones & rusticos Flandros naturâ frigidos & graues ad tempus expergefacit,

spiritus

spiritus calfacit, alacres & cardaces reddit; tandemq; facultates minuit & officit vt in Zytho dictum fuit.

k Ad muliebres incessus decoquitur & Clysteribus imponitur.] Rectius decoqui ad muliebres Insessus & collutiones quæ per mettanchytê inijci solent. μητρεγχύτης instrumentum est matricis á μήτρα, id est, matrice dictum, vt fistula qua medicamenta & collutiones in vterum immittuntur.

l Suffusionibus, Malagmatisq; odoris gratia.] Malagmatis, medicamentis & suffumigijs commisceetur non sola odoris gratiâ, nam & tussi medetur suffita. Mitis etiamq; eximijs egregijsque dotibus & viribus pollet ad ventriculi, hepatis, ventris, vteri & viscerum varios affectus: Verum in partium externarum quibusdam remedijs sola odoris gratia Odoratus Calamus miscetur; vt in vnguinibus quibus mollicelli & splendidæ mulieres; nec essitatis vel voluptatis gratia, vel ad oris infectum halitum, vel alarum tædia, vel pedum hircinum tetrumque odorem, vtuntur. Sed cum ad nos Verus Calamus afferri desijt, optimum substitutum Schœnanthum erit, vtriusque et Calami et Schœnanthi perpensis ex Dioscoride facultatibus.

Galenus.] Leuiusculam quadam adstrictionem ac minimam acrimoniam possidet. Siquidem magna ex parte essentia eius terrena est & aerea; temperies autem callida et sicca: quamobrem moderatè vrinam mouet, ac facultatibus quę Iecori stomachoque imponuntur, nec non ijs fomentis quæ inflammaro vtero, aut mouendis menstruis administrantur, cômodissimè potest misceri. Ponatur habeaturq; secundi ordinis eorũ quæ excalfaciunt & desiccãt: valentius tamen desiccent, quam excalfaciant: Inest quoq; ei quædã partium tenuitas velut omnibus odoratis. Cæterum eorum compluribus tenuium partium plurimum: Calamo verò non multum adest. Æginetæ ex secundo calfacientium et arefacientium à temperatis excessu, subtilioris nonnihil, et astringentis est potententiæ, vrinam ergo promat.

Iridis omne genus Aduersariorum pag. 30, 31, 32. Obseruationum, 32, 33. 34. 35. & in nouis excudendis Stirpium Illustrationibus.

Iris candidis floribus angustifolia, Iridis Clusij vocata, siue Iridis angustifolia Clusij secunda similis.



HAnc in pensilibus Adonidisq; hortis sedulò alebat Medio-castri Mattiacorum amicissimus et humanissimus vir D. *Cornelius Coorne* huius peramæri studij amantissimus: sesquipedalibus aut pede longioribus folijs, paruum digitum latis, in sesquipedali aut bipedali, caule floribus albis aspectu suauissimis donato, quorum terna repanda folia latiora venis siue neruis suauè rubentibus iucundè insignita sunt, nec non otis perpolitè breuioribus lineis concoloribus striata: alijs verò incunbentibus ternis, et totidem angustioribus surrectis folijs penitus candidis. Radice Iridis Clsii vocatæ, siue angustifoliæ secundæ non absimili multis fibris donata. Franco-valle, vulgò *Frankedal* à Nicolao *van Brabant* in Belgium primum missa.

Iridum

Iridum delectus, & facultates ex Dioscoride, Plinio, Galeno.

DIoscor.] *Melior est a Illyrica, & b Macedonica, & inter has laudatissima quæ ὑποκόλοβος, id est, quæ decurtata, breuis, vel pumila mutila ferè (sic omnes vertunt; Cornarius tamen obtusam aliquantulum dicit; sed parum refert, si quis mutilatam aut decuratam, dixerit; nam quæ decurata sunt, videntur sua natura longiora fuisse, sed abreuiata) & densa constat radice; frangenti contumax, subrusso colore; gustu amaro (Ruel. πυρωτέρα) id est, feruentiore vertit; odore perquam syncero, ita vt nullum prorsus situm redoleat; quæ dum tunditur, sternutamenta mouet. Secundum locum habet Africana, candicans, gustuque amara.* d *Teredines in vetustate sentiunt: tunc tamen odoratiores reddi solent.*

a *Melior est Illyrica.*] Idem *Plinius.* Ab omnibus authoribus Iris Illyrica celebrata est & primum locum sortita. Florentina passim hodie nobis pro Illyrica obtruditur, & pluris fit à mercatoribus quam Veneta, quia candidior & fragrantior: attamen ex Illyrica, hodie Sclauonia dicta, Iris Venetias deferri solet; quare Veneta, Illyrica legitima omnibus vno ore censetur; subrussi coloris, non candidi, etiam Plinij & Dioscoridis suffragio, omnibus præferenda. Non multum à Lusitanica biflora folijs differre literis prodidit fidissimus scriptor Clusius noster: pedali caule, rarò ampliore, & flore Iridis Lusitanicæ formâ, colore & odore persimili, paulò maiore tamen: radice nodosa, & geniculata, odoris dum recens est, ingrati, at siccata satis grati, insipidi initio gustus, postea tamen feruidi, faucesque vrentis.

b *Macedonica.*] Secundum locum sibi vendicat Macedonica *Plinio*, longissima radice, tenui & albida. Plinius à Dioscoride dissentire videtur, qui mutilam & subrussam commendat. Plinius fortè per Macedonicam longissimam exilem & albidam, aliam ignobilem Macedonicam indicare aut indigitare voluit: at densam, mutilam siue diminutam, breuem ac velut decurtatam pumilam, frangenti contumacem, subrussi coloris, præfert Dioscorides: attamen Plinianæ lectioni hæc non videntur aduersari, qui duplicem Illyricam facit: & Raphanitim à Raphani similitudine longiorem, minusque crassam quæ melior est, Rhizotomiam subrussam, quam tamen idem Plinius Raphaniti præfert libri 21. cap. 20. Cur Rhizotomon dicta ignoro, cùm Rhizotomus nomen sit cuiusdam Botanici, vt Crateuæ apud Dioscoridem & Hippocratem. Raphanitis potius ad figuram refertur Raphani, quam ad colorem: Astragalitis dicitur à Galeno & Aetio, quia Astragalus radice est rotunda, Raphani modo grandi.

Densior, breuior, cassior & habitior radix; diutius, aptius & perfectius vires suas integras conseruare censetur.

c *Secundum locum habet Africana, candicans Diosc.* (qualis est nostra Florentina) *gustu amara.*] Hæc fortè quod loco sicciore nascatur, magis amaro sapore est quam Illyrica, quæ à feruidiore sapore πυρωτέρα, id est feruentiore gustu à Ruellio dicta est.

d *Teredines in vetustate sentiunt.*] Teredines sentire dicuntur radices quæ à paruis vermibus arroduntur: Illa facilè arroduntur quæ substantia sunt laxa & molli, vt Zingiber: generantur enim ab humiditate, verum hæc cum densa sit & amara radix, inuestiganda huius rei causa. Teredinem sentit, non cum recens est, sed fortè, quod nimium sit amara, cum veterascit, & in vetustate, quo tempore sapor ille digestus est: et hoc in omnibus ferè commune, vt in vetustate potius alterentur à vermibus, quam cùm recentes sunt: Putrescit tota materia; sed hæc animalcula, insecta, tineæ aut teredines non ex omni humiditate generantur, sed ex succo radicato viuo; quare in senecta humor ille insitus putrescit, et in illa putredine vermes generantur.

e *Tunc tamen odoratiores reddi solent.*] Si odor vt Gal. vult, effumatio sit calida et sicca; tunc magis olere debent cum magis effumant; effumant cum calidiora sunt, calidiora enim euadunt humiditate aquosa moderante calorem absumpta: Minimè igitur mirũ, si odorátiores vetustate reddantur: grauis enim huius radicis odor cum è terra eruitur, superfluo et excrementitio humido obrupta est, quo absumpto, odoratior et fragrãtior euadit. Fumida enim et odorata fragrantiora magisque redolentia fiunt dum tundendo et terendo effundunt odores: Quæcunque etiam á teredinibus, aut tineis vermibusque eroduntur in puluerem abeunt, magisque fumos emittunt et odoratiora euadunt: vetulæ igitur vetustate radices, nouellis recens erutis, odoratiores.

DIoscorid.] a *Vis omnibus excalfactoria,* b *extenuans, contra* c *tussim efficax: humorum qui ægrè reijciuntur, crassitiem digerunt vel attenuant: bilem,* d *crassamq́,* e *pituitam ex hydromelite*

melite drachmis septem f epotæ purgant: g Somnum conciliant, h lachrymas i ciunt, torminibus medentur. Eædem k potæ ex aceto l serpentium m ictibus auxiliantur, lienosis, conuulsis, perfrictionibus, n horroribus, & quibus genitura o effluit. Menses ex vino potæ pellunt. Decoctum earum fœminarum fotibus vtiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaq́; in eis venarum spiracula p. Ischiadicis q infunditur. Fistulas ac sinus carne explet r. Radices ex melle glandis ſ. modo subditæ partus extrahunt, quinetiam coctæ & illitæ strumas veteresq́; duritias emolliunt t. Siccæ quoque vlcera repleni, & cum melle purgant. u. Nudata ossa carne operiunt. Doloribus capitis cum aceto & rosaceo magis à cum vtilitate illinuntur. Admotæ cũ albo veratro, & duabus Mellis partibus, lentigines & vitia cutis in facie à sole contracta emaculat. Pessis malagmatis & acopis inseruntur. In vniuersum, magni ad omnia vsus.

a Et caput purgat Plin. *b* crassa et choleras. *c* et araneorum, scorpionum, in pane vel aqua, addit Plin. *d* genituras absumit, Plin. *e* et lumbis cum resina illinitur Plinio, *f* sarcotica est.
g Glandis modo, sitè *collyrij modo* vertunt. *h* Succo duritias omnes emollit. Plin.
i capitis præcipuè supputationes veteres. *Ægineta* eadem asserit.

Addit Plin. Infantibus eam circumligari salutare est. Dentientibus præcipua est, tincarumuè vitio laborantibus instillari. Contra canum morsus ex oleo imponitur, et contra perfrictiones, sic et neruorum doloribus. Dolori capitis cum cotoneis malis aut strutheis illinitur. Crapulas quoque et orthopneas discutit. Vomitiones cit duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit imposita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excrescentia sanat.

MESVE. Radix est calida sicca ordine tertio, acris: terget, coquit, resoluit, lenit, aperit obstructa, sedat dolores, pituitam crassam, et mistam illi bilem purgat, ac præter hæc aquas serosas, idque clementer, M iteriam crassam, lentam, hærentem in thorace, ac pulmone, coquit, tenuat, ac promptè educit, visceraque omnia expurgat, Hepatis quoque ac lienis, et vicinarum partium tollit obstructiones: affectus ab ea excitatos, hydropem, dolorem, tumorem, duritiem, et similes sanat aut lenit. Omnes quoque tumores etiam duros, et strumas digerit, præsertim neruorum et iuncturarum: maximè cum betæ vel brassicæ succo vel vino, et melle, et oleo chamæmelino, Cephalalgiam veterem sanat: præsertim cataplasmate imposita, et succo eius in nares attracto. Hic enim sternutamentum mouet, et per nares detrahit vim maximam excrementorum in partes alias, per meatus occultos alioqui defluxurorum. Succus autem ex ea vt absinthio extrahitur, Cum sapa autem tussim veterem ab humore crasso, lento factam, multum iuuat, et ab eodem spirandi difficultatem. Vterum præterea expurgat, Pesso quoque supposita vel emplastro admota, vteri dolores sedat, menses euocat, aborsum facit. Vlcera antiqua, sordida, putrida purgat, terget, carne proba implet, quale etiam ossa nuda vestit. Ischiadi salubriter aut clystere iniicitur, aut emplastro imponitur. Os si colluitur aceto cui incocta fuerit, dentium dolorem sanat, & rheumatismum sistit: supposita item hæmorrhoidas aperit. Inuitam feminis vacuationem sumpta cohibet. Succus eius cum farina fabarum & cinerum illitus, faciem expurgat, eiusque maculas deterget, Oleum denique Irinum neruos & iuncturas firmat, spasmum ex repletione, cephalalgiam, dolorem hepatis, splenis, renum, vteri, iuncturarum, thoracis & podagræ, pleuritidem, peripneumoniam oblitum iuuat, catarrhum coquit, somnum conciliat temporibus inunctum: aurium dolorem instillatum auri, narium graueolentiam ipsis iniectum corrigit. * Fit autem ex floribus Iridis, & radicum dimidio, vt rosatum oleum & violatum. Ne ventriculum lædat, sumatur ex mulsa & pauca spica, vel cum sero lactis melle, Mastiche: ad affectus autem thoracis, & pulmonis, cum sapa, vt dixi, propinatur.

** Oleum Irinum.*

a *Vis omnibus excalfactoria*] Omnes vi calfaciendi pollere ait; quod *Ægineta* sine aliqua gradus limitatione docet; ait enim abundè calefacere, abstergere & concoquere siue maturare. Intellexit fortè ad secundum gradum, vt coniectura fert, quia sarcoticis annumeratur; quæ talia esse solent, & vltra secundum gradum calfacere et siccare non debent; ne materiam generandæ carnis aptam et necessariam absumant; nisi superflua caro adsit. Alij ad secundum completum vel initiũ tertij excessus; minimè quartum, quod tamẽ doctissimus Dodoneus, credidit recens potissimum; cuius purgandi facultas in calore minimè consistit; sed succo abstergente, attenuante, nitroso, crudo, flatulento, ventriculo & visceribus molesto, nisi probè castigato.

Calfacit 2. & exsiccat. 3. In b. Calida & sicca ordine 2. Auicennæ sarcotica.

b *Extenuans*] Dioscorides addidit facultates secundas & tertias. Est enim medicamentum non solum calidum; sed etiam tenuium partium, quemadmodum succus Limonum, oxalidis, berberis, agrestæ siue Omphacij, reliquorumque acidorum, quæ extenuant crassos & lentos humores citra calfactionem.

Contra

c *Contra tussim efficax*] Cùm tussis a diuersis causis fiat, in qua tussi efficax, distinguere operæ pretium est: Nam tussim ex collectionibus & tumoribus sub septo transuerso minimé curare manifestum; quæ à septi compressione fit, non secus ac illa quæ ab hepatis inflammatione deprehenditur. Tussis enim ab acribus humoribus irritatio est in membris & organis respirationi seruientibus tacta, vt expellat infesta excrementa; sicut sternutamentum, capitis, & nausea ventriculi.

Neque conuenit in defluxione pulmonum vel arteriæ à tenui materia, cùm sit attenuans medicamentum; densare enim opus est: si calida materia frigidis condensantibus, papauere, opio, vel lentis, spissis, Gummi Arabico, tragacantho: si frigida, tenuis, iuiubis, Sebesten, & alijs moderatè calidis, Penidijs, semine lini, fœnigræci, radice althææ, maluæ & similibus: aut medicamentis, compositis syrupis Ziziphorum & de Hyssopo, qui conspissantia lenta recipiunt. Tussis à sanie exudante ab inflammatis pulmonibus, gol is, trachea arteria vel eius ramis, quæ si tenuis, incrassanda; si crassa, extenuanda, vti in empyemate. Quæ duntaxat á refrigeratis pulmonibus fit, solo halitu retento, qui calfacit, e... ... leuis fit. A ... crassitque, vel diuturniore mora densatis, pulmonibusq; infarctis educendis Iris efficacissima. Minus conuenit tussi post materiæ eductionem, ob facultatem irritat... ex... ... cui narcotica ad sensum minuendum vel leniendum, potiora sunt.

d. *Humorum qui ægrè eiiciuntur attenuant.*] Cur ad tussim & in qua tussi valeat, *Diosc.* indicat: quæ difficilé é thorace excutiuntur, attenuat, quo ... extenuatis facile reijciuntur. Forte aliquid vlterius significare voluit his verbis, *qui ægrè eiciuntur*, siue é thorace, ventr..., re...bus educenda sint excrementa. Extenuant & incidunt I...des om...s, vt ea tactiora & partium tenuitate: quare paulo post subdit, *menses, vrinas, farctus hepatis & splenis.*

e. *Crassa & choleras purgat.*] Crassa extenuando ad supraposita referuntur, vel ad ea quæ reijciuntur; duo significare volens; humores purgare & eosdem p...are in maiore quantitate. Iris enim cholagogum medicamentum est, quæ cum hydromelite bilem crassam vel pituitam extergendo & attenuando, euacuat. Hydromel enim medicamentis purgantibus additur, vt eductionem faciliorem reddat: eadem qua ratione Aloes bilem purgantibus, extenuantibus & incidentibus commixtis in Hierapicra Gal. pituitam crassam euacuat.

f. *Epota*] quasi dicat, non imposita: quod de recenti intelligendum; sicca enim purgat.

Drachmis septem epota.] Drachmis septem legendum, quia crassa, eiusdem difficilia. Plinio libro 21. cap. 20. aluum soluit drachmis duabus cum melle; tussim, tormina, inflationes pota, lienes ex aceto, contra serpentes & araneorum morsus ex poto ea valet; contra scorpiones duarum drachmarum pondere in pane. Cholicum medicamentum docent Plinij verba, qui aluum duabus drachmis purgare dicit, & drachmas duas sufficere ad scorpiones. Sed aduersus venena oportet maiorem quantitatem exhibere, vt vis medicamenti venenum superet.

Mesueo laxat aquam citrinam, humiditates viscosas & melancholiam: aperit opilationes; verùm mœstitiam infert; sed quando miscetur alijs medicinis opilationes reserantibus, iecur & viscera roborantibus noxa minuitur. Aqua & melle cocto castigatur. Dosis in decoctis ab aureis duobus, ad tres vel quatuor; & siccæ contusæ á drach. 1. ad drach. 2. ex melle cocto.

Nostris practicis hodie succi recentis hydropicis propinatur ab vnc. 1. ad vnc. 2. cum tantillo cinnamomo, asaro, nardo, caryophyllis aut Syrupo é cichorio Nicol. Igne excocti succi aut densati à drachmis duabus & semisse ad drac. 3. & quatuor, recens tamen crudus potentius agit.

g. *Somnum conciliat.*] Odore suaui caput replet, & cerebri ventriculos vapidis fumis imbuit, non secus ac vini, ciborum repletio, labor & alia multa: non siccitate & calore, quæ potius vigilias inducunt. Neque in morbis acutis, aut calidis & siccis corporibus, sed in humidis, vel in dissoluendo humiditatem, vel capiti vapores offundendo; vt crocus, myrrha, anethum, ocymum & huiusmodi nonnulla, quorum maximus est vsus, in quibus valdè humida & narcotica stupefactoria dare non licet, vt in pleuritide, peripneumonia & alijs affectibus in quibus expectorandum. Syrupus é papauere albo vel nigro, sputum & omnem pectoris excretionem compescit: quare eo parcendum, vel illi Iris addenda, quæ & somnum conciliabit, & humorum cum incrassationem impediet, tum expulsionem & excreationem iuuabit. Num intro sumi vel imponi debeat, nihil *Dioscor.* Dicemus & intro assumptam vel temporibus impositam, vt vult Mesueus, prodesse.

h. *Lachrymas ciunt.*] Lachrymas ciunt quæ cerebrum comprimunt, vel acrimonia feriunt vel dolore afficiunt. Iris quia acris, lachrymas cit, vt cepe & acria collyria dolorifica: et risus, comprimendo oculos: et splendor nimius, violentia quadam.

 Lachrymare

unt ex frequenti coitu: & aliquid seminis in canalem resudat; irritaturque ex ... seminis profluuium. Proinde à quacunque causa genitura effluxerit; siccando, partes instaurando & consolidando vi sua sarcotica vtilissima his tutura. Igitur legendum videtur *ad seminis, profluuium auxilium efficax*; Nam & *Mesuetus* id ipsum confirmat, inquiens, *Confert vsus eius ei qui semen suum inuoluntarie effundit*. Hæc autem verissima esse, experientia docebit.

t. Huic affectui cruditates materiam suppeditant; & flatus & in dorsum decubitus; impedita, diminuta, aut remorata ventriculi concoctione ob labores, vigilias, compotationes similesuè causas. In vitiata concoctione, & alimenti praua distributione, minimé prosunt illa simplicia & victus ratio & quæcunq; seminis copiam minuere possunt, & sua siccitate & frigiditate semen extingere nata sunt; vt Nymphea, Solanum, Semen Lactucæ, Cannabis & similium: vinum item aquosum; semen viticis, Salix, Mentha quæ atrophiam summamque totius corporis imbecillitatem inducent; sed alia victus ratio instituenda, & pro vino imbecillo aquoso; vinum primæ notæ siue generosum stomachicū bibendum: eis quæ sunt boni succi siue *ευχυμα* & nullo negotio concoquuntur in paruâ quantitate vtendum, corroborato ventriculo assumptis & appositis. Frictiones partium á concoctione imperandæ: his ex posca propinanda: parastatæ & vasa spermatica *Lycio* aut eius succedaneo ex Rhoe, Hypocistide, Omphacio, Omphacomelite, Cydonite & similibus ex conuenienti decocto dilutis & infusis.

Menses ex vino potata pellunt.] Si menses ob venarum vteri vel totius substantiæ densationem obstructionem a lentis & viscidis humoribus sanguini crassiori permixtis supprimantur. *Ex Vino.*] ob suam attenuandi vim: sed hic notare oportet, quod non ex *Aceto*, sed ex vino dixerit *Diosc*: quia Acetum *a.* vuluæ aduersatur. Vinum enim vt Acetum partium tenuitate, ad partem affectam deducit, modò sit album vel flauum aut rubrum & tenuium partium. Iris calida est & tenuium partium, & quæ ægré educuntur attenuat: sanguinis fæculenti crassamentum incidendo, obstructiones reserat, & vi sua vasorum extrema obserata aperit: quare non potest non conuenire in illa causa, si obstructiones sint & sanguinis copia ob retentionem. Nam si per nares aut hemorrhoides aut aliam regionem sanguis euacuatur, aut absumptus sit, sine vtilitate ista imperantur, vt quotidiana experientia docet. Apertis laxatisque venarum orificijs aut spiraculis, sanguinem per *αναστόμωσιν* id est venarum apertionem fluere dicimus, & per *διάβρωσιν* id est corrosionem vel fracturam, exesa aliqua parte, sanguinem expui. *a. De ratione victus.*

Ischiadicis infunditur.] Clystère infunditur, quia intestina per peritonæum cum parte affecta consensum habent. Iberis, Cardamine, Nasturtium & eiusmodi, consimili modo infunduntur, quia calfaciunt, attenuant & impactam materiam frigidam a qua Ischias fieri solet, digerunt.

Zerumbet Serapionis & Zeduaris eiusdem radicis partes. Aduersariorum pag. 35.

R*Estituo luxata Aduers. pag. 35. linea 25.*] & vtraque vt nominis, sic eiusdem radicis partes meritò dixerim, nec secus inuicem differre, quam Cyperus rotundus, vel longus a suis cohærentibus radicum anfractibus spectantur; cuiusmodi videndi & habendi copia fuit Antuerpiæ in myropolio simplicium Materiæue Medicæ ditissimo amicissimi viri D. *Francisci Penini*; Eoque Serapio &c.

Item pag. 36 linea 13. lege & huius parem Zerumbet, (& deme speciem.

Et paulo post linea 19. lege veriores esse cum sibi mutuò cohæreant:) & deme, per omnia similiores; vt Castani bulbi cum cæteris Oenanthis; exemplisque alijs.] &c.

Asphodelus *minimus Nortuegicus luteus, palustris. Scotticus & Lancastriensis videtur conuenire cum Pseudo-asphodelo 2. Clusij.*

ROridæ Solis. & Gagel Belgarum, vdis paludosisque rarioribus minusque densis syluulis, fruteris aut Salictis, conuallium sterilis & petreæ Nortuegiæ conuictor & alumnus vberrimo prouentu; foliolis gramineis, rigidis sesquiuncialibus, triuncialibus, palmaribus, etiamque amplioribus longioribusué, è breuibus fibrosis rarioribusque radicibus, fungoso raroque solo, quale est illud quo cespites flagrando flammisque vtilissimas Batauí parant. Vulgo *vene* vocant: palmaris cauliculis, sesquipalmaris aut Spithamæus summo spicatim floribus stellaris luteis amœnus, minoribus, vti tota Planta, *Asphodeli lutei palustris Batauorum & Brugensium*; quibus floribus lixiuio maceratis puellæ crinem flauum inficiunt, vti Lacastrienses Anglo- *Asphodelus Belgicus palustris luteus.*

Lancaſtrienſis Aſphodelus luteus.

Anglo-Britannlæ mulieres, apud quas frequens oritur hic aut perſu..ilis Aſphodelus; quem à tingendis capillis (**Mayden haire**, id eſt, Virgineum Venerisuè capillum vocitarunt; Capillus enim Veneris Anglis, **Mayden haire** dicitur. Non videtur diuerſum à ſecundo Pſeudo-Aſphodelo Cluſij; ſed variare paruitate & magnitudine ratione natalis ſoli.

Aliquot menſibus elapſis Nortuegico luteo Aſphodelo parem & ſimilem ex Scotia huc Londinum ad me miſit peritiſſimus vir *Iacobus Cargillus*, Doct: Medicus, philoſophus, anatomicus & Botanicus inſignis.

Æquè Rhizotomi quidam, florum inſtitores & vernacula linguâ tranſcriptores, mirâ metamorphoſi literarum & linguarum inſcitiâ, alienarũ lucubrationum interceptores & perfrictæ frontis depopulatores falluntur, ac Tabernæ.mont: cum ſuis aſſeclis & Typographo ſuo, qui cattè noſtris ſcriptis & iconibus tanquam ſuis abuſi ſunt, dum Lancaſtrienſen Britannicum paluſtrem Aſphodelum luteum, cum Batauo aut Flandrico Aſphodelo paluſtri Do[illegible]nej, vt alia pleraque adumbrant & confundunt. Nonne Tabernæmont: plantas ſubreptitias ſe vidiſſe varijs Belgi, locis, vbi nunquam fuit, vt a Germanis accepi, viris fide dignis, finxit. Mirabilia quidem præſtitit, mulierculas docendo, vernaculo idiomate terginierdas clyſteres, Officinarum caculis notiſſimas, cum alijs triuialibus medicaminibus, ægrotantium & medicorum ſæpe interruptæ curationis incommodo; medicaſtrorum verò & quorundam typographorum ſordidorum applauſus. Leges quidem deberent in huiuſmodi homines, qui pios labores Reipublicæ vtiles perdunt, animaduertere, & nullo modo manifeſtiſſima agnoſcere furtiua ſcripta, neque ea in Scholis, Vniuerſitatibuſue Medicis inter claſſicos authores admittere.

De Iridis bulboſæ è ſatione elegantiſſimis verſicoloribus varietatibus, in Plantarum Illuſtrationibus dicetur.

Varietates.

Saturæ violæ ei coloris reperiri fertur.

Hyac: Byzantinus præ ox.

Hyacinthus Byzantinus Someri.

HYacintho Germanico ſtellari congener Hyacynthus ſerotiuus albicans è Cantabriæ montibus delatus, cuius effig. Iconum pag. 100. exprimitur.

Septenis & pluribus aſpectu iucundiſſimis in hortis D. *Ioh. Someri*, & D. *Ioh. Knibii* amæniſſimis & rarioribus plantis ditiſſimis, albis floribus variare memini, & luxuriare cum Hyacintho ſtellari Byſantino a D. *Cluſio* deſcripto, radice foris nigra, flore præcoci; & altero Byſantino ſiue exotico Someri Hyacintho, lata depreſſa ſpicata florum cineręj coloris fæturâ, faſtigiato: de quibus & alijs plura in noſtris Plantarum Illuſtrationibus. Subdemus alium Hyac: ſerotiuum elegantiſſimum.

Hyacinthus Stellaris maior D. Io: Someri.

STellatus *Hyacinthus* omni ſui parte duplo maior Hyacintho Stellari Germanico Mattiacis Mediobu rgenſibus botanicis Belgis innotuit operâ D. Someri, eius quondam vrbis Metropolitanæ Zelandiæ Prætoris, piæ memoriæ filijs, huius perameni ſtudij coryphæis, quem in horto ſplendidiſſimo & exoticarum plantarum ditiſſimo Magni Ducis Hetruriæ nactus eſt. Flores intenſioris purpuræ: Radicis bulbus albet.

Hyacinthus ſtellaris albicans botanicorum, Effig. Iconum pagina 100.

A Stellæ inſtar radiatis floribus ab herbarum cultoribus ſedulis vocatus Stellaris aut Stellatus Hyacinthus, floribus albis, amœniſſimis ſeptenis & pluribus in horto præfati *Someri* variat.

Hyacinthus Stellatus Bezantinus vel exoticus Someri, latâ depreſſa ſpica faſtigiatus. Hyac: Stellatus Cineracei coloris apud Cluſium: Effig. Rario: Plant: pag. 184.

IAm ſeptenis & pluribus annis elapſis, altera Stellati Hyacinthi exotici noua ſpecies nobis Mediobu rgi innotuit operâ eiuſdem D. de Somer, qui primus bulbum eius in Belgium attulit. Facie totâ, ſparſis folijs & cauliculo ſpithamæo quadantenus Hyacinthum Belgicum vel Britannicum æmulatur; ſed vmbellæ inſtar initio ſtipatim ſtellati ſubcærulej pallidi flores, Plantaginis Roſeæ modo in latam compreſſam aut aliquantulum depreſſam ſpicam, & tandem

in longam fastigiati. Apud Britannos hortensis hodie, & bulbo propagatur operâ D. de Francque ville in horto Medico Nobilissimi Baronis *Eduardi Zouch* magni Præfidis Cambriæ siue Walliæ.

Paruulus Hyacinthus Stellaris Vernus.



Paruulus Hyacinthus Stellaris Vernus.

PErsimilis etiamque Hyacinthis stellatis congener est hic Pumilio nouus & indictus Hyacinthus, Londini hoc mense Aprili 1605. in amœnissimo & exoticarum Stirpium ditissimo horto C. V. D. *Io: Coys*, cuius sæpe meminimus, flores laxauit ternos aut quaternos, stellatos, ex cæruleo cinereos; senis foliolis, totidemque staminulis & apiculis cæruleis obscuris conflatos; pistillo in medio cum vmbone aut apice ex cinereo cæruleo. Vix palmaris plantula est, foliis angustis, vt cærulei amœni floris paruuli. Hyacinthi Botryoidis, surrectis, mineribus tamen gracilioribusque, quaternis aut quinis, è quorum medio cauliculus prodit. Radix parua, alba, oblonga, parum fibrata, quâ, vti plerisque Baliis nouis Plantis ex Galliis delatus *Georgius le Seigneur* Britanniam ditauit.

Hyacinthus Stellaris Byzantinus tenuifolius præcox: effig: Clus. rarior: plantar: pag. 184.

Affinis Stellari Hyacintho Germanico, tenuifolius Hyacinthus Byzantinus foliolis & effigie; sed minore vnciam longo, paruum digitum crasso bulbo foris fusco: flores itidem stellatos, obsoletè cæruleos tenui superiore caule fusos, Martio & Aprili Londini laxat in hortis cultioribus botanicis.

Hyacinthus Stellaris Bizantinus alter elegantiss. serotinus bullatus.



PRæcoci deflorescente Hyacintho stellato, serotinus, hic hilarioribus supradicto longè, nitidis stellatis cæruleis amœnis secundum sesquipalmares spithameos, lucidos, planos, rubentes cauliculos, floribus prodit: Stellati Germanici Hyacinthi latioribus folijs: semine in pericarpijs rotundo, albo, lucido, Synapi albi ferè. Radix Leucoio bulboso par, intus alba, foris rubens, quæ nucleis adnatis propagatur. Hoc Constantinopoli delatus quinquennio floruit Hacknej Londinensis agri in horto exoticarum Stirpium ditissimo Nobilissimi Baronis *D. Eduardi Zouche*, Cambriæ magni Præfidis, vnde quidam alij postea habuerunt, & diuulgarunt.

Hyacinthus Stellatus Peruanus.



MIræ elegantiæ noſcendarum nouarum herbarũ hodierni inueſtigatores cupientiſſimi, hunc rarum & optatiſſimum ſtellatem omnibus præterquam *D. Cluſio*, indictum Hyacinthum, in honore habent. Anglo-Britannis innotuit operâ *D I. Robini*: Folijs latiuſculis, craſſis, humi vt plurimum fuſis, viridibus; è quorum medio glaber ſpitamæus caulis, craſſitudinis calami ſcriptorij aut anſerinæ pennæ, vireſcens, erumpit; floribus multis è longis pediculis ſeſe explicantibus congeſtis, ſtellatis, ex tantillo cinereo cæruleis an æmis, & vmbone è floris vmbilico, vt in vulgari, ſex apiculis prædito, faſtigiatus: Radice craſſa ſubfuſca foris, Hyacinthi orientalis, multis craſſioribus fibris donata, intâ ſui parte plana & glabra.

Huius Bulbos, pro humanitate & amicitia ſua mihi largitus eſt *D. Io: Robinus* Botanicus ille celebris Chriſtianiſſ. Regis Galliæ *Henrici Bourbonij*, quibus, vti in Scilla, Pancratio Monſpelienſi & aliis quibuſdam bulbis, ſuccifus turbinatus vertex ſubeminet, quem Pictor in altera icone, cum caulis craſſitie neglexit, ſupernè, medio & imo, craſſioribus fibris præditus. Hanc nouam effigiem debeo *D. I. Nuſmyt IACOBI I.* Magnæ Britanniæ Regis Chirurgo peritiſſimo & Botanico, quã in mei gratiam cum exactiſſima Narciſſi Indici floris ruberrimi icone deliniari curauit, operâ *G. le Seigneur*, è viuis naturæ typis præfati Regis Galliæ, qui hodie rariſſimis Plantis & floribus æſtate; hyeme iconibus delectatur,

H*Yacinthus Stellaris cinereus acceptus à* N. le Quelt, *rhizotomo Lutetiano, mihi nondũ floruit. Prouenit iuxta Fonteyn Gallæcia.*

Hyacinthus totus albus; Campanilla.

COrgener fortè hic aut idem cum ſuperiore, qui flores ſummo caule vno verſu aut ordine vti Gladiolus profert: Radix alba, Hyacinthi Stellaris. Oritur iuxta D. *Oue* Luſitaniæ; Gallis S. *Vual:* nobis nondum floruit, neque ſequens.

Hyacinthus flore rubro.

ORitur hic elegans Hyacinthus in Luſitania prope *Cogny* Flores ſiccatos vidi operâ *Nicolai Quelt* botanici.

Tipcadi lutei varietas, ſiue Muſcari luteum præcox.

MEdiocaſtri Martiacorum in Stirpium exoticarum ditiſſimo viridario D. *Cornelius Corne* alebat, Martio flores laxans, initio ſubcæruleos; Aprili verò aureos. Folia minime ſparſa aut procumbentia, vti alterius flaui Muſcari, ſed Tipcadi floris cærulej modo erecta. Cætera eadem.

Hyacinthus

Hyacinthus Indicus tuberosus Clusij.

PEregrinum verò tarum & eximium *Hyacinthi* genus ab Illustrif. Comite Arenbergio & C. viro Paludano floribus albis missum, descripsit *Clusius* folijs longis humi sparsis, Eriphori foliorum instar carinatis; sed angustioribus, longioribus, mucronatis, inuicem Iridis latifoliæ modo amplexis. Radice tuberosa Ari Ægyptij, adnatis sese propagante, nonnihil fibrata, &c. Consule *Clus.* historiæ plant: pag. 176.

Hyacinthus obsoletior Hispanicus, semine compresso Pancratij Monspeliaci maritimi. Clusij effig. pag. 171. rariorum Plant:

HYacinthis quadam Belgici Hyacinthi similitudine etiam hoc sociandum; quina aut sena e-sens folia ex cinereo virescentia, Muscari lutei angustiora, candida venâ striata, ingrati saporis. E foliorum medio caulis pedalis, vel amplior, nudus, firmus, denos, duodenos, etiamque vicinos flores nutantes ex purpureo pallido languentes & obsoletos, Hyacintho Belgico aut Anglico quodammodo similes: semen fert in capitulis planum (inquit *Clusius*) nigrum Scillæ siue Pancratij Monspeliaci simile. Radice bulbosa Narcissi. Belgio inquilina facta, ex Hispania delato semine. Serius germinat & floret cum Lilijs: folijs ante autumnum non spoliantur.

Hyacinthus Mauritanicus Clusij. Append: pag. 257.

VAriæ regiones varias plantas gignunt. Valde similis est hic Hyacinthus Hyacintho superiori Hispanico serotino folijs & floribus: sed omnia paulo maiora: flores in pedali caule crassiore viceni aut plures magis obsoleti & fusci coloris. Prouenit inter Fezam & Maroccum Mauritaniæ vrbes, vnde D. *Iohannes Semerus* Prætoris filius Mediburgensis Mattiacorum habuit.

De alijs Hyacinthis exoticis in Plantarum Historia vniuersalis Illustrationibus dicetur.

Narcissus Indicus *rubro flore* Clusij, *Arundinis Indicæ Canna-ori vocati quadantenus simili, & Narcissus Iacobaus D. de Tonar. descriptus Rariorum plant: pag. 157. effig. ibidē.*

RArum & exoticū Narcissum, Posteritati primus patefecit *Clusius* a. C. V. *Bernardo Paludano* vtriusque nostri amicissimo acceptum: Narcissi vulgaris folijs, è quorum latere læuis & enodis caulis vacuus emergit, & ex membraneo inuolucro sese exerit flos singularis splendens, & intensé ruber, senis angustis longis folijs effigiatus: Radice bulbosa, Cæpaceo simillima rotundo bulbo rubro, sed supernâ tunica pullo, folijs crassis Narcissi marini quorundam, siue Pancratij Rondeletij, Assatij, & Monspeliensium, Hemerocallisuè *Valentinæ* Clusij: Caule pedali, nudo: é membraneo rubro inuolucro flos intensé ruber. Floruit, ipso

Narcissus Indicus *rubro flore*



Narcissus Cyprius *luteus polyanthes, flore pleno.*



DEbetur hoc admodum elegans Narcissi exoticum genus egregio viro Londinensi, D. *Lete* negotiatori Constantinopolitano; qui eius bulbos cum pluribus alijs è Cypro Insula delatos, amicis suis cõmunicauit, & hoc mense Decembri 1604. folia pedalia, imâ sede vnciam lata, superne angustiora, & flores vno caule folijs altiore plures, luteos multiplicesque laxauit in horto præfati *D. de Franqueville*, è bulbo Narcissi crassiore, coloris Castaneæ inuolucro tecto.

Hunc *N*arcissum esse ex natura quorundam exoticorum bulborum, valdè suspicor, quibus à natura insitum est, vt non nisi *An*no primo à quo in Septentrionales regiones algidiores deuecti sunt, soli & cœli natiui succo adhuc pregnantes, flores laxent. Huius enim Cyprij Narcissi folia autumno germinare inceperunt D. *Leete*, D. *Coys* & alijs quorum sæpe mentionem fecimus, sed nusquam floruuit brumâ aut vere elapso, præterquam in prædicto horto *de Franque ville* mediâ admodum mansueta hyeme, vbi flores illicò leuissimâ ſæua superueniente aura marcescunt. Huius familiæ est Narcissus Polyanthos Byzantinus, & Lilium Alexandrinum Italorum, nec non aliæ Plantæ.



Narcissus *mediocreus tenuifolius.*

LOndinensi suburbano hortulo honestissimi viri *Henrici Caf* fabri egregij, florum & fructuum rariorum studiosissimi, cursorum vni, Anno 1602. hunc indictum Narcissum in Belgio nactum, obseruaui; palmaribus & quinque vncialibus tenuibus, Hyacinthi autumnalis foliolis, viridibus: *Bulbo* cæteroq; caule dodrantali & flore præcoci mediocroceo Narcisso non dissimili, minore tamen.

Narcissus

Narcissus *paruus stellatus albus medio suauerubente vertice.*

NOndum hic exoticus paruus Narcissus nouus nobis floruit; acceptus à *N. le Quelt* botanico Lutetiano, cum infrascriptis alijs Lusitanicis Narcissinis bulbis.

Narcissus *d'Argiers aut Ægyptius vocatus.*

NArcissus verò *d'Argiers*, ab alijs Aegyptius nuncupatus, erutus ab eodem *N. le Quelt* in Lusitania, prope *D. Vue*, bulo Narcissi mediolutei Narbonensis pari & simili, sed externis inuolucris nigrioribus. Flores, caulis & folia, Narcisso Pisano similia, sed flores variant, quemadmodum vere elapso annotauimus Londini in horto nobilissimi Baronis *Zouche*; alijs núnoribus, rotundioribus & veluti decurtatis; alijs verò vnâ pluribus & longioribus.

Narcissi Mediocrocei *pleni floris degenerationes,*

HAs expendere licebit in Plantarum generatis Historiæ nostræ Illustrationibus, quarum & multarum exoticarum Plantarum & Seminum copiam fecerunt amicissimi viri *Nicolaus Pelsterius*, *Thomas de la Fesse* & *Iaspar Duyn* Mediocastrenses Zelandiæ Pharmacopolæ peritissimi.

De Narcisso *cæruleo.*

SOlo flore cæruleo diuersum à Mediocroceo Narcisso me monuit se collegisse hunc Narcissum *D. Quintini* in quodam botanico horto amicorum suauissimus, clarissimus & eruditissimus vir, Doctor *Malachias Bernardus*, Medicinæ quondam Professor Regius in alma Bituitigensi Academia; hodie apud Rhôtomagenses Medicus celebris, huius studij, medicatricis artis, cæterarumq; Medicinæ partium callentissimus & in praxi fælicissimus.

Leuco-Narcisso-Lirion *tenuifolium autumnale:*
Leucoium bulbosum autumnale Clusij:
Hyacinthus tenuifolius autumnalis albus perperam creditus.



AFoliorum quadam similitudine & exilitate, Leucoij autumnalis genus istud ab egregio amicissimo viro D. *Theodorico Clutio* in Lugdunensi *Batauorum* Academia horti Medici primo instructore in hortorum delicijs cultum, Hyacinthi autumnalis peregrinum & elegans genus creditum fuit; cuius delineationem *Petro Clutio* fratri suo debemus. Flores albi, nutantes, senis foliolis constantes, staminibus pallidis præditi, è gracilibus ruffescentibus, palmaribus cauliculis: exilia item foliola atrovirentia. Bulbus oblongus, albus. Natales nobis ignoti erant vti planta, (solent enim ob soli & cœli temperiem sæpè mutari,) nisi pro veteri & syncera amicitia *D. Clusius* idem esse cum Leucoio bulboso suo tenuifolio autumnale monuisset.

Leucoium

Leucoium *bulbosum praecox Byzantinum* Clusij *Effig: Rarior: Plant. pag. 169.*

LEuco-Narcisso-Lyrion siue tertium bulbosum *Leucoion* praecox posteritati oratione & icone patefecit *Clusius* noster; secundo simile; latiore tamen folio : crassiusculo caule, & flore pendulo, nutante, duplo maiore, niueo, foris iuxta vngues viridi, &c. apud *Clusium.*

Leucoium tryphillum *flore caeruleo* Someti.

VIolam albam Theophr. à D. *Fuchs.* & botanicis vocatam siue Leucolon, flore caeruleo amaenissimam, in Albania, iuxta Fritillariam albam purpuro-phaio tessulatam, Constantinopoli rediens eruit praedictus D. *I. Somerus*, huius studij iucundi apud Mattiacos coryphaeus.

De Tulipa rubra angusti-folia facie Bononiensis aut Apennina Tulipa & alijs Tuliparum varietatibus & differentijs in Historia Plantarum Illustrationibus plura.

Narcissus Iuncifolius minor Clusij.] Appendicis pag. 257. & Venerij.

COngener cum Narcissis Iuncifolijs montanis Hispanicis videtur hic Iuncifolius Narcissus, erutus è Galliae praefectura *Rouergue* Vernaculè vocata, & missus Burdegalo à D. Ioachimo le venier siue Venerio, qui tanto huius studij amaenissimi flagrat amore, vt nullos tractus Pyrenaeum montium vicinarumque tegionum singulis annis sedulò non perlustrarit, quantum ex literis suis asequi possum. Bulbo pusillo Narcissi iuncifolij; folijs item iunceis, dodrantalibus, parum compressis, viridibus, sparsis; & caliculis gracilibus, pedalibus; floribus Narcisso Iuncifolio similibus, minoribus, senis folijs pallidioribus conflatis; calycibus flauis, maioribus vulgaris Narcissi Iuncifolij.

Narcissus albus montanus, calyce magno Luteo.

Narcissus Iuncifolius albus calyce magno D. Cor. Coorne.



Clus. Rariorum pl. Historia pag.

HVnc item Botanico Lutetiano nostro N. Quelt debemus, qui eius bulbos, vncias duas longos; & vnam, plus minus crassitudine aequantes, in Pyrenaeum montium, *Sonton*, iuxta *Banniers de Lusson* monte vocato, eruit. Nobis nondũ floruit; studiosè tamẽ colitur vt delineari possit, cũ nonnullis alijs indictis plãtis, & Iuncifolio Narcisso albo tortilibus foliolis floris donato, calyce magno & longo nutante prominulo pistillo tenui, qui hoc Anno 1604. floruit Medio-Castri Walacriae apud D. C. Coorne & floris iconem Londinum ad me misit. Idem esse reor cum Narcisso Iuncifolio omnino albo, calyce amplo, prope *Betam* Gallaeciae oriundo, empto à praefato Nic. *le Quelt* Rhizotomo Parisiensi anno 1603. cum altero Iuncifolio Narcisso amplo calyce, flore Luteo, sique primo Clusij è montibus D. Iacobo Gallaeciae vicinis ab eodem N. Quelt ad nos deuecto: de quibus & alijs plura in vniuersae Plantarum Historiae Illustrationibus nostris. Cum Iuncifol-js Narcissis magno calyce, luteis, & totis albis floribus alijsque elegantissimis plantis bulbosis & Ciclamine Verno flore albo ad me missis a *C. V. D. D. Ric: Bellenal* professore anatomico, & Simpliciuni medicamentorum, Hortique Medici, praefecto, & primo instructore, in alma Monspeliensis schola: sed sordide vt fieri solet intercepti fuere á botanico Britanno auido.

Narcissus Luteus vernus D. Lete, facie Narcissi autumnalis lutei siue Colchico-Narcissi Botanicorum.



NArcissinæ classis videtur hæc noua, rarissima & elegantissima planta, quæ quamuis tota facie Narcissum autumnalem peritissimorum Hebariorum siue Colchicum luteum vocatum, cùm à floris figurâ, tum à tempore cum Colchico florescendi: Narcisso tamen propior, quia verè nouo flores laxat. De Autumnali autem Narcisso vtroque luteo, maiore & minore adhuc certatur & ambigitur, num referri debeant ad Colchici familiam aut Narcissos, quia vires non sunt exploratæ; quare peritiores multi in dubium reuocarunt, vt piæ memoriæ I. Montonus, Clariss. et amicissi: I. Carolus de *Houcin* Dominus de Longastre, D.D. Ioannes Monnel apud Neruios ordinarius Medicus et plerique alij. Ancipitis vtriusque naturæ videntur: Radicis siquidem concretio et textura Narcissi familiæ, quam Colchico proximior est: cętera magis Colchicum æmulantur. Folia atrouirentia autumno cum flore luteo, è breui pediculo producunt. Proinde liberum cuique erit Narcissum aut Colchicum, vel Colchico-Narcissum nuncupare.

Sed nouus hic Byzantinus Narcissus folia cum floribus luteis vere laxat, atrouirentia, situ initio bina, deinde vtrinque plura, binum & ternum vnciarum, quæ postea excrescunt longiora, Colchici autumnalis lutej quadantenus: minora tamen paulo, & breuiora: cauliculus compressus ternas & quaternas vncias longus, floribus & staminibus luteis fastigiatus, prædicti Colchici lutei similibus, sed minoribus. Bubus Narcisso autumnali huius speciei similis, satis magnus pro Plantæ ratione. Hunc debemus *D. Leet* insigni Londinensi negotiatori; Constantinopoli a suis mercatoribus cum alijs rarissimis bubis transmissum, quibus summé delectatur.

Tulipa *pumilio angustifolia, alba.*



FLos senum foliorum albus; internis tribus candidis, latioribus; angustioribus verò tribus exterioribus internè item albis; externè ex fusco rubentibus, Croci floris lutei ferè paribus & similibus. Tragopogi instar folia angusta, quina aut sena, humi procumbentia caulis palmo altior. Radix Tulipæ Monspeliensis maior. Boloniensis ferè par, subfusca foris. Maximo in præcio habetur & sedulò colitur in horto amœnissimo D. *Iohannis de Ionghe* Mesopoli Mattiacorum concionatoris, huius studij calentissimi.

Tulipa *pumilio alba altera Lusitanica.*



VNcialis aut sesquiuncialis hæc plantula hoc anno 1603. à *N. Queli* botanico Lutetiano egregio accepta, exilioribus breuioribusque angustifoliæ Tulipæ superioris folijs; flore albo, exili breuiq; pediculo, florem siccam vidi, album senis foliolis donatum, staminulisque totidem: Bulbus valdé paruus effigie aliarum Tuliparum, duriore inuolucro, externé pullo, squamoso obductus; interiore autem rubens, quem studiosé in horto alere incepimus, vt eius deliniationem pressius cum multis alijs exhiberenobis liceat: sponte in monte iuxta *D.Oue* (*Gal. S.Vual*) ad maris litora.

Lillo-Narcissus *purpuro-violaceus tessellatus niger, saturaté, diluta aut obsoleta purpura pracocissimus pracox & serotinus, eorumq́, varietates.*
Fritillaria, *à fritilli similitudine Botanicorum & Meleagris flos Dodo: Effig. Iconum. pag.* 136.

E Lilio-Narcissi genere pratensibus Aurelianis oriunda Fritillaria iam diu omnium prima in *Belgium* delata fuit; deinde Xantonico, Pictauiensi & alijs Galliæ pratis in *Britanniam*, aliasque boreales plagas ab amicis missa. E parua, siue squamis, aut inuolucris rotunda, vtrinque compressa, veluti bipartitâ albâ radice, Fumariæ Plinianæ radicem vt plurimum, & nonnunquam mediocrem lusoriam pilam æquante, exilioribus cirris subtus fibrata; tenuis caulis pedalis, sesquipedalis & quandoque bipedalis purpurascens exeritur; quatuor, quinque pluribusué angustis fusé folijs Monspeliacæ Tulipæ aut Allij siluestris septus. Summo vnico caule flos, vt plurimum, singularis; quandoque gemellus cohærens; etiamque ternus. Præcox florem Februario sæpè laxat, obsoletioris purpuræ, nonnunquam dilutioris. Media, mense Martio cum præcocissimis Tulipis floret, cui flos colore hilarior paulo, pronus propendensué nolæ campanulæué instar, Tulipæ minor, Naturæ admirando opificio variegatus, quodam quasi emblamate, subalbi, purpuro-violacej saturioris variorumque colorum, pictus, tessellatus, segmentatusque.

Serotinæ Xantonicæ flos pulcherrimus est & saturiore & nitidiore purpuro-violaceo nigro colore gratissimus. Hæc nobis *Antuerpiæ* iam multis annis elapsis in delicijs fuit. Omnibus semen, Tulipæ minus, clauditur oblongo triquetro vtrinque superné & inferné compresso membraneo pericarpio. *Fritillaria Xantonica serotina. Effig. Iconum. pag.* 136.

Fritillaria lutea *I. Someri.*

NOuitij quidam huius ætatis florum deliri, auidissimique negotiatores & cultores, à Dea Flora meretrice nobili, *Florista* vocati, aut potius hortorum sordidissimi prædones, & florum rapaces sagacissimi emungendis nummis mangones, hortulaniué institores, de nouis repertis Fritillarijs albis, luteis & nigris summé gloriantur & plus occupati, aut magis lucro intenti, quàm gratiarum actioni accepti a præfato Somero beneficij. Differt autem hæc Fritillaria ab alijs floris colore luteo, rubris maculis segmentato. A *Somero* Medioburgi studiosé cum Hyacintho stellari alijsque non paucis rarioribus orientalibus plantis colitur.

Iconem Londini iam biennio elapso accepi, sed minus affabrè delineatam, vti *D. Clusius* me monuit postremis gratissimis literis.

Propter istos Plantarum institores & nugi-vendos mangones, C. V. D. *I. Brancion: D. Boisottus: D. Petrus Coudenbergius, Georgius Ryensis* & pleríque alij primarij liberales Stirpium amantes cultores sibi & doctis syncerisque hominibus asseruare Plantarum incrementa quantum satis solebant; & superfluitates sepelire, né venum exponerentur, & profano ignobili vulgo, tanquam porcis margaritæ, prosternerentur.

Huius Fritilariæ luteæ geminos bulbos Lutetiâ Londinum, annis elapsis ad me misit Stirpium

Fritillaria *lutea.*



cognitione præclarus vir *Iohannes Robinus* Botanicus *Regius*, ex Pyreneis montibus delatos; vnâ cum Hemerocallidis floris lutej, alijſque rarioribus bulbis. Fritillaria alba & lutea proueniunt in Pyreneorum *Canſaure.*

Fritillaria Aquitanica *Cluſij & Boiſotti, ſerotina. Videtur quadrare cum varietatibus Fritil. nigræ.*

ALiam deſcripſit *Cluſius* à *D. Ioanne Boiſotto* acceptam, quam olim mihi communicauit prædictus *Boiſottus* cùm *Bruxellis* verſaretur: flore alterius præcocis Fritillariæ, ſex extremis foliorum floris oris aliquantulum reflexis, externé obſoleté purpureis, interné verò, ex viridi flauentibus nitentibuſque, inſtar viridis ſericej panni, ſubtegminis flaui, amœnis: ampliorem ſi cupis, deſcriptionem, require *Cluſium* pag. 153. libri. 2. hiſtoriæ Plantarum.

Fritillariæ varietates.

FLoribus albis, notulis item fortuitis aſperſis, apud Pictones *Galliæ* Aquitanicæ reperiri mihi retulit *Petrus Naudin* Salmurij Pharmacopæus egregius, Fritillariam; non procul ab arduis ſaxoſis vijs, *Paſſelourdin* vocatis & flumine, iuxta S Benedicti vicum, miliare à Metropoli Pictauio diſſitis, vbi viperæ commendabiles ad Theriacem, exili collo & caudâ, captantur.

Fritillaria alba *elegantiſſima ex phaio-purpureo teſſulatæ.*

COllecta hæc in Albania à *Somero* Conſtantinopoli in patriam redeunte; flos interné rubicundior eſt, vnguibus albis præditus.

Fritillaria

Frittillaria alba altera. *Frittillaria nigra.*





Frittillaria alba alterà.

ALbam autem etiam in Lusitaniæ monte oriundam iuxtà vrbem *Porte* vocatam, Anno 1603. florentem memini in horto D. Matthiæ Craen Mediocastrensi Mattiacorum aquâ mariné actorum scriba. Anno 1604. Huius copiam emit Londini I. de franqueuille à quodam botanico Gallo impostore qui quidem manipulum floribus præditum albis, nullis maculis distinctis aut tessulatis vendidit; sed in reliquis fefellit.

Frittillaria nigra, Pyrenæa.

NIgra folijs est latioribus & breuioribus, quinis aut senis in caule pedali, altioreque. Nobis & C.V. D. I. Coys & D. I. Nasmith Chyrurgo & Botanico Regio, quorum sæpe meminimus, florebat hoc Aprili mense Londini 1605. D. Clusius elegantissimé hanc descripsit in Rariorum Plantarum Appendice pa. cclvij. acceperam Burdegali à D. *le Venier*, huius studij peritissimo, cuius subditas varietates annotauimus.

Frittillaria nigra.

QVæ nigra aut obscurior vocatur, internè ex luteo virescit cum reflexis oris, viridibus lineis striata; á medio ad centrum subfuscâ purpurâ tessulata est, flos specialis longitudinis, vti aliorum congenerum.

Tessulis á medio interno similibus prædita est, cuius flos hilarior purpurascens.

Obsoletioris coloris, ex luteo magis viridi, parum subfusca; intus minus tessulata, quemadmodum *Varietates.*

Frittillaria ex fusco & luteo sublurida, cuius flos longitudine sesquivnciam æquat: omnibus per floris maturitatem, sena folia reflexa sunt.

De Croco satiuo secundo cultura & Croci syluestris autumnalis & verni varietatibus in Aduersariis diximus: sed longe plura in Plantarum Historiæ vniuersalis Illustrationibus: de quibus egregie & fuse Clusius Rariorũ Plant. Historia á pa. 803.204, ad 209.

Crocus vernus latifolius flauo vario flore, Constantinopolitanus siue septimus Clusij; an sit Crocus syl. Vernus versicolor, aureo rutilo panno concolor, botanicorum, Teutonice Gaud Laken, *& Gallice* Drap do'r? *Effig. Clu: rar. Plant. Hist. pag.* 206.

Clus. Folijs describitur tenuibus, Croco vulgari vesco similibus; floribus ferè auri rutili coloris, tribus crassiusculis radijs ex atro purpurantibus, ab imo ad summum stratis, multisque interdum venis ad latera sparsis; ternis interioribus folijs latioribus, vnguibus fotis ex atro purpurantibus donatis: pediculus totidem stiijs, quot sunt in flore folia purpureis saturi coloris radiatur; terna flauent stamina; & Stilus extrema parte aureus est: Trigona seminis rufi pericarpia, ouiusmodi habuimus a D. Clusio nostro, & Tatum in horto Nobiliss. Barronis Zouche, nobis elegantes iamdiu plantas dedit. Bulbacea radix tericulato elegantissimo cortice inuoluitur. Huic iamdiu descripseram hoc qui sequitur modo, & eiusdem familiæ opinabar cum Croco Verno Mesiaco Clusii descripto Panonicarum pag. 227. & Croco Verno latifolio eiusdem flore flauo Histor. Rarior: Plantarum pag. 205.

Crocus Vernus latifolius duplici flauo vario flore siue secundus Constantinopolitanus Clusij. Effig. Rar. Plant. pag. 206.

Alteram congenerem simillimam speciem delineauit Clusius, radiis tamen diffidentem, qui adeo latè sese effundunt, vt præter oras totum foliorum externorum dorsum inficiant, & floris pediculus etiam totus purpurâ cæruleâ splendeat. Vtraq; species D. Clusio aliquoties geminam folorum floris seriem protulit: senis internis aurei coloris, & sex externis foliis, purpureis radiis striatis. Sexagonis pericarpiis eiamque gemellis semen clauditur, Pleræque fere Croci syluestris Varietates Anglobritanniæ & Belgio inquilinæ.

Crocus Vernus flore luteo, coronâ Phœniceâ,

Penes D. I. Somerum quotannis Aprili floret, delato & eruto bulbo ex horto magni Ducis Hetruriæ.

Autumnalis Crocus syluestris.

Hic sine foliis vt Colchicum vulgare flores laxat. N. Quelt.

Croci lutei varietates.

Ortu totaque facie non differre videntur Croci lutei flaui & fului coloris, senisque itidem floris foliolis conflatis á Crocis syluestribus vernis, albi aut purpurei floris: erectisque ternis aut quaternis, binis venis albis striatis foliis: cuiusmodi Belgæ Stirpium politiores cultores, iam quindecim aut circiter annis in deliciis habuerunt, etiamque hodie Londini eius tres differentias alunt Ioannes de Franqueville senior & iunior, mercatores Cameracenses huius amæni studii cultores egregii.

Vnum quippe flore flauo siue fuluo, nitido; radice alijs non dissimili.

Alterum rariorem multo, præcocissimum flore saturo colore fulgenre, *aurei splendoris foris elegantissimis violaceis nigris lineis striato, auro texto Serico panno æmulo, vnde** Croci concoloris Aureo panno nomen, *Goud Laken* vulgò Brabantorum & *Drap do'r* Gallorum. Staminibus intus luteolis; foliis tenuibus erectis; Bulbo subtus aliquantulum fibrato, reticulo obtecto

*An Crocus Vernus latifolius Clusii flauo vario colore Constantinopol.

**Crocus aureo panno concolor.

cto, instar nucis Myristicæ inuolui, Macis vocati. Hoc alui Hackney figulino vase.

Tertium flore pallido ab aliis diuersum: cætera vt vt satis respondent.

Varietas.] Crocus vernus aureo flore Clusij, variat flore intense magis q; luteo aut rutilo & aperto. Sed tota planta minor, alioqui omnino terè similis.

Croci aurei varietates tres.

IN horto præfati D. Ioannis Someri tres annotaui varietates: vna folio nigriore, striis nigris predito, aliis ternis foliis omnino intensè luteis. Altera flore est prorsus latiore & maiore. Tertia minor est & florè pallidiore.

Crocus syl. Byzantinus serotinus candidus, tantillum subcæruleus, an varietas Croci montani tertij Clusii?



DEbetur hoc perelegans Croci siluestris Autumnalis serotinum genus D. *Ioanni Parkinson* Londinensi Pharmacopolæ egregio & Rei Herbariæ amantissimo, qui eius bulbos Bysantio delatos sedulis doctioribus atque is Herbarum cultoribus Britanniæ ingenuè impertitus est; vt Domino *Ioan: Nasmith* botanico primario & chirurgo Regio præstantissimo, generoso item viro D. I. Coys harum peritissimo, & D. I. de Franqueville. Vniuersa planta quinas & senas vncias altitudine æquat. In palmari delicatiore cauliculo, vaginula prædito, flores laxat candidos, aliquantillum dilutâ cærulâ vmbrâ mixtos, ampliusculos, Colchici paulò minores, senis foliis conflatos; tribus staminibus luteis inferioribus, Croci Verni syl. similibus, totidemq; ternis sese extenuantibus cuspitibus concoloribus stamineis aut stilis. Floruit in hortis prædictorum quorundam botanicorum per mensem Nouembre in sextum aut octauum Decembris, vna cum foliis dilutioris viriditatis (obscurè virent Croci syl. montani folia) sparsis, ternum vnciarum, lineis albis medio exaratis, quæ paulatim marcescente flore ad palmarem altitudinē & vncias quatuor excrescunt. Radix adulta Nucem Myristicam æquat, etiamque superat, rotundior tamen, Gladioli similis, intus alba, cortice obducta subfusco. Accedere videtur ad Crocum montanum tertium Clusii.

CROCVM cultum.

Diosc.] *Thessalus ipsum tantum odoratum esse voluit, alii exitiosum tribus drachmis ex aqua potis. Proculdubio vim concoquendi, emolliendi atq; substringendi habet: vrinam ciet, elegantem colorem præstat: qui ex Passo biberint, crapulam non sentiunt. Oculorum fluxiones illitum cum humano lacte cohibet. Additur in potiones quæ interaneorum causa temperantur: ad vulua etiam sedisq; cataplasmata, vtiliter inditur. Venerem stimulat. vergentes ad ignem sacrum inflammationes mulcet, auricularis collectionibus vtile. Vrinam mouet ex Passo pota.*

Diosc.] *Tribus drachmis ex aqua potum exitiosum.*] Calore aut frigore, vti Euphorbium, Cicuta aut Hyoscyamus non est lethale. Serapio copiosè sumptum ad tertium gradum calfacere & in secundo siccare ait. Drachmis tribus epotū adeo exhilarat, vt homines risu nimio & gaudio exoluat: Quæcunque autem adeo exhilarant risumque mouent immoderatum, auocatis a corde spiritibus, lipothimiam & mortem inducunt.

Diosc.] *Qui ex Passo biberit, crapulam non sentiet.*] Ex vino tamen immoderate potum mirum in modum inebriat, & homines adeo hilares reddit vt mentis inopes sint, eadem qua dixi ratione in explanatione nostra Balsami, de Nuce Myristica agens. Galenus lib. secundum loca,

caput

caput afficere dixit, eoque drachmas quinque in Hiera sua picra sufficere.

Passum, & Vua Passa.

Vinum passum à patiendo, etiamque vua Passa a Patientia dicta Plinio lib. 14. Hist. naturalis, *Σταφὶς* Græcis dicitur vua calore solis siccata: Veteres autē, melioris acini, dulcis & lucidi vuarum pediculos in ipsa vite quibus pendent intorquebant, vt sponte inarescerent, deinde sublatas in vmbra suspendebant; tandem in vasis constrictis loco sicco recondebant. Frontignanæ Nitiobrigum agri, vbi illud optimum & celebre Moschatelinum vinum paratur, vuæ decerptæ, binæ Iunceo vtrinque pedicellis alligatæ, merguntur lixiuio forti feruentissimo ex Sarmentorum cineribus parato; quæ postea in innumeris pettlcis, tanquam Tapetis aspectu iucundis, solis feruoribus corrugantur, & inarescunt, remanente solida & lucida carne: Tandem in capsulis

Passa del Sol. recunduntur, & per vniuersam Galliam distrahuntur, *Passa del Sol*, & *Passerilles* vocantur, plurisque fiunt quam ex Malaga Hispaniæ delatæ.

Pruna Passa Ficus & alij fructus, vt Pyra, Persica &c.

Qvidam non modo vuas passas dici volunt, sed & pruna Passa, Ficus aliosque fructus in rugas contractos. Ob lixiuium melius conseruatur, densaturque vuarum caro; sed quia crimoniam contraxerunt vuæ, in ægrotantium vsu semper præceptor *Rondelletius* imperabat vt ablucrentur.

Vinum Passum.

Sapa. EX Passis vuis olim, vti hodie, fiebat vinum, quod Passum vocarunt. Passum, inquit Dioscorides, quod vuis sole siccatis, aut in area aut in sarmento torrefactis exprimitur, Creti-

Vinum Creticum Maluaticum. cum cognomine aut Pramnion, aut Protropon: & Sapa quæ fit Musto igni decocto, Græci Sirion aut hepseina appellarunt. &c. Pro vino passo hodie substituitur potens illud percelebre vinum Creticum, Maluaticum vocatum, aut Maderinum dulce, aut illud Hispanicum in Malaga paratum vulgò *Bastard*, quia à Creticis fide dignis viris, aut Hispanis nobis relatum est, quod huiusmodi vina hodie parantur ex dulcissimis vuis maturis, Solis æstu prius flaccescentibus, contortis Vuarum pediculis in sarmentis pendentibus. Hoc Passum, Sapiditate deducta à Sapa, quæ ex Musto igni decocto fit, vulgò Hispanis *Coccio*, id est vino cocto, à Columella Defrutum à deferuendo, vocato, siue Musto dulcissimo ad tertias decocto, non ad medias, vt Plinius inquit, excocto; A rabibus *Rob* vocato, differt. Arabes enim, vtrumque *Rob* absolutè vocant. Cum verò alios succos innuere volunt, plantæ nomen coniungunt, vt *Rob* Berberis, *Rob* Ribes, *Rob* cerasorum, Prunorum, Agrestæ &c. de quibus alibi.

Diosc.] *Additur in potiones quæ interaneorum causa temperantur &c.* Practici hodierni etiam in potionibus ad tussim, cordis & pulmonum affectus, etiamque Pleuritidem mediocri quantitatē rectius vtuntur. Soluit enim obstructiones, cor recreat viresque instaurat.

Gal.] Crocus in calfaciendo secundum in exiccando primum fortitus ordinem, astringendi & concoquendi virtute pollet: proinde vim concoquendi quandam habet, adiuuante scilicet

Ægin. Gal. Paululum quid astringens obtinet Gal. quod friterreumque. in hoc & pauca astrictione. Quippe quibus medicamētis, cū non admodū calfaciāt, paucula adest astrictio, ea parem habens facultatem essentijs emplasticis nominatis, quas cum iunctas caliditati non vehementi contigerit, concoquentes esse constant.

Colchicum polyanthes siue multiflorum.

NIhil à vulgatissimo Colchico differre videtur, præterquam florum abundantiâ; denos enim, duodenos & plures purpureos dilutiores Septembri profert flores, quemadmodum Colchicum Pannonicum polyanthes candidos eodem tempore. In Cameracensi deuexo agro, miliari paruo ab vrbe in villa Nierui vocata, quo loci D. I. Franqueville collegit. Perperam pseudobotanici nuperi nugineandi Colchicum purpureum Austriacum dixere.

Colchicum pleno flore.

PRimæ & notissimæ speciei annis elapsis bulbosum huius Colchici radicem floris multiplicis Antuerpiâ Londinum mihi, veteris amicitiæ memor, misit Clarissimus vir D. Aluarus Nu-

nuius,


nuius, summus Philosophus & Medicus, parum à vulgari Colchico, nec nisi concoloris floris multiplicabili incremento dissidet. Debetur hoc genus Illustrissimo Comiti Arembergio, qui diligentiâ, vti pleraque alia rarissima & exotica simplicia, quorum studiosissimus est, ex Germania adeptus est. Æquè malè mihi cessit ac præfato Domino Arembergio & Clusio: surreptus enim fuit eius bulbus cum alijs plantis ex horto Nobiliss. Baronis Zouche.

Colchicum biflorum, vulgari simile, flore saturiore Clusii & Camerarii, icon, Rarior: pl. pag. 20. 2.

POsteritatis diligentiâ & pertinaci disquisitione Colchicum biflorum à vulgari non dissimile repertum, vt ait Clusius, quodam montano prato prope Heydelbergam; cuius etiam meminit G. V. Ioachimus Camerarius.

Colchicum Polyanthes candidum eleganti rubore varium, D. I. Franqueville.

Colchicum minimum tenuifolium Gallæcium.





Colchicum Polyanthes candidum eleganti rubore varium, D. I. de Franqueville.

IN delitijs est istud perelegans Colchici genus in Belgio, etiamque Londini in horto plantarum exoticarum dilissimo D. I. de Franqueville ob floris amænitatem quinque vt plurimum folijs latiusculis prædìti, nonnullis candidis omnino, alijs verò rubore diluto prorsus tinctis, aliis itaque candore & rubore hilari secundum folii longitudinem dimidiatim distinctis, aliis denique medio lineis albis striatis. Quos flores edidit congestos, quorum vnus quatuor tantum foliis constabat, quam aliorum latioribus: totidem item staminibus luteis præditus: at cæteri omnes quinis donati fuere. Folia latiora verè erumpunt, cubitalis longitudinis altiorisque, hactenus neque semen, neque folliculos, iam octauo anno edidit. Bulbus Colchico Pannonico albo maior.

Colchicum minimum tenuifolium Gallæcium.

NOuum Colchici pumili genus alimus in horto operâ Nicolai *le Quet* rhizotomi Lutetiani ex Hispaniæ regione Gallæcia delatum, foliis Croci montani minoribus, humi sparsis, binis,

nis, ternis, quaternis aut quinis, carinatis, vncias binas, aut sesquivnciam longis (mihi folia duo solum dedit.) Radice Colchici, Auellanæ paruæ nucleum æquante : flore vna cum foliis prodeunte senis constante foliolis angustioribus purpurantibus, totidemque staminulis aut apiculis luteis præditis, é breui pediculo parum é terra emergente. Floruit nobis & amico viro Iacobo Taminear Churugo practico apud Medio-Burgenses Anno 1403. Hoc etiam alitur in hortis Londinensibus, exoticis plantis ditissimis amicissimorum virorum generosi D. *Coys*, & D. *I. Natsmit* Botanici Regij primarij & Chirurgi. De alijs Colchici speciebus in Historiæ generalis Stirpium Illustrationibus, nec non dessertabitur.

Allium silvestre perpusillum, Iuncifolium Moschatum.

ARidis Nitiobrigum agri Monspelio vicinis collibus hic exiguus bulbus conuictor & alumnus parili bulbo Hyacintho autumnali. Cauliculo palmari, recto, rigidiusculo, exili; é cuius summo sex circiter erumpunt propagines, & quibus flosculi veluti in vmbellam dispositi prodeunt, quiuis aut senis foliolis constantes ; paruis angustis & ablongis, Ornithogali floribus similibus, acuminatis, lineis fuscis in medio per longitudinem interstinctis, Asphodeli albi instar : coloris albi obscurioris, staminibusque in medio, Moschi planè odorem suauissimum spirantibus, præditis; quibus succedunt capitula rotunda in quibus tria vel quatuor triquetra, oblonga nigraque semina continentur. Bulbi subsunt parui, albi, oblongiusculi, Allij *Syl :* similes, ingratique odoris. Folia emittit Iuncea, exiliora, tenuissima ; quaterna aut quina numero, vix vnciam longa. Cum D. *Guil: Coys bulbos alimus in horto, munere D.D. Leisteri Medici clariss. é Monspelio in Britaniam reducis.

*Lege vbique Guil.

Moly Luteum Botanicorum, Rhizotomis perperam Orinthogalum luteum latifolium.



Pancratium Indicum : aut Narcissus Indicus maximus autumnalis quorundam.



Moly

Moly Luteum Botanicorum ; Rhizotomis perperam Orinthogalum luteum latifolium.

EXoticum elegans istud *Moly* luteum, Botanographis indictum, á N. *le Quelt* Rhisotomo emptum & in Pyrrenæis montibus, ni labat memoria, erutum; floribus est luteis senis folijs, pluribusque staminibus concoloribus donatis Orinthogali Arabici floris lactei similibus minoribus tamen, vno exortu é pediculis quam-pluribus in spithamæo cauliculo, binis folijs latiusculis, Tulipæ Bonemensis siue Apenninæ vocatæ similibus prædito, vno latiore, altero vt plurimum angustiore. Radice ferè pari, sed breuiore. Hoc anno 1604. nobis floruit Londini in horto Nobilis. V. D. Baronis Zouche, & Franqueville. Tota planta Allij fragrat odorem, eoque *Moly* propior quam Orinthogalo luteo; Orinthogali autem lutei nomenclaturâ quo carias distrahatur, à rhizotomis, perperam donatur.

Pancratium Indicum ; aut Narcissus Indicus maximus autumnalis quorundam.

IN memoriam reuocat Narcissus Clusij Indicus nouum Pancratij Monspeliensis facie Narcissi Indici maximum genus; radice spithamum longa, brachialis crassitudinis, multis Cepaceis subalbidis tunicis squamosa extimisque cuticulis ex rufo subfuscis, aut Castaneæ diluti coloris; sessili parte maiore, mediocrem pugnum æquantis ; numerosis carnosis habitioribus fibris, Pancratii aut Scillæ instar, quasi trunco aut nodo collectis & appensis fulta. Opinabar Pancratii aut Scillæ speciem, sed neutiquam sapor amarus restagatur. Septembri & Octobri octonis aut denis stellatis floribus Colchici albi Anglici paribus, sed longioribus, sub luteis ex albo luridis senis longioribus staminibus albis præditis ; latioribus é membraneis tunicis, *Moly* Dioscoridei modo pendulis breuioribus, sine caule penuriâ fortè alimenti inhærentibus. Inter plures vnicus bulbus mihi floruit; sed quia diu naui terrâ destituti, foliis vidui erant; tamen rudimenta conspicua in minore bulbo retusa apparuerunt, Pancratii Monspeliaci similia, duas vncias lata, breuiora tamen, fortè nondum prorsus enata aut perfectam longitudinem assecuta. Omnes hi bulbi hyemis sæuioris iniuriâ Anno salutis 1600. Londini, Antuerpiæ & alibi amicis communicati periere, quos mihi dederat amicus singularis D. Ioannes Loeus Germanus apud Londinenses Chirurgus egregius, á naucleris reducibus ex Alta Hispaniola Occiduæ Indiæ, *Teborum Capo* siue portu vocata.



Pancratium Indicum alterum verum, siue Narcissus Indicus alter, facie Pancratij Monspeliaci, Lilio-Narcissus Hemerocallidis facie Clusii aut congener.

NArcissis associanda hæc Pancratil Monspelliaci facie bulbacea Indica planta, cuius bulbo me donauit C.V. D. Ioannes Hussenius consiliatius Ordinum & societatis præfectorum rei maritinæ Zelandiæ Belgarum, in cuius horto quotannis floruit & floret, é duplici caule dodrantali & pedali, quatuordecim floribus liliaceis, candidis, vno ab eodem, vti prædicti Pancratii, exortu prodeuntibus quatuor decim ; altero verò duodecim, senis foliolis longis albis conflatis, internè tantillùm subflauentibus & calyce medio laciniatis, totidemque staminibus longis, medioque stilo præditis. Mihi hoc anno Londini in horto Nobilis. Baronis Eduardi Zouche & D. Iacobo Gareto Myropolæ rei herbariæ studiocissimo, senos aut septenos

tenos tantum laxauit, cui caulis & bulbi latere prodiit. Foliorum & bulbi fusci similitudo & parilitas quodammodo Pancratii Monspeliaci.

E floris colore Varietates.

ANnis elapsis floris fusci Caryophyllo aromatico concoloris varium alebat Medio-Castri Zelandorum in horto honestissimus vir & mercator Michaelus *de Lannoy* affinis meus. Varias aliorum colorum differentias repetiri audio.

Narcissus Aphricanus, siue Narc: exoticus.

Narcissus Aphricanus folio rotundiore.



Narcissus Aphricanus bifolius, siue Narc: exoticus.

ECrassa lataque, vtrinque compressa squamosa, veluti nucleis compacta radice, bina tantum edit folia, vncias duas lata, latioraque; & vncias quinque longa, viridia læuiaque; sub tellure tamen alijs duobus foliorum rudimentis prœditus, hic peregrinus bulbus, paruum pugnum magnitudine æquans: cuius mihi copiam fecit præclarus vir D. Iacobus de *Keyser* Mesopoli Mattiacorum negotiator, huius peramæni studij amantissimus. Frater eius *Gonarus de Keyser* bulbos eruit locis vicinis Porti siue *Capo* bonæ Spei & primus in Belgium detulit. Anno alapso 1603. eandem rarissimæ elegantiæ plantam, inter exoticas delitias Hortuli D. *I. Knibij* Mediocastri Zelandiæ conspexi, quæ postea hyemis sæuitia perijt. Flos amænus Anemones floris pleni, sed colore Phœniceus: etiamque suauerubens: cauliculus egregié variis coloribus, cæruleis, & rubris amænissimis punctulis, variegatus ornatusque. Narcissum exoticum appellauimus, cui propior esse videtur, quoad nomen magis conueniens nobis innotescat. Præfatus D. de *Keyser* nobis exactiorem iconem pollicitus.

Varietas.

FOlio rotundiore & complicato, apud eundem D. *de Keyser* variat.

Lilium syluestre siue Hemerocallis moschata Polyanthes, &c.

ANno salutis 1596. in Angliam reuersus exoticarum plantarum expiscandi gratiâ, nostrisque botanicis lucubrationibus illustrandis; illico in cultissimis botanicorum hortis hoc Lilij

Lilium sylnestre sine Hemerocallis moschata Polyanthes, Martagon Imperiale imperatorum. Insulanis nostris Gallo-Belgis, Martagon à L'espinette.

Hemerocallis Macedonica, tenuifolia, miniati coloris. Lilium sylnestre montanum Macedonicum & Martagon Pomponeum splendidissimi miniati coloris D. J. Someri. Martagon Pomponeum Someri. Lilium rubrum precox Clusij.



Lilii montani nouum genus, à florum coronata fœtura, Martagonis Imperialis nomine insignitum aut vocitatum, conspexi. Peregrinæ elegantiæ planta gauisus sum. Elapsis aliquot annis misti huius bulbos nonnullos munere dedit D. *Ioannes de Franqueville*, Stirpium & florum rariorum callentissimus qui annis plus decem illos Insulis á quodam botanico nactus est & aluit fouitque studiosè in horti delitiis; vbi rara transplantatione florum pyramidatum aceruum, centum viginti & plurium, suauissimo spectaculo, iucundissimi Rosæ Moschatæ odoris æmuli, densissime bicubitalem ex purpureo-fuscum caulem fastigiantem. Flores pares, similes Hemerocallidis secundæ nobis modo descriptæ; dilutiores tamen, pallidiores & lucidores, per exorius quinque aut sex variè & fusé caulem ornant, fortuitis ex fusco purpureis maculis latioribus diffusi, circumaneiunt & coronant. Semen in vasculis compressum, aliis feré par & simile. Hoc primi ante omnes botanici Insulani Gallo-*Belgæ* nacti sunt: sed vnde delatum, nescio.

Hemerocallis Macedonica tenuifolia, &c.

EXimio ornamento decorat botanicorum paradisos huius Hemerocallidis luculentus flos, intaminalè fulgens miniati coloris. Dissidet cum aliis Hemerocallidis miniati varietatibus innumerorum foliorum, instar Graminis exilium, ternum solum digitorum longitudinis, incremento: quæ caulem sesquicubitalem & ampliorem, nonnunquam item compressum latiusculum,

lum, floribus quadraginta octo, per amœno spectaculo ornatum, sepiunt; cuiusmodi meminisse iuuat apud Dom. *Ioan. Knibium* ciuem honestiss. Medioburgensem. Debetur hæc planta præfato Domino Somero, qui primus eius bulbum è Macedoniæ mõtibus effosum in Belgium detulit, & amicis communicauit, cum multis nouis raiæ elegantiæ plantis exoticis. Hanc quoque aliquot annis ob florum decus Nobilissimus Comes Arembergius studiosé coluit, nec non alij Medioburgenses D. Iohannes Iunior Ecclesiastes, & D. *Petrus L'Aonst* aromatopola cum amica vxore, quæ tanto florum elegantissimorum studio & desiderio flagrat, & capta est, vt Floræ nomen sortita apud Botanicos.

Lilium Montanum flauo flore.



NOn dissimilem vultum, ortum & natales habet montium nempe Pyrenæorum Lilio Bizantino miniato aut syluestri montano Lilio. Bicubitalis caulis, foliis longis, angustis, tribus neruis præditis; floribus pallentibus initio, deinde flauis, senis reflexis ad pediculum foliis constantibus, à medio ad centrum punctis elegantiss. atropurpureis notatis, totidemque staminibus virentibus, apicibus pulcherrimis suauissimisq; elegantissimi lucidissique miniati coloris fastigiati, cuiusmodi summi triquetri pistilli ex luteo virentes è medio flore exerti. Huius semine compresso, Coronæ Imperialis aut Hemerocallidis simili, me primus donauit, Burdegalo misso, in labat memoria, amicissimus vir D. *Clusius*. Paulo post bulbos á D. *I. Robino* Christianiss. Regis Botanico Lilio similes Lutetiâ accepi, deinde magna copia Mediocastri Selantorum à botanicis aut risotomis Gallis *Guil: Dauidon* & *Nicol: le Quelt* habuimus, é Pyrenæis montibus erutos.

Lilij montani lutei tres in flore varietates.

TRes conspicuas differentias floris obseruauimus in hortis D. *Thomæ de la Fosse* Mediocastri, & D. I. *Franqueuille* Londini.

Flore pallidé ex viridi luteo, sine notis aut punctis; pistillo, staminibus, apicibus miniatis. Hic præcocior est.

Tertia varietas floris intensé lutei, rutili, notulis maiusculis insigniti, inter præcocem & serotinum medij.

Bulbo Eriophoro similis bulbus in Batauis est ChamæOrchidis nouum genus aggerum Zelandiæ.

ORtu & facie, compactilique squamarum serie simillimus Eriophoro Bulbo, fibrillis impactus solo; eminentibus bulbis subuiridibus. In palmari cauliculo flores non annotati fuere

Orchis Liliifolius minor sabuletorum Zelandiæ & Batauiæ.
Bulbo Eriophoro similis bulbus.



ere à *Guilhelmo N.* mercatore Batauo, qui hanc descriptionem dedit tontonicè & prouenire ait iuxta maritinos sabulosos aggeres Hardemo proximos, in silua Terrea, vulgo *Eerden Bosch.* Idem sanè reor cum nostri nouo Satyrio Zelandico infrascripto; in herbatione olim reperto etiamq; elapsa æstate 1603 iuxta aggeres Sabulosos Walachriæ inter Pyrolam nascente, quē omnes quadam foliorum similitudine ducti, nec non flosculorum herbaceorum (in labat memoria) & longiusculi seminis fuliginosi inuolucri, Orchis Litoralis frisiæ, Orchin sabuletorum maritimorum diximus. Radix illi gemina, quandoque terna sed raro, altera alteri innata foliaceis albis inuoluoris tecta, intus viridis gustu suauis. Infima fibrillis impacta sabuletis, arida, inutilis & flaccida. Cauliculi binum, ternum & quaternum vnciarum: folia bina Liliacea duas vncias longa. E regione pagi *Oost-Capel* id est, sacelli orientalis à me vltimùm collecta.

Plantago vmbilicata, *latifolia & conuoluta vnifolia. Reddenda Aduersar. pag. 127.*
Vmbilicus montanus herbariorum.



INter quamplurima rarissima & exotica semina Monspelio nobis Londinum missa à charissimo & doctissimo viro D. *Chaspare Pelliterio* Middelburgensi è celeberrima Monpeliensi Schola D. Medico, sata in horto D. *I. Nasmyth* sereniss. Regis Magnæ Britanniæ Chirurgi peritissimi & archibotanici miræ & raræ elegantiæ hæc orta planta; cui radix Plantaginis vulgaris simillima, spithamum longa, creberrimé fibrata; é cuius nodulo siue basi, digitalis crassitudinis, Plantagineum latum, vnicum, admirabili Naturæ opificio, expansum folium, paulatim propagando in latum gyrum vmbilicatum excrescens & Cochlidis instar per circuitum ascendens in spiras duas tantum, aut semi ternas conuolutum, ac veluti ex pluribus coniunctis in vnum contiguisque Plantaginis maioris vulgaris folijs, conflatum, spithamææ altitudinis aut pedalis ferè, cuius summum folium Plantaginis latifoliæ seruat figuram, sinuosam tamen & rugosiorem, sapor illi prorsus plantagineus. E medio conuoluto siue vmbilicato imo centro, foliorum minorum quædam rudimenta conspiciuntur,

conſpiciuntur, é quibus caulem erumpere veriſimile; ſed quia autumnus metæ propinquior, caulem & florem hoc anno videre non licebit. Hyeme folium perijt: A: Vere nouo hoc ſequenti 1605. folia plura è media radicis ceruicæ, non vno annexu vnita, aut in vnum folium redacta, laxauit; ſed duo aut tria ſimul in vnum iuncta, fimbriata, laciniofa aut ſinuoſa: Caulem & ſemen nec dum edidit.

Noua glorioſé elata & opinata YVCA. *Manyuca, Manihot, Aracidne. reddenda Aduerſariorum, pag. 161.*

OPinionibus varijs & inſulſarum quorundam *Barbarorum*, aliorumque minus accuratis occularibus inſpectionibus, prolixiſque paginis, confuſis, ſuſpectis & ambiguis relationum accumulatis aceruis, acquieſcere non audenius: quibus adamuſſim perpenſis; neglectis & valere iuſſis Teueti, Lugdunenſis aliorumque nonnullorum iudicijs de *Yuca, Manyonca, Papas, Inhama, Batatas, Manihot, Theoph. & Plinij Aracidne*; Indis Barbaris Panis vicem ſupplentibus; Glandis inſtar veteribus alendis, & Caſtanearum hodie plebi in Iberiæ, Narbonenſis & alijs Galliæ quibuſdam tractibus, vti agreſtibus hominibus anachoretis fictæ religionis & pietatis mancipijs, radicibus & herbis victitantibus:

Iſtæ namque plantæ diſparibus folijs præditæ ſunt; quæ quidem à Cannabinis folijs, aut Ellebori nigri floris albi, vel Caſtaneæ Equinæ modo diuiſis, quibus ab Indicarum plantarum ſcriptoribus reuera aſſimilantur, diſſociantur: qua de cauſa non modo D. *Cluſio* ſed etiam nobis iſta noua *Yuca* credita ſuſpecta eſt.

Quæ autem de hac noua elegantiſſima Yuca *putata habemus hæc ſunt.*

YVca credita Indica noua & elegantiſſima Planta virens & florens anno 1596. & 1597. Londini in hortulo ſuburbano D. *I. Gerardi* Chirurgi & Stirpium ſtrenui indefeſſiq; laboris ſtudioſi, florum & plantarum amore flagrantiſſ. primum viſa, & quadantenus nobis vt illi, proſim & prodeſſe velim in ſua Plantarum enumeratione, his pené verbis deſcripta. *Yuca* Indiæ Occidentalis Planta, quæ alia ſpecies à *Yuca Indica*, ex qua Panis communis fit, videtur: Nam quamuis folijs ſit perpetuò virentibus, ijſque minimé laciniatis; ſed ambitu, foliorum Draconis arboris ex atro rubentibus, vtrinque cultri aciei inſtar acutis, longitudine cubitum & ſeſquicubitum æquantibus, mucronatis & peracutis, aliquantulùm ſulcatis, quodammodo Sedum aquaticum *Belgarum* præſeferentibus. Flos ex leui pediculo albus Nympheæ albæ, ſed multò minor. Radix ſubeſt ſubfuſca foris, intus alba, Pœoniæ feminæ concolor, tuberoſa, brachiata aut diuaricata & craſſa. Neque caulem neque florem proferre aſſerêbat D. *Gerardus*; paulo poſt tamen quam deſcripſit, in ſuo horto enatum florem Nympheæ albæ ſimilem ſed minorem collegit chariſſimus egregius vir Doct: *Iacobus Cargillus* Scotus Medicus, anatomicus & botanicus doctiſſimus. Hanc I. *Gerardus* ſuperioris immemor deſcriptionis latinæ in ſua plantarum enumeratione collatæ; poſtea vernaculo idiomate, ſic expreſſit, cuius verba præciſé latiné vertimus, vt ſequitur.

Planta è cuius radice Indicus panis, *Caſſaua* vocatus, conflatur, humilis herba eſt, ſolum ex radicibus & folijs conſtans: Caule flore & fructu caret, quantum ex aliis aut ex ipſius plantæ experientia, quæ quatuor annis continuis viruit & adhuc luxuriat in meo vireto, aſſequi poſſum; ſine tamen caule flore & fructu, vt ſupra dictum eſt. Radicem habet valde magnam, craſſam, tuberoſam, ſucculentam, aliquantum dulcem, ſed qualitatis pernicioſæ (inquit meus author) é cuius radice immediaté aſſurgunt quamplurima folia, radicis ceruici rotundo circuitu conrexa, ſeſquicubitalis longitudinis, ſuperné & inferné arctiora, medio latiora, ſulcata, leuia admodum, viridia, Gladio concoloria, vtrinque acie, cultri inſtar, acuta, atrovirentia, mucronibus acus modo peracutis, faſtigiata; pungendo quã maximé inconſultis tranſeuntibus infeſta, & crura lacerantia. Foliũ diligentius intuenti ſimile eſt paruulæ Cymbæ, aut conſimilis Cymbulæ, frangenti etiam atq; etiã contumax, durũ & ſcindenti difficile, niſi cultri acies peracuta fuerit. hactenus *Ger:* A peritioribus quæritur, cur hæc deſcriptio conflata ſit ex plantis maximé diſſidentibus: videtur autẽ natales deſcribere ex Lugdunenſi, & Lugdunenſis ex Teueto: & plantã ſuam acceptam refert à famulo *Thomæ Eduardo* perito Exceſtrienſis occiduæ Anglo-Britanniæ Pharmacopœio. Indis quibuſdam (inquit) *Manihot* vocatur, ſed generaliter *Yuca* aut *Iucca*. creditur

Creditur *Theophrasti* Arachidna & *Plinij* Aracidna: detorsisse creditur suam *Yucam* vt eam incertis Teueti & aliorum, aptaret descriptionibus, nudâ *Yucæ* suæ inspectione minimè contentus. Multi hodie conantur Apros siluis appingere.

Noua gloriose elata & opinata YVCA.



Anno reparatæ salutis 1604. Iulio, quo Nymphea floret mense, in eodem suburbano hortulo, flores annotaui cum calycibus & gemmulis suis ante florem, quamplurimos, septuaginta numero, plus minus, alternatim prodeuntes, in brachiatis inæqualis situs, copiosis alis, tricubitalis subrotundi, atrorubentis, digiti mediocris crassitudinis, Liliaceo Constantinopolitano concoloris & similis caulis, instar nolæ aut tintinnabuli ex vncialibus pediculis pendulos, foliolis ligularum modo ad basim donatis. Flos senis constat albidis folijs; externis tribus mucronatis, maioribus latioribusque, candidioribus; interné à medio folio, ad summum vsque variis venis, vt *Fritillariæ* flos quodammodo tessulatis; externè sulcatis, striatis & rugosis. Tribus verò interioribus angustioribus & infernè pinnatis. Nullo odore præditus flos, magnitudinis floris Hellebori nigri suauerubentis & Nymphæ albæ minoris medius, ex luteo luridus, triquetro vix vnciam longo pistillo præditus, extremitatibus albo, senis staminibus albis fastigiato. *F*olia sesquivnciam lata, acuta, sesquicubitalia vt supra diximus. Cum elegantiâ & raritate & inspectione huius peregrinę plantæ maximè gauisi essemus, statim Clarissimus & piissimus V. D. *Guil. Cors*, Plantarum omnis generis hodie inter Britannos coryphæus eam ex viuis Naturæ typis delineari procurauit, vt inter rariores plantas Appendicis nostræ insereretur, & transmarinis innotesceret:

Audio etiam floruisse Lutetiæ in horto D. I. Robini *Botanici Regij; cui Londino missa planta fuit.*

Bellis spinosa *elatior & fructicosior Herbariorum, bullatis aureis floribus.*
Reddenda pag. 200. *Aduersariorum.*

APeritioribus quibusdam Botanicis Londinensibus hodiernis huic nouæ exoticæ Plantæ, Bellidis spinosæ nomen inditum est; cuius semen ex horto Pisano Magni Ducis Hetruriæ nactus est D. *I. Parkinson* perbonus & honestiss. Pharmacopœus Londinensis, Stirpium materiæque Medicæ studiosissim. qui D. de Franqueville & C. & generos. V. D. Guil. Coys huius amænissimi & vtilissimi studij doctissimum huius semine impertiuit, quo enata est bicubitalis & amplior ramosa & fructuosa planta, folijs prædita Bellidis maioris breuioribus, minoribusq; Telephii purpurei aut Rhodiæ Radicis mediis & ferè paribus; sed magis sinuatis & spinulis acutis, instar Ilicis humilis Cocciferæ, vnde Bellidis spinosæ nominis occasio. Flores summis virgis bullati, aurei, aliquantum compressi & medio depressi, nullis folijs radiatim cinctis, maiores quam Abrotani fœminæ aut Absynthij Seriphij Dioscoridis, facie Abrotani fœminæ de-

 scripti

Bellis spinosa *elatior & fructuosior Herbariorum pullatis aureis floribus.*

Lauri Alexandrinæ *legitima & exactior effigies. reddenda Aduersariorum pag.* 283.





scripti in *A*duersarijs, pag. 336. Radix multum fibrata, Matricariæ. Sapor iniucundus subamarus; odor grauiusculus Cotulæ fœtidæ quadantenus, ad cuius naturam accedere videtur.

Laurus Alexandrina.

LItem dirimens de veræ Lauri Alexandrinæ elegantissima planta ingenuè proferam quæ vidi operâ amicissimi viri *Ioannis Parkinson* Pharmacopœi Londinensis, Rei herbariæ periti & amantissimi, qui ramulum eius non dissimilem Bislinguæ mihi communicauit, delatum ex instructissimo & variarum plantarum exoticarum ditissimo horto Medico Pisano. Hæc ramuli pars non excedebat longitudinem vnciarum quinque, septenis folijs alterno situ, non ex aduerso, vt habet effigies Matthioli & Lugdunensis prędita; neruosis vtrinque, rigidis vt Hippoglossi: inferioribus ternis aut quaternis, vncias duas longis, & plus vnâ latis, in mucronem, Rusci modo, fastigiaris; medio auerso folij crassiore neruo, specimine flosculi pallidi gemmato, sine pediculo & ligulato bilinguiuè foliolo (fructus enim mediis foliis amplectitur Theophrasto authore) vbi semen Bonifaciæ siue Hippoglossi minus proferre dicitur, donatis; ternis verò superiobus minoribus vnciam latis, & sesquivnciam longis, mucronaris, vtrinque item neruosis, sine flosculorum rudimentis. Effigiem exhibeo in studiosorum gratiam, eiusdem cùm ramuli, tum foliorum parilitatis.

Appendix.

Appendix.

Paginis vacaturis explendis, cum hæc lente peracta & procrastinata fuerint; raras aliquot ad huius secundæ partis nostræ Aduers. appendicis calcem tumultuariè subnectere licuit, cũ velim, ut olim pro sesquimense ad senos & septenos languenti operarũ & chalcographi officio detentus; parcitatis sphalmatum spe fretus; maximeque cupiens, vt fertur, vitare Charybdim, incidi in Scyllam, & in eundem, in quem verebar, non secus ac plerique alij, sordidi quandoque Chalcanthi ratione, nec non præpostera sæpe elementorum peruersione, impegi lapidem: Sphalmata tamen minus ferenda in Indice diluuntur. Si hæc quidem nostra Commentariola, non essent rerum, posteritati vtilium, solertiores explicationes, quæ sensibus concipiuntur; sed verborum aceruus & apparatus; huius sanè editionis nos peniteret. Non enim delectamur, crassa Minerua, quotidianis Medicinæ voluminibus, quibus periclitatur, perditur & fallitur fatuus mundus, vernaculè versis & peruersis, Typographorum & Bibliopolarum operâ, fœnore & applausu, qui huiusmodi operum authores & fautores sunt, & fuerunt. Hæc interdicere, boni est principis. Quare doctos lectores impendio oramus, vt hos nostros labores nobiscum iuuent & restaurent, æquiorique ferant animo.

Hyacinthus minimus serotinus elegans, Flosculis Hyacinthi Orientalis.

HIc Hyac: minimus facie Orientalis Hyacinthi, sesqui palmares & spithamæos tenuissimos cauliculos edit, tribus flosculis è gracilibus petiolis, ex cæruleo dilutis, senis cærulæis venis striatis, Hyacinthi Orientalis similibus, sed longè gracilioribus minoribusque, sex partitis oris, sub finem Mai, præditos. Foliola angusta, sparsa, spithamum longa, Hyacinthi autumnalis maioris quadantenus. Paruulus item bulbus, albidus. Alitur in fictillibus á D. de Franqueville, ex Gallia delatus, & acceptus ab honestiss. matrona, vxore D. P. *L'Aonst*, tanto florum amore capta, vt sibi meritò Floræ nomen vendicarit.

Iridis Bulbosæ è satione Versicolores varietates.

FLorum itidem delitiæ, miro colorum incremento, bulbosæ Irides, satu non secus ac Tulipæ præcoces satæ, seminéque ortæ, albæ potissimum variant, quæ insigni metamorphosi Dedalæ Naturæ opificio & lusu, experimento quotidiano, colorum varias subeunt differentias; quas plerasque sigillatim excutere supernacaneum duximus: earum tamen nonnullas, prolixitatis hostis, titulo tenus recensere, huius studij commodo, consilium fuit: In bulbo alioquin folio, caule, cæterisque plantæ partibus, discriminis per exiguum.

Iris Bulbosa lutea varia.

TRia reflexa folia lutea & nitida sunt, sed medio, ante & secundum carinæ longitudinem ad basim vsq; rutilo colore distincta & virentibus venulis secundum longitudinem ad labrum vsque repandum striata; Tria verò pinnata folia intus forisque glauca, internâ dilutiore lutea carinâ: surrecta autem reliqua tria caerulo-pallida, venis intensiore cærula striata; stamine intus luteo, albida tantillum medio carinato stria. Caulis sesquicubitalis.

Iris bulbosa intensè lutea tota.

TRibus inferioribus, ternisque pinnatis folijs impensè lingulaque luteis; surrectis autem alijs tribus bifurcis folijs albidis angustioribus. Caulis cubitalis.

Varietas.

TRibus erectis luridis pallidioribusq; folijs; pinnatisq; alijs tribus & ligula itidem luteis variat.

Iris

Iris bulbosa lutea tertia.

ALtera elatior lutea tota, stylo, senisque folijs; tribus tamen erectis leuioribus cæruleis venis ornata & striata.

Iris bulbosa lutea quarta.

HVic tria labra, medio folio tenus, lutea sunt, quę admodum rugosa & striata, purpura violacea perfusa ad basim vsque; cætera cærulea.

Iris bulbosa alba.

SEsquicubitali caule, sparso flore, angustioribus floris folijs, labrisque repandis, cuius prominulum dorsum luteum & nitidum est virentibus strijs per luteum discurrentibus in glaucas argenteasue lineas binas & ternas per oras albas desinens. Bifidum in ligulas reflexas folium luridum ex glauco argenteum, firmum; pinnatam ligulam luteam, medio candida linea insignem, styloq; albo inhærentem occludens: erecta verò tria folia alba, angustiora, summisq; nutantia & reflexa. Has differentias alunt cultiora D. *Ioannis de Franqueville* nostraque vireta.

Iris bulbosa violacea Pyrenæa.

PRouenit in *Sonton* monte, Anglo-*Britannicâ* vocatâ minor; forte eadem.

Gladiolus Minimus.

MInor quam vulgaris Narbonensis Gladiolus; floribus concoloribus, minoribus, vno versu digestis in pedali gracili caule; folijs item duplo minoribus. Radix Sisyrinchij aut Gladioli parui. Floret in hortis D. *Guil. Ceys*, & D. *de Franqueville* Maio mense.

Gladiolus flore albo.

FLoris omnino albi Gladioli radices & semen annò. 1601. à D. *I. Robino* botanico Regio accepimus. Sata Londini in horto D. *de Franqueville* biennieum viguere, sed tandem periere. Florem videre non contigit.

Lilij Chalcedonici miniati siue Hemerocallidis Varietates.

ADmodum elegans hoc Lilij genus, ob floris decus, colorisque flammei nitorem, vtriusque Cinnabaris natiui & factitij, intensi aut diluti coloris, miniati, scintillatione splendidiorem, ab hortensis elegantiæ cultoribus, indefessi laboris lenocinijs, nouisque artibus (vt pleraque alia) adeo auctum hoc Lilij genus, vt quam plurimos hortos Iulio & Augusto, Tulipæ speciebus, Lilio-Persico, Coronæ Imperialis varietatibus, Lilijs, Liliaceis, huiuscemodique versicolorum spectabilium florum quam plurimis hortorum ornamentis peristromatibus, pictisuè tapetis similibus, effœtis aut marcidis, deflorescentibus floribusque destitutis, amœnitate decoret.

Eius duas varietates aut plures obseruare licebit.

Præcox, quinos, senos, denosque vt plurimum profert flores; & nonnunquam eius radix adeo excrescit & luxuriat, vt caulem edat duorum minimum digitorum latitudinis qui in illi amicisq; sæpe triginta & plures flores protulerunt, non secus ac Anno 1600. reparatæ salutis duo Lilia candida inter plura eius speciei, quæ Constantinopolitani siue Byzantini Mattagonis nomine insignita, Hackneį Londinensis ruris in horto medico illustriss. Baronis Eduardi Zouche, quæ in palmaris latitudinis, humanæq; proceritatis caule singulatim pedali longitudine, summa circumquaque latiore caulis parte, cumulatè ducentos & plures aspectu & admiratione dignos candidissimos suauissimosque flores laxarunt; quod nunquam conspexi in nostratibus Lilijs candidis. Anno subsequente, ad naturam suam rediere.

Lilium Chalcedonicum serotinum, eiusq; varietas.

SErotinum quandoq; diu multisque annis vnicum florem edit ; at temporis consequentia, plures, sed serius, superioris Martagonis floribus elapsis, erumpunt flores ; quemadmodum amici nosque iamdiu obseruauimus. Caulis cubitalis, cætera non dissimilia.

Lilium Persicum Botanicorum.
Lilium Susicanum Clusij, quod è Susis Constantinopolim allatum.
Italis, Pennachio Persiano.

IN Belgio & Germania rarũ admodum fuit; solùm Machliniæ apud D. *Ioannem Brancion*, deinde Lieræ Brabantorum apud D. *Ioannem Vander Delf* in figulinis vasis videndi copiam fecere horti exoticarum & indigenarum plantarum ditissimi & amænissimi. Caulem binum & quandoque ternum cubitorum fusè folia cærulo-viridia aut prassina, Liliaceis minora & delicatiora ambiunt; floribus sex loliolis obsoletæ purpuræ conflatis, numerosis, vicenis, tricenis, plus minus, nutantibus, nolas siue tintinabula effigiantibus. Radice bulbosa, minus odora, crassa tereti, oblonga, crassis adeo squamis compacta, vt squamæ sæpe vix percipiantur : sessili parte fibris porrectis obscurè flauentibus. Angliæ hodie alienigenarum opera, vti pleraque alia rariora inquilinum : vbi longè fœlicius quam in Belgio, aura gaudens mitiore, melius conseruatur & propagatur.

Lilium, siue Corona Imperialis Herbariorum.
Lilium Persicum Clusij, siue Tusai.

NEc multum à Lilij familia abest hoc Lilij genus, quod iisdem Belgicis hortis D. Brancionis D. Dilfij, & illustris heroinæ Mariæ de Brimeur, de re herbaria benemeritis, iam multis annis, opera Clusij, proueniebant, Sesquipedem & duos cubitos alto caule : foliis longioribus Lilii montani. Flores ex phœniceo rubentes, nutantes Lilii Persici siue Susiani ritu nolas effigiantes senis foliis conflati, equorum vnguibus internè sex crystallinæ pellucidæ vniones exuberant, quemadmodum exprimitur in floris patuli icone, Visci grano ferè pares, dulcem aquam Lacrymantes, quibus succedit compressum, ruffum semen, Tulipæ maius in membraneis maiusculis amplioribus angulosis pinnatisque capitibus. Radix Cepacea concretione, tetri & virosi Colchici aut Hirci, vti tota planta odoris. In Belgium missa, Tusai, Tursani, Lale & Coronæ Imperialis nomine.

Coronæ Imperialis varietates.

PEramœnæ itidē, perquã speciosæ Belgio & Anglo-Britanniæ iam nostra ætate inquilinæ, oblectationi oculis magis, hortorumque ornamento, quàm naribus, tetrum namq; Hircinum halant odorem Imperiales Coronę, quarum varietates in caule flore & folio perspicuæ.

Corona præcocior.

PRæcocior quæ statim Martiore fulgore necdum lapso floret: folio lato est, diluriore viridi, & flore non dissimili, sed pallidiore, à frigore fortè.

Corona media.

QVæ media, est elatior, folio item pallidiore sed angustiore; & flore item dilutiore.

Corona Platicaulos, siue laticaulis.

PLaticaulos, vt Lilium album & Martagon siue Hemerocallis Byzantina interdum euentu fortuito fit Imperialis Corona, numeroso florum incremento : folijs angustioribus, & Mi-

nij

nij coloris saturioribus floribus aspectu iucundis, quales floruere Londini in horto D. *Ioannis de Franqueville* Anno. 1600. & Hacknei in horto Nobiliss. Baronis *Eduardi Zouche*, 1605.

Corona serotina.

SErotina latioribus folijs atrouirentibus: flore autem ex saturophæniceo colore.

Corona Polyphyllos siue foliosa.

MVltis numerosisque latioribus folijs constat, stipatim bicubitalem caulem ab imò amicientibus, florum elegantissimorum saturorum duplici serie coronaue, nonnullisque floribus, caulis comosum fastigium internascentibus, aspectu iucundissimo. Hæc etiam alitur & in honore habetur in cultissimo & exoticarum plantarum ditissimo horto D. *Ioan. de Franqueville.*

Corona polyphillos & polyanthes altera.

SImilimam aut eandem cum superiore alebant Antuerpiæ Doct. *Ioannes à Hoboke* quondam S.P. Antuerpiani Grammareus & D. *Iacobus Duym* generosus Louaniensis harum studiosissimi peritissimique: sed flos dilutior, erectior, minusque propendens ob florum densamglomerationem aut aceruum caulem ambientem.

Anemones omne genus.

QVum Anemones omnes species cæteris diligentius, minutatim, totumque ad longum, vt vulgò fertur, ordine pulchro descripserit, *D. Clusius*, visum fuit summa rantum perstringere, ne huius operis moles & verborum copia lectori inuisa, molesta sit, maioris & carioris pręcij, relegando lectorem ad Clusij historiam, tanquam ad fontem, ne accuratissimi eius labores irriti forent.

Anemone syl. prima Clusii. Illius igitur *Anemone* syluestris prima (agria enim satiuis aut eulris ptiora) eadem est quæ Matthioli tertia, nobis etiam breuiter descripta & icone exhibita, minus tamen etiam bene à pictore expressa; melius apud Clusium cum radicis propagine; etsi flos caducus, fugaxq; aut deflorescens nimis expansus videatur, Belgicis hortis importuno prouentu vbi semel sata luxuriat, eoque notissima.

Anemone syl. 2. Clusij. Pulsatilla alba Belgarum.

HAnc Pulsatillam albam cum C. V. D. I. Brancione & D. I. Dilfio, D. I. Boisot primarijs & senioribus Belgij Botanicis diximus, maioribus aliquantum latioribusque folijs, commendatiorisque elegantiæ floris albi & amæni. Pictor villosum caput radicis omisit Mei aut Pulsatillæ radicis simile a Clusio descriptum & obseruatum, multa proferens folia duriora in tres foliorum alas diuisa, supernè viridia, pronâ parte candidiora & villosa; ingrati & acris admodum saporis. Caulis palmaris, hirsurus, ternis folijs versus summum, minutim laciniatis cinctus: flores senis foliolis constant, internè lacteis, externè quandoque tantillum purpurascentibus, & villosis, Pulsatillæ minoribus, sed non paucioribus staminibus luteis præditique, tandem in semen plumosum, vti Pulsatillæ species, abeunt. Radix nigra, minimum digitum crassa, parum fibrata, cortice nigro tecta. Clusius ait prouenire in celsioribus Styriæ iugis, inter scopulos, & difficulter eicurari; vel mitiorem aerem ferre posse, vti pleiæque aliæ elegantes plantæ in summis illarum Alpium iugis natæ, quas cum suo cespite in hortos trsnflatos conseruare non poruit, vti Lunaria racemosa, Ophyoglossum & similes variæ plantæ. Lieræ Brabantorum & Machliniæ apud D. Brancionem, feminæ enatas solùm obseruari.

Anemones hortensis species & varietates.

SOlo, satione, & transplantatione, florum & foliorum coloribus & dissimilitudinibus, non secus ac Tuliparum, Iridum, Vrsinarum Auricularum, & nonnullarum plantarum Anemonum familiam variare certum, quarum peculiares minutias & quisquilias prosequi, vt paulò ante diximus, prolixum foret; eoque elencho aut breui tabula comprehendere ea quæ D. Clusio, & nobis apparuere, sat erit: ex vna enim specie, altera dignosci sæpe poterit: adeo autem similia tuberosa radix, fusca, folia lata Geranij aut Saniculæ vulgaris modo diuisa: cauliculi & pediculi ternis folijs altioribus diuisuris septi, sunt. A. D. Clusio siquidem, dilucidè, acuratius, diligentius & plus satis prolixè descriptæ, ad quem sedulum lectorem relegamus, cuius ordinis seriem sequi elencho consentataneum fuit.

Latioribus

Latioribus folijs, simplicibusque floribus, hortensium Anemonum Elenchus.

PRima Clusij simplici flore luteo externè, aureo internè.

2. *Duplici flore flore, sive foliorum floris geminaserie & situ.*

3. & 4. *Simplici stellato flore, Purpura rubedine nitido, & Purpurà albicante.*

5. *Fl. simpl. ex rubro diluto carneo, unguibus albidis.*

6. *Fl. simpl. Byzantina, purpurei ferè coloris, non carnei. ad 3. accedens.*

7. *Quinta similis, floribus externè ex purpureo saturè rubentibus, internè verò, ad ungues usque saturà purpurà rubedine mixtà veluti coccinea nitente; coccineis item oris, radijs purpurascentibus aspersis: unguibus albis magnisque.*

8. *Flore saturo-purpureo. externè splendente, internè minime: unguibus magnis, albis, infima parte purpureis: Appendicis Spinæ florum odoris.*

9. *Flore externè sub purpureo; internè ex purpura violaceo, unguibus rubescentibus, orbe albicante cinctis, Appendicis Spina odorè florem referentibus.*

10. *Flore violaceo, albis maculis insignito.*

11. *Flore violaceo saturiore, unguibus maioribus, candidioribusq́.*

12. *Flore externo dilutè purpurascente: interne violaceo, unguibus magnis argenteisq́; exigui nullinsuo odoris.*

13. *Flore duodenum foliorum, quam superiorum ampliore, foris ex purpureo albido & splendente: internè ex violaceo purpureo fulgente, unguibus albis, sed minoribus.*

Multifaria hortensis Anemone latifolia.

14. *Flore purpureo dilutiore multò, veluti carneo.*

15. *Flore externè carneo, unguibus saturatè purpurascentibus; interne verò carneo valde diluto.*

Variat caule, folio, flore magis diluto, & omnibus sui partibus minoribus.

16. *Facie latifolia floris pleni; flore simplici, nitido coccineo amano, eiusq́ uncialis longitudinis folijs, quandoq́ brevioribus aut longioribus, ut Pavonis Anemones vocata: unguibus pallescente orbe cinctis.*

17. *Coccineo amano simplici flore, internè splendente, nullis conspicuis unguibus: externè dilutiore, & ut superior 16. lanuginoso.*

Varietates.

Anemones latifolia unguibus orbata simplici flore, sive 17. Clusij tres differentias observavi in horto D. de Franqueville. *Anemone 2. coccinea unguibus vidua.*

Flore omnino rubro foris & intus, octo foliolis conflato, pulcherrimo: umbone nigro, subfuscis cirris, subcinereisq́ apiculis donato: foliorum & radicum alioqui formâ adeo similes, ut vix dignosci una ab altera, nisi floris varietate, possit.

3. *Floris omnino simillimi, sine unguibus, angustioris tamen minorisq́ & stellati,*

4. *Flore omnino acuto differt.*

Variat item solo floris colore suaverubente.

18. *Flore simplici ex coccineo Phœniceo,* Papaveri *Rhœadi concolori.*

Flore coccineo, patulo, octo item folijs constante, unguibus ex luteo virentibus, virentibusq́ strijs donatis, in horto Franqueville *variat.*

Angustioribus foliis, *simplicibus floribus, hortensium Anemonum elenchus.*

PRima flore simplici cæruleo, aut albo aut utroq́, id est, externe subcæruleo, interne albo, mixto.

2 *Flore simplici purpureo subviolaceo, externè lanuginoso.*

Variat in nostris hortis flore ex purpurà dilutà rubente.

3. *Flore simplici coccineo amano & splendido, unguibus satis magnis, ex pallido, fusco & albo mixtis.*

4. *Flore simplici, internè coccineo amano; unguibus albis, externo coccineis, tenui lanugine pubescentibus & splendentibus.*

5. *Flore simplici, magno, internè coccineo suavissimo, externè lanuginoso Anemonide Violaceo pene pari: unguibus albis.*

6. *Flore simplici sanguineo elegantissimo, omnium eius generis maximo, magnis unguibus albis prædito.*

7. *Flore simp. alijs minore, coccinei nonnihil ad sanguineum colorem vergentis, & splendentis, unguibus magnis, albidis donato, & purpureis venis striato.*

8. *Flore*

Floris colore ex coccineo ſub phœcineo minime ſplendido variat.

8. *Fl. ſimp. ſuperiore maiore, externè lanugine quadam obducto, ſanguinei ſaturioris ſplendidiq; coloris; internâ vero parte ſanguinei coccineo permixti; vnguibus eiuſdem fere coloris, ſed aliquantulum ſplendentis, quaque pediculo adhærent quodammodo pallentis.*

9. *Flos quatuordecim & pluribus conſtat folijs ſimilibus ferè tenuifolia Anemonidis pleno flore, interioribus floris partis, dilutiore admodū purpureo colore & quaſi carneo, vnguibus viduus.*

10. *Flore ſimp. amplo, Violaceo pari, ex albido viréſcente initio, deinde nonnihil carnei coloris, & circa vngues externè viréſcentis, internè vero albo.*

11. *Flore magno, ſuperiore breuiore, externè carnei coloris, internè verò prorſus fere albi, vnguibus & venis ex albo paululùm viréſcentibus.*

12. *Flo. ſimpl. magno candido, vnguibus externè viréſcentibus.*

13. *Flore prorſus niueo, vnguibus carneo colore permixtis, multifido tenui Bulbo-caſtani folio.*

Variat pleno ſanguineo flore.

Simplici item coccineo ſplendente flore habet hortus Nobiliſſ. Baronis Eduardi Zouche, *folijs vix diſcernendis à Bulbocaſtani tenuiſſimis folijs. Tota planta pulchella & exilis. flore amplo, pro plantæ magnitudine, vnguibus albis donato: medio intus capite nigricante villoſis rubris coccineisue ſtaminibus, apicibus donatis ſubfuſcis, ſtipato.*

Multifaria hortenſis Anemone tenuifolia.

14. *Folijs item Bulbocaſtani, flore carnei coloris, albicantibus oris, interne verò albido, venis carnei coloris ab imo vngue ad medium vſque folium ſparſis.*

15. *Flore ſimplici candidiore, non valde decima tertiæ tenuifolia Anemonidi diſſimili. Radice diuerſa longè, à prioris radice nullos ſpargens in latera anfractus, ſed coacta & tuberoſa.*

16. *Simpl. flo. ſanguineo ſaturato & eleganti, vnguibus magis ſaturis, albicantibus tamen venis diſtinctis.*

17. *Pedalibus caulibus; multifidis item folijs; flore multum amplo ſecundæ Anemones Tenuifoliæ pari, ex atro ſanguineo rubente, ſericei panni villoſi cocco tincti æmulo, & imâ parte iuxta vngues ſplendente.*

18. *Fl. ſimp. externè breui lanugine pubeſcente, dilutè rubeſcente; internè vero coccineo valde diluto; vnguibus albis & amplis.*

19. *Flo. ſimp. ſexuncialibus folijs extimâ parte orbiculatis conflato, ex ſanguineo & coccineo amæno dilute rubente; vnguibus albis, veluti argenteis, amplis.*

20. *Variat à ſuperiore folijs & caulibus dilutioris viriditatis: flos item maior, ſimplex, ſanguinei coloris, infectus Coccineo & ſanguineo medio colore: albicantibus vnguibus, minoribus quam in ſuperiore.*

De hiſce differentijs plura in Plantarum Illuſtrationibus.

FINIS.

Londini, typis Purfootij, 1605. impenſis authoris.





MATTHIÆ DE L'OBEL

BALSAMI, OPOBALSAMI, CARPOBALSAMI, & XYLOBALSAMI cum suo CORTICE EXPLANATIONES & COLLECTANEA.

Clarifs. & amicissimo V. D. C. Clusio, Botanographo pernobili, Beneuolisque lectoribus.




QVamuis complures Medicamentorum compositiones, cùm Priscorum, tùm Nuperorum Posteritati, beneuoli lectores, scriptis mandarunt; multas tamen degeneres, legitimæ Materiæ Medicæ Simpliciúmue Medicamentorum longâ & crassâ ignorantiâ deperditas, & magno mortalium detrimento deprauatas, compertum est: Quapropter Medicos & Medicamentarios amicè monuimus, vt diligenter in Componendorum Medicamentorum ratione & Simplicium cognitione se exerceant; & huius sententiæ* Dioscoridis recordentur: *Quod autem (inquit) necessaria sit Medicamentorum ratio, nemo est fermè qui ignoret; quod ea & toti arti coniuncta sit, vniuersisq. eius partibus efficax administret auxilium: Quare per Medicamentorum Compositiones atque misturas, & facta in morbis pericula extendi, & experimentum capessere potest, quàmplurimum conferente singulorum Medicamentorum cognitione.*

* In Præfatione.

Verùm imprimis curam impendere oportet, vt suis temporibus singula & demetantur & & recondantur: certè pro horum ratione aut valent viribus, aut euanido, nulloque munere funguntur. Serena igitur cœli constitutione demetenda sunt. Magni siquidem refert inter colligendum, si vel squalores vel imbres infesti sunt: quemadmodum si loca, in quibus prodeunt, cliuosa & ventis exposita sint, & perflata, frigidaque & aquis carentia, in his locis vires longè validiores: Contra, quæ in campestribus, riguis & opacis. &c. Proinde rationi consentaneum, Reipub. vtilitate, fore duximus, dilucidas succinctásque Simplicium Medicamentorum explicationes STIRPIVMQVE ADVERSARIA & eorum alteram partem, ad solidam Materiæ Medicæ cognitionem MEDICAMENTORVM COMPOSITIONIBVS annectere.

Perge tu quoque (Clusi amicissime) pensum laboris senilis peragere, fœliciter Medicam Materiam pertractando, qui, si quis alius, istud ipsum vtilissimum & amœnissimum studium promouisti, deperditámque Mortalium dispendio, Sapientissimi Salomonis vniuersam Plantarum Historiam, suo nitori cum plerisque alijs doctissimis V. restituere connixus es. Quod si plures huius artis peritiores & politiores nobis præsidio essent, & vnusquisque Simplicia Regionum suarum annotaret, longè plura assequeretur posteritas. Vterque sanè Bauhinus fratres delectissimi Botanographi & D. Medici Clarissimi, bonam operam collocarunt & benemeriti sunt. Si autem acerbior cum

Rondelletio præceptore in carpendo huius nostri seculi absurdissimas fallacias, ineptias & portenta fuerim; ignosce mihi & boni consule, cùm integro viro permolestum sit hæc perpeti: non possum, enim non, cùm Hippocratis Priscorúmue, tum huius nostri seculi calamitates pijs lachrymis deplorare, cùm videmus in nostris Septentrionalibus & gentis sociæ regionibus hodie nobilissimam Diuinamque artem Medicam, cum omnibus partibus suis; iniquis, impijs delictis & Arcadicâ asininâ perfrictæ frontis ignorantiâ, maximâ mortalium & funestissimâ clade pessundatam & deperditam, ouantemque Medicastrorum, sceleratorúmque empyricorum famelicam & histricam hodiernam turbam. Prædixit autem ante obitum bonus ille Rondelletius cùm primum ciuile bellum diris deformitatis exemplis, per Gallias grassaretur, omnia ad improbam summámque barbariem peruentura, cum Academiarum, Artium, syncerorumque hominum, perhumanorum, officiosorúmque studiosorum vastitate.



In libellum Matthiæ L'Obelij de Balsamo, Cinnamomo, Cassia.

Euge! Palæstina rursum de stirpe triumphat
L'Obelius Medica lux noua familiæ.
Ensibus ereptum fruticem in Capitolia Victor
Transtulerat quondam Dux Titus, Orbis Amor:
Noster at Auroræ spoliato Ductor ab Orbe,
Quò tulerat rapidi feruida vis animi,
Balsama, Cinnameos, regalia munera, surclos,
Atque alia antiquâ nocte sepulta refert.
Pugnatum pro stirpe fuit: de stirpibus istis
Confligunt Medici, victor at vnus ouat.
Inuide parce truci violare hæc dente trophæa;
Vulnera sanabit, qui fluet inde, cruor.

Rapha. Thorius Doct. Medicus.



Hexastichon
In laudem & honorem Cl. & celeberrimi viri D. D. Matthiæ de L'Obel.

Balsama quæ quondam solus videt accola Nili,
Vnde Britanne tuo sunt patefacta solo?
An Natura vices mutauit, & inde recedens
Contulit ad sedes dona benigna tuas?
Erras. Lobelio debetur gloria, qui quod
Externum fuerat, nunc facit indigenum.

Hen: Ellenberger, Chattus. F.

Priscorum BALSAMVM *Iudaicum, Aegyptium; Officinarumque Carpo-Balsamum & Xylo-Balsamum.*

Mollis arboris frondes nullis incisuris divisæ: Frondis item parilitas, cũ racemolo fructu & vnius acini magnitudine, nec non Flosculorum delineatione.



Mollis lutcoli Flosculi.

Mollis nouellæ trimestris plãta aut quadrimestris, folijs serratis effigies.

Balsamum Græcis & Latinis vocatum, arbusculam odoratissimam, vni terrarum Iudææ (in valle Hiericontis & Aegypti Memphi ciuitate, quam Cayrum vocant) oriundam Theophrastus, Dioscorides, Plinius, & nonnulli antiqui affirmant: Hodiè tamen liquidò constat, neque Iudæã neque Aegyptum esse Balsami arbusculæ spontaneum, natiuumq́; solum, siue Iudææ & Aegypti indigenam, sed inquilinam factam, cuius quippe olim multæ plantæ è Mecha, Arabiæ fœlicis oppido in Aegyptũ translatæ. Quamuis multi hodiè Græcorum Balsamũ nuspiam in naturæ ditione extare suspicati sint; quod mutilè & variè literis à Græcis prodatur. Dioscoridem monuimus in nostris stirpium aduers. vires meliùs quàm stirpem notam habuisse; eoque ab Aegyptijs potiùs & Arabibus, quàm à Græcis Balsami arboris cognitionem petendam, quibus auditione, non inspectione agnitam fuisse verisimile est, vt ex varia à varijs scriptoribus historia colligere quisque potest; de qua hic aliquid differere operæ-pretium duximus; quia eius partes *Opobalsamum*, *Carpobalsamum* & *Xylobalsamum* cum suo *Cortice* in nobilissima antidota recipiuntur, quæ tam pretiosa olim & rara fuere, vt pondus duplo rependeretur argento, Theophrasto, Dioscoride & Plinio testibus. Non inter eos qui de materia Medica & Cosmographia scripserunt satis conuenit de Balsamo. Alij arbori modicæ, alij Viti, alij Myrto, alij Terebintho, alij Piceæ humili, alij Lycio, alij Cytiso, alij Leucoio, alij Punicæ malo assimilarunt: quid certi statuere possemus in tanta rerum ambigua diuersitate arduum est: non verebimur tamen quæ ex melioribus classicis authoribus, præceptore Rondelletio in Monspeliensi schola alijsque peritissimis nostri æui viris olim collegimus, in medium adferre.

Balsamum omnes in Iudæa prouenire vno ore affirmant. Plinius vni terrarum Iudææ Balsamum concessum prodit, qui eius descriptionem ex Theophrasto & Dioscoride quadantenus mutuatus videtur: *Quondam* (inquit) *in duobus tantùm hortis, vtroq; regio; altero iugerum viginti, non amplius; altero pauciorum.* Strabo id asserit dum ait, *Hiericus est campus à montana quadam regione circundatus, qui in theatri speciem ad ipsum declinat. Hoc in loco est Palmetum Palmis abundans, spatia centum stadiorum, & totum irriguum & habitationibus plenũ, vbi & regia est, & Balsami viridarium. Arbor est odorata siue aromatica & fruticosa, Cytiso & Terebintho persimilis. Eius corticem scindentes aut vulnerantes, succum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem; susceptus autem in conchis coagulatur. Is capitis dolores & suffusiones oculorum incipientes & hebetudinem mirificè soluit; quare pretiosus li-*

quor est, &c. Alibi etiam nasci tradit Balsamum, cùm scribit: *Et apud Sabeos, Thus, & Myrrha, & Cinamomum nascitur; in ora etiam Balsamum, & quadam alia planta odorata.*

Ex Dioscoridis lectione, an Balsamum arbor sit, aut frutex ambigitur. *Balsamum* (inquit) *arbor est magnitudine Leucoij siue violæ albæ, vel Lycij, vel Pyxacanthæ.* Non videtur legendum Λευκοῖν, nam quis herbam vix cubitum vt plurimum superantem Lycio conferret? Lycium spinosus frutex est, tricubitalibus ramis aut longioribus; igitur non comparandum Balsamum cum Leucoio: ad hæc Theophrastus Malo Punicæ æqualem facit; (alius Piceæ humili.) Plinio proceritas intra binos cubitos subsistit; proinde hæc particula Leucoij expungenda videbitur, vel pro λευκοῖν, κυτίσου legendum; nam Cytiso comparat Strabo, cùm dicit: *Ibi est regia & Balsami viridarium: arbor est aromatica & fruticosa Cytiso & Terebintho similis; eius corticem findentes succum suscipiunt in vasis.* Quod si quærat aliquis, quomodo Cytiso & Terebintho æquale esse poterit? Respondemus, Balsamum magnitudine æquale Cytiso; fructum Terebintho, vel si mauis Terebintho similem; non magnæ sed paruæ æquari poterit: multæ enim sunt Terebinthi species. Locus integer erit, si quis legat Cytiso, aut Lycio, aut Pyxacanthæ, non Pyracanthæ, cuius nulla mentio apud antiquos. In Auicenna *Visci* legitur pro Λυκίου, vt forsan apud Plinium pro *Vite* legendum *Lycij*, vbi ait, *Quippe viti similior quam Myrto*, quod meritò legendum videtur, quia Lycio similior quàm Viti: quanquam possit sic interpretari, si dicamus Balsamum cultu præ se-ferre Vineam: Balsameta enim siue Balsami arboris syluæ amputantur vt Vites, & earum more coluntur, vt Iustinus annotat Trogi Pompæi historia fretus, qui eas *Piceæ arbori* (quod mendum codicis meritò multi docti suspicantur, quia Picea non est Viti similis, neque Vineæ modo colitur) comparauit: dicit autem, *Putantur vt Vites rastris* nitescunt; multas virgas mittunt quas tertio aut quinto anno amputant.* Quanquam viti similiorem quàm Myrto dicit Plinius, & ab alijs malè descripiam monet; non tamen Viti folio similem facit, quia paulò post folio Rutæ esse asserit. Illud idem Theophrastus literis prodidit; *Folium* (inquit) *Rutæ simile: candidum tamen, perpetuò virens:* folia enim Rutæ similia sunt, præsertim extrema tria. Pausanias folia habere *Sampsuchi* ait; id quod Balsamo minimè reclamat, quia folium Sampsuchi aut Amarici satis tenue & paruum est, instar Rutæ, sed candidius, quem ob candorem Sampsuchi folio comparauit. Ex supradictis satis patet Balsamum Aegyptium folijs Rutaceis esse, præsertim ternis extremis foliolis. Ex recentioribus vir fide dignus, reique herbariæ peritissimus, Mathiolomastix Melchior Guillandinus piæ memoriæ, horti-Medici in schola Patauina præfectus, Anno salutifero à partu B. Virginis 1563. & 1564. nobis illic commorantibus, hæsitabundis & suspensis in tanta opinionum de Balsamo ambiguitate, assertione scrupulositatem soluit, Balsamum se vidisse inquiens in Syria & Aegypto, *folijs & facie Iasmini, sed aspectu deforme:* quale iamdiu in nostris stirpium Aduersarijs præcisè dedimus: quæ cum suprà traditis, tum mox dicendis ex Petri Bellonij de Balsamo obseruationibus minimè pugnant: qui *Balsamum folijs viridibus Lentiscinorum foliorum modo formatis, vtrinq; in neruo natis esse ait, vt in Rosarum vel fraxini, vel Iuglandis folijs videre est: Ciceris tamen magnitudinem foliorum non excedebant: extremum autem foliolum reliquis maius est, facto etenim ab illo progressu: reliqua sensim minutiora fiunt, vt in Rutæ folijs; quæ degustata, facultatis nonnihil adstrictoriæ esse comperimus, pinguisq; aliquantulum saporis atque aromatici: ramulorum autem cortex his odoratior est. Gemino cortice præditi sunt ramuli, extimo foris subrubente, qui vt membrana, intimum viridem operit. Is gustatus inter Thus & Terebinthi folium sapit, Saturciæ syluestri sapore simili, admodum grato, atque digitis tritus Cardamomum olet: ipsum lignum candicat, odorisq; & saporis expers est, non secus atque aliud vtile lignum. Ipsius virgæ rectæ sunt & graciles, rarisq; foliorum alis sparsim & confuso ordine nascentibus obseptæ, quæ ternis, quinis aut septenis folijs constant.* Apprimè etiã quadrat cum Bellonij animaduersionibus Balsami Aegyptij, à Claris. D. Prospero Alpino historia graphicè delineata, quàm hîc præcisè oratione subdam, ne verborum aceruus & apparatus lectori tædiosus, maior sit quàm res ipsa. *Balsamum* (inquit) *arbuscula est ab Arabiæ antiquis medicis Balessan vocata, quæ crescit ad altitudinem Hannæ vel Cytisi, folia paucissima gerens Rutæ proxima non tamen ijs candidiora, vt Dioscorides docuerat, sed potius colore viridi subalbido, perpetuoq; virentia. Eius lignum gummosum leuéque apparet, colore exterius subnigro, cuius ramuli eodem colore conspicui sunt, longi, recti, graciles, paucis folijs inordinatim refertis foliaq; simul terna, aut quina, aut septena, alæ adnata, aliqua pacto etiam Lentisci foliorum æmula. Ramuli odorati sunt, gummosi, digitisq; contrectatis eis tenaciter adhærentes. Flores fert paruos albos Acaciæ proximos; ternos singulis alis appensos, quasi in vmbellæ formam; summè odoratos, è quibus semina promanant flaua, folliculis nigris subrubescentibus contenta, valde odorata intusq; humorem flauum melli persimilem habentia: sapore subamaro parumq; acri, linguam ferentia, Opobalsamumq; redolentia; Terebinthi fructuum figura & magnitudinis æmula, extrema aculeata, & medium*

** Alij legunt nitescunt, sed perperam.*

Hannæ, id est, Ligustrum Aegyptij. Hanu & henne Arabib. Cicer interpretatur Matthæus Sylvaticus in Synonymis. Ciceri Guillandinus folium comparauit.

crassum

crassum obtinentia. Horum quilibet trium neotericorum qui nostro æuo Iudæam, Syriam & Aegyptum peragrarunt liberè vno ore, tanquam oculati testes, Balsamum arbusculam esse folijs Rutæ, aut Lentisci, aut Iasmini profitentur; quod minimè Theophrasto, Dioscoridi & Plinio repugnat, aut refragratur. „

Quinetiam cum à fructibus arborem cognoscere contingat, Balsami fructum, Carpobalsamum vocatum, quale sit sedulò inuestigandum, cùm eo frequenter vtamur, tum etiam sæpè adulteratum ad nos deuehatur, quod nullo pacto dignosci poterit, nisi legitimi exactissimâ cognitione habitâ; cuius fidissimus testis est Theophrastus lib. 9. cap. 6. de historia plantarum; qui fructum Balsami Terebinthi fructui, tàm colore & odore, quàm magnitudine æquat, Nec sat est Carpobalsamum nosse, sed etiam operæ-precium duximus examinandas & dilucidè diluendas siue declarandas omnes Balsami partes, vt legitimæ à spurijs secernantur, & earundem facultates & energiæ exactissimè comprobentur. Dioscorides *Opobalsamum probat recens, odore firmo aut valido, syncerum, non ad acorem vergens, dilui facile, lene, astringens, ac modicè mordens gustu; laneæ vesti infusum, maculæ vestigium non relinquit; lactis iniectum, ipsum coagulat; aquæ aut lactis immissum celerrimè liquatur, & lactis modo albescit. Fructum verò mediocriter Opobalsamum spirantem, flauum, plenum, grandem, ponderosum, gustu mordentem, & feruentem in ore.* *Carpobalsam.* „ *Opobalsami delectus.* „ „ *Carpobalsami delectus.*

Opobalsami parandi rationem docet Dioscorides his verbis: *Aestiuis sub ortu canis feruoribus, arbos vnguibus ferreis inciditur, manatq́; è plaga succus, quem Opobalsamum vocant.* Antiquitùs vulnerabatur Balsami arbuscula ferreis instrumentis ad vnguium similitudinem paratis, Theophrasto & Dioscoride testibus: sed quia visum est plantam ferro lædi, iam Plinij temporibus cœperunt vti vitro, lapide, vel osseis cultellis ad corticis incisionem. Sed cur *ferro lædatur* inuestigandum, ne superstitiosè à Plinio scriptum id videatur. In ferro latet venenum aliquod, quod si edueatur de potentia ad actum; certè vires suas manifestat, & in eas res quas secando tangit, venenum immittit. Hoc euenit rebus quæ insignem acrimoniam, vel tenuitatem partium habent, quæ per abditissimas siue altiores gladij aut cultri partes permeat, vt in Scilla videmus, quam non cultro ferreo, sed arundinaceo vel ligneo diuidendam præcepit Nicolaus Propositus, quia corrumpitur vel venenifera magis nocuaue siue nocentior euadit ferreo cultello secta: simile quid Xylobalsamo euenire potest. Panis & alia minus aeria in quibus Scilla coqui solet, huiusmodi incommoda è profundis educendo, inferre nequeunt. *Thus atque Myrrham etiam sub Caniculæ sydus æstuosissimis diebus incidi referunt, sic & Balsamum quod in Syria nascitur.* Qùo tempore partes arborum magis trahunt, & minus aqueæ substantiæ continent; plus autem resinosæ aut oleosæ, quæ facilius fluit è vulnere ob aëris ambientis trahentisq́; robur. „ *Theophrastus* „ *Radicis et arr Pæoniæ commodissimum effodiendæ tempus.*

Plinio lacryma in musto, id est, recenti ploratu, candida est; rubescit deinde simulque durescit è translucido. Loquitur de gutta Balsami recenter collecta, quæ mustum vt vinum nuper ex Vuis expressum, per quandam similitudinem dicitur, quo tempore succus Balsami candet, & vestes laneas non inficit.

Diosc. Validi odoris siue firmi.] Illa dicuntur odore firmo, quorum odores perseuerant, & diu in suo odore perdurant; nonnulla namque etsi odorem fundant; non tamen durant, flaccescuntq́; eorum odores, & citò euanescunt.

Diosc. Dilui facilis.] Græcis in exemplaribus varia est hæc lectio. Alij εὐδιάχυτος cum Ruellio & Marcello legunt, qui citissimè penetrat, facilè diluitur; quæ lectio rei ipsæ minimè quadrare videtur; cum Balsami succus vt oleum pinguis, & tenaci lacti, Strabone authore, similis sit. Oleum pingue difficilè diluitur ob lentorem viscidum, neque facilè miscetur, quia dilui non potest. Alij autem vt rei meliusculè conueniat εὐδιαίρετος, quod facilè scissilis, penetrabilis, pellucidus, & facilè diuiditur, vertunt. Vetus interpres serenum interpretatur, qui εὔδιος legisse videtur, Serapionem sequutus, quem εὐδιάλυτος, id est, facilè solubilem legisse autumant, nam ipse interpretatur velocis resolutionis. Marcelli verò versio recipienda videtur, quia maximè cum Balsamo partium tenuitate conuenit: Quod etiam à Plinio tenue dictum est; multoq́; magis etiam ab ipso Galeno, lib. 7. Simplicium, qui Dioscoridem tacitè reprehendit, cum dicit, *Balsamum desiccare & calfacere secundo excessu: est autem tenuium partium adeo vt oderatum fit: sed liquor eius subtiliorum etiam partium est quàm planta: non tamen adeo calidus, quam quidam existimant, tenuitate partium falsi.*

Diosc. Lene est.] Leue dicitur ob partium æqualitatem, & similitudine quadam, vt puri & sedementi leuis & æqualis.

Diosc. Astringens & modicè mordens gustu.] Aliqua vi astringente cum sua partium tenuitate & modica acrimonia præditum est, qua modicè linguam mordet & vellicat. Plin. lib. 12. cap. 25.

Lachrymæ probatio, vt sit pinguis, tenuis, modicè ruffa, & in fricando odorata. Et paulò post eodem Plinio, *lenis esse debet, non subacida, odore tantum austera*.

Sed variè vitiatur.] Adulteratur multifariè siue multis modis, vt vertit Marcellus: siquidem *aliqui vnguentum miscent*. Hic χρῖσμα vnguentum vocat: quod de oleis odoribus leuiter inspissatis intelligendum; quale etiam est illud *Oleum sanctum Chrisma, Sacramentum*, ab ipsis Romanis Catholicis Sacerdotibus vocatum & concinnatum, quo in hunc vsque diem vtuntur in celebri extremaq; illa pedum vnctione hoc orbe in patriam cœlestem migrando properantium, vti monuimus in nostris Teutonicis Stirpium obseruationibus. Quare hic per χρῖσμα intelligere est, quod vnguenti modo corpori illini potest.

» *Vitiatur ab aliquibus mixto Terebinthi, Cypri, Lentisci, Balani vnguento, item Susino, Metopio,* » *melle, aut Cypria cera liquida.*] Videtur legendum Cyprio aut Cyprino Terebintho, quia Terebinthum etiam in Cypro prouenire ait Dioscorides, & hodie adhuc Terebinthina Cypria omnium præstantissima vbertim in vsus medicos Venetias defertur. Ergo adulteratur Opobalsamũ legitimo Terebinthi Cyprij liquore, cuius in nostris stirpium aduersarijs meminimus; vel oleo ex fructu Lentiscino expresso, cuiusmodi etiam hodie Montispessuli & in Hispania ad fucum & alios vsus » varios paratur. Variè etiam adulterabatur apud Plinium; vt *suo semine, oleo Rosato, Cyperino, Len-* » *tiscino, Balanino, Terebinthino, Myrteo, resina, galbano, Cera Cypria & maximè Gummi*. Has vitiati Opobalsami notas varij variè legunt & interpretantur: alij autem sic habent; *miscent & ex Myrto Ligustroue Ceram liquidam subigentes:* Cornarius Ceratum *Myrteum, aut Cyprinum liquidum & lene* legit; Hermolaus verò *Ceram Myrteam, aut Cypriam liquidam* bene subactam. Sed cùm » nulla sit Cera Myrtea, aut Cyptia; cum Cornario & Marcello *Ceratum Myrteum & Cyprinum* » *liquidum, & bene leuigatum vel subactum* legendum videtur. Serapionis interpres sic vertit: *illis ad-* » *miscent Mel & Ceram, aut oleum Myrti, aut Alcannæ donec subtilisetur multùm, & agitant forti-* » *ter miscentes, quousque non appareat Cera*. Ad molem augendam Ceram & alia commiscebant; Plinius *Ceram Cypriam* habet, & fortè quia cum pinguis sit, facilè miscetur, & induit olei pinguis siue Balsami speciem. Hunc liquorem quia in pretio est, etiam nostri æui mangones, odoratis stillatitijs densatis, collectaneisq; oleis adulterare solent, vt pluris vendant. Quidam oleum ex Hyperico inspissato gummi Elemni & Styrace vendunt, quod ex colore & odore deprehenditur. Alij puriorum Styracis liquidæ laticem, alij Craniam, alij Copam-Iuam Indotum & consimiles inuitè obtrudunt & supponunt liquores. Alij succum Myrrhæ ex arte paratum pretio distrahunt pro vero Balsamo, cum eiusdem sit facultatis, partium tenuitate exceptâ: sed venditio hæc ementita plus pecuniæ ab harum rerum imperitis emungit, quàm res ipsa valet. Huiusmodi varia Pseudo-Balsami genera synceri antiquorum Opobalsami varias dotes & pollicitationes omni sui parte (ne aliqua dicam interna) neutiquam explere videntur.

Terebinthina Cypria.

Myrrhæ succus siue Myrrha Stacte Opobalsami succedaneum est, vt alibi diximus.

Opobalsamum succedaneum.

Diosc. Quod maleficium facile deprehenditur; namque merus in laneam vestem fusus, neque maculam facit, neque si eluatur notam relinquit. Non adulterati Opobalsami est, neque maculam facere, neque si eluatur notam relinquere, siue vestigium vllum, quod vitiatum facere solet, vt postea mox subdidit, *Vitiatus inhæret*. Cur non inhærescat Picis aut resinæ modo, facit tenuitas partium: crassities autem remanet, & maculam siue vestigium relinquit.

Diosc. Si eluatur, notam siue vestigium non relinquit. Quod de simplici ablutione intelligendum videtur, in qua Oleum & Resina & Lacrymæ vestigium relinquunt, nisi bubulo felle, vel argilla ex aceto, vitello oui & butyro, vel Saponaria herba aut Strutio antiquorum, quo delentur maculæ omnes, additis, sed non simplici ablutione aquæ aut lixiuij.

Diosc. Lac instillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Alia succi probatio est, quod si lacti instilletur & agitetur, ipsum coagulat & inspissat vt Gallium, flos Chameleontis Monspeliaci vocati; fortè ob horridas spinas, & coagulum ipsum; hoc autem præstat calore proprio aut aliqua natura propria, qua casei congregat substantiam & aqueam separat.

Diosc. Adulteratus non efficit. Id efficere non potest, nisi quis adulterare velit illis rebus lac coagulantibus; vt succo Gallij aut lacte Ficulneæ arboris. Lac Ficus perciperetur minùs, quia lentescit etiam in aquam missum.

Diosc. Quin etiam syncerus in aqua, aut lacte celerrimè liquatur, coloreq; lactescit.] Syncerum Opobalsamum ob tenuitatem partium facilè permiscetur toti substantiæ lactis aut aquæ, quod adulterato aut Peruuiano compacto negatum est, quæ immixta in aqua subsidunt.

Lactescere dicuntur, quæ lactis colorem referunt, vt lac Tithymali, Scammonij, Ficus, Mori, & consimilium.

Diosc.

Diosc. Vitiatus verò olei modo innatat, se conuoluens, aut in stellæ modum diffundens. Quod adulteratum oleo antiquo, innatat olei in modum; oleum ob aëream leuem substantiam aquæ innatat. Se *conuoluens*, siue vt alij volunt *in orbem contrahens* aut densans : nihil aliud designare videtur, nisi quod gutta rotunda permanet, hoc est non diluitur neque distrahitur vel miscetur aut confunditur, vt syncerus qui citò liquatur lactescitq; aut in stellæ modum diffunditur. Marcello stellæ modo radiatur, splendescit; à verbo διαχέω, quod tamen diffundere, dissipare, spargere, & resoluere significat.

Diosc. Syncerus tempore senescens crassescit deteriorq́; redditur; id est. Qui syncerus & purus est (vt Græcè sonat) tempore crassescit, absumptis quippe tenuibus partibus, arescunt solida, & humida crassescunt, vt mel & oleum; siue igne aut temporis cursu, longæue mora, aëre semper & continuò in ea agente. Huiusmodi crassum Opobalsamum, legitimæ Terebinthinæ Cypriæ veteris siue vietæ aut resinaceorum liquorum instar densatum seruamus in musarum thesauris, glebæ Benzoini ferè concretione, sapore acri & colore fuluo, masticanti, vt Mastiche, lentescente. Sed quæritur cur Opobalsamum antiquitate deterius reddatur? in causa est, vires cum tenui substantia resolui, eóque minùs efficax; quam ob causam recens præfertur antiquis: quare in hoc maximè vulgus hallucinatur, qui quò antiquius est, eò melius opinatur.

Diosc. Hallucinantur qui aqua concretum pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum supernatare. Vulgi probationem improbat, qui optimum Opobalsamum ex eo iudicat, quod concretum deorsum rendat & in aqua subsidat : quod si baculo distrahatur aquis innatat, rursus ima perens. Sidit illud Peruuianum quod Hispani ad nos deferre solent, sed rursus non innatat.

De Xylobalsamo & eius delectu.

E *Ligni genere, quod Xylobalsamum vocant, probatur recens, sarmento tenui, fuluum, odoratum, quadantenus Opobalsamum spirans.*] Hic de summitatibus & surculis succulentis, vegetis & viribus efficacissimis, quas pro succo substituere solent Pharmacopæorum officinæ, tradit; non de caudicis ligno, quod manifestè nota illa sarmenti tenuis explicatur.

Illud ipsum comprobat Plinius, *qui & sarmenta* (inquit) *quoque in mercede sunt* D.CCC. *amputatio ipsa surculusq́, venit intra quintu demum annum, Xylobalsamum vocatur, & coquitur in vnguentis. Pro succo ipsum substituêre officinæ.* Tenuia sarmenta sunt, quia quinto quoque anno demetebatur coma, in qua, prima bonitas non nouissima, vt perperàm in Plinio legitur.

Odoratum quadantenus Opobalsamum spirans. Non contentus Dioscorides odoratum dixisse Xylobalsamum, sed addit parum tantum spirare Opobalsamum debere, ob substantiæ crassitiem.

De Carpobalsamo.

N *Ecessarius etiam seminis erumpit vsus.*] Quia vsum Carpobalsami necessarium esse ait, eius delectus faciendus, vel tale quale describit Carpobalsamum eligendum, cuius vsus, succi siue Opobalsamu penuria, necessarius est, sicuti ritè in Theriaca, fructu, ligno & succo, ob efficaciam medicamenti aduersus venena, vti oportuit : tanta est eius vis vt odor solus Viperas enecet. Viperæ illæ quæ in Balsametis aut Balsami syluis vitam degunt, innocuæ sunt. Nemini igitur mirum, si omnes Balsami partes hodiè & antiquitùs in frequenti vsu fuerint; sed mirandum & dolendum plerosque cæcutientes medicos & pharmacarios nescire quid sit, aut qualia esse debeant Balsamum eiusque partes Opobalsamum, Carpobalsamum, Xylobalsamum, cum suo cortice, Cinnamomum, Cassia, Ammomum, & perquam multa alia, quibus indies vtuntur & abutuntur; quos hæc doceri serò pudet, & sedulò ad amussim discere oderunt, arduique laboris tædet; qui maledicum os potiùs comprimere deberent, quam hanc vtilissimam & necessariam Medicinæ partem discendi cupidis æqui & veri amantissimis, dissuadere, & tanquam inutilem proferre. Præscribunt enim singulis momentis Hyeram Galeni; sed nunquam quidem viderunt aut norunt ex quibus probisne an malis simplicibus medicamentis parari aut confici debet. Illis hæc commissa etiam cæco & auato pharmacario, quò vterque incidat in foueam, sufficit. Similes sunt eis, qui decalogum & fidei articulos addiscere nolunt, sufficereque aiunt, modò illorum bonus pastor seruet ouile. Proh dolor! facinus indignum! quàm mera impostura, Carpobalsamum, Xylobalsamum, & consimilia multa in quotidianis compositionibus Medicamentorum, nobilissimaq; illa Hyera picra, siue sacra amara, omittere & negligere? Dioscorides.

Sed de his satis, aliàs latius: redeamus vnde digressi sumus, quia notissimum huius procacis & inuidiosæ ætatis malos probis infensissimos hostes; ignauos & ignaros, sedulis & doctis insidiari & æmulari, veritatémque odium parere.

Diosc. Quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum. Flauum colore laudatur dum recens est: fuluum euadit præ nimia maturitate.

Plenum præfertur, quia illud quod inane est, Terebinthi fructui immaturo assimilatur, & fortè idem vt multis doctis persuasum est, quo adulterabatur olim, & hodiè adhuc vitiatur fallaci sophismate.

Ponderosum. Hæc nota necessariò præcedentia sequitur; quæcunque enim plena sunt, grauiora siue ponderosiora & meliora sunt, quia magis farcta medulla: semina verò inania, leuia sunt.

Diosc. Mordens gustu, feruens in ore. Masticatum linguam mordet & calfacit, quod non præstat Terebinthi semen, quia minus acre & inefficacius. Si feruens est Carpobalsamum, cur dicit cognosci aut coargui adulteratum Hyperico Petreo, virium ignauia, sapore Piperis. Sapor Piperis virium ignauiam non refert; quare videtur non sufficere illos fructus esse feruido sapore vt Piperis, sed Opobalsamum odore imitari debere, vt sequitur.

Diosc. Modicè Opobalsamum olens. Hoc etiam de Xylobalsamo dictum est, quod parum Balsamum oleat; nunc quoque dicit semen moderatè, magis quàm lignum, non tamen insigniter Opobalsamum olens. Hic locus ex diametro pugnat cum Theophrastro, qui de fructu agens dicit: *is admodùm odoratus est & magis quàm lacryma.* Possumus hæc pugnantia hoc modo conciliare, si dicamus aliud magìs redolere & moderatè Balsamum spirare: fieri enim potest, vt semen odoratius sit lacryma ipsa; sed alio odore quàm succus, tamen aliqua ex parte Balsami odorem referre. Si loquamur de odore Opobalsami, dicemus semen moderatè succum odorari, quemadmodum Xylobalsamum, Ruellio interprete, *odoratum est, & quadantenus Opobalsamum spirat.*

Diosc. Et suffitu, vti Blattæ Bizantiæ, siue Vnguis odoratus *ad muliebria vtile:* vtrumque enim
Diosc. cap. de Vngue odorato Vnguis odoratus & Carpobalsamum, Dioscoride teste, suffiuntur, cùm dicit, *ambo odoris gratia suffiuntur, sed aliquatenus Castoreum olent.* Huiusmodi quamplurima odore duplici donata sunt; quare Carpobalsamum ipsa lacryma odoratius est. Verùm lacryma mediocriter spirat odorem; alterius suauioris, potioris siue melioris ratione odoris.

Si quis aliam meliorem conciliaturæ rationem exhibeat, illi lubens cedam.

Diosc. Adulteratur semine Hyperico simili quod è Petra oppido defertur. Minimè semine Hyperico simili, quod à Petra defertur, aut Petreo Hyperico, vt Plinius ait, legendum videtur: nam quis non videt Hyperici semen, etsi resinosum sit, & resinam oleat, toto cœlo à Carpobalsamo differre, cuius dissimilitudo magna cum Hyperici pericarpio aut semine est? Igitur pro Carpobalsamo Hyperici semen rejiciendum, tanquam inane, nulla medulla præditum; continet enim in se semina minutissima; Balsami fructus maior est, & Terebinthi semini similis tam magnitudine quàm colore (vt Theophrastus annotauit): sunt enim colore fuluo ante maturitatem, nam matura cærulea, ob id qui Carpobalsamum Terebinthi semine admixto vitiant, quæstum & rem faciunt, Terebinthi semen pro Carpobalsamo distrahentes. Locus Plinij integer erit; si dicamus, *Petreo Terebintho adulterari.* Vtriusque dissimilitudo hæsitandi suspitionem auget, eoque Terebinthi potiùs, quàm Hyperici censerem esse legendum; nam quæ supponuntur oportet speciem & formam vel similem vim earum rerum habere pro quibus substituuntur: ob similitudinis vicinitatem aut proximitatem parùm exercitatos sæpè fallunt huiusmodi infinita. Oportebat enim olim & nunc quadam re magìs persimili Carpobalsamum adulterari, at similiori quàm Terebinthi semine non posset, quod vt diximus, tam magnitudine quàm colore simile est: medulla præditum est, dum maturuit præsertim, vt Carpobalsamum: resinam olet, & iucundissimo fragrat odore. Opinionem etiam maximè fonet Petrei Terebinthi, cùm Dioscorides capite de Terebintho, de eius resina differens ex Arabia Petrea deferri asseuerauerit: Prouenit etiam inquit in Iudæa, Syria, Cypro, Africa & Cycladibus insulis. Hinc omnibus apparet Carpobalsamum Terebinthi fructu adulterari posse, quemadmodum euenit hodiè, sed in hoc solùm differunt, quòd Terebinthi fructus immaturus inanis sit, minusque rotundus, & vtraq; parte magis acutus. Carpobalsamum verò medulla farctum, & quatuor angulis siue lineis præditum.

Diosc. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignauia, sapore Piperis. Hæc pars pugnare cum sequenti videtur: Quod si sit sapore Piperis. non potest ignaue viribus esse, sed efficax; quare fortè legendum *ἄοσμον*, id est, sine odore, vt Plinius legisse videtur: dicit enim *odoris ignauia, & sapore Piperis:* cùm ait esse sapore Piperis; adulterato semini conuenire nequit: Nam hic sapor

potiùs

potiùs Carpobalsami esse videtur, quia superiùs dixit, mordens gustu, feruens in ore.

Efficacissima vis inest succo & quam maximè calfaciens. Dioscorides primùm & ante omnia succum Balsami commendat, quòd efficacissimam agendi facultatem habeat, ob innatam partium tenuitatem, ipso fructu aut ligno multò potiorem aut efficaciorem. Subdit, *quam maximè calfaciens*; quasi velit illius summæ efficaciæ rationem reddere, & calidissimum tribuere feruorem.

Dicat quispiam cauillator Balsamum calidum & siccum esse excessu secundo Galeno; quomodo igitur gustu feruens & mordens erit? Dioscorides credidit Balsamum præsentissimas & primarias ad calfaciendum habere facultates, deceptus partium tenuitate, vt euidenter Galenus his verbis testatur.

Balsamum excalfacit & desiccat secundo excessu: est autem tenuium partium adeò vt odoratum sit: sed liquor eius etiam subtiliorum partium est quam ipsa planta; non tamen adeò calidus vt quidam existimant, tenuitate partium falsi. Porrò fructus eius persimilis genere facultatis est, cæterùm longè in subtilitate partium inferior.

Igitur ex Galeni sententia Balsamum quàm maximè non calfacit; sed manifestè tantum calfacit, non vehementer, idque in secundo gradu, nam quæ *ordine primo* calida dicuntur, obscurè calfaciunt, id est, non manifestè: quæ autem vehementer sine adustione calfaciunt, tertij ordinis proferuntur; & quæ adurunt, quarti ordinis denuntiantur. Sed si effectuum gradus metiamur, id quod calfacit vel refrigerat in secundo; refriegrabit vel calfaciet tantùm in primo, ob vires hebetescentes, labefactas & in transitu refractas. In Tabaci siue Nicotianæ descriptione diximus calfacientia vel refrigerantia cum partium tenuitate, citiùs & potentiùs agere siue suas exerere vires, vt Acetum & Alumen scissile efficatiùs, & citissimè constringere, ob summam partium tenuitatem. *Calida primo gradu, Secundo, Tertio, & Quarto.*

Sic Caphura nonnullis interseritur medicamentis, vt integra medicamenti vis in abditissima sua tenuitate citiùs permeet & perueniat, quæ alioqui à natura longa mora immutaretur & alteraretur. Idem de Opobalsamo & Iride sentiendū. Dioscorides omnes Irides calfacere ait, quod Aegineta sine aliqua gradus limitatione, docet; affatim siue abundè, inquiens calfacere, extergere & maturare tenui substantia. Intellexisse videtur ad secundum gradum, vt coniectura fert, quia sarcoticis annumerantur; quæ eiusmodi esse debent, & vltrà secundum gradum calfaciendo & siccando minimè excedere; ne materiam generandæ carnis aptam & necessariam absumerent, nisi superflua caro adsit: vt alibi proprio capite diximus. Alij ad secundum completum, vel initium tertij excessus, minimè quartum, vt D. Dodonæus credidit; quemadmodum de Rorida Solis herba vocata. Iridem sarcoticam cum Plinio dixit Auicennas; fistulas ac sinus carne replere, nudatáque carne ossa operire Dioscorides testatur. Fuchsio calfacit secundo excessu, & desiccat tertio. Quare Opobalsamum & similia medicamenta, quò celeriùs ad partem affectam transitum præbent, eò magis viribus suis asseruatis, & ferè integris, ad partem affectam perueniunt: quare efficaciùs vires suas exerunt, efficiendo id quod præstare debent, vt ciere vrinas & sudores, mouere menses, calfacere, refrigerare, humectare, siccare, constringere, & alia quæcunque facere nata sunt.

Diosc. Abstergit quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. Præter illam calfaciendi vim qua pollet, quæ pupillas oculorum obumbrant, abstergit: quod amarore quodam & partium tenuitate, quæ internam corneæ partem penetrat, præstat: non secus ac fel omne. Verùm quia vlcera detergere siue expurgare docet Diosc. dicemus cum Plinio in succo amarorem quendam inesse, quo extergit. Plinius oculorum claritati plurimum conferre ait, & caliginem discutere. Si pupilla quam κόρην vocant, quæ diaphana esse debet quia acies est qua cernitur, crasso aut terro vapore obruitur aut afficitur, speciem rei visæ ingredi non sinit, vel spiritus visorij penetrationem ad ipsius pupillæ illuminationem impedit. Tale symptoma ab aliquibus σκοτόμα, siue tenebricosa oculorum obscuritas vocatur.

Diosc. Medetur perfrictionibus vuluæ. Quia calidum est, tenuium partium & odoratum, quo gaudet vterus, perfrictionibus medetur. *Cum Cerato Rosaceo appositum*: intra vuluam intelligendū, pessarij modo ex hapso carpinato positus: sed dicit *cum Cerato Rosaceo*: quod rationi alienum videtur, quia Rosaceum ceratum tenuitati partium ex opposito repugnat: Dioscoridis tamen *Rosaceum ceratum* cum Schœnantho paratur. Serapio cum Cera & Oleo imponebat. Fortè Dioscorides Rosaceo cerato excipi voluit, quia existimabat efficacissimum & calidissimum medicamentum. Serapionis verba suspicionem augent, cùm dicit, *Aufert frigiditatem matricis, quando fit nascale cum eo & cera & oleo, repellitq́, secundinam & fœtum.*

Plinius

Plinius de hac facultate nihil, verùm hoc præstare expertæ sunt vetulæ, sed per se apponunt: quare non displicet Serapionis lectio cum *cera & oleo*, id est, cerato. Quod si quærat aliquis cur Ceratum Rosatum addendum iusserit Dioscorides? In promptu responsum, id ex arte factum esse vel fuisse, quia medicamentum efficacissimum est in parua quantitate: parua quantitas commodè adhiberi non potest, nisi aliqua substantia excipiatur; vt eius efficacior & effrænis vis temperetur, & ne plus iusto incalescat pars affecta impositi Opobalsami contactu. Hinc liquidò colligere licebit oleis stillatitijs Chymistarum, & ementitis Balsami liquoribus; non nisi alijs probè commixtis & temperatis vtendum esse; quia pleraque feruore & partium tenuitate lędunt, morborumq́; symptomata augent. Est enim in rebus omnibus modus optimus.

Horror. *Diosc. Horrores illitu discutit.* Legendum melius, rigores soluere videtur, quia in Græco ῥίγη habetur, sed horror sæpè pro rigore, & contrà rigor pro horrore supponuntur, quæ secundum magis vel minùs differunt. Rigor. Rigor fit cum maiore concussione in biliosis febribus; Horror cum maiore refrigeratione in quartanis compositis, vel ἠπιάλοις, id est, tertianis febribus imperfectis ad quotidianam accedentibus: Frigus. Frigus in quotidiana. Horrores, rigores & frigora Opobalsamum non secus ac alia calidiora, vt Rutaceum oleum, Anethinum, Elelisphacites, Abrotonites, è Castoreo, Irinum, ex Euporbio, è Piperibus, & similia, spinæ dorsi illitum soluit,

Diosc. Vlcera sordida expurgat & cruda concoquit. Aliquam detergendi vim habere iam diximus, cum pupillas detergere certum; sed sordida vlcera purgat facultate detersoria, & attractrice saniem è poris carnis attrahente.

Diosc. Vrinam potu ciet. Sua tenuitate partium.

Diosc. Ægrè spirantibus prodest. Crassa & cruda incidendo, & farcta reserando, concoquendo & discutiendo facilem respirationem reddit.

Diosc. Datur in lacte contra Aconitum haustum. Quia aduersus venena pollet, antiquitatis etiam experimentis, miscetur antidotis: lac veneni acrimoniam inhibet & mitius venenum efficit, cum sua antipathia Opobalsamum expugnet venenum, in nobilioribus antidotis miscetur: vt Dioscorides notauit his verbis, *Miscetur acopis, malagmatis & antidotis.* Vt videre est apud Galenum de Compositione Medicamentorum & de Antidotis.

Diosc. In summa, authoritas succo præcipua, secunda semini, minima ligno. Hæc ferè Plinianæ lectioni conueniunt, nisi quod quatuor partes statuit. *Præcipua* (inquit) *gratia lacryma, secunda semini, tertia cortici, minima ligno:* distinxit corticem à ligno. Vis medicamentorum est in succo, in quo igitur primaria vis; deinde in fructu: quia fructuum medullæ succulentæ sunt; tertia in cortice magis quàm ligno, quia odoratior & efficatior ligno.

Diosc. Semen commodè potui datur doloribus lateris. Semen Græcis καρπὸν vocatur, id est fructus: sed parùm refert si quis fructum vel semen dixerit.

Diosc. Pulmonum vitijs, tussi, ischiadicis, comitialibus. Pleuriticis, peripneumonicis, orthopnoicis, vertiginosis, vrinæ difficultatibus & torminibus mederi ait: quod intelligendum ad materiæ concoctionem, expectorationem & incisionem.

Diosc. Ac serpentium morsibus. Hic intelligendum, vt in Theriaces descriptione monuimus, venenosarum bestiarum morsibus. Nam Θηριόδηκτος venenosorum animalium morsum, aut serpentis ictum significat. Θηρία Medicis animalia venenata sunt, vt Vipera, Serpens.

Diosc. Ad muliebres suffitu perquàm vtile est. Quemadmodum Opobalsamum vuluæ perfrictionibus conuenit: sic & fructus ad vterinos morbos in suffitibus vtilis.

Vuluam aperit in desessionibus balneorum decoctum. Non solùm in suffitu, sed si decoquatur, & in decoctione sedeat mulier.

Humorem trahit. Id est, humiditatem superfluam expurgari necessariam, Græcis ὑγρασίαν vocatam.

Xylobalsami vires. *Diosc. Lignum easdem habet vires, aliquantò minores.* Partes eiusdem arboris videntur easdem habere vires, sed minores & succo inferiores, quia minus succi obtinent, plus crassarum partium. Igitur facultates astingentes terreæ substantiæ obtinebit, & cortice ipso inefficaciores.

Diosc. Ex aqua potum cruciatibus, torsionibus ventris, vulsis & venenatorum morsibus opitulatur. Hoc habere potest commune cum semine, *& vrinam prouocare.*

Diosc. Ad capitis vulnera cum sicca Iride conuenit. Quia potentiùs siccat, capitis medetur vulneribus, quæ siccitate egent summa.

Diosc. Squamas ossium extrahit. Squamas tenuia fragmenta ab ossibus ruptis vel corruptis vocat.

Omnibus

OMnibus legitimi Balsami partibus exactè perpensis, quæritur num alicubi adhuc reperiantur, aut nobis supersint Balsamum, Opobalsamum, Carpobalsamum & Xylobalsamum. Certissimè scimus Opobalsamum Arabicum aut Aegyptium in Europam deferri; sed Imperatoribus, Regibus, & Principibus tantùm, & in parua quantitate, quæ penuriam vel caritatem & paucitatem illius, cuiusmodi à priscis, Dioscoride, Theophrasto & Plinio, Guillandino quoque Prospero Alpino & Bellonio neotericis describitur, Indicat; eóque pondus hodiè duplo potiùs rependitur auro quàm argento. Eiusmodi genuini siue natiui Opobalsami quatuor vnciarum lagenulam diu sibi sedulò & preciosè custodiuit Clariss. D. GEORGIVS CARY Baro de Hunsdon, Carissimum & perinde nobilissimum eximiæ dotis Opobalsamum etiam vidi proximo Londinensi peramœno suburbano rure *Hackne* vocato, apud nobiliss. & honorificentiss. Virum, harum & omnium stirpium, simplicium, rariorumque Naturæ miraculorum studiosissimum & parentem benemeritum Dominum Baronem Eduardum Zouch, Constantinopoli ex magni Sultani ærario delatum in suæ peregrinationis reditu; quod etsi septenne, tamen diu colore suo diaphano, luteo pallido asseruato, permansit & perualuit; sapore magis amaro.

Legitimo & syncero Opobalsamo in illa sua absolutissima & exquisitissima Theriaces dispensatione, testimonio Veronensis collegij Medici excellentiss. approbata, vsus est D. Ioannes Ponã Veronensis Pharmacopœus peritissimus, cuius mihi copiam fecit, amicitiæ Symbolo; vt quondã perpiæ & summæ memoriæ, fecerat anno salutis 1 5 8 3. heros & herus Guil. à Nassau: Sed quia senescebat, densius reddebatur, & difficilioris solutionis, nisi igni admotum; id quod reliquis lacrymis commune est. Color aureus erat, & exquisitissimi suauitatis odoris, radicis Angelicæ quadantenùs. Veterascens rufescit, & tandem ex lucido nigrescit, deteriusque redditur: recens autem lactescit, & facilè diluitur, vt supra monuimus.

Peruuianum illud Officinarum Opobalsamum minimè syncerum, vt plurimùm putamus.

Carpobalsamum siue Balsami fructus vetustate exoleti, qui ad nos deferuntur, miscellanei siue promiscui sunt, ab aliquibus Terebinthi fructibus, quos ex Theophrasto Terebintho similes esse diximus, permixti; sed distinguuntur facilè; nam Carpobalsamum rotundius est, & semper medullà plenum, & quasi ex quatuor lineis vel angulis rugoso ligno adhærentibus. Tale sic pingitur à Serapione. *Carpobalsamum.*

Et granum quidem ipsius, quod nominatur Carpobalsamum, est granum rotundum ad longitudinem aliquantulum tendens, ac acuitatem in ambobus capitibus, in medio verò grossius, cuius color tendit ad rubicunditatem, & est plenum, mordens linguam mordicatione aliqua non multa, & quando frangitur, interius habet humiditatem similem melli, & eius odor bonus est.

Si quis eius generis Carpobalsamum recens non vietum nancisci queat, eo vti per nos licebit, cùm efficacia Carpobalsami dotibus conuenire videatur. Sed quia eiusmodi non diu in virium vigore perdurat; neque ad nos nisi vietum & exanimatum asportari solet; sanè longè malim *Carpobalsami speciem eximiæ odoris* fragrantiæ, gustus & efficaciæ aduersus venenatorum ictus eligere; *Carpobalsami species eximia.* quale etiamnum Londini hoc Anno 1 5 9 7. in Tablino vel musei thesauro capsam plenam asseruabat C. V. præfatus Baro, D. de Hunsdon, ex Indijs orientalibus delatum, Carpobalsami titulo.

MOLLE.

MOLLIS semina complura racematim cohærent, glumosa Lentiscinis ferè paria, oleaginosa, suauissimæ sapiditatis, cum partium tenuitate, quorum medulla commanducata in suauissimum, tenuem, facilè dissolubilem, oleaginosum cum leuissimo glycypricо siue dulci amarore cum reficiente, & aliquantulùm faucibus inhærente vaporem abit. Hic fructus bellè & apprimè quadrare videtur cum Galenico & antiquorum Carpobalsamum; eóque meritò Carpobalsami specie censendus & cunctis alijs præferendus, modò recens, cuiusmodi habuimus à præfato C. D. de Hunsdon, ad nos peruenerit. Eius etiam plantæ facies & delineatio, quantùm mihi visa, non reclamare descriptione persuasit; eóque Lentiscinis aut Terebinthi fructibus vel lacteo liquori non modò parem, sed primariam dotem tribuendam censeo. *Lentiscus Peruuiano. C. Bauhin.*

Flosculi lutei Oenanthes siue Labruscæ, quales icone in huius Opusculi fronte dedimus Romã delati & accepti à C. V. D. Iacobo Cargillo, cuius supra meminimus.

Huius

HVius Mollis etiamnum superioribus annis sex plantæ eodem Clarissimi viri D. Baronis de Hunsdon semine satæ, tum areola peramœni & cultissimi viridarij, tum testaceis fictilibusue vasis clarissimæ heroinæ Dominæ Scheffield, vxoris honorifici Equitis D. Eduardi Stafford, non procul à Regia *Greenwich* creuerunt; spithamæo etiámque altiore tenui caudice, in quo nouem aut decem nigricantia folia pinnata, profundè crenata, Gelsemini ortu & situ quadantenus (maius tamen, multò longius & angustius, reliquis extremum prominens folium est, cui plerunque ad basim inseritur altera ala, vt iconis lineamenta docent) quibus decerptis ficulneæ frondis modo, lac tenax & fragrantissimum emanat.

Iam viginti & pluribus annis nobis huius ipsius arboris fructus & ramulus sub nomine Indico vel patrio *Molle*, innotuerunt Mechliniæ Belgarum, penes C. V. piæ memoriæ Iohannem de Branciòn, rarioris & selectioris plantarum historiæ parentem benemeritum, quos ex Hispania acceperat, non ab Orientalibus Indijs, sed ex Peruuianis missos: quod neutiquam mirandum: quamuis Balsami arbusculam vni terrarum Iudææ & Aegypti prisci oriundam asseuerarint: tamen in Arabia Fœlici Balsameta spontanea nasci certum; cùm etiam Occidentales Indiæ longissimo æuo post Dioscoridem, Theophrastum, Galenum, & priscos fuerint exploratæ. Si plura vis, amice lector, consule D. Clusium, cui potiùs fidendum, quàm cæteris penè herbariæ historiæ scriptoribus nuperis, qui vndequaque aliena corrasa scripta pro suis obtrudunt & supponunt, authoribus insalutatis, & laboris sui præmio defraudatis, ne laternæ aperiantur aut patefiant, ex quibus libris furtiuos flosculos excerpserint.

Commune hoc fucatum vitium consequuntur imperiti plerique materno idiomate scriptores idiotæ, aut lucifugæ noctuæ, in quos quadrare videtur, aut reuocari potest illud commentum in artem paruam Galeni piæ & summæ memoriæ Hieremiæ Triuerij, scholæ quondam Medicæ Louaniensis professoris celeberrimi, eùm inquit,

Ambitio condonanda, sed est intolerabilis illorum gloria, qui hodiè nouas & veras rapsodias scribunt, &c. sed quærunt quid agant, ac vt aliquid videantur facere, singula rerum capita perstringunt, quod est tam difficile, vt nemo non possit facere, qui sciat legere. Ex hoc est quòd tam multi (vtinam pauci boni) nobis prodeant Medici.

Si victurus liber, vt fertur, debet habere genium, & nescio quid latentis viuæ energiæ; quo in honore apud seros nepotes erunt laruatarum rapsodiarum, siue hodierni fallaces quorundam fastu turgidi scriptorum acerui? Hæc obitèr; redeamus vnde digressi.

Huius Carpobalsami, id est Mollis fructus vnciæ octo tusæ, ℥. septem præstantissimi & vtilissimi laticis, artificioso torcularis pressu, officiosáque opisera manu Ludquici Mirei politioris Medicamentariæ artis peritissimi, fului ex atro coloris, crassamenti ouorum olei ferè & Diuinæ fragrantiæ, simillimi ipsius seminis odoris inter tundendum, & saporis Xyloaloes optimæ notæ, nobis dedere. Hic liquor recens expressus albescit & spumat; in laneam vestem fusus, & simplici ablutione aquæ lotus, notam siue vestigium non reliquit. Qua ratione id fiat, suprà disseruimus. Ex magmate seminis iterum tuso & pauca Rosacea asperso, pressu forti laticis vnguinosioris resinacei, instar grani Iuniperini ℥. ij. elicui, qui in panno etiam fusus maculam non reliquit, aqua eloto simplici. Quinetiam in aquam iniectus et agitatus celerrimè liquatur, diluitur, & lactis modo albescit; quibus notis à Dioscoride syncerus à vitiato coarguitur, aut discernitur: Vnde & ex suprà enumeratis dotibus facilè colligere licet, Mollem arborem propositam esse veri Balsami speciem; facie tamen, figurâ, fronde & arbore variam ab Aegyptio et Iudaico Græcorum Balsamo, vt Vitis coli & amputari; eoque fortè Salicis humilis siue Amerinæ modo frutescere solitam, vti de Cinnamomo & Cassia asseruimus. Plinius autem tres Balsami species statuit, *Euteristam*, id est, *sterilem*; *Trachyn*, & tertiam *Eumecem*, proceriorem & maiorem. *Legitimi Opobalsami nota.*

Mollis aliquot trimestres æstiuæ, aut quadrimestres & quinquemestres plantæ, mihi nuper Londini & vicino commendato rurì visæ, fronde tantùm ab ima & latiore sui parte non diuiso, sed contiguo, vel potiùs continuo, siue alio ex alio annexo, colligatóue distant & variant à trienni C. D. Ioannis Brancionis Molli apud C. Clusium, folijs pinnatis & ambitu serratis: Sed selegi inter Mollis adultæ arboris fructus, ante olei siue liquoris expressionem nonnulla folia minimè serrata, qualia asseruamus, & hic icone dedimus; simillimi cùm semine gustus, Lentiscinis longiora multò & angustiora, ad Iasmini prominentia siue propendula folia accedentia. Bellonis tribuit Aegyptio Balsamo etiam folia Lentiscina, vtrinque neruo innata, vt in Rosarum vel Fraxini, vel Iuglandis folijs videre est; Ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedere: Inter tamen Carpobalsamum & Mollis fructum conspicuam & talem, qualem inter Terebinthi & Lentisci cognatarum plantarum fructus, differentiam agnoscimus. *Mollis adultæ arboris folia non serrata.*

Carpobal-

Carpobalsamum Aegyptium & Officinarum vtrinque acuminatum & oblongum est, Terebinthi fructui simile, aliquot lineis angulosis præditum, quare prostare solebat & etiamnum prostat adhuc, sed raro, in quibusdam tantum officinis; quorum, quia nisi vieta & euanida ad nos aduehuntur, vsus aboleuit. Mollis fructus Lentiscinis similes sunt & fuluo purpurantes, racematim denso stipatu cohærentes, intus compressis vti Lentiscinis seminum nucleis.

Alij laticem succumve vnguinosiorem eliciunt tritis & contusis lignis, corticibus & fructibus, feruentique aqua elixis, ita vt fit in eliciendo è succida lana Oesypo, a seplasiarijs Hyssopo humida vocata, chrisma supernatans colligendo. Sed cum maxima fiat virium populatio in huiusmodi liquamentorum parandi ratione; malim sanè hæc & similia chylismata nostro more eliquare; quorum etiam leuissima simili arte parata, priscorum imitatione & exemplo, Theophrasto de Causis plantarum & Dioscoridi sæpè memorata, longè pluris facienda, quàm pene omne chaos, cholicis, hydropicis & delicatioribus nocentissimum, crassæ Mineruæ siue ignorantiæ quotidianarum sordidarum (quarum pudet & tædet) putidarum sine arte, delectu & præparatione simplicium, puro ab impuro indistinctis & indiscretis, compositionum, Salgamatiorum potiùs quàm nitidorum Pharmacopœorum, quæ pleno copia cornu bobus & subulcis, tanquam veterinaria medicamina, potiùs porrigenda & infundenda, tergimerdisve clysteribus miscenda, quàm hominibus debilioribus delicatioribusve nostræ ætatis exhibenda. Longè fœliciùs enim radicitus tantillà mole, innocentiùs; leniter, blandè & strenuè, roborando, occludendo; fatéque recludendo aut referando, pro ratione simplicis medicamenti agunt antiquorum & nostra Chylismata; chronicorumque morborum causas radicitùs euellunt & soluunt.

Modus eliciendi Oesypum.

Putidulæ & sordidæ vulgatæ cõpositiones.

Huiusmodi Chylismatum Succationumvè saluberrimarum, tam Botanicarum vegetatiuarum viuentiumvè, quàm Lacrymarum & Metallicorum eallentissimi sunt politiores, peritiores, industriores, impigriores, indefessique laboris sagacissimi Medicamentarij Germani, quorum selectiora Pharmaca hodie adeò increbuerunt; vt non immeritò Germanis multifariè primam laudem in nitidis Metallicis & Botanicis Succationibus Medicatis, mereri dixerim, *& Scientias Artésq; liberales* Athenis oriundas, ex Latio rerum vicissitudine mutata *Alpes transuolasse.*

Huius Carpobalsami vnciæ octo, nobis vncias duas & ℥.j. Liquamenti præbuerunt.

Non est quod Succationes huiusmodi Priscis indictas esse aliqui huius ætatis ciniflones sordidè auri sacræ famis æruscatores insatiabiles autument, qui summè gloriantur de nouo inuento chymico Theophrasti medicamine. Fateor equidem antiquos non perinde blanditiei, mollitiei, & gulæ oblectamentis deditos fuisse, ac huius nostræ ætatis homines, immodicis voluptatibus delitijsque indulgentes; quibus sanè hæc posterior sedula indefessique laboris & difficilis ætas, dirioráue & fera tempora excogitarunt, meditata sunt siue inuenerunt (facillimum enim est Priscorum inuentis addere) molles mollicellis effœminatis corporibus, cuilibet genti suæ ex euporistis & indigenis plantis, aptiores, suauiores & iucundiores medicamentorum conficiendorum sine Remediorum Formulas: haudquaquam attamẽ Hippocraticis, Galenicis, Aeginetæis Dioscorideis, Priscorumq; summæ eruditionis & vtilitatis longo vsu & ratione comprobatis medicaminibus, præferenda fortuita Chymica, ignaua, dubia, gloriosè & inaniter iactitata Theophrasticè malè parata remedia; spretis, valereiussis & neglectis artis theorematibus, anatomicis administrationibus, quas perperàm & iniquè carnificinas vocant aut statuunt; cùm tamen partium vsibus doctissimè à Galeno explanatis, tum maximè cognoscendis morbis imprimis necessarijs: sine quibus, ars Medendi re ipsa manca est. Sed turpissima est impiotum & imperitorum consuetudo, vt ea (quorum re vera indigni sunt) improbent, quæ ob ingenij ruditatem & socordiam assequi nequeunt. Consultò itaque propter hos damnosissimos perditissimè anaros sycophantas, qui Medendi artem nobilissimam perdiderunt, nobis & amicis politiores Medicatas Succationes reseruamus, quibus tutò diuque vsi sumus: in quorum artificiosa parandi ratione vnumquodque Simplex eget legitima, seplasiarijs pænè omnibus neglecta & ignota, præparatione & Succatione. Non est quod sibi et ægrotis persuadeant sine aqua ardente aut Spiritu vini hæc posse fieri.

Succationes siue Liquamenta

Quia in priscorum præstantissimis antidotis Opobalsami, Carpobalsami & Xylobalsami necessarius vsus; tribus eius plantæ partibus, earum inopia, tria succedanea est meditata posteritas, vt fusè in Aduersarijs diximus. Liquoris namque loco, nullum præstantius Opobalsamum veri Terebinthi latice: verno namque tempore ramulorum pullulantia tenella Terebinthi effracta flagella, ipsoque etiam Narbonensi Nitiobrigum siue Linguagottico aut Monspeliensi agro instar Ficulneæ arboris lac stillant, quod conchis exceptum & asseruatum in limpidissimum, tenacem, resinosum laticem abit, qui dum recens est, id est in musto, vt Plinij verbis vtar, in laneam vestem fusus, neque maculam faciens, neque si eluatur vestigium aut notam relinquens: sed vt dictum

Succedanea Balsami.

priùs, senescens tempore crassescit, tenuibus partibus absumptis: non abluitur nisi oui vitello addito, quo etiam ipsa Terebinthina diluitur, & faciliùs potabilis redditur, admixto vino albo tenui, vt tonsoribus politioribus & sagacioribus pharmacarijs notissimum. Qui Garyophyllorum, nucis Myristicæ aut Cinnamomi oleum huic liquori præferunt; suauitati et sapori plus quàm optatis facultatibus deferunt; hæc namque tametsi cordi amica, eximiosq; fundant liquores, tamen nec Dioscoridi, aut Priscis nota, nec venenis aut Theriacis comparata fuere.

Myristicū oleū vnguinosum, laxando & inquinando, nec foris vulneribus glutinandis quicquam Balsamo simile habet, nec stomachi vires colligendo idoneum est, quemadmodū nuces vnguinosiores apud Pliniū stomacho infensiores. Quamobrem Rondelletius in cordis & ventriculi corroborantibus medicamentis immaturas, siccas, leues, austeras, aliquantulū* cariosas, astringentes nuces Moschatas, ponderosis maturis & vnguinosis præferebat; coquis, culinarijs blandimentis, gulæ oblectamentis & voluptatibus committens pingues aut præpingues; medicis autē bonæ tuendæ valetudini sicciores, quia ventriculo iucundiores magisque gratæ. Sed hic mos adeo inoleuit, vt palati studiū ingeniū sæpè fallat, valetudinis dispendio. Exemplum elucidius erit id quod modò subdam.

Humiditatis et immaturitatis nota.

Iam triginta quinque ferè annis ellapsis, cùm Bristoliæ Angliæ, ciuitati celebri medicarer in Præfectura Somerseti, duabus aut tribus miliaribus à *From-feller* oppidulo, non procul ab ædibus generosissimorum equitum perpiæ memoriæ D. Iohannis Thyn, D. Ralf. Hopton, & D. Iohannis Horneri, vocatus ad generosam matronam prægnantem, cuius nomen non occurrit; quæ cum summo desiderio auidè duodecim Nuces Moschatas tanquam panem commanducasset, incidit in delirium, vel potiùs ebrietatem, non secus ac vini repletione, ob rapidos vapidosque soporiferos cerebrum ferientes, & replentes vapores; sed post imperatam quietem & somnum copiosum, repellentibus capiti admotis, conualuit.

Hopton ædes vocantur VVhitham.

Monspeliensis schola nos olim docuit cum Rondeletio veram Myrrham liquidam quā Stacten vocant, id est, Myrrhæ pinguissimæ Liquamentū, Opobalsami succedaneum esse: & Xylobalsami Zædoariæ radicem, cum eiusdem temperamenti, dotis & facultatis, tum summæ vtilitatis ad viscerum robur & probatissimi antidoti aduersus venenatam & pestiferam luem fit. Plura require in Rondelletij Theriacis explicatione.

Cinnamomum eiusq; genera, Xylo-Cinnamomum, & Pseudo-Cinnamomum. Cassia, Xylo-Cassia, Cassia-Fistula vtraque eorumq; genera, & Cassia Siliqua Indicæ purgatricis nouum genus de quo supra.

Reddenda Aduersariorū pa. 425 & 415. vbi legendū Leucoy flores esse Prof. Aspinuel ait, non Celidony minoris.

IN nostris Stirpium Aduersarijs præcisè de Cinnamomo & Cassia disseruimus; sed ob controuersiarum & disceptationum aceruum congeriemque inter Medicos & optimos Pharmacarios quos sæpè torsit & anxit, præsertim in Cinnamomi, Cassiæ, Amomi, Cardamomi & Simpliciū Medicamentorum examine ad ritè, fideliter dispensanda, concinnandaque Theriaces, Mithridatij aliaque nobilissima quamplurima antidota, selectioribus, recentissimisque vndequaque Simplicibus conquisitis; quæcunque vidimus, legimus & obseruauimus syncerè in reipublicæ commodum, omissis Herodoti fabulis, paucis perstringere et enodare aggrediar.

Impræsentiarum igitur rationi consentaneum fore duxi res similimas, congeneres, fortè easdem, ordinis & doctrinæ consequentiā explanare: conueniunt siquidem Cinnamomum & Cassia antiquorum, natalibus, facultatibus, & facie ferè, & forsitan si quis ex eadem arbore conscisos ramos dixerit, bonitate tamen differre, vti Xylo-balsami tenuia sarmenta à caudice sua, menti Theophrasti aut Plinij & Galeni non repugnabit: testatur namque Galenus lib. 1. de Antidotis Cassiam & Cinnamomum in eodem ramo se conspexisse, cuius hæc sunt verba. *Cassia namque Cinnamomo adeo proxima est, vt quæ nonnunquam ex mutatione ipsa euadat Cinnamomum, vt totum quidem veluti arbor exacta Cassia videatur; surculi nonnulli in ea Cinnamomi ramis Cassiæ continuis reperiantur:* quæ res efficit vt ab authoribus aliqua Cassiæ ascribūtur, quæ ab alijs Cinnamomo attribuuntur; vnde in hunc vsque diem Cassia apud Anglo-Britannos nō alio nomine quàm *Cinnamom*, et superiores Germanos **Zimmet**, innotuit, quæ nomina cū Cinnamo et Cinnamomo Græcè et latinè vocato conueniunt, Cassia verò Gallis et Gallo-Belgis *Cannelle*, et Belgis **Canneel** dicitur, à Canna forte, id est Arundine, quæ fistulæ modo caua, rotūda, et cortice conuoluta est instar fistulæ. Nobilissimū siquidem et optimum est Medicamentum Cinnamomum, eximio suauitatis odore quem spirat, et sapore, omnia Medicamenta, virus et illorum tædia emendans, putrilaginosis, fœdis humorum

icho-

ichoribus resistendo, vtraque vi suâ digerente & immutante, Galeno authore libro octauo Catatopos.

Cinnamomi & Cassiæ olim plura genera, vt ex priscorum verbis & Dioscoridis liquidò constat; ait enim,

Cinnamomi genera plura, patrium sibi nomen vendicantia. Præfertur tamen Mosyliticum, quòd Cassiæ, cui Mosylitis nomen est, aliquam referat effigiem. Sed in eo genere recens, nigrum, ex vinoso in cinereum vergens, leue, tenuibus ramulis ac frequentibus nodis cinctum, perquam iucundè olens. Optimi ferè indiciũ, iucundi odoris proprietate constat. Inuenitur enim cum optimo, eoq́ quod peculiare est, odore Rutæ aut Cardamomo proximo: Insuper acre, mordens, & cum calfactione quadantenus salsum, quod non tota confricanti asperum, aut fricanti lanuginosum, fenibus tamen internodijs appareat. Si vertior fieri voles, vellito ab radice surculum, facilis est huiusmodi probatio, namque fragmenta miscellanea quædam esse videntur. Quæ autem melius spirant, suo halitu, cum nares primum consuluntur, olfactum explentia, deteriores dignotionem impediunt.

Est etiam montanum, crassum, pumilum, fuluescens admodum. Tertium à Mosylitico, perquàm suauiter olet, nigrum, fruticosum, paucis intercedentibus geniculis.

Quartum fungosum, candicans, aspectu tuberosum, vile ac friabile, magnam habens radicem, quæ Cassiam planè repræsentat.

Quintum genus, odore nares feriens, subrufum, & cortice fului Cassiæ simile, tangenti firmum, minùs neruosum, densa radice firmatum. Iis quæ Thurii, Cassiæ, Myrti aut Amomi odorem spirant, minùs suauitatis inest. Deligito scabrum, album, rugosum: at leue, & lignosum circa radicem, vt inutile reijcito.

PSEVDO-CINNAMOMVM, XYLO-CINNAMOMVM,

Est etiamnum simile aliud, cui Pseudo-Cinnamomo *cognomen est, vile, inualidi odoris, solutarumq́ virium. Vocatur etiam Zingiber cum tamen sit Xylocinnamomum, præbens quandam Cinnamomi faciem. Est autem lignosum* Cinnamomum; *sarmenta longa robustaq́ ferens, odore longè Cinnamomo inferiore. Sunt qui* Xylo-Cinnamomum *a Cinnamomo genere differre dicant; quòd à natura eius abhorreat.*

Theophrastus libro nono Historiæ Plantarum, capite quinto, sic nobis scriptum reliquit,

*De Cinnamomo & Cassia (inquit) illa narrant, fruticem esse vtrumque non amplum, sed magnitudine Amerina (*Gallis Amerines) verùm permultis surculosisq́ ramis constare, Cinnamomum decerptum in quinas partes discerni; & esse præcipuæ bonitatis quod germinibus proximum fuerit, idque ad palmi longitudinem cædi, aut paulo maius: secundum quod sequitur, quod etiam minus casura est: tertium deinde & quartum notatur: vltimum verò quod deterrimum proximumq́ radici. Hoc enim minimum corticis habet, in quo summa gratia est, non in ligno; qua de causa præferri cacumina solent, quod corticis plurimum habeant. Quidam sic aiunt: alij verò Cinnamomum fruticosum enarrant, eiusq́ genera duo; alterum nigrum, alterum candidum.*

* Dalechãpius Agni, siue casti legit, qui folia Oleæ producit, & olea Salicis.

Cassiam verò sarmento crassiori constare, neruosamq́ admodum esse volunt, nec vllo pacto posse decorticari, ac eius etiam corticem esse vtilem: Cum itaque virgas secant, longitudine binûm digitorum, aut paulo ampliores abscindere, recentesq́ bouis corio eas persuere, tum ex eo ligno putrescentibus vermiculos nasci, qui lignum erodant; corticem verò nullatenus tangant ob amaritudinem acrimoniamq́ odoris.

Plinio lib. 12. cap. 19. eadem ferè subjicit, *Ipse frutex duûm cubitorum altitudine amplissimus, palmúq́ minimus, quatuor digitorum crassitudinis statim à terra sex digitis surculosus, arido similis. Cum viret non odoratus, folio Origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, cæduæ natura.*

Omnibus de Cinnamomo & Cassia; tum quæ præcesserunt, tum quæ adhuc perstant diligentissimè perpensis notis; Cinnamomi et Cassiæ omne genus, varijs Salicis humilis generibus, Almerijs à Plinio, à Theophrasto autem & alijs Amerinis vocatis, assimile fecisse Prisci videntur. Cinnamomi & Cassiæ fruticeta nõ sunt æquè humilia hodie (quia non cædua, vti Salicis amerinæ) vt antiquis prodita, quemadmodum Cassiæ crassiores cortices & surculi apertè fidem faciunt. Qui peregrè proficiscuntur oleam patuam, vasi demetantur singulis aut alternis annis, Balsami sarmentorum instar, quæ intra quintum annum amputari solent, æquare aiunt.

Quid inter Cinnamomum & Cassiam discriminis sit ambigitur, quia hodiernum Cinnamomum quod habemus, non esse idem cum Cassia multi certant: parum tamen inter se differre verissimum; nam si vtriusque notas à Dioscoride memoratas et ascriptas exactissimè perpendas; viribus et vtilitatibus parùm differre comperies. Alterũ ab altero distinctè facilè discerneretur, si curiosè, cùm institores Barbari Cinnamomũ & Cassiam ad nos transvehunt, vtriusq; discrimen inuestigaremus:

Barbari siquidem vtrumque promiscuè miscent, vnum & idem hæc duo aromata opinantes; quia odore, sapore & dote simillima & Theophrasto & Plinio authoribus eodem, in monte oriunda. Hanc nostram quoque fulcit sententiam Plinius, dum ait, *frutex & Cassia est, iuxtàque Cinnami campos nascitur, sed in montibus, crassiore sarmento, tenui cute verius quàm cortice, quem contra ac in Cinnamo leuari & exinaniri precium est. Amplitudo fruticis trium cubitorum. Colos triplex: Cum primum emicat, candidus, pedali mensura, deinde rubescit additu sempede, vltra nigricans. Hæc pars maximè laudatur, ac deinde proxima: damnatur verò candida.* Hactenus Plinius, & plura ex Theoph. decerpta.

Ramuli nouelli, binos non excedentea cubitos priscorum æuo ad nos deferri solebant; qui proinde tenues, tenellique remanebant, qua ratione & dote selectissimus delectus primæ bonitatis, ramuli tenuioris frequentibus nodis stipati. Nodi siquidem frequentia ratione sarmenti tenuis in ramulis nouellis existit. Igitur si summis tenuibus sarmentis pro Cinnamomo prisci vsi sint; hos ramulos tenellos & nodosos oportebat esse. At cum huiusmodi ramuli ad nos hodie non deferantur, sed duntaxat arborum cortices & mediocres rami, tenui antiquis deferri soluto Cinnamomo, vt plurimùm ferè destituimur. Transvehebatur quandoque cum sua radice & ligno, vti ex Galeno de Antidotis & Plinio liquidò constat.

Quid somniarit Dodoneus, nescio, qui brachiatos Caryophyllorum pediculos, Cinnamomum esse crediderit: Carpesium fortè intellexit.

Legitimum Cinnamomum, Cassia & Saccharum olim carissima & rarissima fuere: quapropter hodie Cinnamomo & Cassiæ accidere potest, quod Saccharo euenit. Dioscorides autem Saccharum suo tempore aliud concreti aut solidi Mellis genus dixit, quod Sacchar vocant; *In India, inquit, & Arabia fœlici in Arundinibus inuenitur Salis modo coactum, dentibus, vt Sal, fragile, aluo idoneum, & stomacho vtile, si aquâ dilutum bibatur: vexata Vesicæ, renibúsque auxiliatur: illitum ea discutit quæ tenebras pupillis effundunt.* Sed postquam insatiabilis habendi industria & auara cupiditas artem eliciendi copiam Saccharati succi ex Arundinibus incisis, contusis aut molâ effractis, aquâ elixis, expressis, tandémque ad soliditatem percoctis, homines edocuit; perlucidum illud spontaneum Sacchar è calamis dehiscentibus, succo turgidis, Gummi instar defluens (ab antiquis *Sal Indum* vocatum) adferri desijt. Simili ferè & ratione & modo cortices crassiores ex annosis caudicibus & ramis Cassiæ, copiæ & questus ergò, posthabito Cinnamomo vero, id est, neglectis, ignaris, ignotisque & valere iussis tenellis nodosis surculis euulsu & excorticando difficilibus, delicatissimis, odore & sapore suauissimis, antiquorum medicaminibus pretiosissimis summéque expetitis, qui re vera Cassiæ flagellis siue succulentis surculis priscorum Dioscoridis, et Galleni Cinnamomi speciebus respondent. Institores qui Cinnamomi fruticem deglubunt, has delitias, quia nesciunt, negligunt: Similes enim sunt stupidis & insulsis hominibus peregrè proficiscentibus, qui è Naturæ munifico lusu, luxu & miraculis in peregrinationibus suis nihil obseruârunt. Quod si quærat aliquis, cum hodie Cassia siue Cannella copiosè ad nos deferatur; cur non tale Cinnamomum, quale desideratur, vllum ad nos adfertur, odore Rutaceo, tenuibus flagellis, nodosis, crebrò geniculatis? Responsum: Institores Barbari Casisiam ad nos aduehunt lucri facilis proprij causâ potius, quàm difficili laboriosæ Reipublicæ commodo; promiscuè enim distrahunt sine delectu Casisiam & Cinnamomum; non ex gracilibus summis nodosis ramulis decerptum; sed ex ramis, etiamque crassioribus, deglubitum. Quare si quis in Dioscoridea & Theophrastea aut Gallenica lectione peritus, in Indiam hæc obseruando & discernendo proficisceretur, legitimum huiusmodi Cinnamomum antiquorum descriptionibus conueniens, summe expetitum facilè nobis transmitteret.

Diosc.] *Inuenitur enim cum optimo, eóq; quod peculiare est, odore Rutæ aut Cardamomo proximo.*] Neutiquam mirandum atauos & Nuperos adeo anxios fuisse in multis erroneis ambiguitatibus, opinionum differentijs, & hallucinationibus de Casisia & Cinnamomo. Verisisima legitimi Cinnamomi nota propriè in suauisimâ & eximiâ odoris suauitate existit: Prisci attamen Dioscorides & Gallenus odoribus contrarijs assimilarunt: optimi autem Cinnamomi, aut cum optimo reperiri Cinnamomum odore Rutæ aut Cardamomo proximo dixere; quæ quidem ex diametro pugnant, & minime quadrant: Ruta siquidem tetri & fœtis odoris est; Cardamomi verò odor gratus, minimè insuauis est, medicatus tamen. Cardamomum à Persico verbo deriuatur; nam Carda, fortem, animosum, magnanimumué aut magnum Amomum significat, cuius odor Origano à Dioscorde comparatur, & in emẽdatioribus exemplaribus ὀριγανίζων pro πηγανίζων legitur. Idẽ de Cinnamomo sentiendum videtur quod si sagacissimè olfecerimus, dentibusq; extenuauerimus, verum Origani odorem recensemus & agnoscimus: castigandus igitur hoc loco Galleni & Dioscoridis

ſcoridis textus: mutatio vnius aut alterius literæ in voce græca huic errato locum ceſſit: quod hodiè ſæpe inerti Tipographo euenit. Hanc opinionem noſtram tamdiu Plinius in Xylo-cinnamomo fulcit, vbi ait, *Ob acrimoniam Origano cognatam:* Omne tamen Cinnamomum, Amomi, Cardamomi aut Origani odore præditum eſſe non ſanxit Dioſcorides; ſed cum optimo aut inter optimum Cinnamomum ſpeciem Cinnamomi odore Origano aut Cardamomo proximam, inueniri ait. Serapio non Amomi aut Cardamomi meminit, ſed Caſsiæ ſimile fecit.

Dioſc. Inſuper acre, mordens & cum calfactione quadantenus ſalſum.] Hæc omnia guſtu explorantur, nempe acre, mordens & cum calore quadantenus ſalſum fere eadem. Illud apud Venetos, Patauinos & Antuerpianos ex fuſco rubens Cinnamum, cuius elapſis annis copiam habebat D. Thomas è Foſſa apud Mediocaſtrenſes pharmacarius peritiſs. pro omnium præſtantiſsimo vſurpantur in Nobiliſsima Theriaces Andromachi antidoto: Belgij officinæ Caſsiam veram dixere, ad Cinnamomum propius accedit; quamuis ab aliquibus inconſultè reijciatur, ſpernaturque, quia ſæpenumero, dum recens eſt aliquantulum ſubſalſum eſt: arbitrantur enim ex quodam naufragio ſalſuginem contraxiſſe: ſed reuera eſt hæc ex optimæ notæ Cinnamomi ſpeciebus, bonitate Moſylitico Cinnamomo (ſic vocato à portu ad quem defertur à naucleris, vt Plinius & alij literis prodidere, non à natali ſolo) proximum, nempe ſubfuſcum, corticis tenuis, acre, aromaticum, odoris fragrantiſsimi modò recens ſit, calidum & ſapore ſubſalſum, quam ſalſuginem quoque requirit Galenus.

Non eſt quod cinereus color deſideratus in Cinnamomi delectu nos adeo torqueat, qui ex albo & nigro ex Ariſtotelis doctrina conflatur: lacti ſimilem ex atro mixto dixit. Etiam pictoribus notiſsimum, album nigro colori permixtum, ex cærulo cinereum colorem efficere.

Optima Dioſcoridis Verſio eſt *Ex Vinoſo colore cineraſcens*, quæ ſanè conueniunt. Aliud dubium, *confricanti lanuginoſum* à Ruellio malè Verſum Marcellus patefecit, inquiens, *dum franguntur puluerulentum*.

Omnibus apud claſſicos authores optimi Cinnamomi notis examuſſim perpenſis, legitimo Cinnamomo nos minimè carere audemus dicere; Moſyliticumque Cinnamomum inter Caſsiæ copiam quandoquè reperiri poſſe: ſunt enim fruſtilla, craſsioris * corticis, frequens geniculata, eximij cùm ſaporis tum ſuauitatis odoris: quæ quia tenella, tenuia, frequentibuſque nodis cincta, fragilia ſunt, aut citiſsimè franguntur: qua vnica nota difficilè adeo optimæ notæ odoratiſsimum Cinnamomū repertu apud nos: et ſi hodierni quidam tyrones faſtu turgidi & inexperti præcocis ingenij, inuidi, blaces & blaterones ſcioli, qui videri malunt quàm eſſe, & nullum Cinnamomum in naturæ ditione extare, mordicùs tenent. Quid ſanè ſit aut quale eſſe debeat Cinnamomum neſciunt. Pharmacarios pios & probos, veri, æqui & artis Pharmaceutices medicatriciſque amantiſſimos monitos velim, vt ſummo ſtudio in ſeligendo Cinnamomo delectum faciant, vel ſaltem eius penuriâ, tenuem, aromaticam, odoratiſsimamque mordentem Caſsiam in medicos vſus varios ſeligant, pro ſcopo eruditi Medici in hac palæſtra verſati, ad nobiliſsima, laudatiſsimáque Priſcorum & nuperorum medicamenta compoſita paranda. Neque vt fieri ſolet duplici pondere Cannellæ ſiue Caſſiæ opus eſt, quo Medicamenti moles permoleſta delicatis hominibus augetur, & vis eius imminuitur. Vbi magis attenuandum erit, addi poteſt guttula Stillatitij olei Cinnamomi.

** Theophraſtus inquit cortices quam plurima habens lacunias.*

Dioſc. Iis qua Thuris, Caſſiæ, Myrti aut Amomi odorem ſpirant, minus ſuauitatis ineſt.] Hic Dioſcorides videtur voluiſſe præſtantiorem ſuauitatis odorem ſelectiſſimi Cinnamomi; nam ſi generatim diſſentiat, dixeritque Cinnamomi generibus, quæ Thus, Caſſiam, Myrtum, aut Amomum redolent, minus ſuauitatis odoris ineſſe, igitur hæc & conſimilia aromata, minus ſuaues fragrabunt odores, & Origani aut Amomi odor non erit optima ſuauitatis odoris nota; quandoquidè Amomum, Origani odore, & Origanum Amomi produntur. Dioſcorides hic Amomo, non Cardamomo comparauit, dixitque minus ſuauiter redolere: non intellexit tamen omnes differentias aut omne Cinnamomum Amomi aut Origani odorem fundere; ſed ait cum optimo Cinnamomo ſpeciem quandam reperiri, cuius odor Amomo aut Origano, vt antea diximus, proximus eſt.

Caſsia, Xylo-Caſsia, Pſeudo-Cinnamomum, Xylo-Cinnamomum, Xylo-Caſsia & Caſsia lignoſa.

CAſſiæ item complura genera apud Dioſcoridem, quæ iuxta odoriferam Arabiam gignuntur, & à negotiatoribus cum Cinnamomi partibus & varietatibus confunduntur. Colore item, ſapore & bonitate differunt vti Cinnamomum: *Sarmento craſſiore, tenui cute verius quàm cortice,*

 inquit

inquit Plin. *Amplitudo fruticis trium cubitorum,&c.* Quia frutices cæduæ erant, ideo longè minores,tenuioréſque. Proculdubio non differunt genere aut ſpecie, vt in Aduerſarijs diximus, pag. 425.ſed varietatibus. Hæc miſſa faciamus,quia tanquam inutiles rejiciendæ.

Pſeudo-Cinnamomum ſiue Xylo-Cinnamomum & falſum ligneumvè Cinnamomum aut ignobilior Xylo-Caſſia vilis,ſapore, odore, viribuſque effœtis, copioſè hodie venalis reperitur pro legitima Caſſia Antuerpiæ, Mediocaſtri Zelandorum & alibi, Et ſi egregiè conuoluta fiſtuloſaq; ſit: adeo tamen infirmi ſaporis exoleta aut euanida, ſolutarumque virium, & veluti decennium in naui aut horreis repoſitorijſvè inueterata,vt incendio quam medicamentis vilior videatur; Eoq; meritò Priſcis Pſeudo-Cinnamomum, quia illegitimum & Xylo-Cinnamomum vocatum, à corticè veriùs lignei & inertis ſaporis,quàm ab interno fragili,albo inſulſo& inſipido ligno, quale habuimus & ſæpe deguſtaſſe meminimus Antuerpiæ,quadraginta iam elapſis annis; Quare ſanè illud Plinianum de ignobili Xylo-Cinnamomo,quod nullius eſt honoris ob eius acrimoniam, Origano perſimilem; de cortice non de ligno id intelligendum; Hoc ipſum agnoſcit Dioſcorides. Optimâ tamen lege mihi perſuaſũ eſt à peritiſſimo & induſtrio piæ memoriæ viro Theodoro Clutio,Batauo Delphenſi Pharmacopœo,apud Indos Caſſiæ ſiue Cannellæ egregias & integras fiſtulas fraudulenter ad illorum potiones macerari,& euanidas ad nos à noſtris ſordidè auaris negotiatoribus in arundinaceis textis ſportulis. Idem mihi retulit quidam Antuerpianus materialiſta, ſiue Materiæ Medicæ mercator.

Eadem de Xylo-Caſſia, Lignoſavè Caſſia,& Pſeudo-Caſſia,quæ Xylo-Cinnamomo nobis objiciuntur,percenſere oportet;non de interno ligno albo tenello inſtar flagellorum Alni,aut Salicis Amerinæ; ſed de cortice aut fiſtuloſis conuolutis vulgaris craſſioriſque Caſſiæ corticibus, omnibus notiſſimis,aſtringentibus magis quàm reſerantibus.

Falſum iſtud ſiue ligneum Cinnamomum, aut Xylo-Caſſia ignobilior viliſque, ſapore, odore, viribuſque effœtis, copioſè hodie pro optima Caſſia Antuerpiæ, Mediocaſtri Mattiacorum & alibi,venalis reperitur:quæ etſi egregiè conuoluta,fiſtuloſaque ſit;adeo tamen infirmi ſaporis, exoleta aut euanida,ſolutarumque virium,& veluti per decennium in naui aut horreis repoſitorijſvè inueterata eſt, vt incendio quàm medicamentis vtilior cenſeatur: Priſcis cóque meritò Pſeudo-Cinnamomum & Xylo-Cinnamomum à cortice lignoſo, & inertis ſaporis potiùs quàm ab interno fragili albo inſulſo, inſipidóque ligno, quale habuimus & nos ſæpè deguſtaſſe meminimus Antuerpiæ quadraginta iam annis elapſis. Quare ſanè illud de ignobili Xylo-Cinnamomo Pliniano, quod nullius honoris ob eius acrimoniam,Origano perſimilem,intelligendum de cortice non de interno ligno. Idipſum agnoſcit Dioſcorides.

Caſſiæ craſſior cortex,non eſt fruticis cæduæ,ſed annoſæ incæduæ arboris eiuſdem ſpeciei, qui ob denſitatem difficilius implicatur & in canalem conuoluitur, qualis in Aduerſarijs craſſiſſimi corticis Xylo-Caſſia; annorũ cæſionis varietate, plicatilis,craſſior,tenuior,delicatior & odoratior, & vti Salicti virgultis variat,pro ratione diuturnitatis,temporibus,intercapedinis annorũ cæſionis, loci,ſoli & cæli natura. Quo vetuſtior, eo magis aſtringens craſſarumque partium, etiam mulierculærum & vulgi Anglorum conſenſu,experimentiſque quæ craſſioris,Cannelle corticibus vſu aſſuetæ ſunt.Sed Caſſiæ,Cinnamomi & Xylo-Caſſiæ pro ratione morborum & medicamentorum delectus faciendus. Quando attenuandum,Stillatitia,aut exiguum olei ad penetrationem,pro remedij fonnula,addi poterit, vt loco ponderis dupli Caſſiæ tenuis.pro Cinnamomi parte vna; æquale pondus Caſſiæ ſelectiſſimæ,addita guttâ ſtellatitij olei Caſſiæ tenuis. ſat erit. Vtrumque ſiquidem Cinnamomum & Caſſia, vt facultatibus conueniunt; ita vtriuſque capitis conſequentiâ annexa à Dioſcoride,qui ſemper ſimilima coniunxit:eiuſdémque enim naturæ eſſe & eoſdem effectus præbere dixit.

Dioſc.] *Cinnamomum omne (inquit) excalfacit, emollit, & concoquit, vrinam ciet; tam menſes quàm partus potum, aut ex Myrrha impoſitum pellit. contra beſtias, quæ virus eiaculantur, veneneq; conuenit:caliginem pupillis oculorum obuerſantem diſcutit,craſſitiem extenuat,lentigines,& vitia cutis in facie ex melle illitum detergit:contra tuſſes,defluxiones,aquam ſubter cutem fuſam,renum vitia,& vrinæ difficultatem efficax eſt; vnguentis pretioſis inſeri ſolet. Tritum vino excipitur, vmbraq; ſiccatum, quò diutius eduret,reconditur.*

Deſunt hæc in Græco,inquit Ruellius. *(Eſt & quoddam Cinnamomum,quod aliqui Pſeudo-Cinnamomum appellant, perquam denſo atque craſſo ſarmento,longè tamen inualidius Cinnamomo,& odore & guſtu.)*

CASSIA Dioſcoridi.] *Vim obtinet calfaciendi, vrinam ciendi, ſiccandi & leniter aſtringendi. Conuenit ad medicamenta oculorum, quæ præſtandæ claritatis gratiâ concinantur, & ad malagmata. Lentigines tollit cum Melle illita, menſes trahit, contra viperarum ictus pota auxiliatur, aduerſus inteſtinas*

intestinas inflammationes omnes & renum vitia pota proficit. Feminis in solio desidentibus aut suffimentis, prodest ad dilatationem vuluæ. Ea duplo pondere Medicamentis mixta, Cinnamomi vicem supplet si ipsum desit: nam eosdem effectus præbet, ad plurima perquam vtilis.

Cassiæ item complura genera (inquit) iuxta odoriferam Arabiam, crassi corticis sarmento, folijs Piperis. Eligenda, fuluescens, pulchri coloris, Coralli æmula, perquam angusta, longa, crassa & fistulosa, gustu mordens, & cum aliquanto feruore astringens, aromatica, vinoso odore cuiusmodi est, quæ ab incolis, Achi appellatur, ab Alexandriæ negotiatoribus Daphnitis. Huic præfertur crassa, purpurea & nigricans, Zigir cognomine, quæ Rosam odore imitatur, præcipui in Medicina vsus. Secundum locum tenet antedicta. Tertia, cui Museltico blasto, id est, Germini cognomen est. Reliquæ viles & quæ Aphemum dicitur,* nigra, insuauis, &c.*

Delectus.

*Cum multo in Græco legit Ruell.

Similior huic est Pseudo-Cassia, quam vt explicari possit; quæ gustu coarguitur, cum nec acris, nec odorata sit, &c.

*Sole magis excoctam nigrã arbitrantur.

A natalibus Theophrasto, Dioscoridi, & antiquis memoratis hodie deferri ad nos desijt; delectus item, vsus & parandi ratio longè alia est, negotiatorum lucro inhiantium commendatissima; vt ex D. Gartiæ descriptione & Linscoti Bataui noua ad Indos orientales peregrinatione, liquidò constat. Hæc impræsentiarum sufficiant, quoad plura posteris elucidarit D. Clusius noster, authoritate & rei veritatis ex Orientalibus Indis inuestigatione, & noua Belgica reduce Battauorum classe, armis, virisque giganteis maximæque staturæ & ouantium nautarum, potentissima & splendidissima, Ichthyomastige sæuissimo Lusitaniæ, Hiberijs maximè inuiso.

Myrreus.] Serapium siue Chylarium è Cinnamomo cor exhilarans, refocillans & reficiens, iucundissimi saporis.

Recipit Cinnamomi selectissimi, ℔. 1. vel q. s. Infundatur in Aquarum Boraginis, violarum, ana. q. s. Vini Maluatici ℥. 8. Aquæ Melissophylli ℥. 5. Infundantur per diem naturalem in Balneo occluso mollissimo igne. Colentur per manicam Hippocraticam, & addita Sacchari albiss. q. s. in puluerem redacti, fiat vt Serapium Violaceum commendatissimum.

Myrreus.] Gelatina Cydonitis laxatiua, delicatis & morosis suauissima. ℞. succi Cydoniorum ℥. 20. Sacchari ℥. 12. decoquantur ferè ad medias: postea adde muccaginis eorumdem seminum Cydoniorum ℥. 10. rursus coquantur ad consistentiam, & inter coquendum sequentem affunde liquorem.

℞ Turbit selectiss. optimè contusi, & Scammonij primæ notæ, ana. ℥. 1. ß. Succi acidi Cydoniorum, hoc est, parum decocti donec acescat, spiritus vini optimi, ana. ℥. 5. aut sex. Infundantur, igne lento, optimè Vitreo vase occlusa. Deinde colentur per chartam bibulam vt artis est, affundendo Aquæ Cinnamomi ℥ 4. Aquæ Rosarum & Galangæ tenuis stillatitiæ ana. ℥. 2. fiat Gelatina limpida. Dosis à ʒ. 1. ß. ad ʒ. 2. & 3.

Ex alijs simplicibus Medicamentis, pro scopo Medici etiam parari potest.

SVCCATIONES aliquot MEDICATÆ, AC PRIMVM DE LAVDANO OPIATO.

Caue à Diagrediatis Opiatis nouissimis item bistrionibus, Medicastris, adeoque garrulitatis quorundam medicantium tyrocinijs, cum simplicium, tum compositorum medicamentorum ignaris. Nec non vt adagio vulgatissimo fertur à Pharmacopœorũ Quid pro Quo; & Cætera Notariorum,

Opiatæ vel Narcoticæ Confectiones, quæ torporem & soporem inducunt.

QVantæ solicitudinis anxietatisvè Priscis effrenatiùs Catharticorum Medicamentorum vsus fuerit; scitè nuperorum decantatissima & celeberrima methodicorum Practicantium Medicorum sententia hæc, *Caue fili à Diagrediatis & Opiatis*, testatur. Infestantur siquidem a Scammonio, Diagredio, Colocynthide, vtroque Helleboro (quibus nisi corpore, ex Hypocratis decreto, prius agitato & commoto, non vtendum) Turbith, Tithymalis, Esula, Mesereo, Chamælea, Thymelæa, Opio, Meconio, & similibus. Si autem Scammonij aut Diagredij, à halitu viroso suo castigati vsus verendus; quid censendum erit de periclitatoribus circumforaneis eruscatoribus se Philosophos ostentantibus, & tonsoribus, qui quotidie supinâ audaciâ sine periculi metu, Scammonio crudo, hoc est non præparato aut correcto, Colocynthide, Euphorbio, Laureola, Helleboro vtroque, Pseudo-Elaterio, Helleborastro, Aconito, Opio, Meconio, Mercurio præ-

præcipitato, Stibio à Chymistis parato, Panacea, Sublimato ad fucum, & huiusmodi nullius delectus, quæ suâ malignitate & acrimoniâ Auripigmenti aut Arsenici modo, vellicando vel intestina aut ventriculum vlcerando & corrodendo, humores quos recipiunt, euacuant, abutuntur. Magistratus sanè indigni sunt, vt Syluius inquit, qui in hos carnifices scutica dignos, non animaduertunt; sed cum mundus immundus sordidioribus ferculis, tumultuaria temeritate inescatus, magis infœlici Lolio & sterili Auena delectetur, quàm peroptimis frugum generibus, fallíque velit, necessariè decipiatur oportet. Ignobiles tamen isti sophistæ & Medicrastri, ad capiendos hominum animos suis hisce medicamentis sæpe objiciunt impunè rudes præpinguis Mineruæ naucleros, opiliones, vaccimulgos, vulgi fæcem, maximique rusticam vilem Borealium tractuum turbam, vsos & abusos. Quærenti causam, cur non lædantur, in promptu responsum, huiusmodi homines larido rancido Butyro vti, Oleo, caseo musteo, sero lactis, butyro & caseosa parte separato, & pinguis escæ illuuie, immundis suum ferculs victitare, & consimiles genij indulgentias illis in delitijs & volupe esse: quotidiano etenim horum eduliorum esu infarcta, aut farciminis instar referta, turgida, lacessita, longâque die ventriculis & intestina assuefacta. consimilique blennoso aut pituitoso chyllo illita, munita, obruta, stupefacta, fluida & laxè latéque diffusa, non repentè philtris, medicaminibus acrioribus, corrodentibus, virosis aut virulentis offenduntur, afficiunturvè: indutuerunt siquidem adeo vsu & consuetudine heluonum & gulosorum ventriculus & intestina, vt spretis vellicantibus aut vlcerantibus medicamentis, non magis lædantur quàm rusticorum manus, crura & pedes à ferocissimis spinis, aut bos à stimulis. His verò ferculis, sordidâque victus ratione; latioribus, spatiosissimisque, obtusioribus hebetioribusvè factis intestinis; acria, deleteria & Opiata antidota, quasi intactis, illæsisque per ea permeando illabuntur & excernuntur; quæ neque pondere aut quantitate maiore, aut mole molestiora sunt, quàm vnica faba operosis efferuescens ebullitionibus maximo in lebete aut cortina (Brabantorum vernaculo adagio, **Een boone in eenen Brau-ketel**) agitata; aut pisciculus minutulus in immensa, profunda vallaque maris voragine aut gurgite.

Si verò mollicellus, languidus, delicijs deditus aut Biliosus, hisce rudioribus, indomitis, immitioribusque turbulentis medicaminibus vtatur; proculdubio sæpe periclitabitur vita & perpetuis symptomatibus infestabitur. Sed frustra conqueror, & surdis cano: Hæc autem deplorata periclitabunda. & mille periculis obnoxia, salutis prodiga gens & ætas, tanquam duobus corporibus donata videtur; vno periclitationibus, sorti & fortunæ exposito; altero in archa asseruato & custodito.

Quidam vno sacculo Antimonium, alio Opium gestant siue vna manu ignem, altera verò aquam, anodinam; vtroq; autem necem.

Quid verò censendum de MECONIO, vsu & abusu quotidiano vbique terrarum pro vero OPIO distracto? ambo, scilicet Meconium & Opium, non modo externis, verumetiam internis remedijs stuporem, soporémque etiam læthalem, non secus ac HYOSCIAMVS, si quis abutatur, facillimè repentè inducit, calore natiuo & facultatibus extinctis, stupefactis; perpetuo doloribus vindicatis & persanatis, in sempeternum ab omni malo liberatis.

Opij & Meconij abusus, funestissima, mœstissimaque memorabilia plura meminimus exempla facinorosa. Inter cætera spectaculi miseri testes fuere doctissimi quondam collegæ suauissimi, apud Medioburgenses Selandorum doctores Medici D. Adrianus Petri & D. Gulielmus Hendericksſ. exhibitæ à pagano medicastro templi custode Flandro inter obstetrices sagaces, stolidas inquam, coryphæo & Asello Arcadico, parturientiumque lethifero amico, meri Meconij potiunculæ vxori honestissimi ciuis Iohannis Bins vocati, coxendico dolore affectæ; alioqui robustæ naturæ, insomnes solùm noctes agentis, quæ illico, paulò post calamitosè miseréque obdormiuit, necdum expertecta, somno sempeterno consopita. Quamplurima exempla in medium adferre liceret, sed breuitatis studiosus supersedendum duxi.

Inter antiquissimas Opiatas & ante Galeni tempora præstantior nobiliórque habita Philonis Antidotus carmine descripta, quam Galenus, Aegyneta & Mesueus sequuti sunt: conuenitque cum Philonio Romano Nocolai ad frigidos, cholicos, nephriticos, podagricósque affectus sopiendos, eorundemque symptomatum causas delendas.

Quantum ad *Requiem Magnam Nicolai* attinet, quæ efficacior vtiliórque est acrioribus vaporibus capitis somnos interrumpentibus & leniendis, arcendis, soporandisque, non est æquiparabilis aut æquivalens in expugnandis frigidis cholicis affectibus, similibusque cruciatibus eorumque causis & symptomatibus; quia pauciora calidiora simplicia recipit ad reprimendam & castigandam *Opij* & seminis Hyoscyami frigiditatem, altius penetrando ad dissolutionem materiæ cronicorum frigidorum morborum, remotioribus locis collectæ & contentæ. Philonium recipit Piper, Castoreum, Euphorbium & Pyrethrum, quæ narcoticam vim noxiámque & virosam Hyoscyami

&

& Opij refrænant, noxiæ, virosæque qualitati refragantur aut resistunt; alijs penetrando, vt modo diximus, digerunt, crassa incidunt, & flatus discutiunt. Spica & Crocus humorum superfluitates & vitia concoquunt, discutiunt & resoluunt; quemadmodum Xylo-aloes & Myrrha, vt abundè in nostris stirpium illustrationibus disseruimus.

Egetea siue Zazena Mesuæ, non multùm à Philonio differt, ideo non opus est dispensare. Dia-Olibano rarò etiam vtimur.

Hodie parantur suauiores, nitidiores, elegantiores & temperatura moderatiores Opiatæ Confectiones, aut earundem Succationes; cùm ad capitis, tùm ad pectoris Pleuritidem, tenum & viscerum affectus, Gonorrheam & sanguinis eruptiones, ex Succino cæterisque.

In morbis febre complicatis, Lachrymæ, Euphorbium & Castorum, quæ quia in hisce compositionibus recipiuntur, plus iusto calfaciunt, suspensa sunt, & periculo non carent.

Laudanum Opiatum Th. Paracelsi & Germanorum.

PEritiores Chymicæ artis professores maximo in honore habent, magnificeque extollunt, & ob eximias dotes pro secreto non reuelando, celant hoc liquamenti siue antidoti genus. Quidam ne detegatur, mystico verbo Thebaicum absolutè vocant, à loco aut regione commendatissimi Opij. Variæ huius nostræ ætatis Medicamenti sunt descriptiones; vnusquisque sua præfert. Iam viginti annis elapsis conuictor olim suauissimus Montispessuli & veteri amicitia coniunctus Doct. Carolus Battus Belga, mihi hoc Opiatum Theoph. communicauit & descriptione donauit, accepta a fratre seniore Doctore Medico & practico apud Orientales Germaniæ principes. Satis conuenit cum descriptione Theop. Paracelsi ab Andernaco exhibita, sed ℥.ß. succationis radicis Alterci albi habet & Mumiæ gr. tria; ille verò cochlear medium præscribit & Mumiæ ℈.1. vterque habent ℥.1.ß. specierum Diambaru pro ℥.3. Opij. Conueniunt in Succini & Coralliorum Magisterijs. Andernacus Croci Orientalis ℈.1. Battus ℈.ß. tantum & Moschi gr.4. Andernachus Moschi aut Ambræ, siue Olei ex Moscho aut Ambaro grana tria: additque vnicornu quatuor grana. Alij tantundem lapidis Bezar addunt, quæ quantitas inepta est.

Huius celebratissimi & gloriosi Medicamenti aliquot præstantiores verioresque descriptiones, quia celant isti nummis inhiantes, posteritati patefacere libuit, præteritis aliquot Laudani præparationibus, pro arbitrio quorundam Pharmacopolarum & Chirurgorum leuiter, neque satis tanta in re eruditorum, compositis: quandoquidem nullas compositiones magis verendas Antiquitas & nostri temporis experientia docent. Quidam pondera Narcoticorum augent, alij subtrahunt; alij Hyoscyami duplo & nimio pondere ad Opium addi volunt; id quoque sequutus est Paracelsus & eius asseclæ, imitatione partim Philonij, partim Requiei Nicolai Myrepsici, febricitantibus Philonio minus noxiæ, quia moderatur & castigatur Narcoticorum noxa Opij, Hyoscyami, Mandragoræ & Papaueris, sine calidissimis Opij in morbis frigidis, antiquorum legitimis emendatoribus Euphorbio, Pipere, Castoreo, Pyrethro, & similibus; sed sola Nuce Moschata, Cinnamomo & Zingibere, seminibus frigidis, lenientibus Santalis & Tragacantho retusis.

Hæc periculosissima pernicialia antidota, optima ratione perpendere valetudini indulgentibus operæprecium; neque facilè cedendum periclitatoribus audaculis, sordidè auaris, qui narcoticis non fermentatis & contra leges artis paratis, stuporem inducunt, & perennem somnum conciliant; quibus abundè in prologo non esse vtendum ante fermentationem sex mensium diximus.

Non minùs accuratam diligentiam requirunt & merentur Cathartica Medicamina, quæ negligenter hodie parantur.

Laudani Opiati descriptio D. Car. Batti non contemnenda.

Recipit Opij minutim incisi, ℥.2. Mumiæ ℈.1. Succationis radicis Alterci albi cochlear medium. Hæc simul vno immittito vitro angusti orificij. In alio indito vitro specierum Diambaru, ℥.1.ß. affundendo spiritus vini quantitatem sufficientem: Digerantur solis feruore vitro occluso, vel Balneo per dies quatuor: deinde superfundito spiritum hunc per inclinationem colatum misturæ Opiatæ in phyala vitrea composita, vt hoc spiritu vini imbuta fiat quasi pulmentum: exponatur solis tribus diebus & affundendo iterum itidem vini spiritum, persistentique infusa: & hac lege aut formula hic labor ter repetendus, nouem dierum intercapedine. Denique exciccetur, & denuo imbuito vino stillatitio vt priùs addendo Magisteriorum.

riorum. Corallij rubri, & Succini flaui, ana ℈.1. *Moschi, gr.4. Croci Orientalis,* ℈.ß. Fiat massa catapotijs formandis idonea. Dosis à granis 8. ad 10. 12. 15. & plura pro ratione morbi & corporis.

Obseruatio G. Andernaci in Laudanum Opiatum Theophr.

Hoc auertendum est, eiusmodi catapotijs vtendū non esse, nisi nimia necessitas vrgeat, & corpus antea probè purgatum fuerit; sunt enim illa ex vehementibus medicamentis & stomacho alienis parata, quod pauci obseruare videntur, eoq́; minimum ipsorum pondus deuorasse satis est: aliàs sæpè ægrum cum morbo è medio tolles.

L'Obel. Appositè dixit Andernacus Laudanum fieri ex vehementibus medicamentis, &c.] Hic tamen animaduertere oportet virus Opij & Hyoscyami, Apollinaris herbæ vocatæ, emendari infusione copiæ specierum Diambaru, Croco, Cordialibus & vini spiritu. Hyoscyamum fortè Apollinarem herbam dixere, quadam ad Apollinis nomen allusione, quia infernalis telis et arcu noxius Deus item iudicatur; aut contra quia salutem morbos abigendo, tuetur. Hyoscyamus autem cerebro, cordi, ventriculo, et visceribus noxius est. Hoc sanè Laudano maxima cum cautela vtendum, probo: quod tamen præceptum non audiunt quamplurimi aromatarij, Medicastrorumq́; cohors, qui auso potiuntur.

Inter LAVDANI genera à D. doctiss. Libauio in collectaneis Alchemiæ suæ, præferendum illud mihi videtur à Iohanne Hart. Beyro missum, quod non multùm differt à superioribus, *sed pro* ℥.3. *succi Alterci totius floris albi inspissati, habet Mumiæ veræ gr.24. ex spiritu vini extractæ, Infusionis specierum Diambaru sesquiunciam; sesquunciam extracti Opij, id est, quadruplum succationis Alterci, additis essentiæ Coralliorum rubeorum, Succini albi, ana.* ℨ ß. *Essentiarum Margaritarum, Auri, quindenis granis. Croci, Castorei, Unicornu vel Lapidis Bezar, ana. granis octenis:* quæ quantitas longè minor videtur. *Ambra grisea siue cinerea, Moschi aquâ Cinnamomi solutorum, ana. granis septenis. Huius Laudani inuentor prædicatur Paracelsus. Hæc Libauius.*

Nuperorum commendatior Laudani descriptio apud Londinenses vsitatissima D. Iosepho gloriosè sed perperàm ascripta.

Sunt qui huius loco sumunt olei Caryophyllorum ℨ.ß.

Recipit Caryophyllorum contusorū infusorum in. s.q. menstrui Botryitis ℥.6. *fiat ex arte Succatio. Specierum Diambaru, Succationis radicis Apollinaris, Opij præparati, an.* ℥.3. *Croci* ℥.1 ß. *Mumiæ* ʒ.2. *Menstrui Botryitis q.s. Digerantur iuxta artis leges chymicè, & fiat succatio secunda, priori permiscenda, addendo Tincturæ Margaritarum* ʒ.9. *Tinct. Coralliorum & Magisterij Carabis, an.* ʒ.6. *Cornu Monocerotis* ʒ.1.ß. *Ambra cinereæ* ʒ.1. *Moschi* ℈.1.

L'Obel. In hoc Laudano Caryophilli, pari sex vnciarum pondere, vtriusque Opij & succi Hyoscyami, singulorum nempe trium vnciarum, id est, sex diuiduntur.

Opiatis Crocum addidere prisci, cuius tamen pondus in hac Laudani descriptione longè superat omnium descriptionum Croci doses: & nisi admodum pauca quantitate exhiberetur, caput magis grauaret quàm leuaret, et cor auocatis spiritibus læderet, eadem qua capite de Croco in Dioscoridem, diximus ratione, in nostris stirpium illustrationibus.

Laudanum Godefridij ad pectoris vitia.

Istis Laudanum subiunximus piæ memoriæ D. Godefridij à Bremen, Pharmaceutices & Chirurgices callentissimi ad Pulmonum affectus.

Addi potest Glycyrrhizæ succus.

Recipit radicum Helenij recentium ℥.3. *Rad. Iridis Florentinæ,* ℥.1. *Thebaici,* ʒ.6. *Baccarum Iuniperi, Succationis florum Papaueris Rhæadis, an.* ℥ ß. *Seminis Alterci albi leuissimè contusi,* ʒ.3. *Cinnamomi* ʒ.2. *Cariophyllorum* ʒ.1. *Croci orientalis* ʒ.ß. *Condiantur in s.q. vini rubelli, ex arte fiat Chylisma.*

Aliud Thebaicum eiusdem ad Nephriticos.

℞ *Radicis Angelicæ* ℥.1. *Glycyrrhizæ rasæ tantundem. Granorum Iuniperi* ʒ.6. *seminis Dauci, Fæniculi, an.* ℥ß. *Cariophyllorum, Cinnamomi, an.* ʒ.2. *Macis* ʒ.1. *Croci* ℈.1. *Infundantur in s. q. aquæ Cinnamomi biduo, calore Balnei. Colaturæ adde succi Thebaici* ℥.1. *Succationis radicis Hyoscyami albi* ℥.1. *Succationis Papaueris Rhoadis,* ʒ.3. *fiat Chylisma secundum artis præcepta.*

Laudani

Laudani Opiati præstantior formula vsus frequentis apud plerosq́; Germaniæ celebres Medicos à D. Io. Wolffio, & L. Myrreo societatis Pharmacopolÿ Reginæ accepta.

℞ *specierum Diambaru* ℥.2. *Opÿ spiritu vini optimè preparati & defæcati,* ℥.1 ß. *Succationis Radicis Alterci eodem modo preparatæ,* ℥.1. *Castorei optima notæ* ℥.ß. *Essentiæ Croci,* ʒ.2. *Alcool vini q.s. Infundantur loco calido per dies octo, colentur & exprimantur. Rursus infundantur, addito nouo Alchool & exprimantur, hoc ter repetito labore. Postea omnes colaturas distilla in Balneo Mariæ ad Mellis consistentiam: Tum recipe dissolutionis Margaritarum, Coralliorum rub. Magisterÿ Succini, an.* ℥.2. *Misceantur supradictis & persistent in degestione vt loquuntur per 12. dies; & redigantur in formam massæ pilularis, cui in fine adde Moschi* ℈.2. *Ambari cinerei, olei Caryophyl. olei Cinnamomi, an.* ℈.1. *Olei Macis,* ℈.ß. *fiat Opiatum.*

Catapotia Anodina Rondelletÿ.

VArio scopo diuersimodè à Medicamentariæ artis peritis medicis, Catapotia Anodina, eorumdemque Chylismata præscribi possent.

Rondelletius ad cholicos affectus huiusmodi catapotia parabat: ℞ *specierum Diagalangiæ,* ʒ. 2. *spec. Aromatici Rosati,* ʒ.1. *Castorei, Opÿ, ana.* ʒ.ß. *Piperis, Croci, Myrrhæ, ana.* ℈.ß. *Euphorbÿ, gr.* 10.

In Nephritico dolore addebat singulis dragmis, Succini præp. ℈.1.

In coniuncta inflammatione, Euphorbium, Piper & Myrrham demebat. *Opium in vino passo siue Maluatico dissoluitur, pistillo callido & pillulæ minutissimæ formantur.* Dosis duæ aut tres.

Laudanum duplex descriptionis nostræ.

Omnibus Laudanis, Opiatisque antidotis exactè perpensis, duo moderatiora mihi elegi, quibus non vtor, nisi magnà symptomatum sæuissimorum vrgente necessitate.

Recipiunt Opij Thebaici ʒ.10. dissoluti in parua quantitate aquæ papaueris Rhæadis aut Lactucæ, & mollissimo igne despumati.

Succationis corticis radicis, seminum recentium, foliorum & florum Apollinaris herbæ floris albi quadam Dioscoridis imitatione extractæ, & eodem, quo diximus, Opij modo despumatæ, ʒ.5.

Spumæ autem Opij & Hyoscyami diligēter auferendæ, quia perniociss imæ, in remedijs internis præsertim. Vbique passim cum externis, tum internis Hyoscyamo nigro abutuntur Medici, Chirurgi & Pharmacopœi, animo non aduertentes, tanquam abdicatum à Dioscoride & antiquis damnari; album vt quod mitissimum esset Medici recipere Dioscoride authore.

Caryophyllorum, Cinnamomi, spec. Dambaru, ana. ℥.2. *Specierum Aromat. Rosa. Diamargarit. frig. ana.* ʒ.6. *Spec. Diatragacanthi frigidi, Croci, ana.* ℥ ß. *Spec. Diagalangæ, Piperis, Castorei, Myrrhæ, an.* ʒ. 2.ß. *Bitumis Iudaici, Indici, aut Gallici,* ʒ. 2. *Euphorbÿ* ʒ.1.

Infundantur omnia secundum artis leges, varijs vitreis organis vt supra monuimus: circulentur chymicè & fiat omnium vnita mixtura & Succatio ex sufficienti q. menstrui Botryitis. Quibus peractis, commisceto dissolutionis Margaritarum ex succo stillatitio Berberis aut acidorum Granatorum paratæ, ʒ.4.

Tincturæ Coralliorum, Magisterÿ Succini flaui, an. ʒ.? ℈.2. *Sigilli Lemnÿ.* ʒ.2. *Cornu Monocerotis aut lap. Bezar,* ʒ.1.ß. *Ambræ cinereæ,* ℈.2. *Moschi* ℈.1. Fiat omnium absolutissima vnitatis misturæ.

Laudanum Opiatum nostrum in morbis calidis.

*Recipit Laudani præscripti mediam partem, ablatis Pypere, Myrrha, Castoreo & Euphorbio: Horum vicem supplebunt, Scordÿ, Melissophylli, an. M.*3. *Dictamni Cretici aut pulegÿ Ceruini M.*1.ß. *Seminis Citri, Cardui Benedicti, Acetosæ, Portulacæ, Aquilegiæ, Lactucæ aut Intybi, ana.* ℥.ß. Infusionis florum Violarum & Borraginis singulorum sesquiunciæ paratæ in s. q. succorum Borraginis & Scabiosæ limpidissimè defæcatorum. Fiat omnium condituta ex prædictis succis & s. q. vini Maluatici siue passi; & tandem liquamentum, omnibus transcolatis & probè mixtis secundum artis leges.

Cinnamomum Opij alexipharmacum & veneficijs amoliendis est, Dioscoride authore, libr. 6. Bitumen Indicum præfertur Dioscoridi, Officinæ Iudaicum commendant. Reperitur etiam hodiè optimum Bitumen liquidum, validi adeo odoris, vt vicina loca eo inficiantur, in Galliæ tractu

Auuergne

Auuergne vocato, prope *Clermont*, Picis modo fonti innatans, qui vernaculè *fonte de la Pege*, Picis fons dicitur, cuius in Diambaru meminimus. Lugdunenſes Myropolæ hoc lucri cauſa per Germaniam, Belgiam & Italiam diſtrahunt; quo fœliciter ad vteri ſtrangulatus, procidentias, muliebréſque purgationes, vti Dioſcoridis æuo, cum Caſtoreo & vino, potu eliciendas vtimur. Commendatur etiam Dioſcoridi & ſerpentium morſibus & celiacis in catapotijs auxiliari proditur, & cum Aceto potum diſcutere ſanguinem concretum.

Rondelletium præceptorem meminimus, rationem abuſus in hunc vſque diẽ Arabum *Mumie*, ſiue Piſſaſphalti Dioſcoridis & Græcorum docuiſſe. Affectebat enim Medicantium vulgus, in præcipiti lapſu & læſione interna ſolitum ad ſanguinem concretum diſcutiendum, incredibili celeritate ad ſepulchretorum monumenta gradum præcipitare, indéque Aſphaltum vel Piſſaſphaltum promiſcuè, quo vulgi & pauperum corpora mortua condiri, vti hodie etiam Principum, Regum, magnatum & illuſtrium virorum corpora Myrrha, Aloe, Nardino, Opobalſamo & Aromatibus ſolent deferri: vndéque factum vt ſæpe conditam & aridam carnem, totúmque cadauer pro conditura & conditorio attulerint, affectiſque corporibus pro legitimo Bitumine aut Piſſaſphalto exhibuerint; eodem adhuc in hoc tempus putiduo, Chriſtianis horrendo, vulgi Medicorum, Medicaſtrorumvè turbæ, Chirurgorum & Pharmacantium errore & inſcitia: qui Sperma Ceti cum Pice, & Erythrodani puluerem ad concretum ſanguinem præſcribunt, minimè peccant.

Piſſaſphaltum tantâ copiâ Venetias deferri ſolet, vt onerarijs actuarijſque nauibus & lembis picandis, Picis naualis vicem ſuppleat; cuius penuria Veneti Pharmacopœi hoc Piſſaſphalto in puluerem redacto (quia facillimè in glebas concreſcit) vti coguntur in vnguento Baſilico. Arabes, Chymiſtæ, barbari et præſtigiatores delectantur Mumiâ iſta factitiâ impoſtorum, & ſuperſtitioſis mortuorum phantaſmatibus ſiue ſpectris & laruatis inferorum vmbris, buſtorum ſemiuſtorum, ſepulchrorumque terrorem incutientibus formidinibus, vt admirationi ſint hominibus idiotis, & pluris fiant illorum pharmaca in ſterquilinio parata, addito ſale aut nitro ex cadauerum cineribus, aut carne putrefacta, fune, laqueo, ſuſpendióve defunctorum ſepultorumque compoſito, & meram incomparabilem *Panaceam* credito.

Huius Laudani vſus, non magis verendus quàm Theraices, Mithridatios, aut Dioſcordij antidoti, modo fideliter & optimè paretur, & exhibeatur ijs quibus conuenit, iuxta Hippocratis exemplum & decretum, *Quos quando & qualia purgare oporteat*. Eadem tamen cautione & circumſpectione, crudæ, coctæ, humidæ & ſiccæ materiæ opus eſt, qua in Theriaca aut Mithridatica antidoto, ne ex ſimplici febre, duplicem faciamus, cruda impactâ materiâ, chronicorum morborum ſobole & fomite: Quapropter horum et ſimilium promiſcuus quotidianus vulgi, populariumque medicaſtrorum vſus et abuſus ſæpiſſimè improbandus.

Lemnia virulenta pharmaca domat, & illorum ad corp penetrationem inhibet, Caſtoreorum liquefacit pituitam tenacem.

Auri diſſolutio.

DIſſoluitur aurũ, & potabile, vt loquuntur, redditur præparatum ex optimo ſpiritu vini & Tartari cum ſale ſuo & lapillis, in frigido chymicè diſtillati, per Antimonium prius, vt ſolent aurifabri, exactiſſimè purgatum. Deinde ℥.ß. eius ſoliati ſiue in folia redacti ſpiritu Aceti mordaciſſimi ſoluta, iterum purificetur, & tandem ℥.6. prædicti ſpiritus vini alcholiſati digeratur 30 diebus; & denique in eximium liquorem artificioſè redigantur, Balnei calore gradatim aucto. Poſtea aqua communis diſtillata affunditur & toties diſtillatur per inclinationem, donec ſal & phlegma illi immixtum deduxerit.

Coralliorum & Margaritarum ſolutio & tinctura.

NOn minori artificis ſolertia diſſoluuntur Margaritæ et Corallia, addito Nitro præparato & defæcato, menſtruiſque magiſterio conuenientibus; eliciunturque tincturæ, calcinatis lento igne, ne tincturæ euolent.

Alia ſolutionis optima ratio.

℞ Fæcis acerrimæ q.ſ. Aceti, diſtillati calcinetur, & affuſa q.ſ. Aceti diſtillati, diſtilletur denuò.

℞ Laminas

℞ Laminas Auri per ſtibium repurgati q.ſ. Soluuntur facilè ex ſupradicto Aceto: abſtrahitur per deſtillationem: puluis remanens abluatur à ſalſedine & aciditate. Hic puluis reuerberetur, & ſpiritu vini in digeſtione, vt loquuntur, extrahitur tinctura. Vel hic puluis ſoluatur aut extrahatur in digeſtione per aquam Salis artificialis.

Aqua Salis diſtillatur per lateres in puluerem redactos.
Loco Aceti, aqua ſoluens talis eſſe poteſt.

℞ Aquæ Fortis ex Nitro, Vitriolo, & Alumine, quæ abſtrahatur à ſale exiccato: Hæc enim aqua ſupplet vicem aquæ Regiæ pro ſolutione Auri. Tandem, vt ſupra, extrahatur Spiritu Vini tartariſato; vel aqua Salis.

Aqua Salis alia.

℞ Salis torrefacti, pulueris Carbonum Quercinorum, ana. Miſceantur, deſtillentur vt aqua Fortis; erit aqua Salis.

Acetum illud optimum eſt ad Tincturam Coralliorum
& Margaritarum, hoc modo.

IN puluerem ſoluuntur ſupradicta, indunturque in phyalam longo collo, quantitate paruâ, Aceti præparati bonâ copiâ affuſâ. Stent in loco calido ſuper cineres donec Acetum rubeſcat; per inclinationem ſeparentur: Reſiduo affundatur aliud Acetum: Hic labor repetendus donec tota ſubſtantia ſit reſoluta. Tandem Acetum ab hoc abſtrahatur; puluis à ſalſedine aquâ abluatur calidâ, cui vinum Alcholiſatum affundatur; tandem Tinctura in digeſtione extrahatur. Illa eſt Tinctura & Medicina.

Sed Magiſteria ita fiunt ex omnibus etiam Gemmis.

℞ Corall. Salis Nitri, ana. Comburantur aliquoties repetito Sale Nitro: Abluta à Sale Nitro reſoluantur Aceto prædicto. Tota ſubſtantia reſoluta & coagulata vna cum Tinctura Magiſterium dicitur.

Catapotia Aurea ad luem Veneream, accepta beneuolentia & humanitate amiciſſ.
V. D. D. Malach. Bernard apud Rotomagenſes
Medici clariſſ.

℞ Auri puriſſimi limati ſubtiliſſimè Drach. 4. Hydrargyri præparati cum vrina, Aceto, Sale, & Oleo communi q.ſ. ad parandum amalgama; cui affundes aquæ Fortis Regiæ q.ſ. ad calcinationem. Quod ſi non ſat cito fiat, impones igni lento donec euanuerit hydrargyrum. Poſtmodum toties lauabis aquâ Roſarum, quoad nulla amplius adſit ſalſedo aut acrimonia in auro calcinato, quod deinde terito ſuper porphyrio aut marmoreo lapide, addendo paululum ol. Caryophyllorum. Tunc recipe pill. Aggregatinarum ʒ.2.ß. Theriaces Andromachi antiquæ ſelectiſſ. ʒ.1.ß. Boli Armeni & Coralli rub. præparati, ana. ℈.2. conſer. Roſar. ʒ.3. fiat maſſa pill. quæ fermentetur in ol. prædicto, & formentur pil. 4. ex ſcrupulis duobus; quarum ſumat duas, horis matutinis ieiuno ventriculo; alteras duas, horis duabus à leui cœna, prius purgato corpore.

Pul. Albus ſiue Mercurius laxatiuus (mihi ſuſpectus, vt huiuſmodi pleraque quæ ſequuntur, præterquam in lue venerea) fucus niueus præſtantiſſimus, tanquam arcanum incomparabile & ſublime, non reuelandum, abſconditus à Chymiſtis.

Recipit Mercurij Sublimati ℥.6. Mercurij crudi ℥.3. (alij ℥.1. tantum addunt.) Triturantur diu piſtillo & mortario ligneo nitidiſſimo ad ſummum candorem vſque: Aliqui addunt ſalis chymicè

mieè albissimè depurati q.s. Tum ad delendam acrimoniam Sublimati & salis limpidissimam aquam pluuialem vel fluuialem colatam affundunt, macerant per 12. horas. Tricenis vicibus & pluribus hic labor repetendus. Postea exiecabitur subsidens niuei candoris puluis, effusâ aquâ vltimâ, igne lento, vel cineribus, aut arena calidis. Quidam ℈.1. pro dosi exhibent. Quouis modo cùm cautela vtendum, etiámque ad Fucum, quia dentes & os afficit, vti omnia medicamenta ex Hydrargyro parata ad affectus Venereos.

A nobis plus satis inculcatum; Lippis item & tonsoribus notissimum est, Empyricos hodie regnare, & optimos Medicos frigere. Hodie namque Medicastri, Medicamentarij & Tonsores vbique passim in aquilonicis plagis, etiamque alibi ad ægros vocantur, & boni Medici, vt plurimum excluduntur, ne vulgi ineptiæ asininæ detegantur, nec non nisi omnibus conclamatis accersuntur, & post bellum auxilium expostulatur. Vulgi siquidem Medicastrorum experimenta, Scammonium purum non correctum, Puluis Præcipitati, Antimonium, Puluis Sanctus Maledictus, Puluis Passauantius, & huiusmodi nullius delectus Medicamenta dubia, fallacia, malè præparata, ancipitis & perniciosæ facultatis, nobiléque malum, quia abutuntur, cum sint; aliquot, inter indigestæ molis quam plurima, selectiora, præstantiora & emendatiora à Ludouico Myrreo Pharmacario Regineo accepta enarrare libuit.

Lud. Myrreus. Præstantior Turbith Mineralis descriptio.

Recipit Mercurij crudi, Fugitiui senioribus practicis Monspeliensibus, quia malè audit apud plebeos, vocati ℥ 4. Sublimetur ex salis Hispanici defæcati & præparati, & Vitrioli, ana. ℥.1 ß. vel q.s. Postea infundantur per diem naturalem in s.q. Mordacis vini siue Aceti acerrimi (non Biera) & salis Hispanici aut Gallici purificati, & eadem muria sæpe mouendo, exactissimè abluatur, & Mercurius ad pristinum statum redeat, siue iterum reuiuiscat. Deinde mortificetur ex ℥.4. Olei selectissimi Vitrioli: Infusa persistent per octo dies, occlusa exactissimè vase vitro fortiore duplicíq; lato fundo, angusti orificij, quali vtuntur aurifices. Hic labor ter repetendus, nouatis oleo Calchanthi & Aceto, addendo auri purissimi solutâ aquâ Regiâ ℥.2. His peractis abstrahatur oleum per tertiũ gradũ, & in tenuissimum puluerem redigetur Mercurius. Dein aquâ fontanâ sexies, septies & plurimum abluatur. Tum demum similiter Rosaceâ colluitur, quæ in Balneo euaporando exhalet ad exactam Turbith Mineralis siccitatem: Cuius pars impurior ad externos Chirurgicos vsus separatur: purior autem, quæ aurei coloris est, reconditur. Dosis à gr.4. ad 6.

Pul. Vomitorius albus, quo in tertiana vtuntur. Pul. Benedictus Chymicis. Myrreus.

℞ Stibij crudi ℔.2. Mercurij sublimati ℔.1. puluerizentur per se in porphyreo lapide. Misceantur indanturq; Retorta Vitrea: distillentur lento igne (adhærebit vitro fuliginis instar) aptato amplo recipiente vitreo vase. Deinde vas apertum aeri expone, vt exhalet fætor. Sicq; octo dierum spatio in oleum resoluitur, quod capiti mortuo vocato, siue facibus affunditur, additis ℥.4. salis Alkali. Iterum distillentur vt supra. Resoluetur in oleum ad deplorata maligna vlcera penna contacta. Ficus ani exedit.

Huius olei qu.suff. effundatur in vas vitreum aqua plenum (statim in puluerem album abit) per octiduum aquam iterando. Siccetur puluis. Dosis à gr. duobus ad sex ex ℨ1. Rhodosacchari. Blandè mouet vomitum & secessum.

Pul. Vomitorius alter inter Minerales mitior & potior. Myrreus.

℞ Vitri Antimonij tenuissimè in puluerem resoluti ℥.1. cui affunde spiritus Chalcanthi, ℈.2. Permixtis exactissimè spatula in fusorio idoneo quo aurifices vtuntur induto, fornaci accommodatum ad exsiccandam hanc materiam, qua exsiccata affundatur nouus spiritus. Is labor quinquies aut sexies repetitur. Tandem prorsum exsiccata & in cinereum colorem redacta materia perfundatur aqua vitæ Mastichinata optimæ ℔ 1. & digeratur per horas duas (aquæ autẽ ℔.1. recipit Mastiches ℥.3.) Tandem aquâ vitæ per incendium accenso papyro absumatur, pulueriset materia & seruetur in vsum. Dosis in substantia à gr. trib. ad 4. & 5. in infuso ex vino albo à gr.5 ad 8.9. Febricantibus ex aqua Rosar. Borrag. & similium.

Myrraus. Vitriolum Veneris.

℞ *Laminas Cupri tenues aut batituram Cupri vocatam pondere libra vnius. Sulphuris in puluerem triti ℔.ß. In vas ferreum stratum super stratum indatur: vrantur simul. Post refrigerationem terantur, & iterum in illud vas aut laminam ferream ponantur, calcinentur lento igne, rudicula Cuprea semper gitando ad rubedinem. Parua eius quantitate ferro superposita ad refrigerandum & explorandum num Calcinatio peracta, ex fusco ruberrimi coloris fuerit, saporis acris vitrioli, alioqui calcinatio continuanda aut repetenda. His peractis & refrigeratis aquâ limpidâ imbuatur, & per manicam Hippocraticam coletur. Deinde Cupreo vase liquor in auras euolet, ad liquoris in lapillos, Cyprij Chalcanthi concretionem sacchari candi modo.*

Falluntur qui vulgare Vitrioli oleum conantur reddere dulce: Vitriolum namque Veneris suapte naturâ admodum dulce est: Itaque Vitrioli dulce oleum ex Vitriolo veneris parandum.

Aqua Mercurialis, Chymicis Philosophica vocata, tanquam abditissimum archanum non reuellandum, vti illorum & Arabum pleraque nominibus barbaris abscondita medicamenta.


℞ Mercurij sublimati & Arsenici, ana. ℥.i. Aquarum Rosar. & Plantag. ana ℔.i. Ebulliant semihoræ spatio, addita sub finem Schænanthi contusi, ℥.i. Illinatur locus affectus leniter penna: Cutis ampulas & eruptiones contrahit, quemadmodum ex vsu Cataplasmatis è Lepidio Aegineta, ad dolores podagricos, coxendicos & omoplatæ, & vltimas luis Venereæ vnctiones, sed caute agendum. Aduersar. capite de Lepidio. pag. 135.

Aqua Philosophica altera ad Cancrum oris efficacis.

℞ Sublimati, Auripigmenti, ana. Aquæ Plantaginis q.s. fac vt supra.

Aliter sic.

℞ Fugitiui Sublimati, ℥ i. Arsenici, ℥.ß. Schænanthi contusi. ℈.2. Euphorbij, ℈.i. aquæ vitæ optimæ, ℔.i. Circulentur chymicè addendo Stillatitiæ Rosar. ℔.ß. colentur, seruentur vsui.



G. RONDELLETII TRACTATVS DE HYDROPE NVNQVAM ANTEHAC IN LVCEM EDITVS.



Hydrops ab aqua nomen accepit, nam in omni specie tandem aqua colligitur, etiam in illa quæ ab Hippocrate sicca dicitur, quam Tympanitem alio nomine vocant Medici, in quo flatus multi sub peritonæo recollecti sunt, sed tandem aqua è ventis in spacium ventris veluti per diapetesim exudat, sed plus aquæ in Ascite, quàm in alia specie: plus verò aquosæ pituitæ in Hyposarca vel Leucophlegmatia. Sunt qui illam distinguunt ab Anasarca, sed specie non differunt.

Est autem Hydrops siue aqua intercus symptoma in actione læsa sanguificationis hepatis, primario vel per consensum: Sanguificatio hepatis est actio, adque carnem refertur tanquam ad præcipuam illius actionis partem instrumentumvè, vt doctè Gal. de dogmaticis Hippocrat. & Platonis ex sufficienti enumeratione partium.

Est aliquando affectus in ipso Hepate, vt intemperies omnis immoderata, calida, frigida, humida, sicca, obstructio, abscessus, scirrhus.

Per consensum omnium partium quæ ad facultatem nutritoriam referuntur, vt ventriculi, intestinorum, splenis, mesenterij & renum consensu: sed citius ob affectum illarum partium, quæ vel magis excrementis suscipiendis seruiunt, vel ob vicinitatem, vt Splenis, quia sanguinem fæculentum recipere debet, & massam sanguinis defæcare: si frustretur illa vtilitate iecur, tandè refrigeratur, læditúrque sanguificatio. Item, si renes non trahant lotium: replentur venæ lotio & fit aqua intercus: sic etiam ob longos affectus mesenterij, ob vicinitatem læduntur venæ meseraicæ, & per consensum hepar: deinde intestinorum consensu & ventriculi: vt si ob calorem imbecillum, chylum vel cibum crudum mittant, vel flatus generant vel pituitã; & sic fit Tympanites & Anasarca. Læditur vel refrigeratur hepar à contactu chyli frigidioris, vt omne agens agendo repatitur, repatiendo læditur. *Tympanitis & Anasarca causa.*

Aquam intercutem læsio pulmonum facit, nam Phtisici & Hectici magna ex parte Hydropici fiunt, nisi fluxu ventris corripiantur, & ob fluxum morte præocupentur. Huc fieri puto, propterea quod in illis ab intemperie illa a quali facultas concoctrix siue sanguificatrix læsa est.

Asthmatici item Hydropici tandem fiunt, vel quia aliqui, vt per anatomen cognouimus, aquam in spatio thoracis habent, quam cùm corpus mouent concitatius siue celerius agitant & pulmonum expirationem impediunt.

Alij Hydropici fiunt propterea quod cor per arterias consensum habet cum hepate, quod si cor non probè difflетur, iecur tandem concipit calorem præter naturam, qui actionem lædens hepatis Hydropem facit.

Fit & ob immoderatum fluxum sanguinis & aliorum humorum. Vidimus ob immoderatum fluxum hæmorrhoidum vteri, nasi, vel intempestiuam sanguinis missionem, ob sputum sanguinis, ob dyssenteriam sanguinolentiam diarrhæā & alium longum fluxum humorum.

A potione item aquæ frigidissimæ post immodicum corporis exercitium.

Ob morbum acutum hydrops fit vt Hippocrates docet Hydropem semper præcedit Cachexia, & nunquā repentè fit, sed post aliquod tempus: non enim repentè fieri potest, vt ad tantam intemperiem hepar veniat, quæ hydropem generet: neque tanta vel flatus vel seri fit collectio, vt hydropem generare possit, nisi ex retentione vrinæ aliquis speciem hydropicis statuērit: sed non est verus hydrops nisi perseueret: nam collectio seri est, quæ sequitur actionem læsam; neque à seri copia constituitur, sed à sanguificatione læsa: vt si ob calculos in vreteribus retentos aqua non descendat in vesicam, retro cedit & habitum corporis implet sero, vt corpus prætumidum appareat sine hepatis læsione; nam si calculus deturbetur deorsum, & fluat vrina, statim prouocato sudore, redibit ad suam naturam corpus, & vt cito fit, cito curatur.

Facilè dignoscitur hæc affectio postquam ad aliquam magnitudinem venit. & tum difficulter curatur: melius est venientem agnoscere, vel cum incipit, quo tempore omnia sunt mitiora & vires fortiores, quæ omne genus remedij ferre possunt.

Timpanites. Timpanites agnoscitur ex morbis vel caussis morbificis præcedentibus, vt si præcesserint multæ cruditates, multi rugitus in ventre sine aliqua euacuatione per sedem vel ructum; si venæ magis distentæ appareant quàm pro ratione plenitudinis: nam post longos affectus ventriculi aut hepatis, aut aliarum partium plenitudo esse potest, etiamsi paulo cibo repleti, difficile respirant ob flatus qui tam distendunt partes internas. Quod si circa vmbilicum dolores fiunt qui non soluuntur, neque medicamentis, neque alio aliquo modo, quia sub mesenterio vel inter tunicas mesenterij congregati sunt, certò spectare debemus aquam siccam, vt Hippocrates scriptum reliquit. *Circa Vmbilicum dolores, &c.*

Ascites vera signa. Ascites verò deprehenditur primum quod multum vrinæ in nobis generatur & redditur, sed paulo post supprimitur, & in venis remanet & grauitatem & pondus facit. Cum corpus voluitur, sentitur aqua fluens veluti per canalem: sitiunt, corpus contabescit indies & venter intumescit.

Anasarca. Anasarca cognoscitur cum partes externæ frigidiores tactu deprehenduntur, & in ea frigiditate perseuerant, Facies & partes corporis quæ longo morbo emaciatæ erant tumidiores apparent, & palpebræ, pedésque crassiores & candidiores fiunt. Quod si præcesserit fluxus sanguinis immodicus vel aquæ potio frigidioris Anasarcam expectare oportet: & ne decipiamur, diligenter interrogare oportet, si id euenerit ob longas vigilas, vel quia laborans noctu diu steterit rectus: solent enim tibiæ aut pedes intumescere, vel ob impregnationem aut vigilias, aut stationem longam. Quod si præmenti cedat caro & remaneat veluti fouea quędam; est vel partis œdema, vel initium Anasarcæ.

Hydrops qui à caussa calida ortum habet, difficilius curatur quam qui à refrigeratione: in caussa est quod Medicamenta intrinsecus vel extrinsecus apponenda, calida sunt; quæ dum aquam euacuant, vel siccant, vel digerunt, vel flatus absumunt, intemperiem augent, quæ hoc symptoma attulit. Si à frigida, & caussam & symptoma auferunt.

Hydrops à caussa calida. Hydrops qui ob scirrhum hepatis vel splenis fit non curatur, neque si ab scirrho Pancreatis fiat, si scirrhus exquisitus sit & antiquus. Morbus nullus curatur, cuius caussa tolli non potest. adde quod scirrhi hepatis difficilius curantur, & medicamenta emollientia aduersantur parti, quæ astringentia semper expostulat ad eius corroborationem, pręterea quod partes emollientia relaxant, quæ relaxatę magis flatu vel aqua implentur.

Pancreas cum alijs grandulis mesenterij in scirrhum vertuntur, qui difficile deprehenduntur ob ventris inflationem, & quia nullus antiquorum quod sciam obseruauit, neque scirrhus hepatis in magna distentione vel inflatione reprehendi potest.

CVRATIO.

Curatur Hydrops ad curationem morbi qui illius caussa est: Quare danda est opera vt deprehendatur qualis & quæ caussa præcesserit, quæ intemperies aut tumor, intemperies calida vel frigida. Calida intemperies vel à febre acuta relicta est, vel à longo tempore in hepate facta, & praua victus ratione aucta. Quare illā tandiu perseuerasse nequit, sine magna bilis & seri generatione: quare imprimis euacuare oportet bilem & meatus apertos tenere vt illa descendat per intestina: quod fiet commodissimè remedijs extinguentibus flauam bilem & euacuantibus ichores citra magnam astrictionem vel calfactionem. Catholicon, syr. Rosatus cum aqua Endiuiæ, vel Graminis, aut Asperagi dari potest, interea dum syrupus sequens parabitur.

℞ Endiuiæ, Cichorij, Scariolæ, Fumariæ herbarum Capillarium, Agrimoniæ, Rostri porcini, ana. M. 1. Mercurialis & Absinthij, ana. M. ß. Passul. mund Prunorum, Sebesten, ana. N°. 20. Thamar Indorum, ℥. 1. Anisi, ʒ. 2. fiat decoctio. In ℔ 1. ß. dissolue Succi Rosarum, & Mercurialis, ana ℥ 3. Sacchari q. s. fiat syr. longus. Aromatizetur spec. Diarhod Abb. drachmis duabus. Vltimæ dosi adde expressionem duarum drachmarum Rhabarb. selectissimi. Deinde detur conditum sequens ad virium naturalium corroborationem & castigationem intemperaturæ.

℞ Conseruationis florum Cichorij, Capill. Veneris, ana. vnc. vnam. pulpæ Passularum infusarum in aq. Endiuiæ, ℥. 1 ß. spec Diarhod Abb. & Triasantal ana. drach 2. Rasuræ Eboris, drach 1. Cineris intestinorum Lupi loti in aqua Endiuiæ & Absinthij. ℥. ß. cum syr. Capill. Veneris vel de Byzantijs fiat conditum, Capiat singulis matutinis, superbibendo ex aquis sequentibus.

℞ Aquarum Endiuiæ, Cichorij, Graminis & Absinthij ana. qrt. 1. dulcorentur & capiat vnc. 3. assumpto condito.

Vtatur

Vtatur vnguento sequenti supra hepar.

℞ Ol. Absinthitis & Rosati, ana ℥.2.ß. Olei Cithoniorum, ℥.2. Santali albi & rub. Corallij rub. ana ʒ.1. Sem. Endiuiæ, Portulacæ. Berberis, ana ʒ ß. Ceræ albæ q. s. fiat lenimentum pro hepate, Si morbus procedat, inflatio & aquæ collectio appareat, oportet non solùm intemperiem expugnare, sed & quod genitum est & congregatum est aquæ aut flatuum extrahere: Serum illud rationem causæ habet, auget intemperiem, sitim facit: quare instituemus tales syrupos quales in formulis remediorum docuimus ad aquæ eductionem suprascripto syrupo, vel syrupo de Endiuia composito, vel de Byzantijs, vel de Eupatorio addere licebit decoctum sequens, vel ex illo decocto syrupum parare.

℞ Radicum Petrosæ, Graminis & Asparagi, ana ℥.2. foliorum Brassicæ marinæ, ℥.4. Corymborum siue vuæ Hederæ arboreæ, vnc. vnam. Asari vnc. ß. Anisi drach. 2. fiat decoctio, quæ detur cum syr. suprascriptus. Vel addendo Sacchari q. s. fiat syr. qui exhibeatur alternis diebus. Vel fiat sequens vbi non reperiuntur herbæ marinæ, vt Chamælea, Thymelæa, vel Brassica marina.

℞ Rad. Iridis recentis, vnc 1. Mercurialis, Sicla, Cichorij cum radic. Endiuiæ & Sonchi, ana M. s. Senæ Orientalis ℥.6. vel 4. Radicis Apios Dioscor. ℥.2. Asari & Corymborum Hederæ arboreæ *(præsertim Fraxinina)* ana vnc. 1. ß. Apij, Petros. ana drach 3. fiat decoctio in aqua Endiuiæ, addendo passul. mund ℥ 2. In ℔ 2. dissolue syrup. Rosa. lax. vnc 4. Sacchari quant. suf. fiat syrupus. Capiat vnc. 6. mane, duobus vel tribus diebus continuis. Aromatizetur cum drach. 3. spec. Diarhodon Abbat.

Clysteres & quæ ciunt vrinas, etiam admota faciunt ad eductionem aquæ. Aqua enim & in vena caua & alijs continetur, quare quæ vrinas cient, prosunt, quod onus venarum & antecedentem materiam euacuant. Syrupi autem sunt parati ex Radicibus, vel succis herbarum aperientium & acrium, vt syrupi de Byzantijs, de Eupatorio, è quinque radicibus. In forma Opiatæ Trochisci dantur, vel in forma pulueris, admixtis quæ iecinoris substantiam roborant (& aliquibus quæ intemperiem calidam tollant vel minuant) vel astrictione leui, vel similitudine substantiæ. Parentur ergo ex conserua. Capill Veneris, radicibus conditis Apij, Eringij, carne Passularum, carne hepatis Lupi, vel intestinorum Lupi, & Gallinæ, puluenbus Diarhodon, Triasantali, & similibus. Trochiscis Diarhodon, Alkekengi, ex Eupatorio & Rhabarbaro.

Laudant practici Dialaccam & Diacurcuma, sed has compositiones rejicio, nisi in Anasarca, quia calidiores sunt & tam ingratæ, vt vix assumi possint. Fiat ergo tale conditum.

℞ Conseru. Radicis Paludapij, vnc. 1. Conseru. florum Cichorij & Capill. Vener. ana vnc. ß. spec Diarhod Abb. ʒ.2.ß. spec. Triasant. drach 1. cineris lumbricorum præpar. & intestinorum Lupi, ana ʒ.1. cum syrup ex Endiuia composito fiat conditum: capiat mane & sero, superbibendo aquarum Cichorij & graminis, an. ℥.2. ad penetrationem vtiles, & calorem temperant.

Clysteres verò aquam trahunt è venis meseraicis, à quibus venis in omentum & intra peritoneum resudat aqua. Venæ autem illæ, sanguinem sero plenum continent, quæ venæ raræ sunt, peritoneo tantum vestitæ, ob id facilè in spatium abdominis resudat serum, quod sua tenuitate meseraicæ continere non possunt. Clysteres autem ex detergentibus & aquam trahentibus fieri debent: non ex emollientibus: fiant igitur ex Mercurialis folijs, Brassica marina, Sicla, Parietaria, radice Iridis, Cucumeris Asinini, è Cyclamine vel earum succis, cum vrina hominis, vel cum sero Caprino. Injicienda sine oleo relaxante. ℞ Mercurialis, Betæ, Parietariæ, ana M 1. Brassicæ marinæ, vel Thimelææ, vel Chameleæ, ana M. ß. vel Senæ Orientalis, ℥.2. florum Hyperici, Genistæ, ana p. 1. Anisi, Apij, Petros. ana drach. 2. seminis Carthami, vnc. 1. fiat decoctio. In ℔ ß colaturæ dissolue Benedictæ lax vnc. 1. fiat clyster. Vel sic.

℞ Rad. Cucumeris syl. vel Apios Diosc. vel Cyclaminis recentis, vel Asari, vnc. 3. contundantur & decoquantur in sero lactis vel in vrina & injicitur Vel extrahantur succi ex herbis vel radicibus, & cum vrina fiat clyster, injiciatur frequenter. Sunt qui fermentum acre dissoluunt, quo trahit. Pituitosa omnia medicamenta, vt Turbith, Agaricus, Colocynthis, & alia iniecta valent: nam si sine Zingibere ponantur, aquosam pituitam & serosam trahunt.

Crassa pituita inciditur & purgatur Zingibere addito.

Postquam illa seri copia vasorum euacuata est magna ex parte, tunc tentare oportet euacuationem vel absumptionem seri collecti sub peritoneo, non antè ne plus trahant, quam à parte euacuent. Euacuatur vero vel punctura vna facta in ventre ad interna vsque quam Græci paracentesin, id est punctionem vocant, vel scarificata cute totius ventris ad aponeuroses musculorum vsque. Si cutis & membrana illa quæ cooperit rectos musculos paruis incisuris diuidantur, serum per ventrem resudat, quod si paucum fit totum euacuat, & potissimum si in parte inferiore circa *foramina vasorum spermaticorum. Sic multos curaui appositis digerentibus & epispasticis supra ventrem, de quibus postea dicemus.

[illegible]

Scarificatio hic minus periculosa est quã paracentesis illa antiquorum, quæ non nisi viribus valentibus fieri debet & in quibus scirrhus nullus est in aliquo viscerum. Rationem faciendi in nostra Chirurgia docebimus.

Supra ventrẽ exiccantia, vt absumatur reliquum aquæ ponenda & diu retinenda. Ponuntur etiam in parte inferiore ventris quæ digerunt & cient vrinas. Fiunt Emplastra vel Cataplasmata, quæ excipiuntur melle vel muco Cochlearum quia citra oleum parari possunt. Preparatum habetur in Officinis è Baccis Lauri, quod conuenit, sed magis in Tympanite, sed addatur cinis Cochlearum marinarum, vel terrestrium, vel Purpuræ, vel Buccinæ, vel Stromborum, & supra ventrem applicentur, addita pauca Spica Celtica vel Spica Nardi hoc modo.

℞ Cochlearum terrestrium viuarum N°. centum, contundantur diligenter, quibus adde Spicæ Nardi, Schænanthi, Asari, ana ʒ.1.ß. fiat cataplasma. Vel ad euacuationem aquæ quæ in splene & venis meseraicis & sub peritoneo continentur, ad eius inquam aquæ absumptionem, applicentur succi herbarum vel vnguentum de Arthanita siue Cyclamine. Vel fiat sic:

℞ Succi Thymelææ, Cucumeris agrestris & Brassicæ marinæ, ana ℥.2. Succi Rad. Aristolochiæ vel Asari, ℥ 1. Spicæ Nardi, Schænanthi, ana drach. 3. Excipiantur farina Orobi, vel Lupinorum & applicentur supra vmbilici regionem. Alij supra vesicam ex oleo Rutaceo, vrina pueri & succo pedis Columbini parant, mouet vrinam, quare illud debet fieri cum supradicta remedia vrinas prouocantia exhibebantur, vt supradicta purgantia post euacuationem.

** Productiones peritonei per quas vasa spermatica præparantia descendunt: eiaculatoria verò ascendunt. Itaque hic, vt in hydrocele, nonnunquam scrotum perforant elitroidẽ tunicã cũ darto simul transfigentes. Hæc D. J. Cargillus.*

In hac specie sudoris prouocatio non multum prodest, quia pauca aqua est in habitu corporis. Quod si quis velit sudorem prouocare, hoc debet fieri etiam cùm aqua in venis colligitur vt in fine in Anasarca.

DE TYMPANITE.

TYmpanites Hydrops est siccus, quia in principio aqua multa non est, sed flatus multi distendunt peritoneum, ita vt percussum sonum edat vt tympanũ. Fit post morbos & post euacuationes ventris ob imbecillitatem caloris naturalis, qui ex pituita vel humore aliquo flatus eleuat, quos discutere non potest. Quare vtrique causæ occurendum, nempe caloris naturalis imbecillitati & humiditatibus crudis. Calor naturalis ob intemperiem frigidam debilitatur: cui occurritur vt capite de intemperatura hepatis vel ventriculi frigida vel inflatione eius docuimus: sed calor resoluens in morbo acuto quandoque in causa existit, cui difficilius occurritur moderatè calidis, si adhuc caliditas præter naturam præsens sit, si effectum reliquerit, calidis temperatis reficitur calor viscerum, vt ventriculi, intestinorum, hepatis, splenis. Hæc enim species vitio ventriculi ferè fit, quare commodè curari poterit, vt ventriculi inflatio, vel dolor colicus perseuerans circa vmbilicum. Purgetur materia cruda pilulis de Aromatibus, de Hiera, Sebellinis & pilulis ante pastum, frequenter exhibitis ante cænam per horam. Deinde coquatur syrupus de Byzantijs, de Absynthio & Mentha cum decoctione seminum calidorum minorum vel maiorum. Vel fiat sic.

Decoctum reficiens calorẽ viscerum, ventriculi potissimũ, addendo hepatica, splenetica & vretica, inseruiet vel hepati, vel spleni, etiamq; renibus

℞ Corticis Citri sicci, vnc. vnam, Rad. Eryngij, vnc. 2. Menthæ siccæ, Hyssopi, Betonicæ, Absinthij, ana. M 1. Cichorij, Endiuiæ, ana M. ß. Anis. ℥ ß. seminis Apij Petros. ana drach. 1. flo. Anthos, Stæchadis. ana p. 1. fiat decoctio in aqua & vino. Et in colaturæ ℔. 2. dissolue syr. conseruationis corticum Citri, ℥. 4. Sacchari q. s. fiat syrupus Aromatizatus cum ʒ. 3. Diagalangæ: capiat sex matutinis, quibus finitis sumat pilulas sequentes: ℞ pul. Benedictæ drach ß. Agarici trocis. ℈. 1. cum syr. de Byzantijs fiant pil. capiat post mediam noctem: vel si pillulas deglutire non potest, sumat potionem sequentem. ℞ syr. præscripti ℥ 3. Diacnici, ʒ. 2. Benedictæ, drach. 1. syr. Adianthini, ℥ 1. misce fiat potus Vel fiat sic.

℞ f. Cnici, sennæ Orientalis, ana vnc ß. Agarici. Anisi, ana drac. 2 flo. Anthos. p. 1 fiat decoctio in qr. 1. dissolue Elect. de Citro sol. drach 3. syr. Ros. lax. vnc. 1. capiat mane. In crastinum detur conditum sequens, vel elect. Diagal. Dianisum, vel Diatrion pipereum, vel Aromat. Rosatum.

℞ Zingiberis viridis conditi, vnc. 1. conseru Anthos. ℥ ß corti Citri & rad. Eryngij conditorum, ana drach 6. confect. Aromat. Rosat. ʒ. 1. Diagal. & Dianisi, ana drach. 2. cum syrup. conser. corticum Citri fiat conditum: capiat ante prandium & ante cænam, superbibendo parum vini Maluatici diluti aqua Absinthij. Vnguantur hipochondria in principio sequenti vnguento: postea vtatur emplastris vel cataplasmatibus.

℞ Olei Rutacei & Anethini, ana vnc. 3. Succi Rutæ & Absinthij ana ʒ. 2 vini ʒ. 2. coquantur leniter ad consumptionem succorum, quibus adde pul Galangæ, seminis Apij, Petros. Cymini, Carui, an ʒ. ß. Ceræ q. s. fiat vnguentum, illinatur venter addendo vini albi vel Maluatici parum tempore inunctionis.

℞ Emplastr. de Baccis Lauri, ℔ ß. fiat Emplastrum, & cingulo sensim constringatur venter, vel fascia, vel applicetur cataplasma sequens.

℞ stercoris Vaccæ ℔. 1. pul. Cymini, Carui & Rutæ, ana ʒ. 1. incorporentur simul & applicentur supra ventrem, cui in processu adde salis, vel Nitri, vel sulphuris, ʒ. ß. Interea injiciendi sunt clysteres ex decoctione herbarum vel seminum discutientium flatus decoctarum in vino sine oleo, hoc modo.

℞ Foliorum Rutæ, Maioranæ, ana. M 1. Anisi, ʒ. 1 seminis Apij. Petros ana ʒ. 3. flor. Chamæmeli, Anthos, Stæchadis, ana. p. 1. fiat decoctio in aqua & vino, vel lixiuio debili. In ℔ ß. dissolue Benedictæ ʒ. 1 si sit constipatio, si non sint recrementa, prætermittatur, vel ʒ. ß. sufficiat: injiciatur mane.

Pulueres ante pastum & post pastum magis efficaces sunt in hac specie & anasarca quàm in Ascite. Parantur ex discutientibus & siccantibus.

℞ Anisi, Fœniculi, Carui, Cymini in aceto maceratorum, ana ℥ ß. pul. Diagalangæ, ʒ. 2. cineris intestinorum Lupi, ʒ. 2 misce fiat pul: capiat per horum ante prandium, & post cænam duabus horis; ne si statim assumatur crudum cibum deducat in venas.

Sacellationes ex semine Milij, sale, Cumino, & alijs prosunt.

DE ANASARCA.

ANasarca carnosus Hydrops est, quo corpus totum intumescit vt in πολυσαρκία, nisi quod in anasarca color candidus, vel ex flauo albescit; caro flaccida, quæ si digito prematur, cedit, & vt breuiter dicam, ædema totius corporis. Incipit in facie & pedibus, & est magis in habitu corporis quàm internis partibus, quamquam vitio internarum partium fiat. Cum ob refrigerationem & imbecillitatem fit, sanguinem pituitosum, vel pituitam pro sanguine generat; & quæ à ventriculo incipit, qui chylum minus concoquit & perficit; neque iecur, neque venæ illud erratum primæ concoctionis emendare possunt: quare fit Anasarca. Ad id efficiendum otiosa vita multum confert: frequens item aquæ frigidæ potio & in aqua frigida natatio, & retentio hæmorrhoidarũ, & mensium in muliere. Facilè deprehenditur ex tumore manuũ, pedum, genarum, & aliarum partium.

Curatur longiori tempore, propterea quod materia quæ in habitu est longiori tempore absumitur & exiccatur; quare victu attenuante exiccante curatur, exercitijs, sudationibus, & alijs euacuationibus per habitum: sed imprimis hepatis & ventriculi intemperiem & imbecillitatem emendare oportet, alterantibus humorem pituitosum internum: vomitione, purgationéque euacuantur post materiæ attenuationem & detersionem. Si æger aptus sit ad vomendum; prouocetur post cibum, & assumptionem alimentorum incidentium: vt post vsum Raphani, Sinapi vel Selini: vel capiat syrupum Acetosum, vel Oxymel cum Raphani, vel Asari decocto. In crastinum capiat ℥ 1. pilularum Alephanginarum aut Sebellinarum, vel ante cibum, vel Hieræ simp Deinde coquatur materia syrupis incidentibus & detergentibus, vt syrupo Acetoso simp. composito, Oxymelle simpl. vel composito, syrupo Byzantino & è quinque Radicibus, Stæchadite: exhibeantur ex aqua Maioranæ, Helenij, Hyssopi, Absinthij, Betonicæ; vel cum decoctione herbarum, vt. ℞ syr Byzantini & Stæchadis, ana ℥ 3 decocti Maioranæ ℔. 1. aromatizentur ʒ. 1. sp. Dialangæ: sumat tribus matutinis. Interea dum his vtitur, injiciantur clysteres tales quales præscripti sunt capite de Tympanite, addito Agarico trocискato in decoctione in qua dissolue Benedictæ lax. vel Hieræ picræ q. s.

Vnguatur

Vnguatur ventriculus Cerato stomachico Galeni ad iuuandam concoctionem. Concocta aliqua ex parte materiâ detur tabella vna, ad vnciam semissem El. è Citro sol. vel Diacnici, vel dissoluantur in aqua Hyssopi, Absinthij aut Betonicę, vel decoctione Mercurialis cum sale, vel dentur pilulæ de Agarico & Sagapeno, vel Cocciæ, vel ex Euphorbio. In crastinum detur Mithridatios antidotus vel Theriaca antiquissima, vel confectionis Aureæ Alexandrinæ, vel fiat conditum sequens.

℞ Zingiberis viridis conditi, ℥ 2. Radicis Paludapij conditæ ℥. 1. ß. conser. Anthos, Stæchadis, ana. ℥. ß, pul. spec. Diagalangæ, pul. sp. Elect. è Gemmis, ana. ʒ. 3. spec. Diarhodon Abbatis, ʒ. 2. cineris intestinorum Gallinæ & Lupi, ana. ℥. 1. cum syr. Acetoso fiat conditum. Capiat mane & sero, superbibendo vinum dilutum aqua Maioranæ. Post pastum capiat cochlear vnum pulueris sequentis.

℞ Spongiæ nouæ ℥. 2. Corallij rubri, Cochlearum marinarum, ana ℥. 1. vrantur ex arte in furno & extinguantur in aqua Maioranæ, deinde abluantur illa aquâ. Postea adde Cinnamomi selectiss. & Galangæ tenuis, ana ʒ. 3. Sacchari Candi ℥. 1. vel q. s. misce, capiat à pastu. Vel sic.

℞ cineris intestinorum Gallinæ, vel Lupi, ℥ 2. vel pelliculaum stomachi Gallinarum & Anatum, ℥ 1. pul. spe Diarh. Abb. pul. Galangæ, ana, ʒ. 1 Cinnamomi ʒ 2. Salis communis ʒ 3. misce. fiat puluis: capiat mane cochlear vnum, & post pastum mediam partem cochlearis.

Stuphæ prosunt, vel ingrediatur balnea sulphurea vel Bituminosa, vel Nitrosa, & prouocetur sudor, aut sepeliatur in arena maris sole calefacta, capite tecto, ne à sole lædatur. Vel sepeliatur in cineribus, cineres non minus exiccant quàm arena salsa. Fiunt lixiuia ad tibiarum exiccationem ex cineribus Ficus, Quercus, Caulium, Fabarum, Roboris, in quibus dissolue salis vel sulphuris, vel Nitri pro ℔. ℥. ß.

Ex stercore Caprino, Vaccino, & Sulphure fiant cataplasmata, applicentur supra tibias & scrotum. Vel sic.

℞ stercoris capræ ℔. 2. salis communis q. s. Cymini, sulphuris, ana ℥. 1. incorporentur simul ex vino applicentur super partes tumidas.

In hac specie decoctum Guaiaci vel Echinæ conuenit si sudent & non nimiam quantitatem accipiant, nam si illi qui laborant morbo venereo tantum sumunt, quantum possunt læduntur, si non sudent, vel non vtantur sudatorio medicamento vt euacuentur, in hydropē incidunt vt nostro tempore multos perijsse vidimus empiricorum ignorantiâ: prosunt ergo si per sudorem vel vrinam euacuent, si non euacuent, nocent corpus replendo magis.

L'Obel. *His cum cæteris Rondelletianis scriptis, pro conatibus propensis, illustratis & instauratis, paucissimis immutatis authoris, vsq; mutilatis verbis, grato animo fruere lector: nobis enim impolita & sæpe mutila oratione tradita fuere: in hoc autem studio, non verborum eloquentia, sed res ipsa, quantum fieri potest, ex authoris mente declaranda.*

Eiusdem G. Rondelletij Elephantiasis noua Methodica curandi ratio & consilium, pro quibusdam Elephanticis: inferendi capiti 87. Methodi suæ curandorum morborum.

Elephātiasis totius corporis cancer. De signis & causis consule P. Æginetam lib. 4. cap. 1.

ALia longè ratione curari debet Elephantiasis quàm ab antiquis medicis factum sit, qua ratione, facta distinctione à qua materia antecedente fiat, & quamdiu perdurans, siue incipiens, an verò inueteratus morbus: instituenda sunt remedia pro diuersitate humoris, qui eum creauit. Incipiens in quo obscuræ adhuc apparent notæ, vt cum nulla adhuc exulceratio, & tuberculum nullum patefiunt, præsertim circa faciem: curabitur sanguinis missione primo: deinde vsu infrascriptorum Medicamentorum. Frequenti item vsu tepidorum & frigidorum balneorum. Qui verò notas habet manifestas, & in quo exulcerationes narium & tubercula carnosa apparent, sanguis è naribus fluit; non est curandus amplius vt incipiens. Sanguis siquidem in hoc non è venis maioribus mittendus, ne laudatus in his contentus adhuc sanguis, quem omni studio & curâ conseruare debemus, educatur. Est enim velut omnium humorum frenum, sua temperie reliquos humores contemperans & ad mediocritatem reducens: quare cum paucus fit in Elephantia, omnibus modis retinendus & conseruandus. Eligenda potius Medicamenta quæ cum delectu humorem noxium purgant. Nullo modo itaque sufficiunt illa quæ citra delectum purgant, vt Antimonium à Chymistis paratum, quod sua acrimonia omnes humores quos reperit, vellicando vel potiùs vlcerando ventriculum, & intestina euacuat, & sæpè animam expurgat. Hoc si dandum, statim in initio exhibendum, integris ægri viribus, ante omnia remedia, vt recrementorum copiam minuat. Præstabit autem sumere ventriculo cibis pleno & corpore (iuxta Hippocratis præceptum in assumendo Helleboro) prius agitato & commoto; vtendū postea syrupo aut medicamento conuenienti quo Antimonij erratum castigari possit, & humor cum delectu expurgari. Eo vtendum per multos dies, vt ex ea continua & frequenti purgatione materia antecedens educatur, & à carne & habitu corporis auertatur per partes interiores: In quo grauiter accusandi nostri practici, qui præmissis aliquot leuioribus purgantibus medicamentis, sudorificis & syrupis aperientibus & incidentibus, materiam ad carnem & cutem mittunt; cum tamen sit earum partium affectus, hoc enim est deducere excrementa ad partem affectam & morbum augere. Satius itaque erit materiam per interiora deriuare. Sequens serapium conueniens erit.

℞ Polipodij Querni ℥ 4. Rad. Borraginis & Glycyrrhizæ rasæ recentis, ana. ℥ 2. Cichorij, Endiuiæ vtriusque, Lactucæ, Violariæ, Lenticulæ palustris, ana. M. 1 ß. Prunorum, Sebesten, Passul. mund. ana. N°. 30. Anisi ℥ ß. quatuor seminum frig. maior. & Ocimi. ana. ℥. 1. florum Violarum, Buglossi vtriusque, Nymphex, ana. p. 2. seminis Cnici contusi ℥. 2. foliorum Senæ. ℥. 1 ß Epithymi ℥ 1. fiat omnium decoctio in suf. qu. aquæ Hordei iuxta artis leges ad ℔. 4. in qua dissolue Sacchari q. s. syr. Rosati sol. & Violati ana. ℔. ß Inter syrupizandum adde & suspende ℥ ß. Rhabarbari selectissimi, Aromatica ʒ. 2. Cinnamomi electi, & q. s. sp. Trialant. & Diacridij exactissime præparati, ʒ. 2. Vtatur bis die, sumat mane ℥. 5.

& ante cænam ℥.3. aut 4. continuando per 12. dies. Nutriatur interea bonis alimentis & potissimum iusculis pullorum: quibus incoquantur herbæ refrigerantes & humectantes, vt Violæ, Borrago & Buglossum. Quod si non possit ferre tantam euacuationem sex dierum, nutriatur optimis alimentis multùm nutrientibus ad virium restaurationem. Alimenta autem erunt Ptysanæ sorbitio ex Alica, Tritico, Oriza, cum lacte Ouis & Capræ. Carnibus vtatur penè assis & elixis, vt capis, pullis & gallinis; piscibus aquæ dulcis elixis, non frixis aut torrefactis: illi enim plurimum humectant & humorum acrimoniam extingunt: hi verò exiccant & bilem augent: conuenientiores sanis & pituitosis. Laudantur & cõmendantur Anguillæ, in iure carnis vel cum hordeo decoctæ. Vtantur vino multâ aquâ diluto. Ad maiorem humectationem & virium corroborationem vtile erit conditum sequens.

℞ conseru. Rad. Buglossi, aut florum Borrag. Viol. ana. vnc. 2. conser. flor. Cichorij, vnc. 1. pul. spe. Diatragac. frig. sine Caphura nouiter dispensati, ʒ.3. spec. Trium Santalorum & Diarhod. Abbatis, ana ʒ. 1. condiuntur ex syrupo è pomis. Dosis nucis quantitate, superbibendo aquæ Borraginis, vnc. 6. His medicamentis & alimentis repletis venis, & viribus instauratis, vt sanguis vitiosus partium externarum euacuetur, & nouus purior succedat; aperiantur venæ omnes externæ quinque horis à prandio. Primo die venæ Maleoli siue tali vtriusque pedis: deinde ea quæ est inter paruum digitum & annularem, vel inter medium & indicem: idque sequenti die: Tertio verò die aperiantur venæ frontis, & qualibet vice extrahatur sanguis ad ℥.2. tantum vel tres, si opus fuerit, & corpus plenum sit. Facta sanguinis missione vt alimentum ad externa membra attrahatur, vtque ea iam resiccata aliquantulum humectentur & reficiantur, cutis præsertim, in qua est præcipua affectio, natet in balneo aquæ tepidæ quinque horis à prandio, vt alimentum in secunda concoctione elaboratum ad externa attrahatur, continuando per aliquot dies. In primo & secundo balneo poterit leniter sudare ad aliquam euacuationem illorum excrementorum quæ adhuc in habitu corporis continentur. In reliquis nullo modo sudandum, ne ad partem affectam deducantur excrementa. Balneum tepidum ingredi poterunt, quod sensim aqua frigida fontana, fluuiali aut puteali refrigerandum & temperandum: natet diu in frigido, vt alimentum ad eas partes attractum retineri & consimilari possit, easque humectare & reficere. In aqua primi & secundi balnei ad cutis detersionem poterunt sequentia decoqui.

℞ hordei integri leniter contusi, ℔.3. foliorum Borraginis, Maluarum, Parietariæ, Morsus Gallinæ, Lactucæ, Ciclæ, Cichorij, ana fasciculum vnum. Florum Nenupharis M. 1.ß. flor. Viol. M. 1. fiat decoctio pro primo & secundo balneo. Præceptum illud de balneo primum tepido, dein frigido, non solum in hac affectione seruandum, sed etiam in hecticis attenuatis & ijs quos reficere volumus. Tepiditate balnei aperiuntur & relaxantur venæ; alimentum facilius attrahitur, & si quid sit excrementorum in carne & cute educitur; attractum autem alimentum, frigiditate balnei retinetur.

Si tumores duri sunt, auferantur prius, vel post balneorum vsum: Quod si non possint medicamento, sequenti poterunt. ℞ Sublimati, vnc. ß. Vitrioli, Cantharidarum, ana ʒ. 2. Aquæ fortis, ʒ. 5. Aquæ Plantaginis & Solani, ana. vnc. 2. aut tres. Bulliant simul & postea tangantur partes affectæ donec inflentur & intumescant: Prouocetur casus escharæ; deinde dealbetur locus ablutione aquarum sequentium.

℞ Aquæ Papaueris rhœadis ℔. 1. abluatur pars.

℞ Succi sempervivi maioris ℔. 1. pulueris sulphuris viui, vnc. 1. abluantur partes affectæ.

℞ Cerusæ, Lythargiri, ana vnc. 1. Tuthiæ ʒ 3. succi Asplenij, Solani & Plantaginis, ana vnc. 3. olei Rosati ʒ. 2. fiat nutritum, quo partes vlceratæ frequenter illinendæ: Et cum cicatrices inducunt adde singulis vnguenti vncijs, ʒ. 1. sulphuris. Vere & autumno curetur hoc modo, per totam autem æstatem vtatur sequenti condito laxante; etiámque suprascripto cordiali medicamento, balneis item aquæ tepidæ & frigidæ, vt dictum est, vel sedeat in flumine quotidie à prandio, per aliquot horas in vmbra, ne vratur à sole, vel noctu tribus aut quatuor horis à cæna, absoluta ventriculi & hepatis concoctione prima. Conditum laxans huiusmodi fit, ℞ floris Cassiæ extractæ ex vapore decocti Maluarum & Borraginis, ℥.3. cum muccaginis seminis Psyllij extractæ ex supradicto decocto. Pulpæ Prunorum acidorum, Passularũ. Thamar Indorũ, ana ℥. 1. Senæ, Medullæ seminis, Carci, ana ℥ ß. Scammonij ʒ 3 Anisi, Glycirhycæ, ana ʒ. 2. syr. Violati q. s. fiat conditum, capiat in aure capi ab vnc ß. ad 16. capiat ter in mense. Benè nutriatur, multùm dormiat, quiescat: vitet omnem corporis exiccationem, quæ fit aut ita, cogitatione morbi, aut curis multis, exercitatione immodica, aut venere, aqua tamen non abstinendum. Videndum igitur diligenter vt corpus mundum sit à recrementis: cauendum ne ad cutem vllo modo feratur morbus, cum hic affectus sit partium externarum, & potissimum cutis; huiusmodi excrementa intus retrahantur & per ventrem frequentissimè deducantur & expurgentur. Balneorum aquæ frigidæ vsus expellit à partibus externis ad internas, affectus autem cum sit cutaneus & carneus, arcenda sunt excrementa, & earum partium resiccationem retardare oportet, quia essentia morbi in siccitate existit, & sanguis sallus est & serosus, ob id partes assimilare non possunt, neque nutriri, quia finis nutritionis est assimilatio; mulieres ob id, pueri & eunuchi raró hoc morbo infestantur, sunt enim humidiores; humiditas illa exiccationi resistit: multi vt refert Ætius se ab eo morbo castratione vindicarunt. Hac ratione hoc anno iuuenem liberauimus, qui incipiebat & vltra principium erat progressus: Quare si in totum morbus curari non possit quia iam in habitu sit; laudabitur illa morbi retardatio superioribus remedijs parata. Aliquos curatos fuisse vsu viperarum in vino suffocatarum Galenus refert, quod earum carne in Theriaca vtuntur, & eam assumant, quod à me non probatur, ob summam siccandi vim quam habet; neque Trociscos etiam probo; magis laudo iuris carnis vsum, non quod efficiat quod Galenus scripsit, scilicet quod valenter per cutem digerat: dedimus enim, sed obseruaui ventrem instar medicamenti laxantis ducere, & eam ob causam magis mihi probatur, quam si excrementa ad cutem deducerent: regio id non patitur; adde quod excrementa sua natura crassa & terrena ad habitum corporis medicamenti vi deducta, non possint per eam partem & per tam angustas vias commodè expurgari; ea siquidem quæ in carne & cute siue in habitu recepta sunt, per porros cutis euacuari debent, tanquam per propriam regionem. Quod si tantum à Viperis expectat auxilium, oportet eas incunte æstate capere aut autumno, his enim temporibus pingues & obesæ esse solent: æstate autem icciores & calidiores, quare illis duobus temporibus venandæ ad Theriacum & Trociscos parandos. Sed interea ne destituamur hoc æstatis tempore aliquo remedio, vtatur carne Erinacei terrestris, potest in locum viperarum substitui. Seruentur igitur carnes Erinacei terrestris, quæ si multum haberi possunt, ad formam placentæ reducantur: vescatur mane ante omnia alia; vel si velit elixet cum Selino vel Borragine, de ea comedat & ius sorbeat. Eadem ratione parari poterit Viperina caro.

His

His subiunximus aliud consilium à nobis item & amiciss. collegis diligenter exscriptum & collectum Montispessuli superstite Rondelletio præceptore, ad præcautionem Elephantiasis cuiusdam nobilis matronæ, quod satis conuenit cum superiore; immutatis tamen aliquot Medicamentorum formulis, pro ratione differentiæ & implicationis morbi, constitutionis & naturæ temperiei.

Vtriusq; sexus hac artis lege & methodo huiusmodi affectus selectioribus Medicamentorum successionibus, fœliciter Antuerpiæ & Medioburgi curaui, cum illis locis medendi artem exercebam.

Abstinendum imprimis alimentis crassis, terrenis, viscidis: crassum, lentum & melancholicum sanguinem gignentibus. Cauendum præterea ne tales humores ad habitum corporis deducantur; sed à cute & carne repellendi diligenter multo & frequenti balneorum frigidorum opportunissimorum vsu. Æstate loco balnei ingrediatur sæpius flumen frigidum, in quo natet diu, vel sibi curet aquam frigidam adferri domi, in qua diu sedeat, nempe per duas aut tres horas ante prandium & cœnam: idque fiat duobus diebus in hebdomada, æstate præsertim; humores enim eo tempore acuuntur, & ad cutem cum proprio motu, tum solis vi feruntur, quos frigidis repellere oportet: priusquam tamen balneo vtatur, sumat Serapium laxatiuum per tres dies continuos.

Præter supradescripti syrupi simplicia medicamenta, hic syrupus recipit corticis radicis medianæ Fraxini, Populi nigri & Sambuci, ana, vnc. 2. Rad. Lapathi acuti, Fumariæ, Lupulorum. ana. M. 1. ß. Cassithæ, vnc 1. Herbarum Capillarium (Asplenium comprehendo) an. M. 1. Succi pomorum dulcium, vnc 4. succi prædictarum herbarum fumariæ, Lupul. & Mercurialis, ana. vnc 2. Rhabarb. ad vnc. 1. & sp. Trium Santal. ad ʒ. 2. Alimenta refrigerantia & humectantia sint ex vsu, vt carnes iuniorum animalium, pullorum, Gallinaceorum, Columbarum, & aliarum auium: Hœdorum, & Vitulinarum. Herbæ recentes refrigerantes & humectantes in acetarijs, vel in iusculis, vt Lactuca, Endiuia, Buglossum vtrúnque, Portulaca, Cichorium. Erunt etiam ex vsu Pepones, Melopepones. Ex fructibus elige Cerasa, Poma, Pyra, Pruna, Vuæ, Mala Persica. Inter pisces, ferè conueniunt omnes, exceptis ijs qui crassum gignunt succum, vt Tunus, & similes. Æstate erunt decoquendi in aqua & oleo, vel Butyro dulci. Ijs qui procul à mari degunt commendantur Percha, Lupus, Astacus, Trutta & similes. Abstineat omnino à salsis, piperatis, frixis, massa panis incrustatis: herbis aut fructibus calefacientibus, & præsertim Amygdalis. Nucibus, nucleis Pinearum, Castaneis, Caseo, & pinguibus. Vtatur aquæ potu pro vino. Fugiat omnes animi perturbationes, & corporis motiones, & ea omnia quæ humores calfacere, exagitare, & ad cutem mouere possunt. Vestes pellibus suffultæ minus conueniunt. Eligat sibi lectum aut culcitram Bombace aut tomento plantarum interlutam, quia plumæ plus iusto calefaciunt. Contineat se in loco & aere frigido. Abluat faciem singulis diebus aquâ Peponum distillatâ, & similibus pro instituto docti medici medicamentarijque experti.

Elephantiasis hæreditaria, Arthritis & complures morbi.

ELephantia morbus est hæreditarius, vt si quis alius; nam in vniuersam prolem perpetuo deriuatur; tametsi nonnulli optimâ & medicatâ victus ratione, contrariíque temperaturæ sese, suosque nepotes vindicent, in quorum tamen nonnullis reuixit, non perinde bonâ victus ratione vsis.

Complures enim sunt morbi, quos in sobolem parentes, quasi riuos & radices transfundunt: verum si sanguini insidet atque semini labes illa, qui fit vt peræquè omnes morbi non deriuentur in natos, neque perinde omnes afficiantur, cum multo non nullis non appareant; alijs mox quàm in lucem editi sunt, etiámque in vtero?

Diuini senis, est sententia, *Sani sanos filios progigni, contra minus valentibus, morbidos*; vt claudis, claudum natum, arthriticis arthriticum; catharrosis, catharrosum; maniacis, maniacum; melancholicis, melancholicum, lue venerea affectis, eadem labe infectum; calculosis, calculosum; Asthmaticis, Asthmaticum; Phthisicis, Phthisicum. Huiusmodi morbi insignes qui parentum viscera, spiritus, humorésque labe infecerunt, aut iam dum operam dant liberis, vtrumvis exercent, vel dum gestantur vtero fœtus, vel lactantur; sanguine materno, aut semine corrupto coaslantur corpuscula, huiusmodi affectus procreant, aut saltem inferunt, inferuntq; affectionem quandam & aptitudinem. Quod etsi non omnibus se prodit, nihilosecius tamē intus delitescit, coercita medicamentorum sed potissimum probo alimentorum vsu, quia temperamentum affectioni aduersatur, aut nutrix contrario temperamento est, quo obtunditur, cuius rei indicio erit, quod quibus nusquam eruperat, subnascuntur filij ijsdem morbis affecti. Cum itaque puero haud dum adulto hæc contingunt, coniectandum ea illi à parentum colluuie, proindéque corporis primordia labe fieri cepta esse. Ergo mox quàm in lucem emersit, occurrendum ei causæ morbificæ & contagioni perimendæ: qui vero diutius ab ortu cunctatur, affectus se nodat, eoque difficilius auellitur: si diutissimè nunquam, quippe in habitum iam cessit, factúsque est, id est implexus, cùm carneis, tum spermaticis partibus & impactus, qui non secus ac stirpes, quæ altè fixerunt radices, magno aut nullo conatu euelluntur. Sic sunt inuicti affectus, Lepra, Conuulsio, Scirrhus, Marasmus, nodosa Arthritis, quæ potius per inuia quàm adulta eruenda victu pharmaco, & Chirurgiâ. Difficilius autem expellitur hostis, quàm admittitur. Pleræque hæ aptitudines ac procliuitates sunt intemperies, aut vitio seminis frigidioris, aut labe affecti à principijs essentiæ, aut visceribus: interdum à matricis intemperie indita & aucta: vt si dum puer in vtero conformatur, multa colluuies seminis corrumpat temperiem spiritum, caloremque obruendo: aut articelli ipso vtero imbecillem materiæ modum, texturamve sortiuntur. Si corruptio vtriusque concurrant, conclamatum est, ac plerumque etiam animi vitia hauriunt.

Communis verò & potissima hæreditariorū morborū causæ, temperationes constitutionésq; membrorū vitiatæ sunt. Quibus itaque amoliendis omni pede studendum, accuratissimâ temporis, aeris, regionis & educationis habita ratione. Vel simplex vel composita est intemperies, cuiusque syzigias, verum humida & sicca an vspiam possit cohærere, nuperi negant, vt in sene. *Vel materia, vel sine materia.*

Itaque vel aere hausto, inspiratóque puriore, vel nutricis lacte contrario, procedit temperamentum, & à cibis quos vescitur ipsa. Incolet igitur eam regionem quæ eligenda puero venit iam ablactato. Calidiore itaque temperamento, & regio & nutrix frigidæ naturæ sit, & pituitosis alta alendáque alimentis. Deliculus puer frequens innatet aquæ tepidæ dulci: egressum affundatur frigida fluuialis. *Temperamentum calidius.*

Adultior

Adultior iam lauetur balneo ex decocto florum Nenupharis & Violarum. Illinatur vnguento refrigerante Galeni, sero vel diluculo, bis, térve hebdomada. Æstate pectori aptetur pannulus lineus madidus in epithemate cordiali humectante & refrigerante, satis multâ à cibo intercapedine. *Contra, eodem lege & ratione ordo & dimensio respondeant, in morbis frigidis, humidis, siccis, ex industria doctissimi & experientissimi Medici praescripto, &c.*

Temperam. frigidius, humidius, siccius.

Hæc obiter ex collectaneis & fragmentis Rondelletij, aliàs opportunitatem & praesidium nactus, plura selectiora dabo de Arthridite, & alijs morbis, contra vulgi Medicorum & aegrotantium traditam persuasionem: Qui autem hodierno nostro ingrato seculo scribit seria, alijs illucendo perit, & facis instar absorbetur, cuiúsque labores ab insulsis perfrictæ frontis transcriptoribus famelicis subripiuntur.

FINIS.

